

Q. HORATII FLAC-
CI SERMONVM, SEV
SATYRARVM, SEV ECLOGA-
RVM LIBRI DVO: EPI-
STOLARVM LIBRI
TOTIDEM.

ADionysio Lambino Monstrolienſi ex fide nouem librorum manu
ſcriptorum olim emendati, ab eodémque commentariis copio-
ſiſſimis declarati.

*Nunc ſumma diligentia ab eodem ex auctoritate aliorum præterea librorum veterum
recogniti, & planè iam in integrum reſtituti, & commentariis iſdem plus tertia
parte auctis illuſtrati.*



LVTETIÆ,

Impreſſi ab Ioanne Candido Typographo, impenſis Ioannis
Macæi, Bibliopolæ Pariſienſis,

clo 16LXVII.

(2)

Q. HORATII FLAC-
CI SERMONVM, SEV
SATYRARVM, SEV ECLOGA-
RVM LIBRI DVO: EPI-
STOLARVM LIBRI
TOTIDEM.

ADionysio Lambino Monstrolienfi ex fide nouem librorum manu
scriptorum olim emendati, ab eodémque commentariis copio-
sissimis declarati.

*Nunc summa diligentia ab eodem ex auctoritate aliorum præterea librorum veterum
recogniti, & planè iam in integrum restituti, & commentariis iisdem plus tertia
parte auctis illustrati.*



L V T E T I Æ,
Impressi ab Ioanne Candido Typographo, impensis Ioannis
Macæi, Bibliopolæ Parisiensis.

c1o 1o Lxvii.

A **Dionys. Lambinus Monstroliensis Francisco**

TURNONIO SAPIENTISS. ET CLA-

ris, viro, Cardinalium ecclesie

Romanæ primario.

S. D.



V M fortunati mihi videntur ij fuisse, Franciscæ Turnoni, qui con-
fecto sine offensione, suæ vitæ cursu, ad extremam ætatem peruene-
runt, eamque tranquillè, placidèque traduxerunt: tum longè beatif-
simos illos fuisse iudico, qui toto ferè ætatis spatio magnis in rebus
domi, foris que gerendis decurso, non modò lenem, & quietam, ve-
rùm etiam honoratam, & gloriosam adepti sunt senectutè. In qui-
bus te, si quem alium, his temporibus, & meritò possimum numera-
re, & principem locum iure videmus obtinere. Nam, vt ceteros ho-
nores, qui tibi & in tua senectute, & in superiore ætate habiti sunt,
omittam, atque ad ea, quæ his temporibus propiora, & coniunctiora
sunt, veniam, quis fuit nuper tuus in Galliam ex Italia reditus? Quæ
Aureliani (qua in vrbe trium totius regni ordinum cõuentus habe-
batur) à principibus, & nobilibus facta tibi gratulatio est? qui plau-

sus? quæ ex tuo aduentu perceptæ lætitiæ significatio? quo te vultu Rex Franciscus 11 paucis antè
quam diem suum obiret, diebus: quo Catharina Medicæ, mater eius, excepit? qui complexus? quæ la-
crymæ partim gaudio, partim eorum, quæ in Gallia, te absente, acciderant, recordatione profusæ fue-
runt? Latabantur omnes scilicet, eum difficilibus, & turbulentis reip. temporibus saluum, & incolumem
longo interuallo patriæ esse redditum, qui non vinculis, non terrore, non pœna, nõ cruciari, sed
ratione, consilio, prudentia, sapientia ciuileis discordias sedare, belli intestini incendium restringere,
dissensionibus de religione modum, finemque constituere posset. Meminerant, te cum semper aliàs
paciis suaforem, auctoremque fuisse, neque vmquam, nisi necessarid tua sententia bellum comprobaf-

se: tum anno c10. 101. VI. & Errico Regi, datis ad eum Roma litteris, inducias cum Philippo Hispa-
niarum Rege factas gratulatum esse, & Pontifici Max. Paulo 1111. coram disuassisse, ne bellum pa-
ctis inter Erricum, & Philippum in duciis repressum, ac sopitum excitaret, aut redintegraret. Memo-
ria tenebant, te eundem, cum Pontificem Max. in belli studium incumbere videres, instigante præter
tim fratris eius filio Cardinali Carraffa, cui Deus immortalis dignum flagitiosa vita, sceleratisque fac-
tis exitum dedit, Regi per litteras suauissis, vt in sententia maneret, pactaq; & sibi honestissima, & po-
pulo suo vtilissima sanctissimè, religiosissimèq; obseruaret: sua quidem omnia Pontifici Max. bellum
Colonis inferre meditati, pro sua dignitate, ac maiestate polliceretur, laborantique sedulo subueni-
ret: eum tamen precibus omnibus obsecraret, ne bellū renouando, spem paciis pæne exploratam tur-
baret, atque è manibus quodammodo extorqueret. Quòd si ille de belli gerendi sententia neque dif-
ficultate deterreret, neque precibus demoueri posset, ita rex illum pecunia, virisque iuaret, vt neque
cum desertum esse pateretur, neque induciarum pactum infringaret. Hæc tua fuit de bello illo Roma-
nis calamitosa, nobis propè funesto sententia: hoc consilium: hoc iudiciū. In quo si tibi obtemperatū
esset: & si vel Pontifex Max. de summo iure aliquid remittens, Colonas (à quibus læsum esse que-
rebatur) leniore pœna coercere in animum induxisset: vel Erricus Pontificis Max. iusto illi quidem
fortasse, sed tamen immoderato dolori paullo restrictius indulxisset: non tot oppida Latium flamma,
ferroque vastari vidisset: non tot menses Roma obsidionem miserissimam pertulisset: non tot fortissimi
viri partim in oppidorum oppugnationibus: partim in proeliis, partim fame, frigore, morbo inter-
iissent: non tot in Gallia clades essent acceptæ: non tot agri depopulati: non tot vrbes captæ: non tot
templa direpta: non tot populi à suis sedibus, & focus auitis exturbati. Itaque, qui consilium tuum, re-
bus in tegeis, non fuerant secuti, ij serò iam, & malo demùm accepto, te plus vidisset, se spe fallaci du-
ctos esse cognouerunt. Tu autem, cum passim bellicum caneretur, passim dilectum habito milites con-
scriberentur, neque iam (vt inquit ille) audiret curus habenas, tæpestatem futuram multo antè pro-
spiciens, voluntate, & concessu ipsius Pontificis Max. cuius apud te grauissima semper, & sanctissima
fuit auctoritas, quamuis multa eius instimenta, actaque non admodum tibi (vt credibile est) probaren-
tur, ex vrbe discessisti: triennium, & eo amplius Roma asuisti. menses circiter quindecim in Vmbria:
sex Venetiis: in oppido Corneliano annum commemoratus es. Inde longo itinere valetudinis causa sus-
cepto, ad aquas Lucensis de medicorum sententia profectus es. Vbi cum de Põtificis Max. obitu mul-
torum litteris certior factus esses, tibi que, instarent non solum tui, verùm etiam alieni, & tamen tui a-
mantissimi, vt Romam ad comitia Pontificia mari contenderes, (nam te terra iter facere aduersa tua
valetu-

A valetudo prohibebat) vix tandem peruicerunt. Ita Romam nauigasti non spe pontificatus adipiscen-
di ductus: quem sperauisti numquam, ac ne optauisti quidem: sed ecclesia Ro. laborantis iuuanda: stu-
dio incensus. In comitium Cardinalium a. d. quintum idus septembr. expectatus introisti. Vbi cum
studiis partium rem eò loci adductam esse animaduertisses, vt comitia in multos menses tractum iri fa-
cile appareret: quæ tua fuit & priuatim cum tuis, & palàm in Cardinalium conuentu oratio? cum ec-
clesia Ro. statum deplorares, cum vniuersum pontificum, & sacerdotum ordinem infamia, inuidiaq;
flagrare ostenderes, cum tuos collegas hortareris, vt sublatis discordiis, concordiaq; constituta, vnum
sibus affectam, ex litterarum sacrarum præscripto sanare posset! Quid illudne omnibus notissimum
silento præterire debeo, quòd, cum etiam ij, qui aduersariorum partium studiis erant implicati, atque
irretiti, te suffragio suo Pontificem Max. cuperent declarare, ij ipsi, qui se omnia tua causa & velle, &
debere dicebant, atque ad eò præ se ferebant, tibi defuerunt? tibi aduersati sunt? tibi, ne, ad quem lo-
cum te tuæ præstantissimæ virtutes, maximæque, & plurima in ecclesiam Ro. merita secunda omnium
voluntate prouehant, in eum locum cunctis Cardinaliū suffragiis sublatu ascenderes, obstitere?
Quod cum comperisses, tatum abest, vt eorum animi egestatem (grauiore enim verbo vt non liber)
iniquiore animo tuleris, vt multo accuratius, quam antea, tuos collegas ad cõcordiam cõhortatu sis,
orauerisque, vt de te iam cogitare desinerent, alium viderent, ad alium tanto gradu digniorem sese to-
tos vno consensu conuerterent. Itaque cum in eo comitio non pauci illi quidem essent pro illius ordi-
nis splendore, atque amplitudine, eo loco dignissimi, sed non omnibus propter studium partiū aequè
probat, te suafore, atque ad eò auctore vir eximia virtute, doctrina, morum integritate, vitæ religione
ornatissimus Pius 1111. omnibus omnium Cardinalium suffragiis Pontifex Max. declaratus est. Cui
quid ego nunc dicam quam carus sis? quanti te ille, & Romæ presentem fecerit: & nunc absentem fa-
ciat? neque id immeritò. Non enim audierat solum, id quod omniū sermonum celebratim, omniūque
testimonio comprobatur, & confirmatum est, te singulari sapientia, animi magnitudine, grauitate,
constantia, iustitia, integritate præditum esse, sed quotidie in priuatis, publicis, de religione, de ecclē-
siæ Romanæ statu negotiis experiebatur tuam & in consilio dando fidem, & in sententia dicenda pruden-
tiam, sapientiamq; singularem. Neque verò ille vmquam adduci potuisset, vt te à sese dimitteret,
nisi tristibus, iisque crebris è Gallia allatis ad se de religione litteris, ac nuntiis commotus, cum cupe-

ret florentissimo, potentissimoque regno, pro suo paterno in omnes Christianos amore, consulere, te
vnum ad eas partes aptissimum esse iudicasset, cum præsertim Rex ipse Franciscus 11. & mater, consi-
liariisq; Regis te quotidianis litteris à se flagitarent, eamq; ob causam triemes quattuor in portum
Ostiensis partim ventis prouectæ, partim remis appulsæ essent: quarum erant duæ regiæ è portu
Masilienfi profectæ: reliquarum duarum altera à Cosmo Florëtia Regulo, altera à ciuitate Genuensi
rogatu regis erat missa. Ita te Pontifex Max. Pius 1111. à se discedere, atque in Galliam reuerti pas-
sus est, vt hominem sibi carissimum, non libenter: vt ad sedandas discordias, ecclesiæq; Ro. auctorita-
tem factam rectam conferuandam accommodatissimum, non inuitus. Redeo igitur nunc ad id, quod
initio proposueram, te verè fortunatum, ac beatum esse, Franciscæ Turnoni, quem ea condicione, eòq;
fato natum esse videmus, vt omnes vitæ tuæ partes ad rempub. iuuadam, atque ad benè de homini-
bus merendum contulisse videaris. Ille enim demum verus est honos, qui virtuti spectatæ, & cognitæ
tribuitur: verè ille honoratus est, qui omni opera, consilio, labore, studio suo, communibus hominum
utilitatibus seruit. Laboriosum vitæ genus, fateor, sed magnus inest in tali labore fructus, magnū præ-
mium, magna merces: quam, per deos immortales, noli contemnere. Non enim si fat magnam glo-
riam vita superiore peperisti, eaque contentus es, iccirco te conuenit patriæ in eius dubiis, atque ad-
uersis temporibus deesse, labori tuo parcere, otio consulere. Quanquam cui hæc dico? nempe ei viro,
qui præclarum sibi ducat, de hominum genere bene merendo, patriæq; consulendo, non modò gra-
uissimos labores suscipere, ac perferre, verùm etiam vitam, si opus sit, profundere. Sed de his nimis
multa, tibi præsertim, homini occupato, & fortasse grauissimis de rep. curis, & cogitationibus fatiga-
to. Interea peropportune, nisi fallor, Qu. Horatij Flacci à nobis, vt scis, magno labore nostro, mul-
tisque vigiliis explicati, & commentariis illustrati, atque ex auctoritate decem codicum antiquorum
quam plurimis locis emendati, Sartyrum lib. duos, totidemque epistolarum ad te defero, vt, quo scri-
ptore plurimum semper in otio tuo (si quando vmquã otiosus fuisti) delectatus es, eius lectione ma-
iorum rerum cura defessus aliquantum acquiescas, atque ita hac honestissima animi remissione recen-
tior quodammodo factus ad munus tuum administrandum reuertare. Vale. Lugduni,
Idib. Aprilibus anno c10. 10. x. 11.

Aa ij

HORATII SERMONVM, SEV
Satyrarum, seu Eclogarum initia: ac versuum
numerus.

LIBRI PRIMI.

1	Qui sit Mæcenas. versibus	127
2	Ambubaiarum collegia. vers.	134
3	Omnibus hoc vitium est. vers.	142
4	Eupolis atque Cratinus. vers.	143
5	Egressum magna, me. vers.	104
6	Non quia Mæcenas. vers.	131
7	Proscripti regis Rupili. vers.	35
8	Olim truncus eram. vers.	50
9	Ibam fortè via. vers.	78
10	Nempe incomposito. vers.	92

LIBRI SECVNDI.

1	Sunt quibus in satyra. vers.	86
2	Quæ virtus, & quanta. vers.	136
3	Sic rarè scribis, vt. vers.	326
4	Vnde, & quò Catius? vers.	95
5	Hoc quoque Tiresia. vers.	110
6	Hoc erat in votis. vers.	117
7	Iamdudum ausculto. vers.	118
8	Vt Nasidieni iuuit te. vers.	95

A SATYRARVM LIBER

PRIMVS.

SATYRA. I.



Qui sit, Mæcenas, vt nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu Fors obiecerit, illa
Contentus viuat? laudet diuersa sequenteis?
O fortunati mercatores, grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contra mercator, nauim iactantibus Austris,
Militia est potior. quid enim? concurritur: horæ
Momento aut cita mors venit, aut victoria laeta.
Agricolam laudat iuris, legumque peritus,
Sub galli cantum consultor vbi ostia pulsat.

Ille, datis vadibus qui rure extractus in urbem est,

Solos feliceis viuentis clamat in vrbe.

Cetera de genere hoc (aded sunt multa) lo-
quacem

Delassare valent Fabium, ne te morer: audi

Quò rem deducam, si quis deus, en ego, dicat,
Iam faciam, quod vultis: eris tu, qui modò
miles,

Mercator: tu consultus modò, rusticus. hinc
vos,

Vos hinc mutatis discedite partibus. eia,

Quid statis? nolint, at qui licet esse beatis.

Quid causæ est, merito quin illis Iupiter
ambas

Iratus buccas inflet? neque se fore posthac

Tam facilem dicat, votis vt præbeat aurem?

Præterea, ne sic, vt, qui iocularia, ridens

Percurram (quamquam ridentem dicere
verum

Quid vetat? vt pueris olim dant crustula
blandi

Doctores, elementa velint vt discere prima.)

Sed tamen amoto queramus seria ludo:

Ille, grauem duro terram qui vertit aratro:

Perfidus hic caupo, miles, nautæq, per omne

Audaces mare qui currunt, hac mente la-
borem

Sese ferre, senes vt in otia tuta recedant,

Amunt, cum sibi sint congesta cibaria: sicut

Paruula (nam exemplo est) magni formica
laboris,

Ore trahit, quodcumque potest, atque addit
acervo,

Quem struit, haud ignara, ac non incauta
futuri.

Quæ, simul inuersum contristat Aquarius
annum:

Non vsquam prorepat: & illis vititur ante

Quæsitis sapiens: cum te neq, feruidus æstus

Demoueat lucro, neque hiems, ignis, mare,
ferrum,

Nil obstet tibi, dum ne sit te ditior alter.

Quid iuuat immensum te argenti pondus, H
& auri

Furtim defossa timidum deponere terra?

Quod si comminuas, vilem redigatur ad
assem.

At, ni id sit, quid habet pulchri constru-
ctus aceruus?

Millia frumenti tua triuerit area centum:

Non tuus hoc capiet vèter plus, quam meus:
vt si

Reticulum panis penaleis inter onusto

A Fortè vehas humero: nibilo plus accipias,
quàm
Qui nil portarit. vel dic, quid referat intra
Naturæ fineis viuenti, iugera centum, an
Mille arer. at suauè est ex magno tollere
aceruo.
Dum ex paruo nobis tantumdem haurire
relinquas:
Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?
Vt, tibi si sit opus liquidi non amplius vrna,
B Vel cyatho: & dicas magno de flumine
mallem,
Quàm ex hoc fonticulo tantumdem sume-
re. eò fit,
Plenior vt siquos delectet copia iusto:
Cum ripa simul auulsos ferat Ausidus acer.
At, qui tantulo eget, quanto est opus, is ne-
que limo
Turbatam haurit aquam, neque vitam ami-
tit in vndis.
C At bona pars hominum decepta Cupidine
falso,
Nil facis est, inquit: quia tanti, quantum ha-
beas, sis.
Quid facias illi iubeas miserū esse libenter:
Quatinus id facit: vt quidam memoratur
Athenis
Sordidus, ac diues, populi contemere voces
Sic solitus: populus me sibilat, at mihi plaudo
Ipse domi: simul ac nummos contemtor in
arca.
D Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina, quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur. congestis vndique saccis
Indormis inhians: & tanquam parcere sacris
Cogeris, aut piclis tanquam gaudere tabellis.
Nescis quò valeat nummus: quem præbeat
vsum?
Panis ematur, olus, vini sextarius: adde,
Quis humana sibi doleat natura negatis.
An vigilare metu examinem: noctis que,
diés que
Formidare malos fures, incendia, seruos,

Ne te compilent fugientes: hoc iuuat? horū
Semper ego optarim pauperrimus esse bo-
norum.
At si condoluit tentatum frigore corpus:
Aut alius casus lecto te afflixit: habes, qui
Assideat, fomēta paret, medicum roget, vt te
Suscitet: ac reddat natis, carisque propinquis.
Non vxor saluum te vult, non filius: omnes
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puella.
Miraris, cum tu argento post omnia ponas:
Sinemo præstet, quem nō merearis, amorem? F
At si cognatos, nullo natura labore
Quos tibi dat, retinere velis, seruaréque?
amicos:
Infelix operam perdas: vt si quis asellum
In campo doceat parentem currere frenis.
Denique sit finis quærendi: cumque habeas
plus,
Pauperiem metuas minus: & finire laborē
Incipias, parto, quod auebas: nec facias, quod
Vmidius quidam (nō longa est fabula) diues, G
Vt metiretur nummos: ita sordidus, vt se
Non vquam seruo melius vestiret: ad vsq;
Supremum tempus ne se penuria victus
Opprimeret, metuebat. at hunc liberta securi
Diuisit medium, fortissima Tyndaridarum.
Quid mi igitur suades? vt viam Menius?
aut sic,
Vt Nomentanus? pergis pugnantiæ secum
Frontibus aduersis componere: nō ego, avarū
Cum veto te fieri, vappam iubeo, aut nebu-
lonem,
Est inter Tanaim quiddam, socrumque H
Vifelli.
Est modus in rebus: sunt certi denique fines,
Quos vltra, citraque nequit consistere rectū.
Illuc, vnde abij, redeo: nemoni vt avarus
Se probet: ac potius laudet diuersa sequētis?
Quodq; aliena capella gerat dissentius vber,
Tabescat: neque se maiori pauperiorum
Turbæ comparet: hunc, atque hunc superare
laboret?
Sic festinanti semper locupletior obstat:
vt, cum

A Vt, cum carceribus missos rapit vngula
currus,
Inflat equis auriga suos vincentibus, illum
Præteritū temmens extremos inter euntem.
Inde fit, vt raro, qui se vixisse beatum
Dicat, & exacto contentus tempore vitæ
Cedat, vt conuiuia satur, reperire queamus.
Iam satis est: ne me Crispini scriinia Lippi
Compilasse putes, verbum non aplius addam.

Constat inter omnes doctos, satyrarum libros
duos, totidemque epistolarū & ab Horatio scri-
ptos esse, & ad nostram atatem peruenisse. Sed
vtri priore loco debeant collocari, id verò quæ-
ri solet, neque inter eos cōuenit. Alij enim epi-
stolas satyris anteponi volunt: alij contrā: neque
hæc controuersia veterū membranarum aucto-
ritate decidi, aut componi potest: quippe quæ ita
inter se ipsæ dissideant ordine, & dispositione li-
brorum, vt in nonnullis, epistolarum libri odis
præponantur: satyræ autem postremo loco posi-
tæ sunt: in alijs satyræ primo loco, epistolæ secu-
do, odæ tertio sint collocatæ: vt faciliè appareat
vel veteres illos de horum librorum ordine non
admodum laborasse, vel librarios ordinem à ve-
teribus seruatum perturbasse. Ego primū hoc
testificor, me cū quoquam hac de re, vt quæ mihi
parui admodum momenti videatur, decertare
nolle: deinde difficile esse puto certi aliqui de
hac controuersia statuere ac pronuntiare, postre-
mò si quis hoc dicat, me tamen iudicasse satyras
epistolis esse præponendas, quia hoc ordine eas
disposuerim: licet mihi respondere me nullo cō-
silio, nullaque ratione id fecisse: sed cum initio,
quo tempore hos commētarios adumbrate cœ-
pi, hunc ordinem eò secutus essem, quòd in meo
exemplo libri ita essent collocati: me eundem or-
dinem tum cum typis excudendos dedi, serua-
uisse. Verum tamen si quis facti mei rationem fla-
gitabit, neque mihi credet, me temere, aut casu
hos libros ita disposuisse: is me hac ratione mo-
tum esse sibi persuadeat per me licet. Horatius
primus omnium Latinorū versus lyricos exem-
plo Græcorum scripsit, eoque lyricorum poëta-
rum princeps, ne dicam solus, inter Latinos ha-
betur: quod ipse de se non vno loco prædicat: vt
Od. 3. lib. 4. Totum muneris hoc tui est, quòd monstror
digito prætereuntem Romana fidicen lyra. & Od. vl-
tima lib. 3. magnificè gloriatur se primum om-
nium, carmē Æolium, nempe Alcaicum & Sapphi-
cū ad cantus Italos deduxisse. Dicar, qua vio-
lens obstrepsit Ausidus, Et, quæ pauper aquæ Daunus
agrestium Regnavit populorum, ex humili potens Prin-
ceps Æolium carmen ad Italos Deduxisse modos. Sa-
tyrarum etiam scriptor, seu potius poëta fuit, nō
primus ille quidē (fuit enim Lucilius satyræ in-

uentor) sed eo, qui primus satyras scripsit, longè
præstantior: quod ipse de se non falsò prædicat
satyra 4. & 10. lib. 1. Iecircò Od. 20. lib. 2. poëtam
biformem se ipse nominat, id est, opinor, lyricū,
& satyricum. Itaque cum carminum lyricorum
libros, ex quibus poëta lyrici nomē adeptus est,
primo loco posuerim: satyras, ex quibus satyrici
poëta nomē sibi peperit, mihi videri istarum post
Odatum libros, non immeritò collocasse. Nam
epistolæ quidem, siue illæ communi nomine ser-
mones appellandæ sunt, siue secus: nihil addunt
Horatio neque ad lyrici, neque ad satyrici poëta
nomen. Sunt enim illæ & à lyricis versibus, & à
satyris re seiunctæ, ac separatæ, vnūque quod-
dā corpus vtriusque dispar & dissimile consti-
tuunt. neque omnes eodem planè stilo, atque sa-
tyræ mihi videntur esse scriptæ: hæ enim non so-
lūm humili & orationi soluta simillimo, verūm
etiam faceto, vrbano, mordaci genere verborum
textæ sunt. epistolæ verò quamuis quotidiano il-
læ quoque sermone, & verbis de medio sumtis
ac petitis magna ex parte consent, quemadmo-
dum debent epistolæ: ea tamen vrbantate, iis sa-
libus, eo denique aceto (vt ita dicam) quo satyræ
imbutæ sunt, caret: vt omittam quòd earū non-
nullæ paullo sunt elatiores, atque ornatiores, &
quibusdam verborum ac sententiarum lumini-
bus illustriores. Gloria igitur illa summa tum ly-
rico carmine, tum satyrarum scripture Horatio
parta & quaesita, insigni quidē, & luculenta epi-
stolarum accessione cumulat: sed nullum ci-
nouum poëta nomen per illas acquiritur. Præ-
terea si solæ satyræ sermonū nomine sunt appel-
landæ, (vt vulgus putat) Horatius ipse declarat
se epistolas postterius scripsisse, quàm satyras. Sic
enim epist. ad Tibull. *Alibi nostrorum sermonū can-
dide index, &c.* His rationibus adductus satyras
priore loco, quàm epistolas collocaui: quas, si
quis non probabit, susque, deque habeo, eique
libenter assentiar, qui à me dissentiens, sententiā
asseret probabiliorem. Sed, ne quis miretur, me
vulgatam inscriptionem horum librorū immu-
tasse, primū vir quidam doctissimus mihi asse-
ueravit Romæ, se Venetijs codicem vidisse per-
antiquum, in quo inest hæc inscriptio. Deinde
(vt dicam, quòd sentio) sermonis nomen gene-
rale est omnia sermonum genera continens, &
complectens: neque propriè ad satyræ signifi-
candam natum, aut factum. Itaque Horatius epi-
stola ad Augustum, epistolæ suæ locutionem hoc
nomine appellat. *Ne longo sermone morer tua tem-
pora Caesar.* Præterea cum satyra nomen sit Latini
poëmatis proprium, quo nomine etiam ipse id
afficit prima sat. lib. 2. *Sunt quibus in satyra vi-
dear nimis acer, &c.* & cum, vbi de ordine saty-
rarum agitur, soleamus ita loqui, satyra prima,
satyra secunda, &c. nōne absurdum est, vbi de
ordine librorū sit sermo, sermonū potius, quàm
satyrarum librum primum, & satyrarum librum
secundum nuncupare? Nam, vt loquar de satyris
A a iiii

A tantum, cōueniebat eas aut hoc modo & inscribere, & appellare, sermonum libri duo: deinde sermonum liber primus, liber secundus: deinde sermo primus, sermo secundus, sermo tertius, &c. aut hoc modo, satyrarū lib. duo. satyrarum lib. prim. lib. secund. deinde satyra prima, &c. Quod si modus ille superior erat absurdus, atque ineptus futurus: relinquitur, vt hunc posteriorē probare debeamus. Præterea quis negabit, omnies epistolas quotidiano sermone textas esse, vt diximus? Nam non, si aliæ sunt aliis ornatiores, propterea minus putandæ sunt verbis de medio petitis esse perscripta. Præterea dici potest, quod & veteres quidam grammatici tradiderūt, hoc differre sermonem ab epistola, quod sermo ad præsentem, seu præsentis habetur: epistola ad absentem, seu absentis mittitur. Ne hoc quidē prætereundum est, singulos sermones, in omnibus fere libris manuscr. ita esse inscriptos, ecloga prima, ecloga secunda, ecloga tertia, & item deinceps de ceteris, Non satyra prima, &c. eclogas autem appellant Græci disputationes, aut sermones, aut locos quosdam breues, insignes, eximios atque electos. Itaque non solum satyras, verum etiã odas, eclogas esse appellatas ab Aufonio videmus. Postremò hoc præter cetera inter satyras, & epistolas interesse arbitror, quod illæ sunt dicaciores, vrbaniore, licentiores: interdum etiam impudentiores, amariores, mordaciores: hæc contra quamuis vrbaniore, & sale non careant, minus tamen dicaces, seuiores, modestiores, verecundiores, dulciores, mitiores. De satyra autem hoc vnū dicam, quod scribit Quinctilianus, eam Latinorum esse totam, neque à Græcis accessitam. Satyras enim Græci non scripserunt. Negari certe hoc non potest, Lucillum Satyrarum iuuentorem, atque auctorem (nam de Varrone nihil attingit dicere) veteris comædiæ poetæ Eupolin, Cratinum, Aristophanem, & ceteros secutum, se ad satyras scribendas contulisse: quod testatur Hor. ipse saty. 4. lib. 1. Itaque verè hoc dicere licet, satyrarum veteris comædiæ, quæ ob immoderatam maledicendi licentiam lege sublata est, locum occupasse.

QVI FIT MÆCEN. VT NEMO Q. D. s.] Queritur hæc à doctis, quamobrem Horatius, tam variè & inconstanter pugnet ipse scum, qui in oda prima videatur ostendere, suo quemque studio delectari, in eclogæ ad extremū constantissimè permanere, spreto alieno: hæc contra perspicuè significet, neminem sua sorte contentum esse. Soluunt hunc nodum quidam hoc modo, vt dicant, hæc verba fieri de hominibus laborantibus, & in negotio & periculo versantibus: in oda illa autem de iis, qui otiosam & tranquillam vitam agunt, quibusque omnia ex animi sententia procedūt. Quæ solutio mihi nullo modo probari potest. Nam perspicue in Oda 1. ait, mercatorem, cum ille quidē tempestate aduersa conflictatur, laudare otium vitæ rusticæ, & com-

morationem in prædio suo rustico: vbi verò periculo defunctus est, & domū saluus venit: naufragio factò, nauem fractam rescire vt denud nauiget. præterea milites nonne in negotio & periculo quotidie versantur? venatores sub cælo frigido ceruum aut aprum sectantes, conquiescunt? & tamen neque venator teneræ vxoris memoria, aut amore domum reuocatur: neque miles labore militari, aut vitæ discrimine ab instituto deducitur. Quid igitur dicendum? In omni viuendi genere & studio aliquid inest commodi, aliquid etiam incommodi: aliquid voluptatis, aliquid & molestiæ. in Oda 1. voluptatis, quam ex suo studio capiunt, dumtaxat rationem ducūt, molestiam ad animum non reuocant, neque spectant, aut sentiunt: hæc sua quisque incommoda, suaque molestias, quibus in suo viuendi genere afficitur, intuetur, & ob oculos ponit, atque in eis mentem defigit, neque cum commodis & voluptatibus, quas percipit, comparat: contra vitæ alienæ studiique alieni commoda, & voluptates veluti decempera meritur, & ponderibus quibusdam examinat, easque amplificat, & magni æstimat. ita suam vicem conquiritur, & deplorat, alienam condicionē admiratur, & exoptat: sed tamen vbi ad se rediit, si quis ei deus cōmutationis cum alio faciendæ potestatem faciat, non lit suam sortem cum quocumque commutare: sed suo studio, suoque vitæ instituto, vel quod ratione probauit, vel ad quod aliquo casu tamquam vento delatus est, magis delectatur. Præterea hæc propter inuidiam, qui affectus plerisque omnibus innatus est, sua condicione nõ sunt contenti. Nam dum se quisque cum fortunatore comparat, sua reperit deteriora, aliena meliora. quo fit, vt suæ quemque sortis pœniteat, alienam expetat. Sic infra. Horat. Quodque aliena capella gerat, differtius vber, T abscat, neque se meliorem [al. maior] pamp. Turba comparet, &c. illic nemo se cum beatiore confert, neque alienam felicitatem admiratur, neque alteri inuidet. sed contra, sibi quisque præ aliis videtur pulcher & fortunatus, suoque studio, & sua sorte valde delectatur: atque ita nihil est in his duobus locis discrepans neque repugnans.

MÆCENAS] de Mæcenate cum satis multa dixerimus ad Od. 1. lib. 1. ad illa lectorem reijcimus. hoc vnum omisit (quod ad hunc locum non minus accommodatè dici potest) Mæcenatis cognomen fuisse, Cilnius, vt sit, C. Mæcenat Cilnius: quod docuit nuper Onufrius Panuinus.

SEU FOR S] ita sine dubio legendum, & ita scriptum est tum in exemplis excusis emendatis, tum in codicibus calamo exaratis, non fors. Præterea quid ineptius, quam ita loqui, siue ratio sortem dederit, siue fors obtulerit, &c. nunc autē cum fors idem ferè sit, quod fortuna: fors autem præter vulgatam significationem, fit id, quod vel à Deo, siue à fortuna offertur: vel à ratione, & cō. filio datur, verbi gratia nobilitas, ignobilitas, vita priuata, vita publica: horum verborum sententia est aper-

A est apertissima: mirum esse neminē sua sorte esse contentum, siue eam fortem ratio dederit, siue Deus aliquis, aut fortuna obiecerit. Propterea autem, quod parū admodum interest inter harū litterarum f, & f, figuras: librorum negligentia in optimorum scriptorum libros menda turpia irrepserunt, & fors, pro fors ab illis aliquot locis positum est: vt apud Catull. in carm. de nupt. Pelei, vt lata gaudia mente Agnoscam, cum te reduncem fors prospera sisset. leg. fors prospera. & apud Virgil. in Mœride, quoniam fors omnia versat, legendum fors. & apud M. Tull. epist. ad Attic. lib. 2. legendum quod fors obtulerit, id alterius videtur: non fors, vt habent libri typis excusi: & oratione in Verr. de signis, legendum, telumque, quod cuius fors offerebat, arripuerit, non fors. & offic. in versibus illis Ennians, mendosa est vulgata lectio, Vosne velit, an me regnare heri, quid ue ferat fors. est enim legendum, quid ue ferat Fors. & apud Sallust. in præmio belli Iugurtini, mēdosata legitur Falso queritur de natura sua genus humanum, quod imbecilla, atque aui brevis sorte potius, quam virrite regatur. est enim legendum sorte, & ita reperi scriptum in codice perantiquo. & apud T. Liuium lib. 36. sic emendandus locus: ne paulum quidem dabitur, quin pro fide erga Romanos, quicquid fors belli tulisset, pateretur. denique vt sic emendatur hæloci, postulat Latini sermonis vsus, idque è paucis exemplis intelligere licet. Terentius in Phorm. Quod fors feret, feremus æquo animo. Idem Hecyra, Quia tam incommodè illis fors obtulerat aduentum meum. Lucret. lib. 5. Quod cuique obtulerat præda fortuna, ferebat. vbi fortuna pro nomine fors perlicue positum est. Idem lib. 3. casumque timent, quem cuique ferat fors. M. Tull. epist. ad Att. lib. 4. sed de illa ambulatione fors viderit, aut se quis est, qui curet, Deus. & lib. 14. sed hæc fors viderit ea, quæ talibus in rebus plus, quam ratio, potest. & lib. 8. eundem, vt, quemcumque fors tulerit casum, subeam potius cum iis, qui dicuntur esse boni, quam videar à bonis dissentire. Horat. sat. 6. huius lib. Nulla etenim mihi te fors obtulit. idem sup. Od. 9. lib. 1. Quem fors dierum cumque dabit, lucro Appone. Idē Sat. 1. lib. 2. Dives, inops: roma, seu fors ita iusserit, exsul: Quisquis erit vita, scribam, color. Virgil. Æneid. 7. Quæ fors prima dedit, sanguis nouus imbuit arma. Salustius bello Iugurt. cetera, uti fors tulit, aliàs abra sunt, aliàs in sepestate vadosa. T. Liuius lib. 25. quos fors obtulit, irati interfecerunt.

DIVERSA SEQUENTES] id est, eos omnes, qui dissimilia, & diuersa viuendi instituta sequuntur. Plurarchus in lib. ἐπιθυμίας ostendit, multum valere ad animi tranquillitatem, seipsum & sua inspiciere: sin minus, at certè se inferioris spectare, & non imitari vulgus hominū, qui se cū præstantioribus comparant: verbi gratia, serui, qui vineti sunt, solutos, beatos esse prædicant: illi autem liberos: liberi, ciuicis: hi rursus copiosos, & locupletis: copiosi autem, satrapas: satrapæ, reges: reges, de os, propemodum tonare, & fulgurare volētes. sic Plurarch. ἐπιθυμίας το μέγα πῶδες ἐπιθυμίας ἐστὶ τὸ μάλα καὶ ἰδιαιύτον ὄπισθοκοπεῖν, καὶ τὰ κατὰ ἑαυτὸν εἶδὲ μὴ τῶς ὑποθεσέμεν, ἀποθεωρεῖν, καὶ μὴ καθάπερ οἱ πολλοὶ πῶδες τῶς ὑπερέχοντάς ἐπιπαρθεῖν, ἔργασιν, οἷον εἰδῶς οἱ δὲ δὲ μὲν οἱ εὐδαίμονες, καὶ τῶς λευκέρους, ἐκείνοι δὲ τῶς ἐλευθέρους, οἱ δὲ ἐλευθέροι, τῶς πολιτῶς, ἔτσι δὲ πάλιν αὐ τῶς πλεῖστῶς, οἱ δὲ πλεῖστοι τῶς σατράπαις. οἱ δὲ σατράπαι τῶς βασιλέως, οἱ δὲ βασιλεῖς τοῦς θεῶς, μονοῦ καὶ βροτῶν καὶ ἀστράπαιν ἐβίοντες, eodem pertinet illud Liuianum lib. 5. credo fortunatum matrimonium ei sororis visum, siue ipsam malo arbitrio, quo à proximis quisque minus anteceri vult, pœnituisse.

FRACTVS MEMBRA] hellenismus. fractis membris dixisset, si Latino more loqui voluisset. Virgil. lib. 4. Æneid. Os humerosque deo similia. Horat. lib. 1. Oda 1. nunc viridi membra sub arbuto stratum.

QVID ENIM?] Iacobus Taurellus, Florentinus, Lælij Taurelli iurifconsulti clariss. frater, homo in his litteris magno opere exercitatus, dicebat mihi Romæ anno superiore, hoc loco legendum sibi videri quid ni? non, quid enim? neque tamen vilius codicis veteris auctoritatem proferebat: nec ego eam scripturam vlllo in codice manu scripto reperi, iccirco nihil mutavi, sed receptam, præsertim à 14. libris veteribus confirmatam, retinui, cuius explicationem si interrogaui me requirit, dicam solere Latinos hac interrogatione uti, cum significare volunt se rectè sentire, vel verum dicere, neque eum, quicum loquuntur, contra dicere quicquam posse, vt intelligere licet ex illo loco epist. L. Luceij ad Cic. lib. 5. epist. Quid enim? tu solus aperta non videbis, qui propter acumen occultissima perspicis? sic Cic. epist. sequ. ad Luceij, Quid enim? ad amicisne confugiam? Idem lib. 2. de Finibus, Quid enim? te ipsum dignissimum maioribus tuis voluptatibus induxit, vt adolescentulus eriperes P. Sylla consulatum? ibid. Quid enim? fortunè possessus dicere eundem illum Torquatum? ibid. Quid enim? summus dolor plureis dies manere non potest? sic Horat. sat. 3. lib. 2. Cum laqueo uxorem interimis, matremque veneno, Incolumi capite es? quid enim? neque tu hoc facis Argis, &c. quamquam, ne mentiar, locus ille Sat. 3. mihi suspectus est, vt suo tempore dicemus. sic igitur huc locū explicò, Nililita est potior (inquit mercator) quid enim? id est, quid est, quod contra dici possit, quamobrem ita non sit? concurratur, &c. Quod si quis malet legi, quid ni? sententia erit planior. hoc modo, quid ni potior sit? πῶς ὄψεται.

CONCVRRITVR] sic Virgil. de apibus lib. 4. Erumpunt portis: concurratur: æthere in alto fit sonitus.

AVT CITA MOR S] sic reperi scriptum in cod. duob. Vatic. Iann. Torncf. & verò scriptura hæc concinnior est, quam vulgata,

SVB GALLICANTVM] ante galli

A cantum, vt alibi annot. sic M. Tullius pro Muræna. Scruium iurifconsultum alloquens, Te gallo- rum, illum buccinarum cantus exsusulat.

CONSULTOR] qui consulit iurifconsultum. M. Tull. eadem orat. Vigilas tu de nocte, vt consul- toribus tuis respondens. epist. ad August. Roma dulces diu fuit, & solenne recessa Manè domo vigilare, &c. OSTIA PVL SAT] Oda 4. lib. 1. Pallida mors equo pulsât pede pauperum tabernas, Regumque turres.

ILLE, DATIS VAD.] agricola, qui cum vadimonio promissit se in iudicio statutum. Sunt autem vades, qui promittunt suo periculo se aliquem in iudicio fituros, siue caput agatur, siue pecunia: sapius tamen, & vtitatis vades dicuntur, qui intercedunt in causa capitis. vt M. Tull. off. 3. Damonem & Pythiam Pythagoræ ferunt, hoc animo inter se fuisse, vt, cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinauisset, & is, qui morti ad- dictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulauisset, vti factus sit alter eius sistendi, vt, si ille non reuertisset, moriendum esset sibi ipsi. Idem de finib. lib. 2. Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico, vt Pythagoræus ille fecit siculo tyranno?

CETERA DE GENERE HOC] Lucretianum hemistichium. vt lib. 3. Et iam cetera de genere hoc, cur omnia membris Ex inuente auro in genera sunt, inque genuerunt? & lib. 4. Cetera de genere hoc monstra, ac portentosa loquuntur. & lib. 5. Cetera de genere hoc, quæ sunt portenta perentia, si non vincta forent, quid tandem vana nocerent?

(ADEO SVNT MVLT A)] hæc sunt inclu- denda interpositionis nota.

IOQUACEM FABIVM] quasi aliud a- gens Fabium quemdam notat, qui Pompeio de- uicto, cuius parteis secutus erat, sese ad Stoicam disciplinam torum conulerat, librosque aliquot, eius scholæ sententias, & decreta continenteis, scripsit perat satis verbosus.

DE LASSARE] valde lassare. vt desanire valde sauire, epist. 3. lib. 1. An tragica desauit & ampullatur in arte? idem sat. 3. lib. 2. Pius ubi effu- git, matri denarrat.

CONSULTVS] iurifconsultus. vt epist. ad L. Flor. lib. 2. Frater erat Roma consulti rhetor.

NOLINT.] sic habent omnes libri manuscri- pti: & ita legendum est. quod à me omissum fue- rat in prior editione.

ATQVI LICET] libri aliquot manuscr. ha- bent atquin.

BVCCAS INFLET.] id est, irascatur. nam buccas inflant, qui irascuntur: vt infra dicemus, quod Græci φουσαν τὰς γνάθους, dicunt. Demosth. οὐδὲ τὸ ἄλλο τὸ ἀγροῦν πορεύεται θοι- μάτων καθὰς ἀγροῦ τὸ σφυρὸν, ἴσθι βάνων Πυ- θοκλῆς, τὰς γνάθους φουσαν. id est, & per forum ambulat veste ad talos demissa, pariter incedens atque Pythocles, & buccas inflans.

VOTIS VT PRÆB. AVREM] eorum vota audiat: præbere idem fere valet, quod sup-

peditare, παρέρχων, παρέρχων, vt annot. ad Od. 13. E lib. 3. votis autem, id est, precibus.

VT, QVI IOCVLARIAT] vt qui res iocu- lareis, percurrit ἀπο κοινοῦ, vel subintell. loqui- tur, aut quippiam simile.

OLIM] aliquando, ποτε. QVAMQVAM RIDENTEM DICE- RE VERVM, QVID VETAT?] fat. 10. lib. 1. ridiculam, acri Fortium, & melius magnas ple- rumque fecat res.

CRVSTVLA] pemmata quædam ex farina, lacte, caseo, oleo, melle, & similibus cōfecta. Sat. 4. lib. 2. sunt, quorum ingenium noua t. intum crustula promit. Obseruandum est, quod docet Seruius ad illum Virgilij versum Georg. 3. Concresecunt subito currenti in flumine crustæ, crustam genere famenco lapidis, aut ligni, aut aquæ conglaciata partem significare: crustum genere neutro, partem pan- nis, aut placente, aut cuiusuis rei ad vescendum aptæ, facta vbi profert ille hunc locum Ho- ratij: & illum Iuuenalis, Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo. sunt autem hoc modo allii- ciendi pueri, & auditores, vt dicere atque audire velint. Non admodum dissimile est illud Lu- cretij lib. 4. Nam veluti, pueris absinthia terra me- dentes Cum dare conantur, prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci, stauoque lignore, vt puerorum atas improvida ludifecetur Laboris tenuis interea per- potet amarum Absinthii laticem, deceptaque non ca- piatur, sed potius tali tactu recreata valeat. Sic ego, &c. Sic Plato lib. 7. de rep. non vult pueros ad disciplinas vi adigi, sed ludenteis inuitari, vt ap- pareat, ad quod disciplina genus quisque sit ap- ptus natura: atque in eisdem retineri, propterea quod nulla disciplina cum vi coniuncta stabilis in animo permaneat. verba Platonis sunt hæc: μή τῶν μὲν βίαι, εἰ ποῦ δὲ ἀρίστη, τὸς πᾶσι δὲ ἐν τοῖς μαθήμασι, ἀλλὰ πᾶσι ζῶντας τέρπει, ἵνα καὶ μᾶλλον οἶός τε ἦς καθορᾶν ἐφ' ὃ ἕκαστος πέ- φυκεν.

ELEMENTA] epist. 1. lib. 1. restat vt his ego me ipse regam, solèrque elementis.

SED TAMEN AMOTO] quia longam interposuerat παρέρχων, mutata orationis insti- tuta forma, vt fit in hyperbaticis, redit ad institutu- tum, his vocibus duabus vsurpatis, sed tamē: qui- bus solent vti Latini cum sententiam verbis ab ea alienis interpositis, quasi interruptam, repetere, ac reuocare volunt. sic M. Tull. lib. accus. in Verr. 3. Atque hoc ego plus oneris subeo, quam qui ce- teros accusarunt (si onus est id appellandum, quod cum letitia ferat ac voluptate) Verum tamen hoc ego am- plius suscepi, quam ceteri, &c.

SERIA] seria dicta sunt quasi sine risu. No- nius.

ILLE, GRAVEM DVRO, &c.] agricola, ἀειψοπέσις.

TERRAM QVI VERTIT AR.] sic lo- quitur Virg. Georg. 1. quo sidereterram Vertere Ma- cenas, &c.

PER-

A PERFIDVS HIC CAVPO] caupones, seu copones, malignos appellat Sat. 5. huius libri, Diffortum nauis, cauponibus atque malignis.

MILLESQVE] supra, Miles, ait multo iam fra- ctus membra labore.

NAVTEQVE PER OMNE AVD. M. Q. C.] epist. 1. Impiger extremos curris mercator ad Indos Per mare pauperem fugiens, &c.

AVDACES] Oda 1. lib. 1. Illi robur & as tri- plex Circa pectus erat, &c.

CVRRVNT] nauigant. vt Od. 28. lib. 1. lice- bit, iniecto ter pulvere, curras. ex quo cursus pro na- uigatione sumitur: vt Oda 6. lib. 1. Nec cursus du- plicis per mare Vlyssæi. & Od. 34. eiusd. lib. nunc re- trosum vela dare, atque iterare cursus Cogor relictos.

HAC MENTE LABOREM S. F.] hi omnes aiunt sese eo animo, & consilio, interea dum integris sunt viribus, & dum viget atas, la- borem perferre, ac perpeti, vt senes otiosam, & tranquillam vitam traducere queant, rebus om- nibus ad victum, cultumq; necessariis collectis, & comparatis.

CONGESTA CIBARIA] infra ead. Sat. congestis undique saccis Indormis inhians.

SICVT PARVULA, &c.] aiunt ij omnes, qui in re facienda occupati sunt, se formicæ ex- emplo, vt quarant, & cogerant opes, ad moneri.

MAGNI FORMICAE LABORIS] Theo- critus ἐγκωμιὰ Πτολεμ. ostendere volens, Ptole- mæi diuitias non asseruari ab eo domi cōditas, ac sub terra defossas, sed ad liberalitatem, ac mu- nificentiam conferri, dissimilitudine vtitur for- micarū, his verbis, Οὐ μὲν ἀγροῦ γὰρ δόμοι ἐνὶ πῶνι, χρυσός, Μυρμάκων ἄτε πλῆθος, ἀεὶ κέ- χυται μοχθῶντων, Ἀλλὰ πολλὸν μὲν ἔχοντι θεῶν ἐπιουδέες οἶκοι, &c. Virg. Æneid. 4. Ac velut in- gentem formicæ sarris acernum Cum populant hiemis memores, tectoque reponunt, &c. Est autem hic venusta antithesis, parvula, magni laboris. sic Virgil. Georg. 4. Ingentes animos angustis in corpore versant.

QVÆ SIMVL] simul atque, cum primū: nempe mense Ianuar, brumam enim describit.

Sunt autem nunc Horatij verba.

CONTRISTAT] tralatio à re animata ad inanimam, λυπέω, vtitur eo verbo Cælius ad Ci- cer. lib. 8. epist. Contristavit hæc sententia Balbii Cor- nelium, & Virg. Georg. 3. aut unde nigerrimus Aus- ter Nasctur, & pluuio contristat frigore calum. idem lib. 10. Æneid. Ille sitim, morbosque ferens mort. alibus agris Nasctur: & leuâ contristat lumine calum.

AQVARIVS] Virg. lib. 3. Georg. cum frigi- dum olim tam cadit, extremoque irrorat Aquarius an- no. Aquarium autem sol ingreditur mense Ia- nuario.

PROREPIT] foras repit. nam pro in compo- sitione interdum foris, seu foras, & palam signifi- cat, vt in his procuro, produco, prodeco, prodo- ceo, & similibus.

SAPIENS] sic restitui ex codic. antiquis, Va- tic. Raitur. Tornes. Nicot. Russar. significat au-

tem sapientis esse bonis partis vti. cōtra insipien- tis, parcere, vt sacris. sic supra Od. 1. Sapias, vna liques. & Od. 7. eiusd. sic tu sapiens finire memento Tristitiam, vitæque labores. Moli. Plance, mero.

DEMOVEAT LVCRŌ] sic curauimus excudendum, quod ita scriptum reperimus in li- bris manu scriptis, Vatic. Iannoct. Torn. cum in vulgatis legatur dimoueat, planè mēdosè: vt apud M. Tull. quamplurimis locis. demoueat lucro autē dictum pro demoueat de lucro: vt propugnat nu- gis. cum his autem Horatianis valde mihi con- guere videntur illa Varronis Eumenidib. deni- que auarus Qui sanus: cui esto terrarum traditus orbis, Furando tamen, & morbo stimulatus eodem Ex sese ipse aliquid quarat, cogatque pecuni.

NEQVE HIEMIS, IGNIS, M. F.] sic F epist. 1. lib. 1. curris mercator ad Indos Per mare, pau- periem fugiens: per saxa, per ignes.

DVM NE SIT TED.] nullum laborē re- cufas, nullum periculum reformidas, dummodo id assequaris, ne quis alter te ditior sit.

FVRTIM DEFOSSA] sic dixit defossa terra, vt Virg. Georg. 3. defossis specubus. Ipsi in defossis spe- cubus secura sub alta Otia agunt terra: alioqui vti- tatis dicimus aurum, siue quid aliud, defodere in terram, aut sub terra. Lucret. lib. 5. nec sibat ferro molirier arua, Nec noua defodere in terram vir- gulta. Idem ibid. Et noua defodere in terram virgul- ta per agros. M. Tull. de diuinat. 3. respondit come- tor, thesaurum defossam esse sub lecto. A finius Pollio ad Cicer. lib. epist. 10. deinde abstractum defodit in ludo, & vium combussit. Horat. epist. ad Numic. Defodiat, condèrque nientia. Virg. lib. 10. Æn. iacent penitus defossa talenta Cælati argenti. Plaut. in Mo- stell. hospes hic me necauit, isq; me defodit in sepulchro.

TI MIDVM] vel timentem vti, vt epist. ad Pifones. Quarit, & inuentis miser abstinet, ac timet vti: vel timentem à furibus & seruis fugitiuis ac furacibus, vt infr. ead. sat. An vigilare metu exa- nimem, noctesq; diēsque Formidare malos fures, &c.

QVOD SI COMMIVAS] at si pondus istuc auri, & argenti minuas, redigatur ad assem, dices. in quibusdam codicibus scriptū est quod, sine accentu: quam scripseram non improbo, & ea fortasse melior est. Omnino in vetustis codi- cibus non ferè solet hæc, quæ fit per accentus, distinctio obseruari. Quare quod ad libros vete- res attinet, vtrouis modo legere licet.

AT NI ID FIT] respondet Hor. at si au- rum tuum non minuitur, si non infumitur in res necessarias, quid est quod acernus auri, quātum- uis altè exstructus, tantopere sit admirandus?

QVID HABET PVLCR I] tale est il- lud Oda 2. lib. 2. nullus argēto color est auarus Ab- ditio terris, &c.

NON TVVS HOC CAPRET.] sic scri- ptū reperi in antiquis codicibus Vaticanis, Iano- octij, Tornes. Nicot. Cleric. Russardinis, ceteris. sententia autē horum verborū est. etiam si cen- tum frumenti medimnorum millia in tua arca

A trita fuerint, tuus veter ne pilo quidem plus accipiet, quam meus. hoc, accipiendum de uisibilibus, uerbi gratia, pilo, & similib. quod quidam non intelligentes, reposuerunt hinc. alij hoc interpretantur propter hoc, sed minus recte.

RETICVLVM PANIS] reticulum hoc loco sacculi genus est, retis in modum factum.

VENALEIS INTER] inter feruos uenaleis, seu uenalitios.

VEL DIC QUID REF. INT. N.] id est, vel dic, quid intersit, si eius personam spectes, qui uita sua modum, naturam finibus circumscripta, ac terminet, utrum centum agri iugera, an mille aret?

B AT SVAVE EST. EX M.] dices tu auare, tollere autem, id est, sumere: ut epist. 7. lib. 1. partem, uel tolleret omnes.

CVMERIS] uasis fistilibus, aut uimineis, in quibus condebant frumentum. epist. 5. lib. 1. Forte per angustam tenuis uulpecula rimam repererat in cumeram frumenti. κνφάλας appellant Graeci.

LIQVIDI VRNA] aqua uena. liquoris uena. uogē, ut loquuntur Graeci. quod annotat P. Victorius. Var. lect. lib. 23. cap. 20.

MALLEM] quinque libri manuscr. habent malim. alij, ut vulgati, malleum.

ED FIT, PLENIOR UT SI QVOS, &c.] id est, obid: uel ex eo fit, ut si quos uerior aqua copia, quam par sit, delectet, & iccirco malint esse flumine bibere, quam ex fonte, Aufidus rapidus saepe eos unam cum ripa abreptos auferat. allegoria est, per quam significat, saepe euenire, ut, qui mediocribus facultatibus non contenti ampliores desiderant, in maximas calamitates incidant, aut interitum sibi & pestem arcessant.

C Mendofo autem, meo iudicio, nonnulli libri manuscr. habent delectet copia cornu: quam scripturam tamen uir doctissimus A. Dr. Turnebus obseruatione & commendatione dignam iudicauit. mihi quidem non aquae probatur ut altera, quam secutus sum: non quae reperitur in decem & amplius libris antiquissimis, & calamo exaratis. Quod si tamen illa probabitur magis, ut varia sunt hominum palata, ego eam longe aliter, quam ille, explicabo. Sic enim ille. Copia cornu plenior, est copia, quae cornu abundantiore, & bonis opulentiore, refertiorque est. Ego autem sic: Copia cornu plenior, est copia, quae plenior, & refertior est ipso copia cornu, ipso Amaltheae capra cornu, quod tamen erat bonis omnibus refertissimum. per eum igitur, quem copia cornu plenior delectet, intelligemus significari hominem inexplebilem atque insatiabilem, & qui non sit contentus copiis uisitat, & aliquando auditis, & tamen ingentibus & amplis. sed qui concupiscat opem amplitudinem ipsam, & uerterat rem omnium & copiam superantis.

D nior, est copia, quae cornu abundantiore, & bonis opulentiore, refertiorque est. Ego autem sic: Copia cornu plenior, est copia, quae plenior, & refertior est ipso copia cornu, ipso Amaltheae capra cornu, quod tamen erat bonis omnibus refertissimum. per eum igitur, quem copia cornu plenior delectet, intelligemus significari hominem inexplebilem atque insatiabilem, & qui non sit contentus copiis uisitat, & aliquando auditis, & tamen ingentibus & amplis. sed qui concupiscat opem amplitudinem ipsam, & uerterat rem omnium & copiam superantis.

AVFIDVS ACER] rapidus. Aufidus Apuliae fluiuis. sup. Od. 9. lib. 4. Longe sonantem natus ad Ausfidum.

QUANTO EST OPVS] quidam libri uet. E habent, quantum est opus.

IS NE QV ELIMO TVRB. H. A.] huius loci haec sententia est. qui tantulum desiderat, quantum satis est, id est, quantum naturae necessitas postulat, is hoc assequitur, quod neque turbidam haurit aqua: qualis est ea, quae de riuulo arido petitur: neque fluuii impetu abreptos interit: quod periculum impendit iis, qui de fluuio, aut torrente, quam de fonte, aquam petere sitientes malunt.

NE QVE VITAM AMITTIT] amittere vitam etiam Plautus dixit Afinar. Cur ergo minitarius tibi te uitam esse amissurum? & M. Tull. pro Rosc. Amer. an infusus in culleum per summum deducis uitam amittere.

CVPIDINE FALSO] uitiosa cupiditate. uide Od. 16. lib. 2. ibi, aut Cupido sordidus auferit. quem locum profert Seruius ad illum Virgilii libro 5. Aeneid. Centauro inuehitur magna. ubi ait genus plerumque confundi aut metri, aut hiatus causa: quasi uero non potuerit, si non in Oda illa 16. at certe in hac Sat. scribere Cupidine falsa.

QVIA TANTI, QVANTVM H. S.] Plutarchus in lib. de gloria philosophiae, hanc uulgi in re facienda omne studium, omnemque operam suam ponentis uocem commemorat, κέρδιαινε, καὶ φείδω, καὶ ποσὶ τε νόμιζε σαυτὸν ἄξιον, ὅσον ἀνέχῃς, id est, fac quantum, & parce, & tanti te futurum, quantum uideas, puta.

IVBEAS MISERYM ESSE LIB.] a quo animo ferre miseriam suam.

QVATENVS ID FACIT] id est, usque ad quem locum id facit, usque eo sit miser libenter. Quidam legunt quatinus, id est, quoniam, quibus assentior, eademque erit sententia: nempe iubeas eum a quo animo ferre miseriam suam, quoniam per totam vitam studio lucri incurbar, neque unquam bonis quaeritis utatur fruatur. Lucret. lib. 3. quatinus est unum inter se, conueniensque res est. & Od. 24. lib. 3. quatinus (heu nefas) virtutem incolumem odimus. potest & ita explicari, iube cum miserum esse, quatenus, seu quatinus id libenter facit: mutata distinctione. sed malo illo modo.

VT QVIDAM MEMORATVR ATH.] Timonem μισοῦν ἄριστον significari putant, qui hominum generi bellum in dixerat, omneis que omnis aetatis, ordinis, & fortunae homines odisse animum in duxerat.

ME SIBILAT, AT MIHI PLAVDO, &c.] quasi res geratur in scena. nam populus histrionem exhibebat, si paululum se extra numerum mouisset, aut si uersus pronuntiatu esset uena syllaba breuior, ut scribit M. Tull. Parad. Sibillis etiam excipiebantur homines potentes inuidiosi, & populo offensi: gratiosi contra plausu, & clamoribus secundis. M. Tull. ad Att. lib. 2. populari sensus maxime in theatro & spectaculis perspectus est. nam gladiatores, quia domum, quia aduocati, sibi

A bilis conficisti. Idem pro Sextio, Quid ego nunc dicam, quibus uiris, aut cui generi ciuium maxime applaudatur: neminem uestrum fallit. sit hoc sane leue: quod non ita est, quoniam optimo cuique impertitur: sed si est leue, homini graui leue est: eum uero, qui pendet a rebus uoluptatis, qui rumore, & (ut ipsi loquuntur) fauore populis tenetur, & ducitur, plausum, immortalitatem: sibi libum, mortem uideri necesse est.

TANTALVS A LABRIS S. F.] hoc supplicio plesti Tantalus facit Homerus ὄδυσ. λ. sub persona Ulyssis, ea, quae apud inferos uiderat, Alcinoo narantibus his uerbis, Καὶ μὲν Τάνταλον εἰσοῖδον χαλέπ' ἄλλ' ἔχοντα, Ἐσθότ' ἐν λίμνῃ, ἢ δὲ περὶ πλάγῃ γενεῖα. Στεῦρο δὲ διψῶν πίνειν δ' ὄρε ἔχειν ἐλεῶσαι. Οὐδ' ἄρα κῦψαι ὁ γέρον πίνειν μνησθῶν. Τόσ' ἄχ' ὕδαρ' ἑτολοσκέτ' ἀλασθῶν, ἀμφοὶ δὲ προσί Γαῖα μέλαρα φάνεσκε, καταχρησασκε δὲ δαίμων Δείδρα δ' ὑπεπέπληα καλαρήθεν χεῖρας κάρποι, Ὀρχαί, καὶ ροαὶ, καὶ μηλέα ἀγλαόκαρποι, Σχηματὲ γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι, πλεθῶσαι. Τὼν ὄποι' ἰθύει ὁ γέρον ὅτι χερσὶ μάσασθαι, τὰς δ' ἀνεμὸς ῥίπασκε ποτὶ νέφεα σμιόεντα. Et Tantalum uidi grauis dolores perferentem: stantem in palude. haec autem mentum attingebat. At ille stabat sitiens. sed potum fumere non poterat. Quoties enim sese senex capite demisso inflectebat, seu incuruabat, bibere cupiens: toties aqua resorta peribat, & circum pedes terra nigra apparebat. deus enim eam aridam reddebat. Arbore autem alta in eius caput fructum deferebant, Pirus, malus Punicae, pomus, & ficus, & olea uirides: Quas cum se erigens senex tangere uolebat: eas arbore, earumque fructus uentus ad nubes umbrosas dissipabat. Sed Pindarus, & Euripides, & Lucretius inter se consentientes de Tantalii poena, ab Homero dissentiunt. Volunt enim hi tres poetae, saxum ei impendere, cuius casum semper extimescens, omni animi alacritate spoliatur. uerba Pindari sunt haec Olymp. ἐὶ δ' αὖ δὲ δὴ πιν' ἀνδρὰ θνητὸν Ολύμπου σιοποὶ ἐπίμασαν, ἔδ' Τάνταλος ἔγχετο. ἀλλὰ γὰρ χρεατέπειμα μέγα ἐλσον ὄρε ἐδιδάσθην, κόρη ἐλεν ἄταν υπέρροπον, τὰν οἱ πατὴρ ὑπεκρέμασε κάρτερον αὐτῷ λίθον, τὸν αἰὲ μνησθῶν κεφαλῆς βαλῆν, εὐφροσύνας ἀλάττω. id est, Si quem autem uirum mortalem Olympi custodes honorarunt, hic fuit Tantalus. Verum concoquere magnam beatitudinem non potuit. ex fatietate magni detrimentum accepit: quoniam Iupiter asperum & grauem lapidem eius capiti imminere uoluit: quem semper cupiens longè a capite depellere, omni animi iucunditate priuatur. Euripid. in Oreste, ὁ γὰρ μὲν χέριος, καὶ οὐνεδίζω τύχης, Διὸς πεφικώς, ὡς λέγῃσι. Τάνταλος, Κορυφῆς ὑπεπέπλητα δὴ μνήσθων πέτρον. Αἰεὶ πατάται, καὶ πίνει ταύτην δίκην. id est, Beatus enim ille (neque tamen eius suam fortunam maledicti loco obijcio) à Ioue natus, ut aiunt, Tantalus, capiti imminens saxum horrens in aere uolat, & has persoluit poenas. Lucre.

tius lib. 3. Nec miser impendens magnam timet, aere saxum Tantalus (ut fama est) cassa formidine torpens: sed magis in uita diuinum metus uiget inanis Mortaleis, casumque rimens, quem cuique ferat fors. Causam autem, cur supplicio affectus sit, hanc fuisse narrat Pindarus, quod, cum Deorum epulis, & conuiujs interesse iussus esset, ut eorumque ceteri, & concilio quotidie versaretur, magna illa, & insolita Deorum liberalitate, & beneuolentia intemperanter usus, neceat, ambrosiamque furatus sit, aequalibusque, atque amicis suis impertuerit: & ita Homeri interp. Euripides uero aliam affert, nempe quod linguam habuerit incontinentem, turpissimum (inquit) morbum. alij, quod canem illum templi custodem à Pandaeo Milefio furto sublatum, atque apud se depositum, uidisse se iuratus negarit, periurioque sese commaculauerit. At Horatius de poena sequitur Homerum, tum hic, tum Od. uiltima epod. Opae quietem Pelopis infidus pater Egeus benigna Tantalus semper dapis. Quamquam non defuerunt, qui uersus illos Homeri, quos supra protuli, subditos, & adulterinos esse dixerint: in quibus est Aristarchus. Extat politissimum in libris epigrammatum Graecorum epigramma de Tantalio: quod de poena cum Homero concinit, de culpa cum Euripide, ὄρετος ὁ πρὶν μαχάρεσσιν σωετός, οὗτος ὁ νηδὺν Πολυλάμιν νεκλάρει πλοσσίδηδος πομπτος, Νύκλι βᾶδος θνητῆς ἡμερταμ' ἢ φθονερὴ δὲ Κρασίς αἰὲ χεῖλες ἔστ' ἀπυνοτερη' Πινε, λέγει το πῶρευμα, καὶ Ὀργια μάνθανε σιγῆς. Οἱ γλώσση περπετεῖς ταῦτα κολάζόμεθα. Quorum uersuum haec ferè sententia est: iste, qui antea fuit Deorum contubernalis & domesticus: iste, qui saepe ventrem neceate expleuit: Nunc potum mortalem exoptat: sed potus inuidus semper labro eius humilior est: Bibe, inquit sculputura, & mysteria silentij perdisce. Nos, qui lingua praeicipites fumus, hac poena afficimur. Huc pertinet ille Lucilij uersus, Tantalum, qui panas ob facta nefantia iuit. Superioribus consentanea ferè de Tantalio scribit Athen. lib. 7. locum dumtaxat indicabo, φιλήθρον δὲ οἱ ποιηταὶ καὶ τὸν ἀρχαῖον παρὰ γενέσθαι τάνταλον, &c. qui locus non longè abest à principio. ordo autem horum uerborum hic est: Tantalus sitiens captat flumina à labris fugientia.

MVTATO NOM. DE TE FAB. NARR.] quia detracto nomine haec fabula in te, & in omnibus auaros quadrat, & conuenit. Quemadmodum enim tantalus bonis praesentibus uti non potest, & in omnium rerum copia, esurit, sitit, eget: ita & tu omnibus rebus ad uictum, cultumque; necessariis abundans, nihil magis iis ueris, quam si egentissimus esses. Sic Teles lib. de ἐπισημνίσεως πλοῦτος καὶ πενίας, Tantalii fabula ad ingenium auari accommodat, his uerbis, καὶ ὡσπερ ὁ Τάνταλος ἐν λίμνῃ ἔθηκε, καὶ κρητὸς δὲ κάρπη: ἀλλ' ὅποτε ἰθύει ἢ κῦψαι ὁ γέρον, πίνει ἢ πῶν κάρπων ἀλασθῶν: ἢ μὲν λίμνῃ ἔθηκε ἐγνώστο: τὰς δ' ἀνεμὸς ῥίπασκε ποτὶ νέφεα σμιόεντα: ἔπας Bb

A ενων η αυελευτερια και δυσελπις και τ οινον και τον σιτον, και τλω οπαρον ριπιδσχει ε ποτι νεφας, αλλα ε μηδ εις τλω αγγραν, ε δε εις το καπιλιον: και επιθυμωυτες εδιδος γουονται, &c. id est, & quemadmodum Tantalus in palude stat, in caput autē fructus dependēt, sed cum sese erigebat, aut demittebat fenex, vt biberet, aut fructus tangeret: palus quidē arefcebat: fructus autem ventus in nubes dispergebat ac dissipabat: sic nonnullorum illiberalitas & diffidētia, ac desperatio vinum, frumentum, fructuū genera omnia disijcit ac dispergit nō in nubes, sed alia quidem in forum, alia in cauponam: & quamvis cupiditate & desiderio afficiantur, nihil tamen earum rerum gustant, &c.

B IN H A N S] semper cupiens, etiam si tot rebus abundes. fat. 5. lib. 2. *coruum deludet hiantem.*

ET T A N Q U A M P A R C. S.] impellit te immensa cupiditas, atque auaritia, vt tot, ac tantis bonorum aceruis parcas tanquam sacris: aut, vt iis ita delecteris, vt inani pictura, vsum bonorum partorum semper cōmendat, & suadet Horatius, verbi gratia, epist. 2. lib. 2. *Plar, & ex modico, quantum res poscet, aceruo Tollā, &c.* Sic Cornelius Gallus. *Quid mihi diuitia? quarum si demeris vsum, quamuis largus opum, semper egenus ero. Immo etiam penā est partis incumbere rebus, Quas cum possideas est violare nefas. Non aliter stiens vicinas Tantalus vndas captat, & appositis abstinet ora cibis.* sic fat. 3. lib. 2. *Qui nummos, aurumque recondit nescius vti Compositis, metuensque velut contingere sacrum? & fat. 4. huius lib. ne quid summa perdat, metuens.*

C A V T P I C T I S] quidam libri veteres habēt, & pictis: al. ac pictis.

NESCIS QV D V A L. N. Q. P. V S V M ?] legendum cum interrogacione, & quod valeat, nō quid valeat. sic enim habent lib. manuscrip. Vat. 2. *Facr. Torn. Nicot. Russard.* quō autem, id est, ad quam rem, vel ad quem vsum.

ADDE, QV E I S H V M. S. D.] id est, adde ea, quibus sibi negatis humana natura sit dolitura: vel ita, adde ea, quibus natura humana sine dolore, & interitu carere non possit: videlicet quæ sunt necessaria. Plato lib. octauo de rep. necessaria quasdam cupiditates ponit, easq; ita definit: *εὐς ὅτι αὐ οἰοῖτ' εἰημιδὺ σποτρῆσαι, καὶ ὅσα σποτελοῦσθαι ἀφελουσαν ἡμᾶς, τῶ τον γὰρ ἀμφοτέρων ἐφέειδαι ἡμῶν τῆ φύσει ἀνάγκη.* id est, quas nulla ratione propulsare possimus: & quacumque, cum explētur, nobis profunt. Nam has res vtrisque concupiscere, nostræ naturæ necessarium est. Atque Epicurus quidem ita propemodum, vt Plato, partiebatur cupiditates, vt scribit M. Tull. lib. 1. de finib. *Nam vnum genus ponebat earum cupiditatum, quæ essent & naturales, & necessaria: alterum, quæ naturales essent, nec tamen necessaria: tertium, quæ nec naturales, nec necessaria: quarum ea ratio est, vt necessaria nec opera multa, nec impensa expleantur. ne naturales quidem multa desiderant, propterea quōd ipsa natura diuitias, quibus cō-*

D

ita est, & parabileis, & terminata habet. Inanium autem cupiditatum nec modus vllus, nec finis inueniri potest.

M A L O S F V R E S] malos, est epithetum perpetuum, non discretionis, vt fat. 6. huius lib. *mala lustra.* & fat. 3. lib. 2. *ambitionem mala.*

N E T E C O M P I L E N T] ne tua furentur, *compilare* (inquit Festus) est cogere in vnum, & cōdere, ex quo furari. M. Tull. lib. de orat. 2. *Cum C. Fabricio P. Cornelius, homo, vt existimabatur, auarus & furax, sed egregie fortis, & bonus Imperator, gratius ageret, quōd se homo inimicus consulem fecisset, bello presertim magno, & graui: Nihil est, quōd mihi gratias agas (inquit) si malui compilari, quam venire.* Idem 1. lib. accus. *quasi verō id cupiditate defendende nobilitatis, aut studio partium fecerit, ac non aperitissimē Consulem, exercitum, prouinciāque compilari.* Horat. vltimo huius fat. versu. *ne me Crispini scrimia Lippi Compilasse putes.*

F V G I E N T E S] si fugientes cohæreat: cum superioribus illis nominibus, malos fures, erit accusandi casus: sin cum verbo *compilare*, recti casus, & numeri multitud.

H O C I V V A T ?] hoc delectat? vt supra annot. ad Odam 2. epod.

H O R V M S E M P E R E G O O P.] ego quidem his bonis semper carere potius, quā ea habere velim. *pauperrimus bonorum autem, sic dixit, vt fat. 3. lib. 2. Pauper Optimus argenti positi intus, & auri. Optarim autem habēt libri fere omnes veteres: per pauci optarum.*

C O N D O L V I T] doluit, nam condolere pro eo, quod Græcis est *συνάλαγειν*, aut *συμπάθειν*, non est Latinum. M. Tull. Tuscul. 1. nos si pes condoluit, si dens: sed fac totum dolere corpus, ferre non possumus.

T E N T A T V M F R I G O R E] sic alibi, *tentari* morbo, vt epist. ad Numicium. *si latus, aut renes morbo tentantur acuto.* sic & M. Tull. lib. 4. Tuscul. *animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt.* frigus hoc loco proprie positum: aliās pro morte translātē, vt fat. 1. lib. 2. *& maiorum ne quis amicus Frigore te feriat.*

L E C T O T E A F F L I X I T] afflixit reperi scriptū in codic. calamo exaratis, Anno d. *Facr. Torn. duob. Vatic. Rainut. Card. Clericano, Nicotianis, Russardinis, ceteris, vt de huius scripturæ veritate non sit dubitandum, valdeque contemnam quorūdam simiorum χειρονδετων, qui, vt aliquid sapere videantur, contentum tamen hic vulgatam lectionem esse retinendam, affligere autē est ad terram deijcere. de quo verbo vide annot. ad illum locum, *Atque affligit humo diuina particulam aurea,* fat. 2. lib. 2. Præterea nomen, *casus*, quod antecedit, hanc lectionē confirmat. Sic enim M. Tull. loquitur epist. ad Dolab. lib. 9. *Vel meo ipsius interitu mallem literas meas desiderares, quam eo casu, quo sim grauissimē afflictus.* Idem in Timæo. *Postremo ne quis morbus cum possit, aut senectus affligere, &c.* Adde quōd affligere le-*

cto, id

A So, id est, ad lectum, sic dictum ab Horat. vt ab Eurip. Oreste, *πῶτον γέγονε δὲ δαμνίους πέπλωχ' ὕδρ.* Id est, quampridem iste ad lectum afflictus est: seu, vt propius accedam ad vim verbi Græci, ad lectum decidi: vel vno verbo, decubuit?

H A B E S, Q V I A S S I D. F O M. P A R.] hæc sunt accipienda *ἐπιρωτικῶς*, & sine interrogacione legenda. Nam paucis potest negat hoc ita esse. *V T T E S V S C I T E T]* iacentem, & afflictum erigat. sententia hæc est: vt medicus ille ab vxore, aut aliquo tuorum crestitus te morbo affectum, atque afflictum excitet, id est, sanum faciat, recreet.

E T R E D D A T N A T I S, C A R.] quibus te propemodum morbus ademerat.

N O N V X O R S A L.] tollit, ac remouet, quod paullo antē dissimulanter concesserat. ne vxor quidem, & filius, quibus carissimus esse debebas, te saluere volunt, tibi salutē exoptant. Ex quo collige, auarum omnibus esse odiosum atque inuisum. Nam qui parum colit, qui vxorē & liberos amat, iisque vicissim carus est, eū credibile est etiam alienis amicū futurū. Qui verō neque amat coniunctissimā capita, neque ab iis amatur: neque cum cuiquam, neque ei quemquam carum esse posse probabile est. Nonnulli libri habent, *Non vxor te vult saluum.*

A R G E N T O P O S T O M N I A P O N A S] perspicue verbum compositum *postponas* diuisit.

Q V E M N O N M E R. A M.] quia pecuniā rebus omnibus anteponas.

R E T I N E R E V E L I S, S E R V A R E Q V E A M.] retinere & seruare amicos, id est, in amicitia, & perpetua erga te beneuolentia continere. sic loquitur fat. 3. ciuid. lib. *Hæc res & iungit, iunelos & seruat amicos.* & epist. ad Numic. quæ est ordine 6. *Solæque, quæ possit facere & seruare beatum, &c.*

V T S I Q V I S A S E L L V M, &c.] quod est, indocilem docere, aut aliquid alteri suadere, quod ille nūquam sit facturus. A finus enim suapte natura tardus est, atque ad cursum ferē ineptus: itaque frenari non solet: inde natus est iocus illo apud Aristoph. in aibus *ἄνος ὄρνις*, id est, asinus auis. *campo* autem hoc loco excudendum curari libros ferē omnes veteres secutus. Cohæret enim cum verbo currere: quod quamuis motum significet, motus non est tamen a campo in alium locum, sed in campo motus omnis consumitur.

D E N I Q V E S I T F I N I S Q V A R E N D I] tempus enim est quærendi, tempus vtendi ac frūdi quæsitis, vt sup. ead. Sat. *& illis vritur ante Quæstio.* sic epistola ad Lollium lib. 1. *certum voto pete finē.* & Sat. 6. lib. 2. *nihil amplius oro, Maiana, nisi vt propria hæc mihi munera faxis.* Theognis homo alioqui in ferenda paupertate mollissimus, infinitum quærendi studium acriter insectatur, & magnopere reprehendit, atque improbat his verbis, *Πλάττω δ' ἔδεν τέρμα πε-*

φασιδύλον ἀθρόοποιον· Ὁ γὰρ νύ ἡμῶν πλεῖστον ἐχέει βίον, Διπλάσιον ἀπὸ δ' ἑσσι. τίς αὖ κορέσειεν ἅπαντας; Χρήματα τοῖς θνητοῖς γίνονται ἀφροσύνη. quamquā Aristoteles primo libro de rep. hos versus Soloni ascribit, eorum autem ver suum hæc propemodum sententia est. Diuitiarum autem nullus certus est hominibus terminus: Nam qui nunc ex nobis plurimas iucundē viuendi facultates habent, ij duplo tantas parare student, quis omnes satiare queat? Planē pecunia hominibus amentia est.

C V M Q V E H A B E A S P L V S, &c.] sic omnes ferē habent libri manu scr. sententia per bona. hoc enim significat, & cum habes plus, quā antē habebas, pauperiem met. min. Si quis tamen malet, *quod habes plus, &c.* quo modo & Muretus, & nos olim edideramus, nō improbabo, sed profectō hæc scriptura, est tutior: & fortasse elegantior.

N E C F A C I A S] libri aliquot manu scr. habent, *ne facias, &c.*

V M I D I V S] sic scriptum est in omnibus ferē lib. manu scr. in vno tantum *Vmmidius*. in vno & altero, *Vufidius*. in vulg. *Vuidius*.

D I V E S, V T M E T I R. N.] ita diues, vt metiretur nummos, non numeraret. multitudinem numeramus: magnitudinem, eaque, quæ ita minuta sunt, vt numerari vix possint, qualia sunt legumina, fruges, bacæ arborum, & similia, quæ acuatim congerimus, metimur: res, quæ pondere constant, pendimus. tantæ igitur erant huius diuitiæ, vt essent innumerabiles, essētque necesse ei, qui aestimare veller, modis nummorum accruos metiri. Quōd autem reperitur apud M. Tull. & alios, *magnus frumētis, vini, & similiū numerus*, id ita accipiendum est: quasi dicerēt, magnus modiorum frumenti, & magnus amphotharum, similiūque vasorum vini numerus. cum hoc loco congruit ille Sat. 5. lib. 2. *unde Diuitias, arisque ruam dic angur aceruos.*

S V P R E M V M] extremum, vt epist. ad Alb. Tibullum lib. 1. *Omne crede diem tibi diluxisse supremum.*

L I B E R T A] vel vxor, vel concubina, quod vtrumque licebat iure ciuili.

D I V I S I T M E D I V M] in duas partes diuidias diuisit.

F O R T I S S I M A T Y N D A R I D A R V M] hanc libertam, quæ patronum, eundemq; virum suum occiderit, alteram Clytemnestram esse fingit, propterea quōd Clytemnestra facinus sit imitata. Itaque eam, quasi Clytemnestram, Tyndaridarum fortissimam nominat. Tyndarida autem intelligendi sunt Tyndari liberi, Castor & Pollux, Helena, Phæbe, Clytemnestra. Nam quamuis Tyndarida proprie dicantur Castor, & Pollux: Clytemnestra verō & Helena Tyndarides, tamen masculorum appellatione continentur & feminæ. Notum est autem Agamemnonē è bello Troiano reuersum, iamiamq; pedem do-

A **num** inferre conantem, ab **Aegisto** & vxore **Clytemnestra** infidiis exceptu & interfectum esse.

QVID MI IGITUR SVADES? quid igitur me facere iubes? inquit avarus: quo modo me vivere vis? profuse ne ac sumtuose? Non celabo lectorem reperisse me scriptum in duobus cod. antiquis, *quidne igitur.*

MENIVS homo luxuriosus & profusus. de quo epist. ad Vallam libro 1. *Manius ut rebus maternis, atque paternis.* alij legunt **Navius**, de quo Sat. 2. lib. 2. *nec sic, ut simplex Navius, unctam Conuiuis praebebit aquam.*

NOMENTANVS fuit hic quoque luxuriosus & profusus nepos. de quo Sat. 3. lib. 2. *Tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicent am.* & ibid. *Nunc age luxuriam, & Nomentanum arripe mecum.* Nomentanus autem a Nomento oppido appellatus est cognomento, cum ei Cassio nomen esset.

PERGIS PVGN. SECVM FR. ADV. respondet Horatius: pergis, id est, persequeris res inter se contrarias, conferre & comparare inter se? vel committere? vt sit tralatio ducta a gladiatoribus. Sat. 7. hoc lib. *vis non Compositus melius cum Bisbo Bacchius.* duo enim sunt vitia maxime inter se pugnantia, profusio, seu luxuria: avaritia, seu immodica parsimonia, & immunditia. Hanc dubitationem & controuersiam eleganter decidit, ac dirimit Theognis: qui, posteaquam incertum esse ostendit quam diu victuri simus, eoque difficile esse iudicare vtrum sit potius, tenuiterne & parce: an sumtuose, profuse, & libidinosè viuere: itaque se quodammodo in triuio stare. alium enim se vidisse quantumuis diuitem, praeparum tamen, atque aridum: omnia ventri & necessariis cupiditatibus denegantem: eundemque in medio vitae cursu extinctum: eius bona denique ad heredem insperatum, indignum, atque ignotum delata: alium iridem copiosum ac locupletem, omnia ventri & libidinibus largientem & gratificantem, breui bonis suis consumptis ac dissipatis, ad egestatem & mendicitatem redactum esse: subiungit ad extremum, optimum ac tutissimum esse sumtus facere copiiis & facultatibus rei familiaris consentaneos atque aqua-

D leis. versus Theognidis sunt hi, *Εν περιδω εσηχε, δ' εσι παρεσθεν οδοι μοι. Φρονιζω τ' ετων λυπη' ιω παρ' εταλω. Ει μηδεν διαπαων τευχω βιον ει κεκοτησι, Η ζωα τερονος εργα τελων δ' αλγα. Ειδεν μδν γαρ ερωγ', δε εφειδδτο, κ' εποτε γαρ τι Σιτων ελευθεριον πλυστος αν, εδιδυ. Αλλα παριν εκτελεσαι, κατεβη δδμων Αιδος εστω, Χρηματα δ' αιθρωπων επιτηχαν ελασεν. Ωστ' ες αχηρα πωνειν, και μη δδμω, ως κ' εθελοι τις. Ειδον δ' αλλον, δε λω γαρ τι χαριζομδνος, Χρηματα δε διετηρην εφη, διαγω φρενα τερ' φασ. Πτωχευει δε φιλεις παντας, ετα κ' πν' ιδη. Ουτω Δημωλδς γτ' ερηματ' αριον απαντων Τλω διαπατην θεστω, και μελεττω εχημδν.*

NON EGO, AVARYM CVM VETO

T. F.] sententia huius loci haec est. Tu ex eo, quod veto te avarum esse, colligis, & concludis me tibi auctorem esse, vt profuse, & luxuriosè viuas, & bona tua perdas, ac dissipes. erras. Nam inter haec duo extrema, & contraria, aliquid medium est: nempe moderatus & mediocris pecuniae vsus: huiusmodiq; animi habitus, per quem quis neque pecuniam partam in terra defodiat: neque perdat, ac profundat. Quam mediocritatem se in vita traducenda secutum esse ostendit Horatius tum multis locis, tum maxime Oda 1. epod. *haud parauero, quod aut, avarus ut Chremes, terra premam, Disinctus aut perdam ut nepos.*

VAPPA M.] hominem omnia profundentem, nullius bonae frugi, nequa, ad nullam rem vile, tralatio ducta a vino corrupto. vappa enim vinu est, quod degenerauit a bonitate, & natura vini. Hora. Sat. 5. huius lib. *Multa prolutus vappa naua, atq; viator.* idē Sat. 3. lib. 2. *Pauper Opimius, & c. Qui Prientani festi potare diebus Campana solina trulla, vappamque profestis.* Plin. lib. 14. cap. 20. *vitiumq; musto quibusdam in locis iterum sponte feruere: qua calamitate deperit sapor, vappae, accipit nomen probrosi etiam hominum, cum degenerauerit animus.*

EST INTER TANAIM Q. S.] Tanaim quidem spadonem fuisse aiunt, libertum Maecenatis: Visellij autem focerum non nominatum, hernia laborasse, herniosumque fuisse.

VISELLI] in nonnullis cod. antiq. scriptum est *veselli.*

MODVS] mediocritas, *μετρον, μετρον.*

QVOS VLTRA, CITRA QVE N. C.] certi sunt fines, intra quos rectum consistit: vltra, aut citra hos fines consistere non potest.

RECTVM] το ορθον, quo nomine saepe vtitur.

ILLVC, VNDE ABII, R.] eò, vnde degressus sum, reuertor.

NEMON' VT AVARVS SE PR.] irane fieri oportet, vt nemo avarus se satis vniquam beatum putet: sed alienum vitae institutum pluris faciat, quam suum? & quod aliis rem suam melius gerat, quam ipse suam, contabescat?

QVODQVE ALIENA CAPELLA C. D. V.] id est, bonis alterius amplioribus, & diuitiis maioribus macrescat: vel sic: eò quod aliquis alius maiores facultates, & ampliores fortunas habeat, angatur, & marore contabescat?

NEQVE SE MAIORI PAVP. TVRB. COMP.] neque se vniquam cum pauperioribus, qui multo plures sunt, comparat: sed cum diuitioribus, eosque assidue superare contendat: quod eum facere non oportet, qui animo tranquillo esse velit, vt supra ex Plutarcho demonstrauimus. nonnulli libri veteres habent, *meliori pauperiorum Turba comparet:* quam scripturam si probabimus, meliorem parte fortasse ita intelligere debebimus, vt pro maiore accipiamus. licebit & proprie, vt pauperes sentiat esse diuitibus meliores ac probiores, vt Oda 30. lib. 3. *probam-*

A *probamque Pauperiem sine dote quero.* atque ita vsurpatur *melior pars* Oda 16. epod. *Aut pars indocili melior grege.*

SIC FESTINANTI SEMPER LOCVP. L.] sic ad diuitias ampliores contendenti, semper aliquis locupletior impedimento est, quo minus suis bonis, ac fortunis contentus sit. illud sic autem coniungendum cum participio *festinanti*, non cum verbo *obstat*. Est autem aliud festinare, quam propetare. Nam, vt docet Nonius Marcellus ex Catone, qui vnum quid maturè transigit, is propetare: qui multa simul incipit, nec perficit, is festinat.

VT, CVM CARCERIBVS M.] Docet à simili quam miserum, atque infinitum sit avari studiu. *Quemadmodum* (inquit) in ludis Olympicis, compluribus quadrigis certamen inuentibus, & iam dimissis è carcibus, is auriga, qui secundo, aut tertio loco currit, posteriores quadrigas, & eas, quas praeterit, ne respicit quidem: sed eas tantum, quae antecedunt, & à quibus superatur, spectat, eisque, instat, id est, eas proximè insequitur, primum vt aequatur, deinde vt superet: ita homo rei amplificandae studio supra modum deditus, quem avarum appellamus, non solet se cum minus diuitibus comparare, vt cum eos à se superatos cogitet, quarendi finem faciat: sed cum locupletioribus, vt totam vitam in quarendo & congerendo consumat, numquam autem rebus quaesitis fruatur. cum hoc Horatiano versu cogruat Virgilianus ille Georg. 1. in extr. *vt cum carceribus sese effudere quadrigae.* Ordo autem horum verborum, & sententia, haec est: *Quemadmodum* (inquit) cum vngula rapit currus carceribus missos, id est, cum equi vngulis solidis & continuis praediti, id est, *μωνοχως*, seu *μωνοχοι*, corripunt, id est, telerrimè trahunt currus è carceribus patefactis dimissos: auriga instat iis equis, qui suos praecurrunt, & cursu praeruant, nihili faciens & contemnens eos equos, qui sunt à se praeteriti, & qui inter vltimos currunt, vngulam posuit, pro vngulis: vngulas pro equis vngulatis.

INSTAT EQVIS AVR. SVOS VINC.] insequitur proximè equos antecedentes, & suos cursu praeruentes. sic supra epist. ad Loll. lib. 1. *nec praecedentibus insto.*

PRÆTERITVM] equum, quem praeterit, ac superauit.

CEDAT VTI CONVIVA SATVR] sic Lucretius lib. 3. *Cur non, vt plenus vita conuiua, recedis?* Exstat pulcherrima Dionis Chrysostomi oratio, *χαριδμωος* inscripta, in qua comparat multis verbis hanc vitam cum conuiuii variis cibis atq; epulis referto, homines cum conuiuiis.

CRISPINI] Philosophi Stoici, de quo Satyra 6. lib. 2. *Dum, quae Crispini docuit me sanitor, edo.* & Sat. 3. huius lib. *neque te quisquam stipator, ineptu Crispinum, sectabitur.* & Sat. 4. ecce Crispinus minimo me pronocat. scripsit hic versus numero quidem multos, pondere autem leucis.

A *Mbubaarum collegia, pharmacopola, Mendici, mimae, balatrones, hoc genus omne,*

Mestum, ac sollicitum est cantoris morte Tiquippe benignus erat. contra hic, ne prodigus esse

Dicatur, metuens, imopi dare nolit amico, Frigus quo, duramq; famem depellere possit. Hunc si percuncteris, aui cur, atque parentis Praeclara ingrata stringat malus ingluuie re, Omnia conductis coemens obsonia nummis:

Sordidus, atq; animi quod parui nolit haberi, Respondet laudatur ab his, culpatur ab illis. Fufidius vappa famam timet, ac nebulonis, Dives agris, diues positus in fenore nummis. Quinas hic capiti mercedes exsecat: atque, Quato perditior quisq; est, tato acrius vrget.

Nomina sectatur modò sumta veste virili Sub patribus duris tironu, maxime, quis nò, Iupiter, exclamat, simulatq; audiuit? at in se Pro quaestu sumtum facit, hic? vix credere possis,

Quam sibi non sit amicus: ita vt pater ille, Fabula quem miserum nato vixisse fugato Inducit, non se peius cruciauerit, atque hic. Si quis nunc querat, quod res haec pertinet? illuc Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

Malthinus tunicis demissis ambulat: est, qui Inguen ad obscenum subductis vsq; facetus. Pastillos Rufillus olet: Gorgonius hircum. Nil medium est, sunt, qui nolint tetigisse, nisi illas,

Quarum subsuta talos tegat instita veste. Contra, alius nullam, nisi olenti in fornice stantem. Quidam notus homo cum exiret fornice: mavitute esto, inquit sententia dia Catonis.

Nam simulac venas inflauit tatra libido: Huc iuuenes equu est descendere, nò alienas Permolere vxores. nolim laudari, inquit, Sic me, mirator cummi Cupiennius albi.

A *Audire est operæ pretium, procedere rectè
Qui mæchis nō vultis, vt omni parte laborēt:
Vtq̄ illis multo corrupta dolore voluptas,
Atq̄ hæc rara, cadat dura inter sæpe pericla.
Hic se præcipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem cæsus: fugiens hic dedit acrem
Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore
nummos:*

*Hunc permixcerunt calones. quin etiã illud
Accidit, vt cuidam testis, caudamq̄ salacè*

B *Demeteret ferrū: iure omnes: Galba negabat
Tutor at quanto merx est in classe secunda?
Libertinorum dico: Sallustius in quas
Non minus insanit, quàm qui mæchatur, at
hic si,*

*Quæ res, quæ ratio suaderet: quæque modestè
Munifico esse licet, vellet bonus, atque beni-
gnus (no,
Esse: daret quantum satis esset: nec sibi dam-
Dedecoriq̄ foret: verum hoc se amplectitur
vno: (tango.*

C *Hoc amat, hoc laudat: matronam nullam ego
Vt quondam Marsæus amator Originis ille,
Qui patrum mimæ donat fundumque, La-
rimque: (alienis.*

*Nil fuerit mi, inquit, cum vxoribus vnquam
Verum est cum mimis: est cū meretricibus:
vnde (abundè*

*Fama malū grauius, quàm res, trahit. an tibi
Personam satis est, nō illud, quicquid vbiq̄
Officit, cuius bonam deperdere famam,*

D *Rem patris oblimare, malum est vbiq̄
que. quid inter-*

*Est in matrona, ancilla, peccæne togata?
Vilius in Fausta Sylle gener, hoc miser vno
Nomine deceptus, pœnas dedit vsq̄, superq̄,
Quàm satis est, pugnis cæsus, ferroq̄, petitus,*

*Exclusus fore, cū Longarenus foret intus.
Huic si mutonis verbis mala tanta videnti
Diceret hæc animus: quid vis tibi? numquid
ego à te*

*Magno prognatum depasco consule cunnum,
Velatumque stola, mea cū conferbuit ira?*

*Quid responderet? magno patre nata puella est.
At quanto meliora monet, pugnantiaq̄ istis,
Dimes opis natura sua: si tu modò rectè
Dispensare velis: ac non fugienda petendis
Immiscere tuo vitio, verumne labores,
Nil referre putas: quare, ne pœniteat te,
Desine matronas sectari: vnde laboris
Plus haurire mali est, quàm ex re decerpere
fructus.*

*Nec magis huic inter niueos, viridèisque la-
pillis,*

*Sit licet hoc Charinte tuum, tenerum est
femur, aut crus*

*Rectius: atque etiam melius per sæpe togatæ.
Adde huc quod mercem sine fucis gestat:
aperitè (nesti est,*

*Quod venale habet, ostendit: nec, si quid ho-
laet, habetq̄ palam: quærit, quo turpia celet.
Regibus hic mos est: vbi equos mercatur,
opertos*

*Inspiciunt, ne, si facies (vt sæpe) decora,
Molli sulca pede est: emtorè inducat hiantè,
Quod pulchræ clunes, brene quod caput, ar-
dua ceruix.*

*Hoc illi rectè, ne corporis optima Lynceis
Contemplerè oculis: Hypsæa cæcior, illa,
Quæ mala sunt, spectes. ð crus, ð brachia:
verum*

*Depygis, nasuta, breui latere, ac pede lingo est.
Matronæ, præter faciem, nil cernere possis,
Cetera, ni Catia est, demissa veste tegentis.*

*Si interdita petes, vallo circumdata, (nam te
Hoc facit insanū) multa tibi tū officient res: H
Custodes, lætica, cimiflones, parasitæ,
Ad talos stola demissa, & circumdata palla:
Plurima, quæ inuideant purè apparère tibi
rem.*

*Alter a nil obstat Cois tibi: pene videre est,
Vt nudam: ne crure malo, ne sit pede turpi:
Metiri possis oculo latus, an tibi manus
Insidias fieri, pretiumque auellier antè,
Quàm mercem ostèdā? lepore venator vt alta
In niue seclatur: positum sic tangere nolit:*

Capit.

A *Captat, & apponit: meus est amor huic simi-
lis: nam
Transuolat in medio posita, & fugientia ca-
pit.*

*Hiscène versuculis speras tibi posse dolores,
Atque æstus, curasq̄ graueis è pectore pellit?
Nōne cupidinibus statuit natura modum?
quem,*

*Quid latura sibi, quid sit dolitura negatum,
Querere plus prodest, & inane abscondere
soldo.*

Num, tibi cū fauceis vrit suis, aurea quæris

B *Poculænum esuriens fastidis omnia præter
Pauonem, rhombumque? tument tibi cum
inguina, num, si*

*Ancilla, aut verna est præstò puer, impetus
in quem*

*Continuò fiat, malis tentio: me rumpi?
Non ego: namque parabilem amo Venerem,
facilemque.*

*Illam, post paullo: sed pluris: si exierit vir:
Gallis hanc Philodemus ait: sibi, quæ neque
magno*

C *Stet pretio, neque cunctetur, cū est iussa
venire.*

*Candida, rectaque sit: munda hætenus, vt
neque longa,*

*Nec magis alba velit, quàm det natura,
videri.*

*Hæc vbi supposit dextro corpus mihi lenū:
Iliæ, & Ageria est: do nomen quodlibet illi.
Nec vereor ne, dū futuo, vir rure recurvat:
Ianua frangatur: latret canis: vndique magno*

D *Pulsa domus strepitu resonet: vepallida lecto
Defiliat mulier: miseram se conscia clamet:
Cruribus hæc metuat: doti deprensa: ego -
met mi.*

*Discincta tunica fugiendū est, ac pede nudo:
Ne nummi percant, aut pyga, aut deni-
que fama.*

*Deprendi miserum est: Fabio vel iudice
vincam.*

M. Tigellium Hermogenem præstantem mu-
sicum & cantorem fuisse, Cæsarique dictatori
primū, deinde etiam Augusto, & Cleopatra
mirificè placuisse tradunt Acro & Porphyrio.
Addunt iidem, Horatio inuisum fuisse, quod eius
versus, parum numerosos, parumque modulatos
esse dixisset.

AMBYBAIARVM COLL.] Ambubaia, mulieres fuisse impudicas, & infameis, suspicari licet: & ita putat Porphyrio: quem pleriq; secuti sunt. vnde sint appellatae, nō est facile diuinare. vtitur hoc nomine Suet. in Nerone. Cenitabat nōnumquam & in publico, naumachia præclusa, vel Martio campo, vel Circo maximo, inter scortorum totius urbis, ambubaiaiumque ministeria. Alij à Bais, & voce peregrina ambub nominatas esse putant: alij ab an, vel am, quod est circum, & Bais. Ego ambubaia non mulieres, sed ἀλιπτές, id est, tibicines quosdam barbaros, aut certe à barbara voce ambub, quæ tibiam significat, appellatos esse dico: idque non solum à P. Mercerio, collega meo, viro linguæ Hebraicæ scientissimo audiui, verum etiã in vno exemplari manuscr. antiquissimo, ad oram libri annotatū reperi: quod item mihi Scaliger huius linguæ non ignarus confirmavit. Siquis tamen tibicinas fuisse contendet, non tibicines, non magnopere repugnabo, aut laborabo: tibicines tamen malo.

PHARMACOPOLÆ] pharmacopolæ fuerunt olim turpes, & inhonesti. vendebant enim pharmaca simulata, & speciosa, atque horū pharmacorum vim miram esse iactabant, re vera populo verba dabant: iidem etiam vnguentum ostentabant in præsentia odoris grati, breui post tempore fugientia, & euanescentia. postremò vendebant omne genus fuci ad candorem & ruborem neque verum, neque natium ori, cuti, comisq; appingendum. Appellantur autem à nonnullis nomine Latino vnguentarij. quod mihi non probatur. hos enim, μωροπόλας Græci dicunt, non φαρμακοπόλας.

MENDICI] Simeo Bosius putat per mendicos, ἀγύρτας significari, homines egētes, qui vel præstigijs populo obiectis, vel nanijs recitantis, & similib. victum quarritant, & stipem colligunt, & flagitant.

BALATRONES] Balatronem nomen cuiusdam nepotis, aut parasiti fuisse quidam putant. Horat. Sat. vlt. lib. 2. cum seruilio Balatrone: ab eoque huiusmodi ordinis, & ingenij homines ita esse appellatos: alij balatrones à barathro dictos esse, quasi barathrones. Sex Pompeius Festus scribit balatrones, & blathas esse bullas luti ex itinibus: vel, quod de calcamentorum soleis eraditur. Varro de re Rustica: Videte vos iam, balatrones, & huc afferam meum corium, & flagella.

CANTORIS MORTE TIGELLI] Tigellium Hermogenem Sardum commemorat etiã in Sat. 3. huius lib. Sardus habebat ille Tigellius

A hoc. & 9. Inuideat quod Hermogenes, ego canto. & 10. Demetri, teque Tigelli, Discipularum inter in-
 beo plorare cathedras. & iterum tertia huius lib. 7. *quammis tacet Hermogenes, cantor tamen, atque Opti-
 mus est modulator.* Eundem puto significari à M.
 Tullio epistola ad Fab. Gallum lib. 7. his ver-
 bis, *Ille autem (nempe Phamea) qui sciret se nepo-
 tem bellum tibicinem habere, & sat bonum cantorem,
 discessit à me, ut mihi videbatur, irator. Habes Sar-
 dos venaleu, alium alio nequiore, per nepoté Pha-
 meæ tibicinem, & cantorem, hunc Hermogenē,
 Tigellium (inquam) significari arbitror.*

B BENIGNVS ERAT] id est, beneficus &
 liberalis, vt infra eadem Satyra: *at hic, si quā res,
 quā ratio suaderet, quāq; modestè Munifico esse licet,
 velles bonus, atque benignus esse, &c.* vide annot. ad
 Od. 17. lib. 1. Erat autem hic Tigellius, munificus
 in tibicines, & tibicinas, mimas, pharmacopola-
 las, & id genus homines.

C INOPI DARE N. A.] amico inopi id da-
 re nolit, quo frigus, &c.

PRÆCLAR. INGR. STRING. M.] id
 est, cur amplissimas à maioribus suis relictas for-
 tunas comedat, ac deouert, &c. ego puto idem
 dictum esse Latine ab Horatio, quod à Græcis di-
 citur σφαίραν παύσαι τιλῶν ἔσσαν: id est, ex pa-
 trimonio suo pilā, aut pilulam facere. Athenæus
 lib. 4. δειπνῶσ. ἐνα μὲν οὐδ' ἀσποτον μνημονεύει
 Ἀλέξιος ἐν Κνιδίᾳ. Διδώδωρος ἢ πτεριπίπος ἐν ἑ-
 τερῶν δύο σφαίραν ἀπέδειξε τιλῶν πατρῶων ἔ-
 σσαν, ἔπας ἰταμίως ἀπαντα κατεμαρῆσθητο. id
 est, Diodorus perditus dictus, biennio patrimo-
 nium suum pilam reddidit: ita improbdè omnia
 deuorauit. Idem in Phædro, Σχολῆ γὰρ νῆ τὸν
 ἥλιον, χολῆ λέγειεις, Ἐπιχαρμίδης ὁ μικρός, ἐν
 πένθ. ἡμέρας Σφαίραν ἐποίησεν τὴν πατρῶων
 ἔσσαν, Οὐτὸ συνέτ' ῥόγυλον ἰταμίως ἢ παχύ.
 id est, serò verò per solem, serò dicitis. Epicharmi-
 des paruus quinque diebus pilam reddidit pa-
 triter bona. Ita impudenter & improbdè, & ce-
 leriter ea conglobauit, atque in pilam conforma-
 uit. idem serò valet illud, quamuis alio modo di-
 ctum, epist. ad Vallam lib. 1. *vbi omne Verterat in
 fumū, & cinerem.* stringat igitur, id est, imminuat,
 & in pilam conformet, & ita deouert. nam quic-
 quid deuorare volumus, vel manu, vel dentibus
 & lingua in sphaeram, seu globum cōformamus,
 deinde deuoramus, vel gutture ipso stringimus,
 & extenuamus. Sed cur ingluuiem ingratorum
 dixit: fortasse quia nepotes, & prodigi, luxuriosi-
 que, homines, qui amplum à patre, aut à maioribus
 acceptum patrimonium paucis annis perdūt, ac
 dissipant, præbent se in illos ingratos, neque illis
 eam, quam debent, gratiā referunt, quid ita: quia
 consumto patrimonio ad inopiam & egestatem
 redacti videntur iam nihil à maioribus suis acce-
 pisse, afferuntque hæc nonnullis opinionem, ni-
 hil sibi ab illis esse relictum: quod iis turpe est.
 Ita quibus ornamento esse debent, iis sunt dede-
 cori: ergo ingrati.

MALVS] χερός, profusus, dissolutus, ne-
 quam.

C ONDVCTIS NYMMIS] fanori acce-
 ptis. ex quo fanus mox ab eodem merces no-
 minabitur.

ANIMI PARVI] pusilli animi, μισρόψυ-
 χος, sat. prox. seq. *Dij bene fecerunt, inopis me, quod-
 que pusilli Finxerunt animi.*

VAPPÆ] hominis omnia sua effusè largien-
 tis, ac perditū, vt dixi superiore satyra. vel homi-
 nis nullius bonæ frugis, & nequā: quod idē valet.

DIVES AGRIS, DIVES] hic versus re-
 peritur etiā in epist. ad Pisonem de Arte poetica.

QVINAS HIC CAP. MERCED,] id
 est, quinas vsuras. si vsuræ sint semisses, quina vs-
 uræ semisses quadragesimo mēse æquabunt for-
 tem: si centesima, vicefimo. Itaque finge me ab
 hoc improbissimo feneratoro centum aureos fæ-
 nori accepisse, & quinas centesimas in singulos
 menses promississe: vicefimo mense fors aqua-
 bitur. sunt enim soluendi in singulos menses au-
 rei quini. finge me quinas semisses promississe:
 quadragesimo mēse vsuræ sortem æquabunt.
 Nam duo aurei cum dimidio, in vnumquemque
 mensem vsuræ nomine erunt ei numerandi. ex-
 fecat autem excudendum curauit, securus auctori-
 tatem vnus Vatic. Rainutij Card. Iann. Faër.
 Tornef. quod interpretor, demit, detrahit, deducit.
 Atque hanc scripturam videtur agnoscere
 Porphyrio: idque ex eius verbis quamuis corrup-
 tis intelligere licet: Sic enim ille: *exigit autem ca-
 piti, ad illud pertinet, quod auari feneratores cū dabāt
 vsurariā pecuniā, primi mensis vsuras capiti ipsius
 sortis statim demebant: hoc est ergo exigit.* apud Por-
 phir. legendum *excusat* supra, vbi est *exigit autem*,
 Nam exigit interpretatio est verbi excusat, quæ
 postea in contextum translata est.

CAPITI] sorti, τῷ κεφαλαίῳ.

QVANTO PERDITIOR QVISQVE]
 quanto quisque est luxuriosior, & ἀσώτερος,
 tanto fenerator ille grauior est vsuras imponit.
 vnus & alter liber manu sc. habet *proditor*: quos
 non sequor.

NOMINA SECT. &c.] nomina sectatur
 adolescentulorum, qui nuper admodum sumse-
 runt virilem togam, quorum sciat duos, & præ-
 parcos esse patres, id est, quos sciat à patribus suis
 nihil, aut parū admodum abraclere, atque expri-
 mere posse ad cupiditates suas explendas. quarit
 filios familias admodum adolecētes, qui modò
 virilem togam sumserunt, quibus pecuniā gran-
 di fænore pacto expensam ferat. notum est *nomen*
 vsurpari & pro eo, quod nobis debetur, & pro
 eo, quod aliis debemus. vterque enim & credi-
 tor & debitor *nomina* facere dicitur, cūm hic re-
 fert in codicem nomen creditoris, ille debitoris.
 Verabant autem leges & senatusconsulta pecu-
 niam filiis familiās, & minoribus viginti quin-
 que annis feneratori: qui hic tirones appellatur.

SVB PATRIBVS DVVIS TIR.] or-
 do est

A do est hic, Sectatur nomina tironum sub patri-
 bus duris, id est, adolescentium, qui sunt sub im-
 perio patrum durorum, non ita pridem sumta vi-
 rili toga. Per duos patres autem, præparcos &
 nimium tristes, ac seueros significat. Sic M. Tul-
 lius in Lælio de Demea & Mitione, *quanta in altero
 duritas, in altero comitas?* sic enim legendum esse,
 non, vt vulgò, *diritas*, alibi admonuimus.

AT IN SE PRO QVÆSTV,] dicit for-
 tasse aliquis, hūc feneratoris sumtum in se facere,
 quæstui pares, & conuenienteis: minimè, mini-
 mè verò: immò tenuissimè, & sordidissimè viuunt,
 se seque miserandum in modum excruciat, cūm
 in vulgatis cod. legeretur *at ipse*, ego ex fide cod.
 Rainut. Card. Faërni. vnus Vatic. *in se* reposui.
 Est autem in se facere sumtum, ea emere, quæ si-
 bi sint ad victum, cultūque necessaria.

B HIC VIX CRED. POSS.] infirmat, &
 remouet, quod obiectum fuerat.

QVAM SIBI NON SIT AMICVS]
 quàm sit sibi inimicus, atque infestus, dum Ge-
 nium suum defraudat: dum omnia nō solum iu-
 cunda, verum etiam necessaria naturæ denegat.

PATER ILLE] Menedemus seipsum excru-
 cians, quia filium suū Clinia nimia duritia & seui-
 tia sua in Asiā proficisci, & patriā fugere coëge-
 rat. ex quo dicta est *εὐαγγ. τιμωρῆς* comædia.

MALTHINVS] existimant complures hic
 Mæcenatem describi, ac notari, propterea quod
 ille solutus & discinctis tunicis ambulasse, & mol-
 lissimè vixisse traditus sit: Malthinum autem ab
 Horatio ficto nomine esse appellatum, vel *σπῶ
 ἢ μάλῆς*, quæ est pix cum cera mista: aut, vt do-
 cet Suidas, *κῆρος μεμολαγμένος*, id est, cera
 mollita: vel *σπῶ τῷ μάλαθαις*, quod molle si-
 gnificat: vnde veteres malthas, molleis appellari
 voluerunt, inquit Nonius, ego vt cetera vera esse
 fateor, ita non puto, Horatium valedicendi cu-
 pidum fuisse, vt ne Mæcenati quidem oprime de
 se merito, & gratiosissimo apud Augustum viro
 pepercit. Verisimilis mihi quidem est alium
 quempiā eiusd. ætatis cōficto nomine ab eo de-
 signari, qui nimis longis, & demissis, & solutis
 tunicis vteretur. Verum tamen si quis contendet
 pertinaciū atque improbiū, Mæcenatem, non
 vllum alium, ab Horatio significari, præferim
 cūm constet, vt supra dixi, Mæcenatē tunicis ad-
 talos demissis, & solutis vsū esse, nō pugnabo.

C TUNICIS DEMISSIS] tunicis longis, &
 talaribus. *ποδῆραις, & ποδῆνεκῆς* appellant Græ-
 ci. erant autem tales vestes parum viriles. stola
 contra, muliebres vestes, demissa ad pedes erāt.
 infra Satyra ead. *Ad talos stola demissa, &c.*

EST QVI INGENV AD OBS.] est a-
 lius multum illi dissimilis, qui tunicis vitur bre-
 uioribus, & vix partes corporis inhonestas te-
 gentibus.

FACETVS] ridiculus est: mouet risum,

PASTILLOS] globulos, & quasi panes ro-

tundos, *μασσάς* tereteis, ex rebus odoratis com-
 positos: ex quibus suauēs odores efflantur: qui-
 bus vtuntur mulieres, & viri mulierum similes,
 nempe molles, ac delicati: Græci vocant *ροχι-
 σιούς*, alij *ῥοχλάσματα*, & vnguenta inter-
 presantur. Nonius: *Panis proprietatem à pascendo
 putant veteres existimandam.* Varro de vitā populi
 Romani lib. 1. *Pastillos & panes hæc vocabula pa-
 sūs, quod esse, pascere dicebant.* conficiuntur etiam
 hodie pastilli odorati. sunt & alij pastilli, quibus
 vtuntur medici: qui quid à malagmatis, & em-
 plastris differat, docet Cornelius Celsus libro 5.
 cap. 17. hic versus iteratur infra Sat. 4. huius lib.

OLET] epist. 19. lib. 1. *Vina ferè dulces oluerunt
 manè camana.* Terent. Eun. *olet vnguentū de meo.*

HIRCVM] vel odorem illum tæterrimū, qui
 sub alis esse solet: vel animal ipsum sua natura
 pessimè olens. vide supra Od. 12. epod. *Æa grauis
 hirsutis cubet hircus in alis.*

NISI ILLAS, QVARVM SVBS.] ma-
 tronarum vestitus hic erat, stola, & palla. infra
 eadem Sat. *Ad talos stola demissa, & circumdata
 palla.* matronas igitur significat. affuebat autē
 instita extrema stola. Itaque per vestē substitam,
 pannum tenuem, ac mollem, seu latam fasciam,
 & prætextā significari puto, quæ nihil aliud est,
 quàm ipsa instita, id est, faciola, quæ stolam am-
 bibat: *ἡ ἐπέδαιος* appellari à Græcis docet Por-
 phyrio. Quid. lib. 1. de arte amadi, *Est procul vit-
 ta tenuis, insigne pudoris, quæque regis medios instita
 longa pedes.*

CONTRA ALIVS NVLLAM NISI
 OLENTI IN FORN. ST.] contra alius nul-
 lam tangere velit, nisi eā, quæ in fornice proster-
 nisi mercenariam, seu meretricem, seu venalem.
 in hoc versu *ce* syllaba postrema vocis *fornice*
 quamuis excipiantur à voce initium capiente à
 duabus consonantibus, *st.* nihilominus breuis
 manet. sic apud Tibull. eleg. 1. lib. 1. *o quantum est
 auri, pereat, potiusque smaragdi, siue zmaragdi.* &
 apud Catull. carm. de Pelei & Ther. nupt. *Tætis e-
 rit magnis virtutibus vnda Scamandri.* & Virg. lib.
 10. *Ponite spes sibi quisque.* Horat. Sat. seq. *si quod sit
 vitium non fastidire. strabonem Appellat patru pater.*
 & Sat. 5. *insani videntes præmia scriba.* Iam fornix
 appellatus est, locus, vbi prostituta pudicitia mu-
 lieres erant, à locis arcuatis, vt docet Isidorus.

MACTE VIRTVTE] sic sape loquitur Li-
 uius, vt lib. 10. *Tu quidem macte virtute, diligentiaq;
 esto.* & Cic. Tuscul. 1. *Macte virtute. ego enim ipse cū
 eodem ipse non inuitus errauerim.* idem lib. 12. epist.
 ad Att. *Macte virtute. mihi quidem gratum: & erip
 gratius, si, &c.* Virg. lib. 9. *Æn. Macte noua virtu-
 te puer: sic itur ad astra.* Macte autem valet magis
 aucte. ex quo *mactare*: quod valet magis augere.

Cic. lib. de rep. *ferunt ludibus, mactant honoribus.*
 mactus verbum pontificale, & quo utebantur in
 sacris & libationibus. *Mactus hoc vino inferio esto.*
 quæ verba sic explicat Arnobius lib. 7. aduers. gé-
 teis. *Quid est aliud quàm dicere, tantum esto mactus.*

A quantum volo: tantū amplificatus, quantū iūbeo, &c. INQVIT SENTENT. DIA CAT.] id est, inquit Caro. periphrasis. sic Lucretius lib. 5. Democriti quod sancta viri sententia ponit. i. Democritus. Id. lib. 3. Nec tam doctus equa pullus, quam fortis equi vis, id est, fortis equus. & Horat. Od. 21. lib. 3. Narratur & prisca Catonis saepe caluisse virtus. cuius generis sup. ad Od. 5. lib. 3. plura collegimus exempla. diuina autem habent libri aliquot veteres.

TETRA LIBIDO] Venerea libido. sic Catullus amorem tetrum morbum appellat. Ipse valere opto, & tetrum deponere morbum. o dii reddite mi hoc pro pietate mea.

B DESCENDERE] verbo apto, & significatē vsus est. in locis enim depressis, & defossis erant gānea: videlicet sub fornicibus. à quibus etiam fornices gānea sunt appellata.

PERMOLERE] corrumpere, adulterare, μοιχεύειν. tralatio est. sic & Theocr. εἰδ. δ. Εἴπ' ἀγα μοι Κορύδαρ, τὸ γερύοντιον ἦρ' ἐπὶ μύλλαι Τῆσαν τὸν κούνοφρον ἐρωτῆσαι, quom locum indicauit mihi Fuluius Vrfinus vir humanissimus. Lucill. Hunc molere, illum autem ut frumentum vanere tu vis. 'improbius dicit Catull. in Gellium, Hoc ne ipsi accideret, patriui perdesuit ipsam vxore, &c. vbi vulgò mendosè legitur perdesuit.

MIRATOR CVNNI CVPI.] hic Cupiennius longè ab illo superiore dissidebat, vt pote qui matronas solas amaret, & miraretur. cunnus, ἐχάρα muliebris.

C ALBI] albat. per cunnum album, matronā, & ingenuam mulierem significat, quia matrone, albata, id est, stola amicta in publicā prodibant: libertina: atrata.

AVDIRE EST OPERA PRET.] incommoda, pericula, aduersos denique casus adulterorum enumerat. est opera pretium (inquit) vobis, qui mœchis sua flagitia ex sententia succedere nō vultis, audite quo pacto hi omni ex parte malis omnibus exerceantur ac vexentur. Est autem imitatus Hor. versus Ennianos, Audire est opera pretium, procedere rectè Qui rem Romanam, Latiumque auferere vultis. opera pretium, id dicimus, quod tanti est, quanti opera in eo infumta.

D itaque opera pretium facere, & inanem operam sumere, planè sunt contraria: & cum ita loquimur, opera pretium est audire, opera pretium est spectare, hoc significamus, non perditurum eum operam, qui audiat, neque eum, qui spectet. M. Tull. lib. 2. accus. Iam verò Censores quemadmodum in Sicilia isto pratore creati sint, opera pretium est cognoscere. Idem lib. 4. de finib. at. quom vtantur homines acuti argumento ad probandum, opera pretium est considerare. T. Liuius l. lib. ab vrbe cond. Facturusne opera pretium sim, si à primordio urbis res populi Rom. perscripserim, &c. Terent. in Andr. Audireque eorum est opera pretium audaciā. Horat. epist. ad August. sed tamen est opera pretium cognoscere, quales Cistodes habeat, &c. & Sat. 4. lib. 2. Est opera

pretium duplicis pernoscere iuris Naturam. ILLE FLAGELLIS AD MORTEM CÆS.] C. Crispum Sallustium significari dicitur: qui deprehensus ab Anno Milone in adulterio cum Fausta eius vxore, flagellis ab eo cæsus est.

DEDIT HIC PRO CORP. NVM.] honesto homines loco nati, & locupletes deprehesi in adulterio, pretio sese redimebant: humiles & pauperes non item, vt iam cognoscemus. huiusmodi pretia autem Homerus ὄδου θ. μοιχῆ-ζεια nominat, eo loco, vbi cantum illum Demodoci persequitur de Marte, & Venere in adulterio deprehensis, & à Vulcano tenuissima vinculo- rum textura irretitis.

PRO CORPORE.] vel ne sibi cauda salax ferro demeteretur: vel ne stupraretur.

HVNC PERMIXERVNT CAL.] id est, calones aliū præciderunt, seu pædicarunt: pudicitiam ei eripuerunt. erat & alia pœna grauior in pauperes deprehensos Atheniensibus vsitata, quam πῖλον & ραφανίδωσιν appellabant à verbo πῖλλειν, quod est vellere: & à verbo ραφανίδωσιν, quod est thaphano podicem perfodere: quam Catullus describit his versibus ad Aurelium. Ab, tum te miserum, malique fui, Queni attractis pedibus patente porta Percurrent rhabdanique, mugilisque. Aristophanes. Neq. Τῖδ', ἦν ραφανιδωτῆ γὰ πῖλόμομος, τέρερα τε πῖλλῆς; ἔξεε πνὸν γνῶμην λέγειν τὸ μὴ εὐρὸν κοπιῶλος εἶναι; id est quid si thaphanis perfossus fuerit sua voluntate, cinerèque vultus, poteritne negare se esse impudicum?

VT CVIDAM TESTEIS, C. QVE S A L.] cum antea in omnibus libris impressis legeretur, quidam t. c. q; s. D. ferro, ego à duobus codicibus calamo exaratis admonitus, in quibus scriptum reperi quaidam, coniecturam feci totum hunc locum sic esse legendum; vt cuidam testeis, caudamque salacem Demeteret ferrum: qua quidem mea coniectura ita mihi vera, & certa videret, vt neque quèquam in his litteris exercitatum à me dissenturum: neque loci huius sententiam cuiquam obscuram futuram putem.

CAVDAMQVE SALACEM.] penem. caudam turgentē nominauit sat. 7. lib. 2. turgentis verbera cauda. κέρον, & οὐραν appellat Græci.

GALBA.] Seruius Galba iuriconsultus, & idem adulter.

MOECHATVR.] propriè hoc verbo vsus est, pro vxorem alienam, mulierē ingenuam adulterare.

QVARR.] Quà: id est qua ratione, &c. significat eos, quoque esse reprehendēdos, ac vituperandos, qui libertinas ita perditè amant, vt neque rei, neque existimationi suæ parentes, aut consulentes, maximis iacturis, summoque dedecore, atque infamia earum complexus emant.

MVNIFICO ESSE LICET.] sic habet omnes ferè libri veteres. in his tres Var. & Faër. Iann. Torn. Nicot. Russ.

BENI.

A BENIGNVS] beneficis, liberalis: vt ferè semper: itèmq; interdum bonus.

DARET QVANTVM S. E.] daret intra modum, patrimonium suum non profunderet.

HOC SE AMPECTITVR VNO] hoc vno se venditar: hoc vno sibi placet: hoc vno se amat.

HOC AMAT, HOC LAYDAT,] sic habent omnes libri veteres, quos hîc nactus sum, Russard. Cleric. Nicot. ceteri: neq; aliter ij, quibus Romæ vsus sum.

ORIGINIS] mimæ cuiusdam & meretricis nomen. quidā libri vet. habent, Origenis, quos non sequor. Cōmemorantur hæ tres nobiles meretrices, cum ab alitis, tum à Scruio: quæ vno tempore, nempe ætate Ciceronis, floruerunt: Cithæris, Volumni libera, M. Antonium in castra secuta, quæ à Virgilio Lycoris appellatur, quam Gallus perditè amauit: Arbuscula, Origo. profert hunc locum Seruius commentat. in Gallum.

NIL FVERIT MI (INQVIT)] hic Marfæus his verbis sibi blandiebatur, suamque hoc modo nequitiam, ac libidinem extenuabat.

VERVM EST CVM M. E. C.] hæc iam sunt Horatij, ita respondentis, quid tum postea, si te ab vxoribus alienis abstines, cum mimas, & meretrices impotentissimo amore persequaris? quem quidem amorem fac tibi minus esse damnosum: at est tibi turpior: grauiorēque tibi infamiae notam inurit: multo autem maior existimationis, & famæ, quàm rei viro bono habenda ratio est.

C QVAM RES] quàm res familiaris: quàm bona, & facultates.

ANTIBI AVVNDE P. S.] dicit non satis esse personam, cum qua adulterium committitur, nempe matronam, vitare: sed operam præterea dandam esse, vt existimationi nostræ consulamus, & vt ne rem nostram familiarem amoribus, & libidinibus exhauriamus. M. Tull. Phil. 1. M. Antonio nimium mimæ cuiusdam amorem maledicti loco obiicit his verbis. Venisti Brundisium, in sinum quidem, & complexum tua mimula. Quid est tunc mentior: quam miserum est, id negare nō posse, quod sit turpissimū consistere: hoc idem & Verr. Acc. lib. 5. Huc tertia illa producta per dolum, atque insidias ab Rhodio tibicine, maximas in istius castri effecisse turbas dicitur, cū indignè pateretur vxor Cleomenis Syracusani, nobilis mulier, itèmq; Aeschrius honesto loco nata, in conuentum suum nimi Isidori filiam venisse. Iste autem Annibal, qui in suis castris virtute putaret oportere, non genere certari, sic hanc Tertianam dilexit, vt eam secū ex provincia exportaret.

REM PATRIS OBLIMARE.] consumere, perdere. verbum est à lima deductum. PECCESNE] peccēs ve habent quidam libri veteres: sed legendum tamen puto peccēsne. & ita loquitur Saty. VII. Cum faber incertus scammum, faerētne Priapum.

TOGATA] matrona adulterij conuicta, ac

damnata, vt quidam volunt. alij simpliciter meretricem interpretantur: & melius. Nā mulieres, quæ vulgò expositæ erant, in publicum togatæ prodibant, & togis vtébantur, vt à matronis stollatis distinguerentur. M. Tull. Philipp. 2. Summissi virilem: quam statim muliebrem togam reddidisti. Sic enim hunc locum restituerunt ex antiquis, codice manuscr. Romano Muretus & Faernus. Mart. P. in mage qua meruit, mittere: mitte togam.

VILLIVS IN FAVSTA SYLLÆ G.] Fausta Fausti Syllæ filia, Antonio Miloni nupserrat. quem Horatius hoc loco Longareni nomine videtur appellare. Nā quòd Porphirio, & Acro per Villium volunt Milonem significari, per Longarenum, adulterū: id probare nullo modo possum, cum alias ob causas, quas prætermitto, tum quòd Horatius non exsolueret id, quod promissit, (promiserat autem se expositurum, quantis incommodis afficiantur, quantisque in periculis versentur adulteri) si faceret Annum Milonem Faustæ virum domo sua excludi, pugnis cædi, ferro peti: Longarenum autem adulterum impunè mœchari, & ex animi sententia in ædibus Milonis eo inuito, ac malè multato cum Fausta delicias facere. Itaque arbitror vel Milonem hoc loco Longarenum nominari, vt intelligamus Villium adulterum ad Faustam introire meditantē, & conantem, à Milone & eius seruis fuisse pessimè acceptum: vel potius (quod quibusdam placet) vtrumque, & Villium, & Longarenum fuisse adulterum: sed Longareno benè processisse: Villio verò infeliciter. neque quèquam mouere debet, quòd Villium Fausti generū dicit. ita enim appellat, non quòd reuera sit Fausti gener, sed quòd eius filiam subigat, ac permolat: quemadmodum epistola ad Loll. l. lib. 1. r. sponsos Penelopæ appellat eos, qui proci erant, non sponsi, eò quòd Penelopam sibi quisque vxorem exoptaret.

EXCLVSVS FORE] foris, & forem, & fore Terentio, Plauto, T. Liuii vsitata. Terent. Heaut. Mane, mane. quid est quòd tam à nobis grauius crepuit foris? Plaut. Mil. glor. sed foris crepuit hinc à vicino senis. T. Liuius lib. 40. forem ex æde Luna, quæ in Auentino est, ruptam tulit. Dicit est autem foris, siue fores, quòd olim apud veteres Romanos foras, non intro aperiebantur: vt scribit Seruius ad illum Virgilij locum Æn. 1. foribus cardo stridebat ahenis. Hinc fieri videmus, vt apud Terentium & Plautum, vbi quis domo prodit, crepent fores. Nam qui domo foras prodibat, ante quàm fores aperiret, crepitu illo significabat iis, qui per viā publicā iter faciebāt, & eā fortè præteribant, vt sibi cauerent, ne à foribus læderentur.

LONGARENVS] alter adulter Villio felicior: seu, vt alij, Milo.

INTVS] domi: ἐνδον, vt loquuntur Græci, & ἐνδοί. Theocr. εἰδ. 16. Συρακῆσ. Εἰδοί Πραξινοῦσ. Εὐ. Τορῶ Φίλα. ὡς γέρον. εἰδοί. ibidem, Ὠνάηλυ μὲγάλωσ, ὅπ μοι τὸ βράφος μὲν εἰδοί.

bitans: hoc est locusta: ad quem locum notat interpres: *ἔτι δὲ ἀκρις ἐπὶ τῇ καλᾷ γοῶνι καὶ καλῆται μάγισ. ἴσως οὖν, &c.* sequitur, *ἔτι δὲ χλωρὰ καὶ αἰμαίνεις τὴν ἐμπαροῦν ποδῶν ἔχουσα, καὶ λεπτοῦς καὶ συνεχῶς αὐτοῦς κινῶσα:* id est, Est autem locusta, quæ in calamis nascitur, & vates appellatur. Fortasse igitur &c. Est autem pallida seu viridis, & longis pedibus, & gracilibus, & assidue eos mouens.

MATRONA, PRÆTER] id est, ex omnibus autem matronæ membris nullum præter faciem aspiciere licet.

NI CÆTIA EST] hæc matrona præter decorem vestitu breuissimo utebatur, vt crurum pulchritudinem in promptu haberet, atque ostentaret. iccirco ab Hor. vrbane notatur.

DEMISSE VESTE] longa, & talari veste. quæ mulierum & maxime matronarum propria est: vt supra diximus, ibi *Malsibus tunicis demissis, &c.* Nam meretrices breuioribus utebantur, vt & paullo antè diximus.

SI INTERD. P.] si matronam abis: si matronæ concubitum concupiscis: qui & lege vetitus est: & multis difficultatibus obseptus atque obuallatus.

VALLO CIRCUMDATA] difficilia expugnata. tralatio ducta à re militari.

Hoc] difficultas potiendæ.

MVLTA TIBI TVM OFFICIENT RES] quidam libri veteres habent, *tum officiant res:* quæ scriptura ferri potest: nonnulli dum officiant res: quæ reiicienda est. alij omnes, vt vulgati, & vt edidimus, *tum officiant res.*

CINIFLONES] cinerarij, qui calamistris cineis inurunt.

STOLA] vestis muliebris, vt diximus. M. Tull. Philip. 2. *tanquam stolam dedisset, in matronia stabili & certo collocavit.* ex quo Cæsar Caligula Liuiam proauiam suam, *Plyssem stolatum* nominare solebat, significans, eam mulierem esse astutissimam.

PALLA] hic appene distinctionis notam. Est autem palla, mulieris honestioris vestimentum, inquit Non. Marcellus.

PLVRIMA] plurima denique alia, quæ tibi obstant, quo minus totum matronæ corpus plandè, & purè abs te percipi possit.

INVIDEANT] tralatio est, obstant, ac prohibeant, quo minus tibi res purè appareat.

ALTERA] togata, seu meretrix.

NIL OBSTAT COIS TIBI,] sic mihi videtur distinguendus hic locus: non, vt in vulgatis: in quibus distinctionis nota locatur post verbum *obstat.* erant autem Coe, vel, vt alij volūt, Coe vestes, tenuissimæ, mollissimæ, ac delicatissimæ: & veluti vitreæ ac pellucidæ, à Co, vel Ceo insula, vbi fiebat, sic appellatæ. Tibull. lib. 2. eleg. 3. *illa gerat vestis tenuis, quas famina Coa Texuit, auratas disposuitque vias.* Taleis vestis, vitreæ appellat Varro. quorum vitreæ toge ostentant tunica

clanos. Sed non celabo lectorem, quosdam libros veteres habere: *Altera nil obstat. Chlorin tibi pane videre est, &c.* quæ scriptura non est reiicienda.

METIRI POSSIS OCULO LATVS] ita omnia habet in promptu, vt solo aspectu, longè, an breui sit latere, iudicare possis.

PRETIUM QVE,] supra dixit eam apertè, quod venale habet, ostendere, & mercem sine furo gestare. quocirca conuenienter nuac pretij nomine vtitur.

LEPOREM VENATOR] verba sunt amatoris matronarum.

POSITVM SIC] sic appositum, id est, sine cursu, & labore venationis sibi appositum: vel ita positum, vt manu capere possit: sed priore explanatione magis probo, & ita vsurpauit sat. 2. lib. 2. *Vix tamen eripiam, posteo pauone velis quin hoc potius, quam gallina, tergere palatum, & satyra vlt. lib. 2. Vidimus & merulas poni, & sine clune palumbes.* sic autem, accipiendum *deu. x. 2. vt Od. 11. lib. 2. iacentes sic temere.* Talis erat Xerxes ille Darij filius: (sic paruis magna componere licet:) qui negabat se caricas Atticas gustare velle venales ad se allatas, & ita sibi appositas: sed tum demum se libenter & iucunde comesturum, cum eam terram, quæ eas genuisset, & extulisset, armis partam obtineret.

CAPTAT, ET APPONIT] hunc locum in omnibus libris, & manuscriptis, & excusis deprauatum restitui, vnus litteræ immutatione facta, coniectura duntaxat ad veram scripturam ductus, à nullis codicib. adiutus. miror autem tam manifestum mendū, vel vmqam admissum esse: vel semel admissum, tan diu in codicibus hæsisse. Ne longum faciam, huius loci sic emendati hæc sententia est. *Quemadmodum (inquit amator matronarum) venator in medijs frigoribus, altissimisque niuib. leporem sectetur, id est sectari non recuset: quem, si ei ab alio captus, & sine ipsius labore detur, atque apponatur, ne tangere quidem velit: nunc autem per niueis, & frigora sectatur, & captat, atque ita captum summa cum voluptate sibi apponi iubet: sic ego feminas in medio positas, & meretrices sperno: matronas, quæ non nisi cum labore, & periculo expugnantur, peto & persequor. ita locutus est sup. Od. 2. epod. *Pauidūm leporem, & aduenam laqueo gruē, Iucunda captat premia.* & proximo versu idem verbum vsurpat. Cum ego hæc scripsissem, & edidissem, quattuor ab hinc annos, vir quidam doctissimus à me dilectus, Pseudacronem secutus, vulgatam huius loci explanationem iam à me explosam, & abiectam, deintegro excitauit, ac reuocauit in mediū, verba ipsa Acronis vsurpans, nihilque de suo præterea afferens. sic enim ille: *Amator, inquit, cantat quomodo venator libenter sectetur in niue leporem: sic appositum in seculo cingere nolit: & max addit, (hoc enim est apponit) suum amorem esse similem &c.* sequitur deinceps, & cū*

versu-

A versuculo dicat, satis indicat, versus superiores pro cærico accipi debere, vt explicauit. hæcenus ille. Ille vero vehementer fallitur; cum suo Acrone, cuius verba cæntia tollit: & piget me toties explanationem tam absurdam refellere: Quid enim inepitius, quàm ita loqui: *amator cantat,* id est, cantando exponit; vt, id est quo modo, *venator sectetur &c.* & *apponit,* id est addit ad superiora, quæ dixit, seu cætauit, *meus amor, &c.* Nam primum hoc contendo, nõ posse ita Latine dici, vt illi volunt, *cantat vt,* seu *quomodo venator, &c.* deinde *apponit,* pro addit, seu adiungit iis, quæ dixi, non reperitur in tota lingua Latina. Præterea hæc verba *Hæcne versuculis,* nullo modo arguunt, neque declarant, superiora illa esse cærata. Nam si hoc verum esset, persona omnes, quas hic loquentis facit Horatius, cantarent, cum versuculi sint: quod ineptum atque absurdum dictum est. Postremò in his verbis, *meus est amor huic similis, est & τὸ ἄλλοδοσις.* At inter similitudinis partem eam, quæ assumpta est ad aliquid illustrandum, & ἀπὸδοσις, id est redditiõ, nihil debet ex persona scriptoris interponi, quod hic fieri volunt. essent enim hæc Horatij verba, *Cantat & apponit,* illorum ratione. Manco igitur in sententia, & dico, *captat legendum esse, & apponit,* explicandum, apponit ad comedendum & cetera, vt supra. Nam piget eadem toties inculcare.

HISCENE VERSTCVLS] loquitur nunc Horatius. & fortasse hæc verba locum errori, & errato dederunt Acroni, & Porphir. & iis, qui eos secuti sunt.

NONNE CVPIDINIBVS ST. N. M.] id est, nõne cupiditates sunt aliquæ naturales, eadèmqe à natura finite, ac terminatæ: Nõ sum secutus eos codices veteres, qui habent, *statuat.*

QVEM, QVID LAT. SIBI, QVID S. D.] id est, quem modum, seu finem cupiditatum, vtilius est querere, & superuacaneas, minimèque necessarias cupiditates amputare, subaudiendum, quàm cupiditates habere infinitas, minimèque necessarias. modus autem cupiditatum in eo positus est, vt experiamus ea, quæ natura desiderat, & quibus sine dolore carere non potest: ea non experiamus, quibus facile potest carere. hunc igitur locum sic explicio studiosorum causa, quibus videri solet impeditus, atque implicatus. nõne cupiditatibus natura modum constituit, quem querere, videlicet quid natura sibi deesse ferre possit, quid sit dolitura deesse, id est, qua re facile carere possit, qua non possit: & discernere inania, ac superuacua à plenis & necessariis, vtilius est, quàm cupiditatibus inanibus, minimèque necessariis asturare?

INANE ABCINDERE SOLDQ] id est, inania ab iis, quæ sunt plena, ac solida refecare: inanis est cupiditas esurienti, verbi causa, poscere phasianum, pauone, acipenserem, & similia: inane est sitienti, vinum Falernum, Calenum, Lesbium desiderare: necessarius est esuri-

ti panis, sitienti aqua: & harum rerum copia, plena & solida est, illarum autem inanis. vide annotat. ad illum locum: *adde, Quæ humana sibi doleat, &c. saty. 1.*

NVM, TIBI CVM FAVCEIS V. S.] inductione probat, cupiditates non necessarias esse circuidendas, & refecandas, neque eis esse villo pacto obtemperandum, hoc modo: quis sitiens malit siti enecari, quàm non ex quolibet vase bibere: quis esuriens nolit alio cibo, quàm pauone, aut rhombo famem explere? Quis igitur libidine inflammatus, cum ei suppetat, & præter sit ancilla, cuius complexu libidinis flammam restinguat, malit cupiditate rei veneræ ex cruciari, matronæ concubitu expetens, atque expectas, quàm præfenti, & parato remedio viri?

FASTIDIS] fastidiosè aspernaris, ac reijcis, vt supra Od. 1. lib. 3. *omnis agrestium Lenis virorum, non humilis domos Fastidit, &c.* epist. ad Iul. Florū lib. 1. *Fastidiare lacus, & riuos ausus apertos. & Saty. prox. sic nos debemus amici, si quod sit, virium non fastidiare.*

TENTIGINE RVMPI?] tentigo à tendendo est nominata: quæ significat hoc loco libidem ardentissimam, per quam alicui penis valdè intenditur. Periculum est autem, ne, quæ nimium tenduntur, rumpantur. hoc igitur periculum, atque hunc tentiginis dolorem, vt parabili & facili concubitu leuet, ac minuat, suadet, eadum ac nefarium illud in Priapeis. *Turpe quidem factu: sed, ne tentigine rumpar, &c.*

PARABILEM] quæ facile parari potest, & quæ paruo constat, *εὐπόριστον, εὐώνυτον.*

ILLAM PÒST PAVLLO, SED PL.] id est, illam autem Venere, seu mulierem, quæ mihi quærenti, quando veniam, aut quando sit ipsa ventura, respòdet, pòst paullo, seu post paululum: aliàs quærenti facturane sit mihi sui corporis copiam, respondere se facturam, sed pluris: aliàs respondet, se mihi gratificaturam, si modò exierit vir: hanc (inquam) Philodemus ait Gallis esse relinquendam, seu dandam, tam caram, ac difficilem, (mala enim solemus hostibus, & inimicis precari, vt annotauimus sup. ad Od. 27. lib. 3.) sibi autem optat eam, quæ, &c. Fuit autem Philodemus, seu Philodamus, philosophus Epicureus, idèmqe poëta: qui cum L. Pilone aliquandiu vixit: de quo M. Tullius in orat. in Pisonem. *Est quidam Græcus, qui cum isto vixit, homo, verè vt dicam, sic enim cognoui, humanus: sed tandiu, quamdiu cum aliis est, aut ipse fecum, &c.* & lib. 2. de finib. bon. & mal. in extr. *Credo, Syronem dicis, & Philodamum cum optimos viros, tum doctissimos homines.* Alij legunt Philo, demus, ait: quæ lectio videtur facilior quidem, & planior, verum tamen prior altera probatur magis omnibus eruditis: & fortasse idem significat Martialis lib. 9. in eo epig. cuius principiu est, *Hanc volo, quæ faciliis, quæ paliolata vagatur, &c.* sequuntur hi versus, *Poscentò nummos ac grandia verba sonantem Possideat cras*

mentula Burdegali. vocem Gallis, alij explicant ita, vt intelligantur Cybeles sacerdotes, quia cum illi sint euirati, facilius ferre moram possunt. in quibusdam exemplaribus antiquis scriptum est post paulum. Legenda autem sunt hac membra- tum, & singillatim, vt recte admonet Porphir, nempe hoc modo, post paulo: sed pluris: si exierit vir.

SIBI, QUAE NEQUE MAGNO ST. P.] id est, sibi autem optabat subaudi, eam, quae neque magno constet, neque vocata, longam moram interponat. animaduerte autem, hanc faminam, quae non cunctetur, opponi illi, quae respondeat se post paulo venturam, aut differat in id tempus, quo exierit vir: eam, quae non magno constet, ei quae plus poscat, quam solita sit, aut quam amator promittat.

MVNDI HACTENVS, &c.] tantam munditatem, tantumque ornatum adhibens, vt neque cerussa malas caedefaciatur, aut vlla alia re muliebri expoliatur, neque veram corporis staturam crepidarum altitudine augeat: quae duo in vxore sua improbat Ischomachus apud Xenophon. in Oeconomico, his verbis, εὐχόμενος τῶν ἰδίων ποτὲ αὐτῶν ὧν, Σώφρατες, εἴτε τοῦ μίαν ἢ πολλῶν ἢ ψιμυθίας, ὅπως λυκοτέρη ἐπιδοκίμη εἴναι, ἢ τῶν πολλῶν δὲ ἐγχεσθῆ, ὅπως ἐπιδοκίμη φαινοίτο ἢ ἀληθείας. Ἐποδοκίμηται δ' ἐγχεσθῆ ἢ ψιμυθίας, ὅπως μελέων δοκίμη εἴναι, ἢ ἐπεφύκη, εἴτε μοι ἐφλε, ὧ γυναι, &c. καὶ ἐμὲ τοῖνυν νόμιζε εἰπεῖν. ἐφ' ἧ Ἰσχυμαχος, ὧ γυναι, μήτε ψιμυθίας, μήτε ἐγχεσθῆς γένομαι ἢ δεύσαι μάλλον, ἢ τῶ σῶ. id est, ego igitur (inquit) cum aliquando ὁ Socrates eam vidissem multa cerussa suffectam, vt cadidior: multa anchusa, vt rubicudior, quam re vera esset, videretur: calceis autem vten tem altis, vt maior, quarum nata esset: dic mihi, inquam, vxor, &c. me igitur hoc dicere puta, inquit Ischomachus, ὁ vxor, neque cerussam, neque anchusam mihi tuo colore esse iucundiozem. eodem pertinet illa Propert. lib. 1. Quid inuato ornato, &c. Naturae decus mercato perdere cultus? Nec finire in propriis membra nitere bonis? idem lib. 2. Vt natura dedit, sic omnis rehta figura: Turpis Romano Belgicus ore color.

HAC VBI SVPPROSVIT] vtitur eodem verbo ad eandem rem Catullus, Noli admirari, quare tibi femina nulla, ruse, velit teneri supposuisse femur. sententia autem huius loci haec est, Haec vbi dextram corporis parte, seu dextrum latus, meo lateri lauo supposuit, ita vt haec mihi sit laua, ego ei dexter: mihi lita & Egerie instar est. Quidam hic significari putant Venereis modum omnium simplicissimum, ac facillimum, vel Ouidij iudicio. sic enim ille lib. 3. de arte amandi, Mille modi Veneris: simplex, minimiq; laboris, Cum iacet in dextrum semisupina latus. sed, vt cu Ouidio cogruat Horatius, legendum videtur, dextrum corpus mihi lauo. in Tornes. quidem lauo a scriptum reperti.

NEC VERBOR] quidam libri calamo ex-

rati habent, Nec metuo, quod idem valet: & fortasse magis ad hunc locum quadrat.

RECVRRA] fortasse aliquid de vxoris impudicitia vel per se suspicis, vel etiam ab aliquo domestico, aut vicino certior factus.

IANVA FRANGATVR, &c.] Ianua frangatur a viro redeunte, vel adulterum & vxorem vna cum eo comprehendere cupiente: vel eo q; sibi fores tardius aperiat, calceus & saxis eas pulsante. Ianua, primus est domus ingressus, dicta a Iano, cui omne principium dicitur est, vt scribit Seruius quodam loco commentar. in lib. 1. Aeneid.

VEPALLIDA] sic restituumus, auctoritate veterum lib. Vatic. Iann. Faern. Tornes. & aliorum omnium, quamuis ve pallida diuifim legatur, secuti. atque hanc scripturam agnoscut Porphyr. & Acron. Et certe sine librorum manu scriptorum testimonio, ex ipsa orationis structura, atq; ex verborum cursu facile erat hoc mendum tollere. nam totus hic sermo est ἀσύνθετος ab illis verbis, vir rure recurrat, vsque ad haec, egomet mi. vepallidus autem idem ferè valet, quod male, & miserè pallidus: vel aliquatim pallidus, nam ve, in compositione interdum auget, interdum minuit, vt in his, vesanus, vecors, vegrandis. quod proximum nomen item emēdauius in oratione de leg. agrar. contra Rull. ad popul. Na cum antea legeretur in omnibus exempl. vulg. quem hominem vt grandi macie torridum, siue horridum, &c. nos viris doctissimis probauimus coniecturam nostram, quae est, legendum esse vegrandi. Pompeius Festus praeterea nomine vegrande, ait significari vel male grande, vel parum grande. vide eundem in nomine vesculi, & vesum.

CONSCIA] ancilla, vt sat. 7. lib. 2. peccati conscia herilis. animaduerte autem hoc loco esse pulcherrimam antithesim, mulier vepallida lecto desiliat: ancilla culpae herilis conscia, se miseram exclamet: haec, nempe ancilla, curibus metuat: illa autem, nempe vxor a viro suo deprehensa, doti, amittebant enim dotem maritae in adulterio deprehensa. sed eas interficere viro ne deprehensas quidem, licebat iure ciuili: patri licebat.

DISCINCTA TVNICA] magna aduleri trepidatio, magnusq; timor exprimitur, qui ita vigeatur a viro, vt discincta tunica, & pede nudo fugere cogatur. Non solebant autem veteres in publicum discincti prodire. notum est illud, Discincta vestis, discinctus animus. Postremo milites, qui fugerant, aut, qui flagitium aliquod aliud militare admitterat, discincti sub iugo trahere cogebantur.

NE NVMMI PER AVT PYGA, &c.] id est, ne pecunia multer, neve, si soluendo non sim, pudicitia mihi eripiatur, aut ne nateis meas percurrant raphanig, mugilesque, vt ait Catull. aut denique ne damner lege Iulia de adulteriis.

AVT PYGA] pyga, πύγη Graecum nomen est, quod nateis significat, nonnulli codices anti-

qui ha

A bent, puge, Latinis literis scriptum. sic supra eade Sat. Depugis.

FABIO VEL IVD. V.] etiam Fabio iudice obtinebo, miserum esse deprehendi: qui fortasse fuit aliquando deprehensus, quod autem ad loquedi genus attinet, loquitur Lilius lib. 2. 7. quem tum principem ciuitatis esse, vel Annibale iudice, victurus esset. & Hor. Sat. 3. lib. 2. Vincit enim, stultus ratio insanire nepotes. & Sat. 3. lib. 1. Nec vincet ratio, tantumdem vt peccet, idemque, &c. C. Martius ad Cicer. epist. lib. 2. Id quidem me cupere, nisi & antea a vita, & reliqua mea spes tacente me probat, dicendo vincere non postulo.

SATYRA 3.

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos. Vt numquam inducant animu cantare, rogati: Inuisi numquam desistant. Sardus habebat Ille Tigellius hoc. Caesar, qui cogere posset, Si peteret per amicitia patris, atque suam, non Quicquam proficeret: si collibuisse, ab ouo vsq; ad mala citaret, Io Bacche, modò summa

Vocè, modò hac, resonat chordis quae quatuor ima. Nil aequale homini fuit illi: saepe velut, qui Currebat fugiens hostem: per saepe velut si Iunonis sacra ferret, habebat saepe ducentos, Saepe decem seruos. modò reges, atque tetraarchas, Omnia magna loquens, modò sit mihi mensa tripes, &

Cochra salis puri, & toga, quae defendere frigus, Quamuis crassa queat, decies cetera dedisses Huic parco, paucis contento: quinque diebus Nil erat in loculis: nocteis vigilabat ad ipsum Mand: diem totu stertebat, nul fuit vquam Sic impar sibi, nunc aliquis dicat mihi, quid tu?

Nullane habes vitia: immò alia, & fortasse mimora. Maenius absentem Nouium cum carperet: heus tu,

Quidam ait, ignoras te san, vt ignotum, dare nobis Verba putas? egomet mi ignosco, Maenius inquit. Stultus, & improbus hic amor est, dignusq; notari. Cum tua peruideas oculis mala lippus inctis, Cur in amicorum vitus tam cernis acutum, Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius: at tibi contra

Euenit, inquirant vitia vt tua rursus & illi. Iracundior est paullo, minus aptus acutis Naribus horu hominu, videri possit, ed quod Rusticus tonsò toga desluit: & malè laxus In pede calceus haeret, at est bonus, vt melior Non alius quisquam: at tibi amicus, at (vir ingenium ingens Inculto latet hoc sub corpore, deniq; te ipsu Concute, numqua tibi vitioru in seuerit olim Natura, aut etiam cōsuetudo mala, namque Neglectis vrenda filix in nascitur agris.

Illuc praerentamur, amatorem quod amica Turpia decipiunt caetu vitia: aut etiā ipsa haec Delectant: veluti Balbini polyopus Agna. Vellem in amicitia sic erraremus: & isti Errori nomen virtus posuisset honestum. At pater vt nati, sic nos debemus amici, Si quod sit, vitium, non fastidire. Strabonem Appellat patu pater: & pullu, malè paruis Si cui filius est: vt abortiuus fuit olim Sisyphus. huc parum, distortis cruribus: illu Balbutit scaurum, prauis fultum malè talis.

Parcius hic vitu: frugi dicatur, ineptus, Et iactantior hic pauld est? concinnus amicis Postulat vt videatur, at est truculentior, atq; Plus aequo liber? simplex, fortisq; habeatur. Caldior est: acreis inter numeretur, opinor, Haec res & iugit, iunctos & seruat amicos. At nos virtutes ipsas inuertimus: atque Sinceru cupimus vas incrustare, probus quis Nobiscu viuut: multu est demissus homo, illi Tardo, cognomen pinguis damus. hic fugit omneis

A *Insidias, nullique malo latus obdit apertum? (Cum genus hoc interviret verferetur, ubi acris Invidia, atque vigent ubi crimina) pro bene sano,*

Ac non incauto, fictum, astutumque vocamus. Simplicior quis at est? (qualē me sēpē libēter Obtulerim tibi, Macenas) vt fortē legentem Aut tacitū appellet, quouis sermone molestus? Communi sensu planē caret, inquit, eheu, Quam temerē in nosmet legē sancimus inquam!

B *Nā vitius nemo sine nascitur, optimus ille est, Qui minimis orgetur, amicus dulcis, vt æquum est,*

Cum mea cōpēsset vitius bona, pluribus hisce, (Si modō plura mihi bona sunt) inclinet, a mari

Si volet, hac lege in trutina ponetur eadem. Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum, Postulat, ignoscat verrucis illius, æquum est, Peccatis veniam poscentem, reddere rursus.

C *Denique, quatinus ex cōdi penitus vitium iræ, Cetera item nequeunt stultis hærentia, cur nō Pōderibus, modulisq; suis ratio vititur, ac, res Vt quæque est, ita supplicius delicta coerces?*

Si quis eum servitū, patinā qui tollere iussus, Semesof pisceis, tepidūque ligurrierit ius, In cruce suffigat: Labeone insanior, inter Sanos dicatur, quanto hoc furiosus, atque Maius peccatū est? paullim deliquit amicus: Quod nisi cōcedas, habere insuavis, acerb?

D *Odisti, & fugis, vt Druscum debitor æris: Qui, nisi cum tristis misero venēre kalēda, Mercedem, aut nummos vnde cūde extricat: amaras,*

Porrecto iugulo, historias, captivus vt, audit. Commixxit lectum potus: mēscāve catillum Euādri manibus tritum deiecit: ob hāc rem, Aut positum antē mea quia pullum in parte catini,

Sustulit esuriēs: minus hoc incundus amicus Sit mihi? quid faciam, si furtū fecerit? aut si Prodidit cōmissa fide? sponsumve negavit?

Queis paria esse ferē placuit peccata, laborāt, E Cum ventum ad verum est: sensus, morēsque repugnant,

Atq; ipsa vtilitas, iusti propē mater, & equi. Cum proreperunt primis animalia terris, Mutum, & turpe pecus, glandem, atque cubilia propter,

Vnguibus, & pugnis, dein fustibus, atque ita porrō (vsus:

Pugnabant armis, quæ post fabricauerat Donec verba, quibus voces, sensusq; notarēt, Nominaque inuenēre, debinc abistere bello,

Oppida cæperunt munire, & ponere leges, F Nequis fur esset, neu latro, neu quis adulter, Nā fuit ante Helenā cūm tæterrima belli Causa: sed ignotis perierunt mortibus illi:

Quos Venere incertā rapiētes more ferarū, Viribus editior cædebat, vt in grege taurus, Iura inuenta metu iniusti fateare necesse est, Tempora si, fastosque velis evolvere mundi, Nec natura potest in se discernere iniquum,

Diuidit vt bona diuersis, fugienda petendis: G Nec vincet ratio hoc, tantundem vt peccet, idēque,

Qui teneros cauleis alieni fregerit horti: Et qui nocturnus diuim sacra legerit, asit? Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquis: Ne scutica dignū, horribili scetere flagell.

Nam, vt ferula cadas meritū maiora subire Verbera, nō vereor: cūm dicas esse pareis res Furta latrocinis: & magnis parua muneris Falce recisurum simili te, si tibi regnum

Permittant homines, si diues, qui sapiens est, H Et sutor bonus, & solus formosus, & est rex: (inquit,

Cur optas, quod habes? non nosti, quid pater, Chrysisippus dicat: sapiēs crepidas sibi nūquā, Nec soleas fecit: sutor tamen est sapiēs, quo? Vt, quamuis tacet Hermogenes: cantor tantē,

atque Optimus est modulator: vt Alfennus vaser, Abiecto instrumētō artis, clausaque taberna, Sutor erat: sapiens operis sic optimus omnis

Est 1-

A *Est opifex solus: sic rex, vellunt tibi barbam Lasciui pueri: quos tu nisi fuste coerces, Vrgeris turba circum te stante: miserque Ruperis: & latras magnorū maxime regū. Ne longū faciam: dum tu quadrante lauātū Rex ibis: neque te quisquam stipator, ineptū Præter Crispinū, sectabitur: & mihi dulces Ignoscent, si quid peccauero stilius, amici: Inq; vicem illorum patiur delicta libenter: Primitusque magis viuam te rege beatus.*

SARDVS HABEBAT ILLE TIG.] Hermogenes, de quo superiore saty.

B CÆSAR, QUI COGERE P. &c.] Cæsar, qui cogendi potestatem haberet, si eum oraret per amicitiam Iulij Cæsaris patris, & suam, ab eo non impetraret, vt caneret.

PATRIS] auunculi sui natura: patris iure ciuili, id est, adoptione.

ABOVOVSQVE AD MALA] pro uerbis est, quod valet, à prima mensa ad secundam. M. Tull. lib. 9. epist. ad Varron. Integram famem ad ouum assero. Apponebant enim etiam veteres oua in prima mensa: quod vel ex Athenæo lib. 2. cognoscere licet: quamquam idem tradit lib. 14. etiam in secunda mensa apponi solita, his verbis, ἐν δευτέρῳ δὲ τῷ ᾧδν ἐν τῇ δευτέρῃ τραπέζῃ.

CITARET IO BACCHE] probabile est carmen quoddam fuisse in laudem Bacchi hoc principio, in Bacche: aut, in quo hæ voces identidem iterarentur. Quia autem io Bacche vocandi casus est, verbo citandi aptissimo, & conuenientissimo vsus est: proinde ac si diceret Horatius: Tigellius ille, si ei colluisset, carmina in Bacchi laudem caneret, Bacchūque identidem appellaret, atque inuocaret. io autem vox est, lætitiæ animi significantium, vox triumphantibus gratulantium, vox inclamantium, & inuocantium.

Tibull. *Agna cadet vobis, quam circum rustica pubes Clamet io, mēstis, & bona vina date.* Ita & triūphantibus acclamabant io triumphæ, vt supra annot. ad Od. 9. e. pod. sed Adr. Turnebus existimabat legendum, io Baccha.

D MODÒ SVMMÀ VOCE, MODÒ H. R.] modò acutissima, modò grauiissima voce. Intellege, hunc Tigellium hoc loco vno tempore & voce, & fidibus cecinisse: organūque quatuor chordarum, quod τέρταχος appellant Græci, vsum esse, resonat autem excudendum curauit codices veteres secutus: ex quibus tamen nonnulli habent resonet.

NIL ÆQVALE HOMINI F.] erat sibi ipse inæqualis, inconstans, varius, multiplex, nullam vitæ æquabilitatem retinens.

SÆPE VELVT Q.] ordo verborum hic est, Qui sæpe currebat, velut fugiens hostem.

PERSÆPE VELVT, SI IVN. S. F.] E persæpe ita incedebat, quasi Iunonis sacra ferret. eas autem virgines, quæ Iunonis, aut Cereis sacra ferebant, quæ ἑρπύποροι dicebantur, vt notauimus ad illum locum, vt *Attica virgo Cum sacris Cereris* &c. sat. 8. lib. 2. tardissimè incedere solitas esse, declarat locus ille M. Tullij Offi. 1. cauendum est, ne aut tarditatibus vt amur in ingressu mollioribus, vt similes pomparum ferculis esse videamur: aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. & illud ἡρπύποροι βαδίζουσα id est Iunonium incedere: & illud Virg. lib. 1. *Est ego, quæ diuim incedo Regina,* &c. SIT MIHI MENSÀ TRIF.] qualis est pauperum, & tenuium. Ouid. Metam. 8. *mensam succincta, tremensque ponit anus: mensa sed erat pes tertius impar: Testa parem fecit.* F

CONCHA SALIS PURI] concha salis, id est, ex concha salinum. supra Od. 16. lib. 2. *viuitur paruo bene, cui patrum splendet in mensa tenui salinum.* per concham salis puri, tenuem victū, paruūque apparatus significat. talis enim est pauperū victus & apparatus, panis & sal pro obsonio. vt sat. 2. lib. 2. *cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet.*

PURI] cur puri? an quòd res puras & incorruptas conferret, & iccirco appellatur à Lycophrone ἀγυρίτης, & ab Homero θεῖο; an per purum, merum & solum & simplicem? & sine vilo alio obsonio coniunctum significat, vt sal purus, solus, & simplex obsonij loco sit? quod probabilis est.

DEFENDERE] id est, arcere, & propulsare, vt supra Od. 17. lib. 1. *Defendit estatem capellæ.*

DECIES CENTENA] decies centena festertia, id est, decies cētum millia nummū: quæ efficiunt circiter xxv. aureorum Gallicorum, aut Italicorum millia. vsurpabatur à veteribus pro ingenti summa. de festertio autem plura alibi dicemus.

HVIC PARCO P. C.] ἐπαυρόδ; vel qui paullo antē tā parcos, & tā paucis cōtentus erat.

SIC IMPAR SIBI] sic inæquale, atque inconstans.

MÆNIVS ABS.] si Mæuius recta & emendata est scriptura, credibile est hūc describi ab Horatio Mæuiū illum, de quo Virg. in Palæmone, *Qui Baniū non odit, amet tua carmina Mæui.* Sed plerique legunt Mænius, existimantes ab Horatio significari luxuriosum illum Mænium, & facitissimum scurram, qui ex amplissimo & lautissimo patrimonio nihil sibi præter vnā columnam excepit, quin omne profunderet, ac dissiparet, vnde gladiatores spectaret. de eo autem plura dicemus ad epist. ad Vallam, ibi, *Mænius vt rebus maternis, &c.*

IGNORASTE] non nouisti te: sic Terent. Heaut. *Erras, si id credis: & me ignoras Clinia.* M. Tull. Academic. quæst. lib. 4. *Maiore studio Lucullus philosophia studio deditus fuit, quam, qui illū ignorabant, arbitrabantur.*

A IMMO ALIA ET F. M.] lib. quidem omnes vulgati habent haud fortasse min. sed aliquot veteres: in his duo Vatic. Innoct. Faern. Rainutij Card. & Torn. & Nicotian. Cleric. immo alia, & fortasse minora. quos secutus sum.

AN, VT IGNOTVM DARE NOVIS V.] dare verba, est nihil prater verba, dare: multa quidem & larga promittere, sed nihil re praestare: verbis lactare, ac decipere. Terent. Heaut. Dic me hic oppido esse inuitam, atque seruari: Verum aliquo pacto verba his me daturam esse, & veteram. Lucilius. Vni se atque eidem studio omnes dedere, & arti, Verba dare vt caute possint, pugnare dolose, blanditia certare, bonum simulare virum se, Infidius facere, vsq; hostes sine omnibus omnes. Plaut. Menach. Sic hoc decet, dari faceret verba custodi carere. Idem Milite glor. Pe misero mihi. Verba mihi data esse video.

STVLTVS ET IMPROBVS H. A.] hoc genus hominum, qui in aliorum ingenis, ac moribus obseruandis sunt diligetes, & acres: in suis, admodum negligentes, pulchre notat Theognis his versibus, Νηπιος, δε, εμιον μιν εν χειρον εν φυ λαησι, Τον δ' αυτη ιδον εδεν εστις ρεφεται, id est, Stultus est, qui mentem quidem meam obseruat: suam autem non attendit. & Plutarchus lib. εει εδουλιος, η το αλλοτριον ανθρωπε βαρκενωσαιτε καλον δευδριος, το δ' ιδιον ωδουβλεπεις; id est, quid alienum malum homo inuidissime, acutissime perspicit: tuum transuersis, & conuenticibus oculis intueris? Non abhorrent abhis illa Ciceronis lib. 3. Tuscul. q. Et qui suos casus aliter ferunt, atque vt alio auctores ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores, quam ferre pleriq; qui auari auaros, gloria cupidos gloriosi reprehendunt. Est enim proprium stulticie aliorum vitia cernere, obliuisci suorum. CUM TVA PERVIDEAS OC. M. L. I.] huius loci hac sententia est. Cum tua mala oculis lippientibus, & negligenter vel quasi lippus, cuius oculi inuncti, id est vncti sunt, cernas, cur in amicoru, & C. P. Victorius lib. Var. lectionum 20. ait hoc loco peruidere, idem va lere, quod apud Gracos ωδουβλεπειν quod est, non admodum cōtēntis oculis intueri, conuincere, negligenter inspicere. Atqui apud M. Tulliu aliam vim habet verbum peruidendi, vt lib. 5. de finibus. Intrandum est igitur in rerum naturam, & penitus, quid ea possit, peruidendum. Et apud Lucet. lib. 1. Peruideamus vtrum finium funditus omne Constet, an immensum pateat, vsq; que profundum. & lib. 2. Ex quo iactari magis omnia materiai Corpora Peruideas. Itaque existimari, quod quidem pace Victorij dixerim, peruidere semper significare acerrimē, & acutissimē intueri: sed hoc loco fieri, vt contrarium significare videatur propter has voces adiectas, oculis lippus inunctis. sic supra dixit Od. 7. lib. 3. nam scopulis surdior Icari Voces audit adhuc integer. inunctis autem participium est a verbo inungor. epist. 1. lib. 1. Non tamen iccirco contemnas lippus inungit.

TAM CERNIS ACVTVM] δευδριος, E vt loquitur apud Plutarchum poeta quidam. A QVILA] Traditum est a veteribus, aquilas esse acie oculorum acutissima praeditas: easde pullos suos nuper natos Soli admouere, cogerēque, vt solem aduersum intueantur: quod si face-re possint, legitimos haberi: sin minus, vt adu-terinos rejci. Hom. quoque λιλαδ.ρ. aquilam om-nium auium esse oculatissimam satis declarat iis versibus, quibus Menelaum quoquoersus cir-cumspicientem, si forte Antilochum reperiat, vt eum ad Achillem mittat, Patrocli mortem nun-tiatum, cum aquila comparat, his verbis. Παιτο-σε παρωλαιων. ος αετος, δι' ορα τε φασην Οξυ-πατων δευδριου παρωλαιων πεπεινω. id est, quoquo versus circumspiciens, tanquam aquila, quam omnium auium acutissimē cernere ferūt.

SERPENS EPIDAVRIVS:] draco. ocu-latissimum est enim genus draconum, ex quo no-men traxerunt. nam δευδριου, cernere est: vnde dracones sunt appellati. serpentem Epidaurium dixit, vel quod Aesculapius Epidauri colitur, cui sacri sunt dracones: vel quod in agro Epidaurio, nusquam alibi, genus quoddam draconum nasci-tur mansuetum, colore ab aliis differens, vt scri-bit Pausan. in Corinth. vel quod Romanis graui pestilentia laborantibus, draco Epidaurio Romā aduectus, saluti fuit, & hac specie Romę coleba-tur. quod postremum probabilius est. posuit ta-men serpentem Epidaurium pro quouis alio dracone.

IRACVNDIOR EST PAVLLO, &c.] huius loci hac sententia est. Est aliquis fortasse aliquanto plus quam par sit iracundus, qui leuissi-ma de causa irascitur, & iccirco minus aptus est congressibus hominum, qui hodie viuunt, di-cacium, & vrbatorum, quia ferre non potest eo-rum sales & risus, & dicta, id est, scommata. cum sit autē subrusticis moribus, & inculto corpore, expositus est dicacium hominum naso. Esto igitur aliquis, tali ingenio, talique corporis cultu: at vir bonus est, at tibi amicus est, at ingenio præ-stat. est igitur ferendus & amandus. MINVS APT. AC. NAR. HORVM HOM.] minus aptus huiusce ætatis hominū vr-banitati atq; irrisioni, qui sagacissimē aliorū mo-res odorantur, vitiāq; vel leuissima vrbane inse-ctantur. acutæ nares, sunt sagaciores: obtusæ & obese, ad odorandum ineptiores. iracundi autē homines, inepti sunt ad congressus hominum vr-banorum, & dicacium, quia siquid in eis re-prehendum est, illis quidem ridendi materiā præbent, ipsi autem ferre nō possunt propter in-natam iracundiam: quāto autem molestius risus & falsa dicta ferunt, tanto magis irridentur. Alij sic distinguunt, quod & mox iterabimus, Iracun-dior est paullo: minus aptus: acutis naribus hominum rid. p. & c. vt sit hæc sententia, Iracundior est paul-lo, minus aptus, id est, ineptus ad hominum con-gressus, quia sit aliquanto iracundior: rideri pos-sit

fit acutis naribus hor. hom. id est, rideri possit ab istis natutis, & derisoribus. Simeo Bosius Lemo-nix autē dicebat mihi, se in suo codice peratiquo scriptū habere, Iracundior es paullo. quā scripturā nullo modo probō. vide epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. ibi, ad hæc ego naribus vti Formido. Sed quidam sic legendū ac distinguendū existimāt, minus aptus, acutis narib. hor. hom. &c. vt sit hæc sententia, Iracundior est paullo, minus aptus, id est, homo ineptus: & post minus aptus, locant interpun-ctiōnis notam, aut virgulam, aut comma: deinde ita sequetur, ασωδης τις, rideri possit, ed quod, &c. id est, ridiculus sit, ed quod rusticus est ton-sus, quod ei toga laxa, minusq; afstricta pendet è pectore, seu ex humeris.

RIDERI POSSIT ED QV.] hæc verba declarationem, rationemque continent superio-rum, nempe, cur sit minus aptus ac. n. h. h. vel dic vt proximē diximus. EO QVOD RVSTICIVS TONSO TOGA DEFL. ET M. L. IN P. C. H.] id est, q & im-peritius tonsus est, & toga nō est apte cōposita, & calceos habet nimis laxos, ita vt in eis pes quasi natate videatur, vt loquitur Ouidius: id est, malè hæreat, incertus & instabilis sit. Quidam di-cunt hæc Virgilium vellicari, quasi subrusticis mo-ribus hominem. MALE LAXVS IN P. C. H.] si malè cō-iungas cum nomine laxus, sic erit interpretan-dum, nimis, aut valdè laxus, vt infr. ead. Sat. malè parvus si cui filius est. & Od. 17. lib. 1. ne malè dis-pari Incontinentis insiciat manus. & Sat. 4. sulcius, & Caprius ranci malè. & Sat. 5. lib. 2. malè rusticit. aliās contrariam habet significationem, vt Od. 9. lib. 1. aut digito malè pertimaci, id est, parum perti-naci. & epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. vt malè sanos A-scripsit liber Satyris, & auiusque poetas. M. Tul. epist. ad Att. lib. 2. sed ego odi illam malè Consularem. Ca-tull. ad Aur. & Fur. malè me marem putasti. Ouid. lib. 1. de arte. Et si quis malè vir quæret habere virū. T. Liuius lib. 35. annalium, videretis vix duarum malè plenarum legiuncularum instar in castris regis. Sed omnino hoc malè, coherere debet, cum ver-bo hæret, vt sit hic ordo, & structura. & calcem la-xus in pede malè hæret. Vnum autem hoc est argu-mentum rusticitatis maiorem pede calcem ge-nerere, vt docet Theophr. libello, quem inscripsit ηθικοι χαρακτιρες. sic enim ille, capite εει ε-γεονιας, id est, de rusticitate. καυ ε γεονιος τοις-τος τις, oios uelω τε ποδς εωδηματα φο-ρειν. id est, rusticus eo ingenio est, vt pede maio-res calceos gerat.

SERPENS EPIDAVRIVS:] draco. ocu-latissimum est enim genus draconum, ex quo no-men traxerunt. nam δευδριου, cernere est: vnde dracones sunt appellati. serpentem Epidaurium dixit, vel quod Aesculapius Epidauri colitur, cui sacri sunt dracones: vel quod in agro Epidaurio, nusquam alibi, genus quoddam draconum nasci-tur mansuetum, colore ab aliis differens, vt scri-bit Pausan. in Corinth. vel quod Romanis graui pestilentia laborantibus, draco Epidaurio Romā aduectus, saluti fuit, & hac specie Romę coleba-tur. quod postremum probabilius est. posuit ta-men serpentem Epidaurium pro quouis alio dracone.

IRACVNDIOR EST PAVLLO, &c.] huius loci hac sententia est. Est aliquis fortasse aliquanto plus quam par sit iracundus, qui leuissi-ma de causa irascitur, & iccirco minus aptus est congressibus hominum, qui hodie viuunt, di-cacium, & vrbatorum, quia ferre non potest eo-rum sales & risus, & dicta, id est, scommata. cum sit autē subrusticis moribus, & inculto corpore, expositus est dicacium hominum naso. Esto igitur aliquis, tali ingenio, talique corporis cultu: at vir bonus est, at tibi amicus est, at ingenio præ-stat. est igitur ferendus & amandus. MINVS APT. AC. NAR. HORVM HOM.] minus aptus huiusce ætatis hominū vr-banitati atq; irrisioni, qui sagacissimē aliorū mo-res odorantur, vitiāq; vel leuissima vrbane inse-ctantur. acutæ nares, sunt sagaciores: obtusæ & obese, ad odorandum ineptiores. iracundi autē homines, inepti sunt ad congressus hominum vr-banorum, & dicacium, quia siquid in eis re-prehendum est, illis quidem ridendi materiā præbent, ipsi autem ferre nō possunt propter in-natam iracundiam: quāto autem molestius risus & falsa dicta ferunt, tanto magis irridentur. Alij sic distinguunt, quod & mox iterabimus, Iracun-dior est paullo: minus aptus: acutis naribus hominum rid. p. & c. vt sit hæc sententia, Iracundior est paul-lo, minus aptus, id est, ineptus ad hominum con-gressus, quia sit aliquanto iracundior: rideri pos-sit

fit acutis naribus hor. hom. id est, rideri possit ab istis natutis, & derisoribus. Simeo Bosius Lemo-nix autē dicebat mihi, se in suo codice peratiquo scriptū habere, Iracundior es paullo. quā scripturā nullo modo probō. vide epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. ibi, ad hæc ego naribus vti Formido. Sed quidam sic legendū ac distinguendū existimāt, minus aptus, acutis narib. hor. hom. &c. vt sit hæc sententia, Iracundior est paullo, minus aptus, id est, homo ineptus: & post minus aptus, locant interpun-ctiōnis notam, aut virgulam, aut comma: deinde ita sequetur, ασωδης τις, rideri possit, ed quod, &c. id est, ridiculus sit, ed quod rusticus est ton-sus, quod ei toga laxa, minusq; afstricta pendet è pectore, seu ex humeris.

RIDERI POSSIT ED QV.] hæc verba declarationem, rationemque continent superio-rum, nempe, cur sit minus aptus ac. n. h. h. vel dic vt proximē diximus.

NUMQVA TIBI VIT. INS.] id est, E-numqua vitia tibi natura ingenuerit, seu inge-nerauerit. malè autē Acron, siue potius Pseuda-cron, qui insenerit possum esse putat pro insita fuerit. & numqua coniungit cum natura.

CONSVETVDO MALA] consuetudi-nem malam, non intelligit victus cōsuetudinem cum vitiosis, & improbis hominibus: quamuis hæc quoque multum valeat ad animos corrumpendos, vt ostendit Theognis his versibus, Οi καλοι ε πάντως καλοι εκ γαστρος γερονασιν. Αλλ' εμδρεσι κακοις σωθεμενοι φιλιω. id est, vitiosi & improbi homines, non prorsus vitiosis ex utero nascuntur: sed ex eo vitiosi fiunt, quod cum vi-tiosis familiaritate conuulsi sint: sed consuetudinem peccandi: de qua Aristot. lib. 3. de morib. ad Ni-com. his verbis, αλλα ητε τοις τρις γενεοι αυ-τοι εσται, ζωντες αμειδιους καυ τε αδιους, η ακολαγης ειναι, οι μιν κακωφρονωτες, οι δ' εν ποτοις, καυ τοις τοις τρις εσθληντες οι γαρ εει εκατα εθρηγαι, τοις τρις ποιησι, id est, vt quidem nos vertimus (nostris enim vi licet) ve-rum cur tales exstiterint, causam ipsi sustinent, quippe qui negligēt, ac dissolutè viuunt: & cur iniusti, atque intemperantes sint, causa in ipsis consistit, vt pote quorum alteri in maleficiis, al-teri in comportionibus, & id genus deliciis æ-tatem consumant. Nam quales sunt in quaq; re collocatæ functiones, tales eos, qui munere fun-guntur, efficiunt. Præterea idem lib. 2. princip. G docet, virtutes morales, quas Græci ηθικες ap-pellat, nomen habere ex εθης, id est, ex consue-tudine: quod nomen paullum declinat ac desce-ndit απο τε ηθους, id est, à morib. & comparati consuetudine. & M. Tull. lib. 3. accusat. o consue-rudo peccandi: quantam habes incunditatem in impro-bis, & audacibus, cum poena asuit, & licentia conse-cuta est.

MALE LAXVS IN P. C. H.] si malè cō-iungas cum nomine laxus, sic erit interpretan-dum, nimis, aut valdè laxus, vt infr. ead. Sat. malè parvus si cui filius est. & Od. 17. lib. 1. ne malè dis-pari Incontinentis insiciat manus. & Sat. 4. sulcius, & Caprius ranci malè. & Sat. 5. lib. 2. malè rusticit. aliās contrariam habet significationem, vt Od. 9. lib. 1. aut digito malè pertimaci, id est, parum perti-naci. & epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. vt malè sanos A-scripsit liber Satyris, & auiusque poetas. M. Tul. epist. ad Att. lib. 2. sed ego odi illam malè Consularem. Ca-tull. ad Aur. & Fur. malè me marem putasti. Ouid. lib. 1. de arte. Et si quis malè vir quæret habere virū. T. Liuius lib. 35. annalium, videretis vix duarum malè plenarum legiuncularum instar in castris regis. Sed omnino hoc malè, coherere debet, cum ver-bo hæret, vt sit hic ordo, & structura. & calcem la-xus in pede malè hæret. Vnum autem hoc est argu-mentum rusticitatis maiorem pede calcem ge-nerere, vt docet Theophr. libello, quem inscripsit ηθικοι χαρακτιρες. sic enim ille, capite εει ε-γεονιας, id est, de rusticitate. καυ ε γεονιος τοις-τος τις, oios uelω τε ποδς εωδηματα φο-ρειν. id est, rusticus eo ingenio est, vt pede maio-res calceos gerat.

SVB CORPORE] aliquot membranæ manu scriptæ habent, sub pectore. quæ scriptura non est fortasse rejicienda. pectus enim proculdubio pro-priè, pars est corporis, sed ex sententia Epicureo-rum, animi, & ingenij, & consilij sedes. Ex quo pro animo à poetis usurpatur. hæc scripturam confirmat illud ex Sat. 6. huius lib. & latum de-misit pectore clauum.

NAMQVE NEGLECTIS VREND A FILIX, &c.] allegoria est, per quam significat, in animis nulla doctrina excultis vitia innasce. ILLVC PRÆVERTAMVR] ad illud prius veniamus: illud priore loco explicemus de amatoribus, qui amicarum suarum vitiis ita blan-diuntur, & ignoscunt, vt etiam interdum iis de-lectentur, aut certè ea nō animaduertant, quàm de amicorum officio dicamus. Plautus hoc ver-bum in Milite glor. cum accusandi casu coniun-git, Igitur id quod agitur, nunc hoc primum prauorti decet. In Mercatore cum dandi, otium non est: man-datis rebus prauorti volo. sic Cæsar lib. 7. de bello Gallico, huic rei præuertendum existimauit. T. Li-uius lib. 35. παθητικως. Aliud in præsentia, quod ma-gis inst. eret. præuertendum sibi esse dixit.

AMATOREM QVDD AM. TVRP. DE C.] deipiunt amatorem, id est, ab amatore non animaduertuntur, neq; sentiuntur: sed igno-rantur, λασθαιος est, fallunt, latent. vt sup. Od. 13. lib. 2. Dulci laborem decipitur sono. Plato libr. 5. de rep. ostendens, cum, qui aliquid amet, non solum

fit acutis naribus hor. hom. id est, rideri possit ab istis natutis, & derisoribus. Simeo Bosius Lemo-nix autē dicebat mihi, se in suo codice peratiquo scriptū habere, Iracundior es paullo. quā scripturā nullo modo probō. vide epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. ibi, ad hæc ego naribus vti Formido. Sed quidam sic legendū ac distinguendū existimāt, minus aptus, acutis narib. hor. hom. &c. vt sit hæc sententia, Iracundior est paullo, minus aptus, id est, homo ineptus: & post minus aptus, locant interpun-ctiōnis notam, aut virgulam, aut comma: deinde ita sequetur, ασωδης τις, rideri possit, ed quod, &c. id est, ridiculus sit, ed quod rusticus est ton-sus, quod ei toga laxa, minusq; afstricta pendet è pectore, seu ex humeris.

RIDERI POSSIT ED QV.] hæc verba declarationem, rationemque continent superio-rum, nempe, cur sit minus aptus ac. n. h. h. vel dic vt proximē diximus. EO QVOD RVSTICIVS TONSO TOGA DEFL. ET M. L. IN P. C. H.] id est, q & im-peritius tonsus est, & toga nō est apte cōposita, & calceos habet nimis laxos, ita vt in eis pes quasi natate videatur, vt loquitur Ouidius: id est, malè hæreat, incertus & instabilis sit. Quidam di-cunt hæc Virgilium vellicari, quasi subrusticis mo-ribus hominem. MALE LAXVS IN P. C. H.] si malè cō-iungas cum nomine laxus, sic erit interpretan-dum, nimis, aut valdè laxus, vt infr. ead. Sat. malè parvus si cui filius est. & Od. 17. lib. 1. ne malè dis-pari Incontinentis insiciat manus. & Sat. 4. sulcius, & Caprius ranci malè. & Sat. 5. lib. 2. malè rusticit. aliās contrariam habet significationem, vt Od. 9. lib. 1. aut digito malè pertimaci, id est, parum perti-naci. & epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. vt malè sanos A-scripsit liber Satyris, & auiusque poetas. M. Tul. epist. ad Att. lib. 2. sed ego odi illam malè Consularem. Ca-tull. ad Aur. & Fur. malè me marem putasti. Ouid. lib. 1. de arte. Et si quis malè vir quæret habere virū. T. Liuius lib. 35. annalium, videretis vix duarum malè plenarum legiuncularum instar in castris regis. Sed omnino hoc malè, coherere debet, cum ver-bo hæret, vt sit hic ordo, & structura. & calcem la-xus in pede malè hæret. Vnum autem hoc est argu-mentum rusticitatis maiorem pede calcem ge-nerere, vt docet Theophr. libello, quem inscripsit ηθικοι χαρακτιρες. sic enim ille, capite εει ε-γεονιας, id est, de rusticitate. καυ ε γεονιος τοις-τος τις, oios uelω τε ποδς εωδηματα φο-ρειν. id est, rusticus eo ingenio est, vt pede maio-res calceos gerat.

SVB CORPORE] aliquot membranæ manu scriptæ habent, sub pectore. quæ scriptura non est fortasse rejicienda. pectus enim proculdubio pro-priè, pars est corporis, sed ex sententia Epicureo-rum, animi, & ingenij, & consilij sedes. Ex quo pro animo à poetis usurpatur. hæc scripturam confirmat illud ex Sat. 6. huius lib. & latum de-misit pectore clauum.

NAMQVE NEGLECTIS VREND A FILIX, &c.] allegoria est, per quam significat, in animis nulla doctrina excultis vitia innasce. ILLVC PRÆVERTAMVR] ad illud prius veniamus: illud priore loco explicemus de amatoribus, qui amicarum suarum vitiis ita blan-diuntur, & ignoscunt, vt etiam interdum iis de-lectentur, aut certè ea nō animaduertant, quàm de amicorum officio dicamus. Plautus hoc ver-bum in Milite glor. cum accusandi casu coniun-git, Igitur id quod agitur, nunc hoc primum prauorti decet. In Mercatore cum dandi, otium non est: man-datis rebus prauorti volo. sic Cæsar lib. 7. de bello Gallico, huic rei præuertendum existimauit. T. Li-uius lib. 35. παθητικως. Aliud in præsentia, quod ma-gis inst. eret. præuertendum sibi esse dixit.

AMATOREM QVDD AM. TVRP. DE C.] deipiunt amatorem, id est, ab amatore non animaduertuntur, neq; sentiuntur: sed igno-rantur, λασθαιος est, fallunt, latent. vt sup. Od. 13. lib. 2. Dulci laborem decipitur sono. Plato libr. 5. de rep. ostendens, cum, qui aliquid amet, non solum

A huic loco conuenit maximè legentem autem, tacitumve impellere, quid sibi velit hoc loco, nescio. hoc tatum dicam, si Horatius, aut quis alius principem impelleret: non simplex, aut quouis sermone molestus, aut communis sensus expers diceretur: sed vel, ut infans, & mente captus, vinculis constringeretur: vel, ut auidax, & scelestus, supplicio afficeretur. nemo enim impellitur sine grauiore ictu, ut vis verbi declarat. tribus, quatuorve exemplis contenti erimus. Cicero pro Plancio. *Etenim, si quando, ut sit, iactor in turba, non illum accuso, qui est in summa sacra via, cum ego ad Fabij formicem impellor: sed eum, qui in me ipsum incurrit, atque incidit.* Idem in Cluentiana. *Præcipitantem igitur impellamus, & perditum profernamus.* Lucret. lib. 2. *Nec simile est, ut cum impulsus procedimus ictu viribus alterius magnis, magnoque coactu.* T. Lilius lib. 33. *annalium. & primo adeo acriter inuaserunt, ut antesignanos impulerint.* Horat. Od. 6. lib. 4. *aut impulsus cupressus Euro.* Incidi & in alium codicem veterem, ubi ad vocem impellat, adscriptum erat, id est, alloquatur. cui annotationi si additum esset, vltro, seu prior, vis verbi, quod ad huc locum attinet, expressa esset. nam, qui appellat alterum, eum prior, aut vltro affatur. Ineptissimè autè quidam legūt, impellam, cum sit referendū, ad id, quod antecedit, simplicior quis at est? &c.

QVONIS SERMONE MOLESTVS.] licet hæc verba vel cum iis, quæ antecedunt, coniungere, hoc modo, ut forte legentem, Aut tacitum appelles, quouis sermone molestus? id est, cum sit, vel qui sit quouis sermone molestus? vel separatim legere, ut intelligamus esse verba eorum, qui hominem simplicibus moribus præditum insectantur, & reprehendunt.

QVAM TEM. IN NOSM. L. S.] nimia (inquit) hac seueritate, & asperitate in amicos leuiter peccanteis, condicionem nostram efficitur duriorum, nobisq; (ut ita dicam) legem grauiissimam imponimus. Nam cum ab omni vitij labe nemo sit purus, nec integer, non dubium est, quin eadem lex sit in nos valitura, quam in alios tulerimus.

NAM VIT. NEMO SINE N.] sic Theognis, *Εἴ τις ἀμαρτωλοῖσι φίλων ἐπιπαπὴ χολώσῃ, οὐ ποτ' αἰ ἀλλήλοισι ἀρῆμοι, ἔδδ' ἐ φίλοι εἶεν ἀμαρτωλοὶ καὶ εἰ ἀνθρώποισιν ἐπιπῶται θνητοῖσι, κέρως, θεοὶ δ' ἔσσι ἐθέλεισι φέρειν.* id est, Si quis ob amicorum peccata, & ob quoduis delictum stomachetur: numquam inter nos concordet, & amici esse possimus. peccata enim, Cyrene, mortaleis omnes comitantur: soli dii ferre non possunt. Idem, *Οὐδὲν ἀπαμπίδ' ἔλω ἀγαθόν, καὶ μέτερον ἀνδρα τῶν νῦν ἀνθρώπων πέλους καθορᾶ.* id est, neminem prorsus bonum, & moderatum virum eorum, qui nunc sunt, hominum sol aspicit. & auctor epigramatis illius, quod est in oratione Demosth. *Ἐξὶ φεράνε, in exitu. Μηδὲν ἀμαρτῶν ἐστὶ θεῶν, καὶ πάντα κατορᾶν ἐν βιωτῇ μοίρα δ' οὐτὶ φργεῖν ἔπαρην*

quos versus sic verti, *Nil peccare dei est, neque falli in rebus agendis: sed sati legem non licet effugere.* Et Themist. iunior oratione 3. *ἔπει δὲ τὸ μῦθον ἀμαρτῶν ἐξω τῆς φύσεως κείται ἢ ἀνθρώπων, &c.* quoniam igitur nihil peccare extra naturam humanam forem positum est, &c.

AMICVS DVLC. VT ÆQV. E. CVLM.] id est, quo tempore amicus virtutes meas cum vitiiis comparat, propendat in virtutes nostras numero plures (si modò plures sint mea virtutes, quam vitia) carumque pondere vitia nostra cleuet. potest & particula cum pro coniunctione accipi, hoc modo, mea bona cum vitiiis compenset: deinde sequetur ἀσωδέτωσ: pluribus hæc, &c. ego tamen illo modo malo.

HAC LEGE IN TRVT.] id est, hac lege, eadem erga eum adhibebitur æquitas, ac lenitas, trutina nomen est Latinū, à Græco τρυπάνη ductum: quod significat eam libræ partem, per quam horum & illorum vergit lingua, seu examen: ansam appellant Latini, nomine translato. Sunt enim hæ libræ, seu bilancis partes: trutina, tracta & paullum deflexa à Græco nomine τρυπάνη: quod nomē à verbo τρυπέω dictum est, hoc est fatigari, & laborare: examen, quod est lingua, quæ cum in neutram partem inclinatur, sed medio anse puncto respondet, sit ἰσορροπία, id est, æquamentum, seu æquilibrium: iugum, à cuius extremis duobus pendunt lances: lances binæ, quæ à Græcis dicuntur πλάσιγες ὠδὲ τὸ πλάτος à latitudine: in quarum altera ponitur pondus siue plumbeū, siue æreum: in altera res, quæ penditur, seu ponderatur. pendunt autem lances è iugo singulæ ternis funibus ab inferiore parte in tribus punctis pari intervallo inter se distantibus, annexæ: à superiore autem, id est, ea, qua iugo funes adhærent, funes in vnū colliguntur & coeunt. QVI, NE TVB. PROP.] id est, qui vult sibi ab amico sua peccata ignosci grauiora, ignoscat ei leuiora. ἀλλοτρία est.

DENIQVE QVATIN. EXC.] Ingressur disputationem aduersus Stoicos, quorum vnū est multis hoc erat decretum, omnia peccata esse paria. Quandoquidem (inquit Horatius) vitiiis carere non possumus, neque fieri vilo pacto potest, ut peccata, siue à natura sint insita, siue mala consuetudine contracta, funditus exstirpemus: cur non ea distinguimus, & pro cuiusque grauitate, aut leuitate penas irrogamus? Quidam libri veteres habent excindi, seu excindit: quod non displicet, ut sit à verbo excindit scilicet. nam alterum, quod hic editum est, à verbo iuncto excido, cuius est simplex cado, deductum est.

QVATINVS.] quoniam. vt Od. 24. lib. 3. *quatinus, seu nefas, Virtutem incolumem odimus.* & Sat. 4. lib. 2. *Quatinus ima petit voluens aliena vitellus.*

CVR NON POND. MOD. ES. R.] cur non ratione peccata ponderamus, & metimur, ut pœnæ sint peccatis æquales?

TRIPIDVM QVRE LIGVRR. IVS.] id est,

A est, paulatim & leuiter delibabit, seu exforbuicit. Est enim ligurrire, eleganter, & paulatim, & ferè cum fastidio delibare, ac decerpere, ἀπὸ τῆς λιγυρῶν, quod est suauis, inquit Donat. in Eunuch, ad illud locū, *Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius, Nec magis compositum quicquam, nec magis elegans: Quæ cum amatore suo cum sunt, ligurriunt, Harum quædam ingluuiem, &c.* idem eadem comòd. sup. *Hominem haud impurum, patria qui abligurrierat, seu (ut alij legunt) obligurrierat bona. Abligurrierat (inquit ille) id est, suauibus escis consumserat. Nam ἀπὸ τῆς λιγυρῆς est ligurrire: & λιγυρῶν Græci suauis appellant. Nonius Marc. producit testem hunc locum, & ligurrire interpretatur, degustare. unde (inquit) abligurrire, multa ædè consumere. vitur Hor. hoc eodem verbo sat. 4. lib. 2. *seu puer vntis Tractauit calicem manibus, dum furtu ligurrit.* M. Tull. lib. accus. 2. posuit translare. non reperietis hominem timide, nec leuiter hæc improbiissima lucra ligurrientem: deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. Hoc verbum autem duobus rr. scribendum esse viri docti censent, & in libris calamo exaratis omnibus præterquam in Tornesi. ita scriptum est. fortasse autem accessit r. vt producatur. neque verò esse ausus princeps vulgatum scripturam immutaret, nisi mihi Faërus, vir acerrimi iudicij auctor fuisset, vt ita typis excudendum curarem.*

L ABEONE ANS ANIOR.] M. Antistium Labeonem carpès, Augusto assentatur. Nam hic Labeo vsque adeò fuit liber, & contumax, vt etià Augusto sæpe restiterit, ac responserit.

QVOD NISI CONC. HAB. INS.] quod nisi ignoscas, merito possis infauis haberi, atque acerbus. *insuauis, acerbus dixit ἀσυνδέτως, quod genus alibi notabimus.*

ODISTI, ET FVGIS, &c.] quamuis leue admodum sit amici peccatum, odisti eum tamè, & fugis, vt Drusonem feneratorum debitor. Hic Druso, siue, vt habent alij libri, Ruse, fenerator erat, & historiarum scriptor, suorum scriptorum nimis amator, nimiūque admirator. Itaque cum à debitoribus sortem, aut vsuras ad diem non abstulerat, eos suarum historiarum recitatione male multabat. Erat enim iis grauiissima pœna instar audire Drusonis historias, vt pote indoctè scriptas.

QV I] debitor æris, non nominatus.

TRISTES KALEND.] Kalendis pecuniam & collocabat in fanore, & quæstu, ut supra Od. 3. epod. *querit Kalendis ponere:* & exigebant, vt hoc loco, tristes autem, nempe debitori. vide quæ ad Od. illum 3. annotauimus.

MERCEDEM] vsuram, vt saty. 2. *Quinas hic capiti mercedes exsecat.*

EXTRICAT] explicat, expedit, & ita dissoluit.

PORRECTO IVG.] significat, ita fuisse iniucundam, ac molestam debitoribus recitationem illam, vt vltro iugulum Drusoni, seu Ruso-

ni, præbere, & iugulari mallent, quam audire: vel vt viderentur iam iam, quæsi iugulandi, iugulum præbere. Druso scilicet recitandis suis historiarum debitores suos occidebat. sic lib. de arte poet. *Indoctum, doctumque fugat recitator acerbus: Quem verò arripuit, tenet, exciditque legendo. Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.*

CATILL. EVANDRI M. TR.] paruū catinum, quo vsus sit Euander: ex quo intellige antiquissimum. Euander Pallantis Arcadiæ regis nepos, patre interfecto in Italiam venit, expulsiisque Aboriginibus, ea loca, vbi nunc Roma est, occupauit. vide Virg. lib. 7. Æneid. Alij Euandrum calatorem, aut figulum, & plastam ætate Horatii fuisse dicunt: à quibus dissentio. Catinum (inquit Varro) dicunt Siculi, vbi assa ponebant.

COMMISSA FIDE.] id est, fidei. arcana quædam consilia suæ fidei commissa. fide enim pro fidei positum: vt apud Virg. Georg. 1. *Libra die, somnique pares ubi fecerit horas.* idem lib. 1. *Munera, lætitiæque die.* & supra Od. 7. lib. 3. *Constantis iuuenem fide.*

SPONSVMVE NEGARI] promissum vel suo nomine, vel alieno, infitiatum sit. epist. 1. lib. 2. *Hic sponsum vocat, hic auditum scripta, &c.*

QVEIS PARIA ESSE F. P.] Nunc aperte Stoicos exagitat.

SENSVS, MORBVSQVE REPVGN.] sic M. Tullius de finib. lib. 4. *In prima igitur constitutione Zeno tuus à natura recepit: cumque summum bonum posuisset in ingenij præstantia, quam virtutem vocamus, nec quicquam aliud bonum esse dixisset, nisi quod esset honestum: nec virtutem posse constare, si in ceteris rebus esset quicquam, quod aliud alio melius esset, aut peius: his propositis tenuit prorsus consequentia, &c.* sequitur mox. *Omnes, qui non sapientes sunt, æquè miseros esse: sapientes omnes, summè beatos esse: rectè facta omnia equalia: omnia peccata paria: quæ magnificè primò dici videntur, considerata minus probantur: sensus enim cuiusque, & natura rerum, atq; ipsa veritas clamat quodammodo non posse se adduci, ut inter eas res, quas Zeno exæquaret, nihil interesset.* Fuit autem Zeno Stoicæ disciplinæ auctor, Polemonis auditor.

ATQVE IPSA VTILITAS, IVSTI] sequitur hoc loco Horat. quorundam philosophorum opinionem, qui existimabant nullū ius esse, nullum iustum natura: sed hæc omnia ab utilitate esse nata, & profecta, id est, propterea leges esse latas, & iura descripta, quia sine iure, & legibus societas humana incolumis conseruari non posset: quæ de re mox plura dicemus.

CVM PROPERSERVNT] cum sensim è terris in lucem exstiterunt, & processerunt.

MVTVM, ET TVRBE PECVS] id est, homines illi recentes, à peccudibus parum admodum differentes, nondum scilicet sermonis vsu, nec ciuili cultu reperto, nondum denique legibus vllis constitutis. sic Lucretius lib. 5. *adulsi que*

A per calum solis voluntia lustrata Poliginago vitam tra-
 Etabant more ferarum. Mutum, id est, λόγος, rati-
 onis & orationis expertus, non quod reuera tales
 essent primi homines, sed quod victu & cultu pa-
 rum à mutis animantibus differret, vt diximus.

GLAND. ATQVE CVB.] id est propter
 victum, & locum, vbi cubarent. glans primorum
 & ferorum illorum hominum victus fuit: ex quo
 illud, ἄλλης ἄρτος: satis quercus. Lucret. lib. 5. *Glā-*
diseras inter curabant corpora quercus plerūque &c.

VNGVIVS, ET PVGN.] sic Lucret. lib.
 5. *Arma antiqua manus, vngues, dentesque fuerunt,*
Et lapides, & item silvarum fragmina, rami.

QVA PDS FABR. VS.] Hæc fuit ætas
 ferrea, vt poeta volunt. Aratus. *Χαλλείην γενεήν*
πρωτέρων ὀλοώτεροι αἰῶνες, Οἱ παῖτες κακώ-
εργον ἐχέλευσαντο μάχαιραν. Εἰνοδίνην: παῖ-
τες δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων: quos sic Lati-
 nos fecit M. Tullius. *Ferrea tum verò proles exor-*
ta repente est: Ausaque funestum prima est fabrica-
rier enses, Et gustare manu victum, domitiumque in-
ueniunt.

DONEC VERBA, QUIBUS V. S.]
 Plato in Cratylō vult, nomina rebus consilio esse
 imposita: docetque eum, qui primus nomina fa-
 bricatus sit, quem ὀνομαστήρων nominat, ὀνομα-
 ἰοστήρας munere functum esse, nominatque cuique
 rei accommodata imposuisse: ex dialectici præ-
 scripto tamen: quemadmodum faber gubernacu-
 lum efficit præcipiente, & præeunte governa-
 tore. admonendus autem est lector minus exer-
 citatus in libris Platonis, in eo dialogo corruptè
 legi νομοστήτης, cum legendum sit ὀνομαστήτης.

C simile erratum admissum à librariis primo libro
 ὄσπερ ἀεὶ. (sic enim vulgò nominant) indica-
 uit mihi Muretus. Nam vbi νομοστήτης legitur,
 legēdū ὀνομαστήτης. hoc modo, Εἰ δὲ δὲ ὀ-
 νομαστήτης, ἔστω τὸ ἔπος λέγειν, κατηγόρειν.
 vbi omnes interpretes vitiosa scriptura decepti,
 lapsi sunt, præter veterem. Lucret. lib. 5. à Plato-
 ne dissentiens, ex sententia Epicuri ait, naturam
 & vtilitatem ab hominibus voces ad significan-
 dum aptas, sermonemque expressisse: neque vnū
 aliquem nomina rebus imposuisse: his verbisibus.

D At varios linguae sonitus natura subegit Mittere, &
 utilitas expressit nomina rerum, Non alia longè ratio-
 ne, atque ipsa videtur Provarere ad gestum pueros in-
 fantia lingua, Cum facit, vt digito, quæ sint præsen-
 tia, monstrant. sentit enim vim quisque suam, quoad
 possit abuti, &c. sequuntur hæc deinceps, Proinde
 putare aliquem tum nomina distribuisse rebus, & inde
 homines didicisse vocabula prima, Desipere est. nam
 cur hic posset cuncta notare Vocibus, & varios sonitus
 emittere linguae: Tempore eodem alij facere id non
 quisse putentur?

DEHINC ABSISTERE BELLO, OPP.]
 M. Tull. lib. 1. de inuentione, & lib. 1. de Orat. ad
 Qu. frat. & in orat. pro Sextio, ait, primos illos
 homines, cum primò dispersi essent, & vagi,
 postea vi eloquentiæ, & prudentiæ paucorum,

vnium in locum esse congregatos, atque à fera, a-
 grestique vita, ad humanum cultum, ciuilemque
 societatem deductos: & constitutis iam ciuitati-
 bus, vrbibusque conditis, leges ab eis, & iura, iu-
 diciæque fuisse descripta. Horatius hæc vim sacri
 bit poetis, & musicis: qui iidem erant sapientes,
 & eloquentes, in epist. de arte poet. *Siluestre ho-*
mines facer, interpretæque deorum, Cædibus & victu
fædo deterruit Orpheus. qua de re ad illum epistola
 ad Pisones locū non nihil dicemus. & ad Od. 10.

lib. 1. plura diximus. cū his Horatianis congruūt
 illa Iococrati in Nicocle. *Εὐμεροδόνος δὲ ἡμῶν τῶν*
πειθεῖν ἀλλήλους, καὶ ἀλλοῦτο ἑαυτοῦ ἡμῶν αὐ-
τῶν ἀεὶ, ὅν ἂν βυλῆθαιδον, ἢ μῶνον τῶ θηρια-
δῶς ἔην ἀπὸ πλάσθηδον, ἀλλὰ καὶ συνελθόντες
πολλοὶς ἀνθρώποις, καὶ νόμους ἐθέμεθα. id est, Eō
 autem quod innata est in nobis fidei inter nos
 faciendæ, & voluntatū, cogitationūque no-
 strarum declarandarū facultas, non solum agre-
 sti, & ferino viuendi genere liberati sumus, ver-
 ūm etiam vna congressi, & conciliati & vrbes
 condidimus, & leges tulimus. quem locum retu-
 lit Muret. in lib. var. lect.

OPPIDA] M. Tull. lib. 1. de gloria, oppida
 ex eo appellata esse existimat, quod opem darēt:
 alij, quod eō opes suas homines conferant. Var-
 ro lib. 4. de ling. Lat. vel ab ope, quod munītur
 opis causa, vel quod opere munibāt mœnia, quo
 tutius essent.

ET PONERE LEGES] ita natæ sunt leges
 ex vtilitate. nam cūm antea primi illi homi-
 nes more ferarum viuèrent, & valentissimus, ac
 robustissimus quisq; imbecilliozem, & infirmio-
 rem opprimeret, atque hoc modo omnium ferè
 vita esset sollicita, infesta, & iniuriæ exposita,
 quod nemo ita viribus suis consideret, vt vel ab
 insidiis, vel ab aperto finitimorum bello securus
 esse posset: tadè partim his incōmodis conflicta-
 ti, partim sapientium oratione adducti, belli ge-
 rendi finem fecerunt, vrbes condiderunt, leges
 & tulerunt, & sibi imponi passi sunt. Quæ testi-
 monio Lucretij confirmantur, lib. 5. *Inde magi-*
stratum partim docuere creare: Turæque constituere, vt
vellent legibus vri. Nam genus humanum defessum vi
colere auium, Ex inimicitias læquebat. quo magis ipsum
sponte sua cecidit sub leges, arctique iura. Acrisius ex
ira quod enim se quisque parabat vlscis, quàm nunc
concessum est legibus auiis, &c. ponere leges autè Græ-
co & more, & sermone dictum est, τὴν βίαν νόμους.

NAM FUIT ANTE HEL.] id est, fue-
 runt enim ante Helenam alie mulieres, & quibus
 belli cause natæ sunt: fuerunt alij ante Paridem
 adulteri. Athen. libro 13. compluribus mulieris e-
 numerat, quæ belli principia, causasque præbue-
 rint: & Herodotus lib. 1. prima inter Græcos &
 barbaros bella ob faminas hæc & illinc raptas
 orta esse ostendit.

TETERRIMA BELLI CAUSA:] sic ha-
 bent plerique omnes libri veteres, & ita legen-
 dum,

Adum, non, vt vulgati, deterrima.
QUOS VENEREM INCERTAM, &c.]
 sic Lucret. lib. 5. *Et Venus in siluis iungebat corpora*
amantum. Conciliabat enim vel mutua quamque cu-
pido, vel violenta viri vis, atque impensa libido, vel
pretium glandes, atque arbura, vel pira lecta.

VIRIBVS EDITIOR] viribus altior, id
 est, valentior, robustior.

IYRA INVENTA METV INIVSTI]
 Concludit Horat. iura non natura, sed vtilitate
 valere & constare. quæ sententia fuit etiam vete-
 rum quorumdam philosophorum. vt ex Platone
 multis locis cognoscere licet. Atque in lib. quide-
 dem de leg. 10. scribit hanc esse sententiam quo-
 rumdam hominum, qui haberi volunt sapientes,
 eorum omnium, quæ orta sunt, quæ oriuntur,
 quæq; oritura sunt, alia naturā, alia arte, alia for-
 tunā cōstare: verbi gratia, ignem, aquam, terram,
 animam, seu aëra natura, & fortuna vigere, & va-
 lere, non arte: cetera, quæ pictura, ars fabrican-
 dorum signorū, musica, & artes omnes efficiunt,
 arte valere: ita Deos non natura, sed arte, id est,
 quibusdam legibus, & institutis hominum con-
 stare. Iam honesta quidem alia lege, alia naturā
 valere: iusta autem nulla esse naturā: sed homi-
 nes assidue inter se de iusto, & iniusto dissidere,
 quotidieque ea immutare. quæ porro iusta esse
 stauerint, tum esse iusta, lege scilicet, & arte, nō
 natura. Atque hæc loquuntur (inquit Plato) sa-
 pientes quidam apud adolescentis homines, di-
 cuntque id esse iustissimum, quod quis vi obti-
 nerit: vnde in adolescentium animis impietas
 ingeneratur, proinde ac si non sint ij dij, quos lex
 animo, & cogitatione informare iubet. Idem in
 Gorgia eorum opinionem refellit, qui dicebant
 τὸ δίκαιον εἶναι τὸν κρείττω τῷ ἥττιονος ἀρχεῖν,
 καὶ πλεὺν ἔχειν. id est, ius esse, vt, qui præstantior
 est siue viribus, siue virtute, inferiori imperet, &
 plus eo obtineat. Cūm enim in eo dialogo Socra-
 tes multis verbis docuisset præstare iniuriam ac-
 cipere, quàm inferre: Callicles & Polus contrā
 disputant, iniuriam inferre deterius esse, quàm
 accipere, natura: sed lege constitutum esse con-
 trarium ab hominibus imbecillis, ne præstantio-
 ribus parère cogentur, nè ab illis spoliarentur.
 Quin etiam eos (quos dixi) imbecillos rerū
 nomina immutasse, ac peruertisse. nam, quod ius-
 tum sit natura, id illos, vt iniustum haberetur, le-
 ge lata extorsisse: & contrā, quod iniustum est na-
 tura, vt iustum. exempli causa, si quis præstantior
 ac potentior, deterius atque imbecilliozem
 spoliēt, id iniustum esse dixisse, & iniuriam appel-
 lasse, cūm sit iustum, & ius appellandum. Atque
 hæc quidem, & multo plura apud Platonem &
 ab illis contra iustitiam disputantur, & à Socra-
 te refelluntur. Horatius autem hoc loco eos se-
 quitur potissimum, qui ius ab vtilitate natū esse
 volunt: quæ sententia quamuis videatur proba-
 bilis, est tamen & falsa, & perniciofa: saniusque
 multo & verius eorum iudicium est, qui stirpem

iuris à natura repetunt, quam ducem secuti præ-
 bant, iura aut omnia, aut multo plurima; natura
 valere: primūm propterea quod homo solus ex
 omnibus animantibus rationis sit particeps na-
 tura: lex autem, quæ iusta ab iniustis distinguit,
 nihil aliud sit, quàm recta ratio: deinde quod ho-
 mines congregabiles sint natura: nulla autem so-
 cietas sine iure & legibus diu incolumis manere
 possit: postremò quod optimus quisque iustitiā
 colat, improbilissimus iniustitiam: vir bonus au-
 tem sit optimus & verissimus rerum humanarū
 existimator ac iudex, atque ad eodè regula, seu men-
 sura: Itaque iustitiam, & iuris æquabilis descri-
 ptionem, vtilem illam quidem esse hominum ge-
 neri, sed non ideo ab vtilitate esse natam. Hesio-
 dus quidem scribit hoc interesse inter feras, &
 homines, quod illæ solæ sit mutuo vorare, quia
 non sit illa inter eas iuris, & iustitiæ communi-
 tas: hominibus autem non sit fas hac immanita-
 te vtī, propterea quod Deus immortalis iura, le-
 gisque eis dederit, quibus imbuti ac temperati
 iustitiam inter se colerēt. versus Hesiodi sunt hi,
 Τὸν δὲ γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων
 Ἰχθύσι μὲν, καὶ θηρίσι, καὶ οἰωνοῖς πεπτενοῖς
 ἔαθην ἀλλήλους, ἐπεὶ ἔτι δίκην ἔστι ἐπ' αὐτοῖς.
 Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἢ πολλὸν ἀρίστη
 γίνεσθαι. Idem paulo antè dixerat Iustitiam virpi-
 ginem esse, & Iouis filiam: quibus duobus perpi-
 cuè significat, eam & à Deo natam esse, & incor-
 ruptam atque inuolatam esse tuendam: quod ita
 non esset, si ab vtilitate ortum haberet. Et M.
 Tull. lib. 1. de legibus, iuris ortum à natura repe-
 tendum esse pluribus verbis ostendit.

FASTOS QVE VELIS EVOLV. M.]
 & si velis annales explicare, seu replicare po-
 tius, & ita legere. Fasti, libri sunt, in quibus ro-
 tibus anni, rerūque, quæ per totum annum gesta
 sunt, sit descriptio.

NEC NATVRA POTEST I. S.] à dis-
 simili probare conatur, nihil esse iustū, aut inius-
 tum natura, sed hæc sola vtilitate distingui: id
 est, vtilitatis causa constitutum esse, vt alia sine ius-
 ta, alia iniusta: de bonis autem & malis longè a-
 liter esse sentiendum: bona enim à malis, fugien-
 da ab expetendis natura, non vtilitate distingui.

NEC VINCET RATIO HOC] Postea-
 quam docuit, ius ab iniuria non natura, sed vtili-
 tate separari, redit ad institutum, vt refellat πο-
 λυβύλλητον illud Stoicorum decretum, peccata
 esse paria. pendet autem hæc quæstio à supe-
 riore illa de iuris origine. Nam si iusta & iniusta
 natura valerēt, fortasse omnia iusta essent æqua-
 lia, (quod enim per se, & natura est tale, æque
 vtilitate ponderatur, id non potest altero magis
 esse tale) idemque de iniustis esset sentiendum:
 ex quo efficeretur vt peccata essent æqualia, cūm
 peccata omnia sint iniusta. Nunc autem cum ab
 vtilitate ius & iniuria originem, principiumque
 duxerint (vt vult Horatius) sequitur vt, quemad-
 modum alia alijs sunt vtiliora, & iniustiora: ita
 Dd ij

A alia aliis sunt & iustiora, & iniustiora: ergo ut etiā alia peccata aliis sunt grauiora, aliāque aliis leniora. sic loquitur autem satyra 3. lib. 2. *Vincit enim stultas ratio insanire nepotes.*

TANTVND. VT PECC. IDEM QVE] id est, tam grauius peccet, notauimus hoc loquendi genus, idem peccat, in epist. de arte poet.

QVI TENEROS CAULES ALIENI FR.] non dubitū est, quin Draconis leges respererit, quod vidit Simeo Bosius Lemouix: quā vsque adeo acerba & crudeles fuerunt, vt omnibus fere peccatis mors esset in pœnam constituta. Atque ob eam causam Demades orator non atramentum, sed sanguine scriptas esse dixit, vt resert Plutarchus in Solone: vbi, quod ad hunc locum planè pertinet, hoc quoque tradit, illius legibus eos, qui olera, aut poma furati sint, æquè graui pœna affici, atque sacrilegos & patricidas. Verba Plutarchi sunt hæc: *ἡ τῶν ἀρχαῶν καὶ τῶν βασιλέων, ἢ ὀπαρῶν, ὁμοίως καλὰ ἐοδαί τοῖς ἱεροσὺλοῖς, καὶ αἰδ' ὑποδοίσι.*

NOCTVRNVS Legeri] id est, noctu, vt sup. annot. ad Od. 16. epod. *sacra legerit* autem, sacrilegium admiserit: rem sacram furatus sit, seu compilauit. Lucill. lib. 28. *omnia viscatibus manibus leges, omnia sumet.*

ASSIT REGVLA P.] id est, si peccata sunt inæqualia, vt re vera sunt, debent & pœna esse inæquales, id est peccatis æquales.

CNE SCVTICA] id est loro. vox Græca est, *σκύτος* enim corium, & *σκυτεύς*, cerdonem, seu futorum significat.

NAM, VT FERVLA CÆDAS, &c.] occurrit ijs, quæ poterat Stoicus dicere, hoc modo: non vis Horati, eum, qui scutica, seu loro, id est, minore pœna dignus sit, flagello cædi, id est, grauiore pœna affici. cur nō eadem opera veras, ne, qui grauiorem pœnam meritis sit, ferula cædatur? quia non vereor (inquit Horat.) ne id facias, cum furta latrocinii paria esse dicas, & mineris te vtraq; peccata pari pœna castigaturū, si regiā potestatem adeptus sis. attendat autem lector Latini sermonis studiosus, nō esse hoc ordine vo cabula collocanda, non *vereor vt ferula cædas*. nam qui ita loquitur, *vereor vt cædas*, vult cædi, & videtur ita dicere: *vereor ne non cædas*. qui hoc modo autem, *vereor ne cædas*, non vult cædi: & contra: si quis ita loquatur, *non vereor ne cædas*, hoc significat, ego non dubito quin non sis cæsurus, vel confido te non cæsurum: & si quis ita, *si quis ita, non vereor vt cædas*, hoc innuit, non *vereor ne non cædas*: mihi dubium nō est, quin sis cæsurus: confido te esse cæsurum. non sunt igitur hæc verba ita disponenda, non *vereor, vt ferula cædas meritum maiora*, &c. alioqui Horatium aliud, quàm sentiat, loquentem faceremus. nam hoc sentit Horatius, hōcque à nobis vult audiri, atque intelligi, non *vereor ne cædas ferula*, id est, certò scio, te ferula non esse cæsurum eum, qui pœnas sit meritis grauiores. quid igitur dicemus? Horatium minus Latinè esse locutum? mi-

nimè verò. confugiendum igitur est ad id, quod E

notior iam dixi, particulam *vt*, non esse cum *vereor*, coniungendam, sed totam illam, quæ antecedit, orationem, suo loco, & separatim esse legendam, hoc modo: *Nam vt ferula cædas eum, qui maiores pœnas sit meritis: non vereor, subaudi, ne id facias*, id est, scio te istuc non facturum: exempla autem è bonis scriptoribus sumta, quis sit hu ius verbi & similitum vsus, nos docebunt. Terent. in Andr. *haud vereor, si in te solo sit scitum: sed, vim vt queas ferre. ibid. id panes ne ducas tu illam: tu autem vt ducas*, id est, ne non ducas. M. Tull. ad Att. lib. 7. *tamen vereor vt his ipsis contentus sit*, &c. id est, ne non contentus sit. Idem lib. 2. *Videris vereri vt epistolas illas acceperim*. Idem epist. 1. ad Torquat. lib. 6. *cuius tanti mali, quamuis docti viri multa dicant, tamen vereor vt consolatio vlla possit vera reperiri, præter illam, quæ tanta est, quantum in cuiusque animo roboris est, atque neruorum, &c. vel legendum ne consolatio nulla. nam vulgata scriptura mendosa est. Idem ad Terentiam. Vereor vt Dolabella ipse satis vobis prodesse possit*. Idem orat. contra Rull. ad popul. *hoc quia vos scdus non iusseris, veretur Hiempsal vt satis firmum sit, & ratum*. Idem lib. 1. de Orat. ad Qu. frat. *sed illa duo, Crasse, vereor vt tibi possim concedere*. idem orat. pro Quinctio, *tamenne vereris, vt possis hæc contra Hortensium defendere?* Horat. sat. 1. lib. 2. *o puer, vt sis vitalis, metuo*. Cæsar lib. 5. de bello Gall. *Labienus veritus, si ex hibernis fugæ similem professionem fecisset, vt hostium impetum sustinere posset, præsertim quos recenti victoria efferris sciver, &c. sic enim habent cod. calamo exarati. Veniamus ad exempla alterius locutionis, vereor, ne: cuius quidem sententia priori contraria est. Terent. in Eunuch. *Miseram me, vereor ne illud grauius Phœdria tuleris, &c. idem in Andr. hei vereor ne quid Andria appetet mali*. in Hecyra. *vereor, si clamorem eius hic crebro exaudiat, Ne parturire eam intelligat*. ibid. *simul vereor P. amphylum, ne orata nostra nequeat diutius celare*. idem Phorm. *vereor ne istæ fortitudo in neruum erumpat denique*. ibid. *hei vereor lenonem, ne quid suat*. M. Tull. in Lælio, *neque enim verendum est, ne quid excidat, aut ne quid in terram desinat*. Ibid. *sin autem illa vereor, ne idem interitus sit animorum, & corporum, &c. qui locus mendosè in vulgatis codicib. legitur, vt idem interitus*. epist. ad C. Cælium C. F. vltima, lib. 3. *verebat ne id ita caderet, quod etiam nunc vereor, vt antè quàm tu in provinciam venisses, ego de provincia decederem*. & pro M. Marcello, *vereor ne hoc, quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio*. vbi mendosè legitur vulgò *vereor vt hoc, quod dicam*. Virg. in Palæm. ipse Nearam Dum fouet, ac, ne me sibi præferat illa, veretur, Hic alienus, &c.*

ET MAGNIS PARVA, &c.] id est, & mineris te similem pœnam ad leuia peccata vindicanda adhibiturum, atque ad grauiā. simili falce recidere posuit pro eo, quod est, simili pœna coercere. pœnis enim deterrentur ac reuocantur impro-

A improbi à flagitijs ac maleficijs: atque ita maleficia pœnis reciduntur. falce autem simili magis dixit more Græcorū, *ὁμοίῳ τοῖς μετὰλοῖς*. simili atque magna peccata reciduntur.

SI DIVES, QVI SAP.] Stoicus irridet hoc modo, Quid opus est ista condicione, si tibi regnum Perm. homines? nōne hoc vestrum est, sapientem esse diuitem, suturem, formosum, atque etiam regem? quid igitur vetat, quominus potestate regia vtaris? & cur id, quod habes, opras, quasi desit? cum hoc loco congruit ille, epist. 1. lib. 1. *Ad summam sapiens vno minor est Ione, diues, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum*. sed illic serid loquitur, hic iocò. M. Tullius lib. 3.

B de finibus in extremo, sub Catonis persona talè describit sapientem, his verbis, *rectius enim appellabitur rex, quàm Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit: rectius magister populi, quàm Sylla, &c. rectius diues, quàm Crassus, qui nisi egiisset, numquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset, &c. rectè etiam pulcher, rectè solus liber, rectè solus inuictus*.

SVTOR TAMEN EST SAPIENS] sapiens est tutor bonus (inquit Stoicus) *τῆ δουδάμῃ, & τῆ ἐπερῆα*, id est, potestate, non vsu, neque functione muneris.

QV Ò:] id est, quò istuc pertinet? vt superiore satyra, quò res hæc pertinet? alij interpretantur, quo modo? alij legunt *quis?*

VT, QVAMVIS TACET HERM.] de Hermogene sup. saty. 2. vt cantor est Hermogenes (inquit) etiam si taceat. (habitu enim cantor est, dum tacet: *ἐπερῆα* autem cantor est, dum canit) ita & sapiens, consilij, diues, formosus est *τῆ δουδάμῃ, & τῆ ἐπερῆα*, id est, potestate & habitu.

VT ALFENVVS] more satyrico, id est vrbano & faceto, Alfenum quendam Cremonensem irridet, qui cum sutrinam primùm fecisset, deinde clausa sutrina Romæ iuri ciuili Seruio Sulpicio magistro operam nauasset, iuriconsultus clarissimus euasit, consulatum adeptus est, honorificentissimòque funere elatus est. De eo fit locis aliquot in pandectis iuris ciuili mentione.

EST OPIFEX SOLVS:] sic scriptum, & distinctum est in duob. cod. Vatic. Iann. Faër. Tornes. Rainutij Card. Nicotiano, Russard.

VELLVNT TIBI BARB.] significat, ita inepta, & stulta loqui Stoicos, vt etiam à pueris irrideantur: vel ita non esse regem, sapientem Stoicum, vt pueri ei barbam vellant: id est eum contumeliosè illudant: neque ille eos alia ratione, aut alia vi arcere possit, quàm fuste, aut baculo: quod minime est regium. non celabo lectorè in aliquot codicib. antiq. scriptum esse *vellent*.

LASCIIV] proterui, ad iocandum, ludendumque natura procliuè ac parati. translattè dixit sup. oda 36. lib. 1. *Lasciuas ederas. At propriè oda 19. cod. lib. lasciuam licentiam*.

QVOSTV NISI VSTE COERC.

VRG. T.] id est, quos nisi fuste abigis, te vt in-

sanum quendam, & mente captum virgent, & sectantur: id est sectabuntur, atque vrgebunt. solèt autem pueri mente captos, & fatuos circumfisterere, ac sectari: quod & M. Tullius ostendit lib. 4. accul. de Theomnasto quodam, his verbis, *Regtimere incipit tabulâ Theomnastus quidam ridiculè insanus, quem Siracusani Theoractum vocant: qui illius cuiusmodi est, vt eum pueri scelerantur: vt omnes, cum loqui cœperit, irrideat: vel sic, quos tu nisi fuste coerceres, & repellis, vrgeris, id est continuò vrgeberis puerorum turba, te circumfisterentè, teque irridente, atque illudtè, neque quicquam tuam potestatem regiam pertimescentè*.

VRGERIS TVRBA] cod. i. Vatic. & Iann. habent, *vrgeris*, vt sæpe alibi.

RVM PER IS] clamore: sic M. Tull. lib. 7. epist. *Dirupi panem in iudicio Galli Canini famularis tui. vel iracundia, & dolore*.

DVM TV QVADRANTE LAV.] concludit neque sapientem, regem esse dicendum, quamdiu, vt vnus de multis, quadrante lauatur, & ab vno Crispino comite deducitur, cum reges & in domibus suis regijs de suo lauent, & quam plurimos habere solcant stipatores: neque vera esse Stoicorum decreta, peccata esse æqualia sapientem nunquam ignoscere, nunquam misereri, &c. Erat autem quadras, merces balneatoris. M. Tull. pro Cælio, de Clodia. *nisi forte mulier potens quadrataria illa permutatione familiaris facta erat balneatori*.

STIPATOR] comes, latelles, *δορυφόρος*. nā stoicum alloquitur, qui se regem esse prædicat. M. Tullius de Alexandro Pheræo, off. 2. *premittebatque de stipatoribus suis qui perscrutarentur arcubus muliebres &c.*

SI QVID PECCAVERO] aliquot libri manufr. habent, *siquid peccabo*: vnde amicus quidam meus, vir doctus, legendum existimabat, *si quid peccaro*, propter vocem sequentem initium capientem à duabus consonantibus. Sed nihil hoc me mouet, qui sciam hoc ab Horatio non admodum studiosè vitari. Sic enim sat. 2. hoc lib. *nisi o-lenti in fornice stantem. & sat. 5. insani ridentes premia scriba. vt neque ab Homero, verbi gratiā, ἰλιδ' ἄμ' δῖός τε Σιγμῆων σπος. peccaro tamen valde probò: & ita postea in vno cod. antiquissimo scriptum reperi*.

SATYRA 4.

EVPOLIS, atque Cratinus, Aristophanesque, pœtae, Atque alij, quorū comœdia prisca virorū est: Si quis erat dignus describi, quòd malus, aut fur: Quòd mæchus foret, aut sicarius, aut alioqui Famofus: multa cum libertate notabant.

DD iij

A improbi à flagitijs ac maleficijs: atque ita maleficia pœnis reciduntur. falce autem simili magis dixit more Græcorū, *ὁμοίῳ τοῖς μετὰλοῖς*. simili atque magna peccata reciduntur.

SI DIVES, QVI SAP.] Stoicus irridet hoc modo, Quid opus est ista condicione, si tibi regnum Perm. homines? nōne hoc vestrum est, sapientem esse diuitem, suturem, formosum, atque etiam regem? quid igitur vetat, quominus potestate regia vtaris? & cur id, quod habes, opras, quasi desit? cum hoc loco congruit ille, epist. 1. lib. 1. *Ad summam sapiens vno minor est Ione, diues, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum*. sed illic serid loquitur, hic iocò. M. Tullius lib. 3.

B de finibus in extremo, sub Catonis persona talè describit sapientem, his verbis, *rectius enim appellabitur rex, quàm Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit: rectius magister populi, quàm Sylla, &c. rectius diues, quàm Crassus, qui nisi egiisset, numquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset, &c. rectè etiam pulcher, rectè solus liber, rectè solus inuictus*.

SVTOR TAMEN EST SAPIENS] sapiens est tutor bonus (inquit Stoicus) *τῆ δουδάμῃ, & τῆ ἐπερῆα*, id est, potestate, non vsu, neque functione muneris.

QV Ò:] id est, quò istuc pertinet? vt superiore satyra, quò res hæc pertinet? alij interpretantur, quo modo? alij legunt *quis?*

VT, QVAMVIS TACET HERM.] de Hermogene sup. saty. 2. vt cantor est Hermogenes (inquit) etiam si taceat. (habitu enim cantor est, dum tacet: *ἐπερῆα* autem cantor est, dum canit) ita & sapiens, consilij, diues, formosus est *τῆ δουδάμῃ, & τῆ ἐπερῆα*, id est, potestate & habitu.

VT ALFENVVS] more satyrico, id est vrbano & faceto, Alfenum quendam Cremonensem irridet, qui cum sutrinam primùm fecisset, deinde clausa sutrina Romæ iuri ciuili Seruio Sulpicio magistro operam nauasset, iuriconsultus clarissimus euasit, consulatum adeptus est, honorificentissimòque funere elatus est. De eo fit locis aliquot in pandectis iuris ciuili mentione.

EST OPIFEX SOLVS:] sic scriptum, & distinctum est in duob. cod. Vatic. Iann. Faër. Tornes. Rainutij Card. Nicotiano, Russard.

VELLVNT TIBI BARB.] significat, ita inepta, & stulta loqui Stoicos, vt etiam à pueris irrideantur: vel ita non esse regem, sapientem Stoicum, vt pueri ei barbam vellant: id est eum contumeliosè illudant: neque ille eos alia ratione, aut alia vi arcere possit, quàm fuste, aut baculo: quod minime est regium. non celabo lectorè in aliquot codicib. antiq. scriptum esse *vellent*.

LASCIIV] proterui, ad iocandum, ludendumque natura procliuè ac parati. translattè dixit sup. oda 36. lib. 1. *Lasciuas ederas. At propriè oda 19. cod. lib. lasciuam licentiam*.

QVOSTV NISI VSTE COERC.

VRG. T.] id est, quos nisi fuste abigis, te vt in-

sanum quendam, & mente captum virgent, & sectantur: id est sectabuntur, atque vrgebunt. solèt autem pueri mente captos, & fatuos circumfisterere, ac sectari: quod & M. Tullius ostendit lib. 4. accul. de Theomnasto quodam, his verbis, *Regtimere incipit tabulâ Theomnastus quidam ridiculè insanus, quem Siracusani Theoractum vocant: qui illius cuiusmodi est, vt eum pueri scelerantur: vt omnes, cum loqui cœperit, irrideat: vel sic, quos tu nisi fuste coerceres, & repellis, vrgeris, id est continuò vrgeberis puerorum turba, te circumfisterentè, teque irridente, atque illudtè, neque quicquam tuam potestatem regiam pertimescentè*.

VRGERIS TVRBA] cod. i. Vatic. & Iann. habent, *vrgeris*, vt sæpe alibi.

RVM PER IS] clamore: sic M. Tull. lib. 7. epist. *Dirupi panem in iudicio Galli Canini famularis tui. vel iracundia, & dolore*.

DVM TV QVADRANTE LAV.] concludit neque sapientem, regem esse dicendum, quamdiu, vt vnus de multis, quadrante lauatur, & ab vno Crispino comite deducitur, cum reges & in domibus suis regijs de suo lauent, & quam plurimos habere solcant stipatores: neque vera esse Stoicorum decreta, peccata esse æqualia sapientem nunquam ignoscere, nunquam misereri, &c. Erat autem quadras, merces balneatoris. M. Tull. pro Cælio, de Clodia. *nisi forte mulier potens quadrataria illa permutatione familiaris facta erat balneatori*.

STIPATOR] comes, latelles, *δορυφόρος*. nā stoicum alloquitur, qui se regem esse prædicat. M. Tullius de Alexandro Pheræo, off. 2. *premittebatque de stipatoribus suis qui perscrutarentur arcubus muliebres &c.*

SI QVID PECCAVERO] aliquot libri manufr. habent, *siquid peccabo*: vnde amicus quidam meus, vir doctus, legendum existimabat, *si quid peccaro*, propter vocem sequentem initium capientem à duabus consonantibus. Sed nihil hoc me mouet, qui sciam hoc ab Horatio non admodum studiosè vitari. Sic enim sat. 2. hoc lib. *nisi o-lenti in fornice stantem. & sat. 5. insani ridentes premia scriba. vt neque ab Homero, verbi gratiā, ἰλιδ' ἄμ' δῖός τε Σιγμῆων σπος. peccaro tamen valde probò: & ita postea in vno cod. antiquissimo scriptum reperi*.

SATYRA 4.

EVPOLIS, atque Cratinus, Aristophanesque, pœtae, Atque alij, quorū comœdia prisca virorū est: Si quis erat dignus describi, quòd malus, aut fur: Quòd mæchus foret, aut sicarius, aut alioqui Famofus: multa cum libertate notabant.

DD iij

A Hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus:
Mutatis tantum pedibus, numerisque, facetus:
Emunctæ naris, durus componere versus.
Nam fuit hoc vitiosus: in hora saepe ductos,
Ut magni, versus dicebat stans pede in uno:
Cui flueret lutulētus, erat quod tollere velles:
Garrulus, atq; piger scribēdi ferre laborem:
Scribēdi recte: nam ut multū, nil moror. ecce
Crispinus minime me prouocat: accipe, si vis,
Accipiam tabulas. detur n. bis locus, hora,
B Custodes: videamus vter plus scribere possit.
Dij bene fecerunt, inopis me, quoddā, pusilli
Finxerūt animi, raro & per pauca loquentē.
At tu conclusas hircinis follibus auras
Vsq; laborat eis, dum ferrum molliat ignis,
Ut maui, imitare. beatus F. amius, vltro
Delatis capsis, & imagine: cum mea nemo
Scripta legat, vulgò recitare timētis, ob hanc
rem, (v ipote plureis
Quod sunt, quos genus hoc minime iuuat,
Culpari dignos. quemuis media erue turba:
C Aut ob auaritiā, aut misera ambitione la-
borat. (rum:
Hic nuptarum insanit amoribus: hic puero-
Hunc capit argenti splendor: stupet Albius. ære:
Hic mutat merces surgens e à sole ad cū, quo
Vesperina teper regio: quim per mala præceps
Fertur, uti puluis collectus turbine, nequid
Sūma deperdat, metuēs, aut ampliet vt rem.
Omnes hi metuunt versus: odere pœtas.
Fenuū habet in cornu: logē fuge, diūmodo risū
D Excitiat sibi non hic cuiquam parcat amio.
Et, quodcumq; semel chartis illucierit, omneis
Gestiet à furno redeunteis scire, lacūque
Et pueros, & anus, agendum pauca accipe cō-
trā. (pœtas,
Primum ego me illorū, dederim quibus esse
Excerptā numero, neq; enim cōcludere versū
Dixeris esse satis: neq; si quis scribat, vti nos,
Sermoni propiora, putes hunc esse pœtam.
Ingenium cui sit, cui mens diuini, atque os
Magna sonaturū, des nominis huius honorē.
Iccirò quidam, comœdia, necne pœma

Esset, quæstiuere, quod acer spiritus, ac vis
Nec verbis, nec rebus inest: nisi quod pede
certo
Differt sermoni, sermo merus, at pater ardēs
Sæuit, quod meretrice nepos insanus amica
Filius, vxorem grandi cum dotē recuset:
Ebrius & magnum quod dedecus, ambulet
ante (istis
Noctem cum facibus, numquid Pomponius
Audiret leuiora, pater si viueret? ergo
Nō satis est puris versū perscribere verbis,
Quem si dissoluas, quiuis stomachetur eodē,
Quo personatus pacto pater. his, ego quæ nūc, **F**
Olim quæ scripsit Lucilius, eripias si
Tempora certa, modōsque: & quod prius
ordine verbum est,
Posteriori facias, præponens vltima primis:
Non, vt si soluas, postquam discordia terra
Belli ferratos posteis, portāsque refrigit:
Inuenias etiam disiecti membra pœtæ.
Hactenus hæc: aliās iustum sit, necne, pœma.
Nūc illud rātiūm queram: meritōne tibi sit **G**
Suspectum genus hoc scribendi, Sulcius acer
Ambulat, & Caprius, rauci malē, cūmque
libellis, (siquis,
Magnus vterque timor latronibus: at, benē
Et puris viuat manibus, cōtemnat vtrumq;
Vt sis tu similis Cæli, Birrique latronum:
Non ego sim Capri, neque Sulci: cur metuas
me? (bellos:
Nulla taberna meos habeat, neque pila li-
Queis manus insudet vulgi, Hermogenisq;
Tigelli? **H**
Non recito cuiquam, nisi amicis, idq; coactus.
Non vbiuis, corā me quibuslibet, in medio
qui (uantes:
Scripta foro recitent, sunt multi: quique la-
Suauē locus voci resonat conclusus inaneis
Hoc iuuat, haud illud quærenteis, num sine
sensu,
Tempore num faciant alieno, ledere gaudes,
Inquis: & hoc studio prauus facis. vnde pe-
titum

Hec

A Hoc in me iacis? et auctor quis denique eorū,
Vixi cū quibus? absentem qui rodit amicū:
Qui non defendit alio culpante: solutos
Qui captat risus hominū, famariq; dicacis:
Fingere qui nō visa potest: commissā tacere
Qui nequit: hic niger est: hunc tu Romane
caueto.
Sape tribus lectis videas cenare quaternos:
E quibus vnus auet, quāuis aspergere cūctos,
Præter eum, qui præbet aquam: post, hunc
quoque potus,
Cōdita cūm verax aperit præcordia Liber.
Hic tibi comis, & vrbanus, liberq; videtur
B In festo nigris ego, si risi quod ineptus
Pistillos Rufillus olet, Gorgonius hircum:
Luvidus, & mordax videor tibi: mētio si qua
De Capitolini furtis iniecta Petilli
Te coram fuerit: defendas, vt tuus est mos:
Me Capitolinus conuictore vsus, amicos-
Que à puero est: causāque mea permulta ro-
gatus
Fecit: & incolumis letor quod viuūt in vrbe.
Sed tamē admiror, quo pacto iudicium illud
C Fugerit hic nigra succus lolliginis: hæc est
Ærugo mera: quod vitium procul a fore
chartis, (me
Atque animo prius, vt si quid promittere de
Possum aliud verè promitto, liberius si
Dixero quid, si forte iocosus: hoc mihi iuris
Cū venia dabis, inseuit pater optim⁹ hoc mi,
Vt fugerē, exemplis vitiorū quæque notādo.
Cūm me hortaretur, parçē, frugaliter, atque
Viuere vti cōtentus eo, quod mi ipse parasset:
Nōne vides, Albi vt malē viuāt filius? vtq;
D Barrus inops: magnum documentum, ne pa-
triam rem
Perdere quis velit, à turpi meretricis amore
Cūm deterreret. Sætanū dissimilis sis.
Ne sequerer mæchas, concessa cūm Venere
viti
Possim: deprensū nō bella est fama Treboni,
Aiebat, sapiens vitatu, quidque peritū
Sit melius, causas reddet tibi: mi satis est, si

Traditum ab antiquis morē seruare, tuāmq; **E**
Dum custodis egēs, vitam, famamque tueri
Incolumem possim, simulac durauerit etas
Membra, animūmque tuum: nabis sine corti-
ce, sic me
Formabat puerum dictis: & siue iubebat,
Vt facerē quid, habes auctore, quo facias hoc:
Vnum ex iudicibus selectis obijciebat:
Siue vetabat: an hoc inhonestum, & inutile
factu, (cūm
Necne sit, addubites: flagret rumore malo
Hic, atque ille? auidos vicinū funus vt egros **F**
Exanimat: mortisq; metu sibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria sæpe
Absterrent vitius, ex hoc ego sanus ab illis,
Perniciem quæcumque ferūt, mediocribus,
& queis
Ignoscas, vitius teneor, fortassis & istinc
Largiter abstulerit longa etas, liber amicus,
Cōsiliū, pprū, neq; enim, cūm lectulus, aut me
Porticus exceptit, desum mihi, rectius hoc est: **G**
Hoc faciens, viuam melius: sic dulcis amicis
Occurrā: hoc quidam nō bellē, nūquid ego illi
Imprudens olim faciam simile? hæc ego me cū
Compressis agito labris, vbi quid datur otī,
Illu. o chartis, hoc est mediocribus illis
Ex vitius vnum: cui si concedere nolis,
Multa pœtarum veniat manus, auxilioque
Sit mihi, nā multo plures sum⁹: ac veluti, te,
Iudæi, cogemus in hanc concedere turban.

H
EUPOLIS; ATQVE CR.] hi fuerunt
pœtæ comici veteris comœdiæ. de Eupoli M.
Tull. epist. ad Attic. lib. 6. Εὐπολιῶν τῶν τῆς ἀρ-
χαιῆς, quō non dixit ab Alcibiade nauigante in si-
ciliam deiectum esse in mare? &c.

CRATINVS.] interpres Pindari εἰδ. γ. δ-
λυμω. profert hunc Cratini versum in Bæotos,
Οἳ ποτὶ δ' εἰσὶν συκοιστιῶν περὶ πόρων γένος ἀν-
δρῶν id est, hi autem sunt genus suillobæoticum
virosum sumbriarorum, & Plutarchus in vita Pe-
riclis scribit, Periclem (fuerunt enim ferē aqua-
les) ab eo dictum esse κροαληγέρεταιν, quod i-
dem valet, atque capite oblongo, & amplo, &
quasi congregato. de eodem infra Hor. epist. ad
Mæcenat 3. lib. 1. Prisco si credis Mæcenat dōctē Cra-
tino, &c.

ATQVE ALII, QVORVM COM.] id
Dd iij

A est, & alij veteris comœdiæ scriptores. erat autem vetus comœdia liberior, ac maledicentior, quam vt aures hominũ ferre possent. sic Satyra 10. hoc lib. Illi, scripta quibus comœdia prisca viris est, hoc stabant.

ST QVIS ER. DIGN. DESCR. Q. M.] immo etiam indignos, qui describerentur, & integros atque innocẽtis viros notabant: vt Periclem, Socratem, Aristidem, & similibus. qua de re sic M. Tull. lib. 4. de rep. Quem illa [comœdia vetus] non attingit, vel potius quem non vexant? cui pepercit? esto. popularis homines, improbos in rempub. seditiosos, Cleonem, Cleophontem, Hyperbolum laest. patiamur. Esi huiusmodi ciues à cenfore melius est, quam

B à pœta, notari. sed Periclem cum iam sua civitati maxima auctoritate plurimos annos domi & belli præfuisse, violari versibus, & eos agi in scena, non plus decuit, quam si Plautus noster voluisset, aut Nævius P. & Cn. Scipioni, aut Cæcilius M. Catoni maledicere. Neque verò singulos ciues solùm notabant, & vellicabant, verùm etiam populũ vniuersum nominibus contumeliosis insectabantur, appellantes δῆμον πυνάκτην, δισκολον γερύποιον, & ἄλλο κωφον, id est, populum in Phnyce, qui locus erat contionis legitima, assidue hærentem, senecionem difficilem & morosum, surdastrum.

F A M O S V S] malè audiens. supra Od. 3. lib. 3. Iam nec Lacœna splendet adulteræ Famosus hospes. M. Tull. lib. 2. de Orat. ad Qu. Fratr. Non pot. inquit) audeo. Nã me ad famosas vetuit mater accedere.

C L V C I L I V S] significat, fatyrum, cuius inventor fuit Lucilius, veteris comœdiæ locum occupasse. hunc Lucilium Bassum insectatur vrbane, id est, suo more Sat. 10. De eodẽ sic M. Tull. lib. 1. de finib. Nec verò, vt noster Lucilius, recusabo, quo minus omnes me a legant. Verum ille Persius: scipio verò, & Rutilius multo etiam magis: quorum ille iudicium reformidans, Tarentinis ait se, & Consentinis, & Siculis scribere faceret is quidem, sicut alias: sed nec tam docti tunc erant, ad quorũ iudicium elaboraret, & sunt illius scripta leuiora, vt urbanitas summa appareat, doctriua mediocris. Idem epist. ad Atticũ lib. 12. Cato me quidem delectat: sed etiam Bassum Lucilium sua. Idem tamẽ lib. 2. de oratore sub persona Crassi, Lucilium hominem doctum, & perurbanum appellat.

M Y T A T I S T A N T V M P E D.] quia Lucilius hexametris ferè versibus, illi iambicis moros hominum notabant.

E M V N C T Æ N A R I S] id est, sagax, acti iudicio, sagaciter odorans hominum mores, & vitia: tratatio est, vel allegoria. Nam vt qui sunt emunctæ naris, nisi quid aliud obstat, sagaciter olfaciunt odores: ita qui naris habent mucõre obstructas, minus sunt in sententiis odoribus sagaces. eadem ratione verbũ odorari pro eo, quod est, acutè, & celeviter percipere, atque intelligere, & peruestigando cõsequi, vsurpatur à M. Tullio, Verr. de iuredicundo. huius verò erat ars, & malitia miranda, quod acutissime tota provincia, quid

cuique esset necesse, indagare, & odorari solebat. & in Epistolis ad Atticum multis locis.

D V R V S C O M P O N. V E R S.] durus in componendis versib. vide annot. ad Od. 8. lib. 4. eiusdem generis est id, quod statim sequitur, piger scribendi ferre laborem.

V T M A G N V M,] tanquam aliquid magnũ. STANS PEDE IN VNO] id est, breuissimo tempore, & non magna opera infumta, vel sine conatu, & contentione magna virium. Nam qui aliquid magnũ faciunt, toto corpore, & omnibus, vt dicitur, vnguiculis, ci rei, quam faciendam susceperunt, asseruiunt. Etiam quem terram tangere visus est Antonius cum contentè pro se ipse lege Varia diceret, vt refert se vidisse M. Tullius in libris de oratore ad Q. Fr.

F C V M FLVERET LVTVL. ERAT Q. T.] allegoria est, ducta à flumine torrente lutulento. hoc autem sentit. cum versus profunderet inuenustus, incultos, atque illepidos, erat tamen aliquid, quod exciperes, sumeres, & probares. huic loco respondent ea, quæ sunt sat. 10. Et dixi fluere hunc lutulentum: sãpe ferentem Plura quidem tollenda relinquendis. tollenda, id est, sumẽda. vt epist. de arte poët. hoc tibi dictum Tolle memor. & epist. ad Numicium lib. 1. partem, vel tolleret omnis. & epist. ad Mæcen. 2. at tu quantum vis, tolle benignè. & epist. 18. ciuid. lib. Sic iterat voces. sic verba cadentia tollit, vt puerum, &c. Alij tollere accipiunt pro eo, quod est amputare, & rescicare: à quibus dissentio. nam locus ille, qui est sat. 10. perspicuè declarat, per tollenda, ea significari, quæ sumẽda, & probãda sunt, vt suo loco docebimus. Quintilian. lib. 10. ad hunc locum respiciens scribit illa. Ego quantum ab illis tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum, & esse aliquid, quod tollere possis, putat. Ex quibus Quintil. verbis Turnebus hunc Horatii locum à me dissentiens, sic explicat. erat quod tollere velles, id est, erat quod auferre, & detrudere velles. Sed ne tempus in re aperta cõteram, plane fallitur. Acron quidem & Porphir. mecum faciunt: & quod familiam ducit, Horatius ipse sat. 10. vt ostendam suo loco. neq; me Quintilianus mouet.

N A M V T M V L T. N I L M O R.] id est, H nam si quis multum scribat, nihil æstimo, manũ non verterim. sic epist. ad Vallam, lib. 1. nam vixna nihil moror illius ora. Virg. Æn. 5. nec dona moror.

C R I S P I N V S] de quo supra sat. 1. M I N I M O M E P R O V O C A T] minimo, subaudi, digito. prouerbiũ est à gestu corũ, qui alterum in certamen prouocant, natum. nam minimum digitorum porrigit, illum à se contemni significantes, proinde ac si eum possint vel minimo digito percellere, ac peruertere.

A C C I P E, S I V I S] verba Crispini Horatiũ prouocantis. accipe tu, inquit, si vis: ego accipiam tabulas. sic autem legendum videtur, Accipiam tabulas: non, vt habent libri vulg. accipe iam tabulas. quamquã etiã hæc vulgata lectio ferri potest.

C V S T O D E S]

A D E T V R N. L. H.] aliquot libri calamo exarati habent, dentur nobis, &c. C V S T O D E S] addatur, seu apponantur nobis custodes, qui obseruet, & speculentur diligẽter, nequid suffuremur, nève aliena opera vtamur. M. Tullius Diuin. in Cæcilium: Custodem (inquit) Tullio me apponite.

D I I B E N E F E C E R V N T] respõdet Horat. Diis habeo gratiam: vel beneficii, ac benigni erga me fuerunt Dij immortales, quòd me parui animi, & paucorum verborum finxerunt. notandum hoc loquenti genus, Dij bene fecerunt. quod par est illi loquenti bene factum.

P E R P A V C A L O Q V E N T E M] sic sat. 6. huius lib. vt veni corã singulim pauca locutus. mēdo autem habent omnes libri, loquentis, præterquam Faërnensis: in quo scriptũ est loquentes. Sed s. alia manu, & in litura.

B A T T V C O N G L. H I R C.] id est, at tu imitare ventum, qui ex foliis fabrorum ferrariorũ expirat tandem, quoad ferrũ ab igne molliatur: quibus verbis significat, versus eius esse vel inaneis, ac leuẽs: vel inflatos, ac turgidos. hircinis foliis autè, id est, ex corio hircino factis.

B E A T V S F A N N I V S, V L T R O, &c.] O beatum (inquit Horat.) Fannium, cui populus siue senatus vltro, id est, non petenti, captas, in quibus eius libri condenderunt, ac seruarentur, imaginẽque ad memoriã eius prodendam, detulit, cum mea, &c. hunc Fannium ineptũ vocat sat. 10. his verbis. aut crucier, quòd vellicet absentem Demetrios: aut quòd ineptus Fannius Hermogenis ladat conuina Tigelli? sic loquitur M. Tull. in orat. pro Plancio. Itaque hac spe decedebam, vt mihi populam rom. omnia delaturum putarem. & epist. ad P. Nigidium Figulum lib. 4. nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare, quod non vltro mihi Cæsar derulerit. alij hunc locum sic explicant, beatus Fannius, eius captas vltro in bibliothecã Augusti fuerint delatæ cum imagine. quibuscum equidem pugnare nolim, præsertim cum, vtramque explicationem sequamur, semper intelligere nos oporteat, Fannij poëmata in adem Apollinis, & Musarũ, seu in aliam publicam bibliothecam esse recepta: veruntamen priorè explicationem malo. Alij, vt testatur Acron, dicunt, hunc Fannium, malum poëtam, liberis caruisse:

C Itaque scripta eius, atque imaginem in publicã bibliothecã à captatoribus fuisse deportata nullo merito scriptoris. Q V O D S V N T, Q V O S G E N. H O C] id est, ob id, quòd sunt non pauci, qui non delectantur, immò verò offenduntur satyris: ij scilicet, qui reprehensione digni sunt, quales sunt auari, ambitiosi, libidinosi, adulteri, scelerati, impij, vaforum & signorum plus æquo studiosi, mercatores, & similes.

E R V E] codices 2. Vatic. Iann. Faërn. Torn. Rainutij Card. habent elige.

H I C N V P T. I N S. A. M.] alius amore matrum familiã vsque ad infantiã captus est.

S T V P E T A L B I V S Æ R E] miro signorum, & vaforum æreorum amore, studioque ducitur, eaque supra modum amat, & admiratur. sic loquitur Virg. Georg. 2. Hic stupet attonitus vestris. Horat. sat. 6. Qui supet in titulis.

H I C M V T A T M E R C E I S] emit, cõparat, permutat. vide sup. annot. ad Od. 16. lib. 1. de verbo mutandi.

A D E V M, Q V O V E S P.] ad occidentem. Virg. lib. 5. Æncid: vespere ab atro Consiurgunt ventii. Horat. Od. 15. lib. 4. ad ortum solis ab Hesperio cubili.

Q V I N P E R M A L A P R Æ C.] vt sup. epist. 1. lib. 1. Impiger extremos curris mercator ad Indos Per mare paup. fugiens, per sacra, per ignes, per mala, id est, per molestias, per discrimina vitæ, per dolores, & labores.

V T I P V L V I S C O L L E C T. T V R B.] puluerem vento concitaturo, & collectum vocant Græci poëtæ κοινσαλον, alij κοινιοτόν. Itaque hoc nomen videtur exprimere voluisse.

N E Q V I D S V M M A D E P E R D. M.] metuens ne quid de acervo deruat: metuens nequid de bonis quæsitis & congestis deminuat, si quid forte infumat in res ad victum, cultumque necessarias: vel sic, metuens ne quid de summa fures detrahant, nève alio aliquo casu summa minuat, & deperat.

V E R S V S] præsertim satyricos, id est, vrbanos, & mordacis.

F A N V M H A B E T I N. C.] intellige, hæc dici ab improbis, & vitiosis hominibus: quibus inuisi sunt poëtæ. conuenit prouerbiũ in homineis acreis, promtos, viribus corporis, aut ingenij facultate instructos, ac paratos ad iniuriam, si qua inferatur, propulsandam, atque adeò ad lacestandũ, si quis occurrat malo dignus. Plutarchus in Crasso huius prouerbij originem indicans, ait à bobus, qui cornu petunt, prouerbiũ esse natum, quorum cornibus Romani solebant fanũ appendere, vt sibi ab eis cauẽret ho mines in via forte occurrentes. narrat idem Plutarch. Sicinnium quendam de Crasso dicere solitum, fanum eum habere in cornu. sic ille, ἴχνη δὲ χάρτη καὶ φόβω. φόβω δὲ ὄρε ἑλαστον. ὁ γούρ πλείστα ἀράγματα ὠδραχάν τοῖς κατ' αὐτὸν ἀρχουσι, καὶ διμαγωγὸς Σικίννιος, πρὸς τὸν εἰπόντα, τί δὴ μόνον ἐπαράτῃς τὸν Κράσσον, ἀλλὰ παρίσιν αὐτὸν. χόρτων ἔχων φησὶν ἐπι τῷ κέρατος. ἐλάτῃσιν δὲ Ρωμαῖοι τὸν κυρίῳ ἴπωνα τῶν βοῶν ὑπὲρ τῆ φυλάτῃσιν τῶς ἐπιτυχάνουσαι, χόρτων πρὸς ἐελίσσειν τὸ κέρα.

H id est, Valebat autem Crassus gratia, & terrore: terrore quidem non minus, quam gratia. Sicinnius enim, qui suæ atatis magistratibus, & tribunis pl. plurimũ negotij successit, ei, qui quæsuerat quamobrem Crassum solum non lacera-ret, sed eum præteriret, quia (inquit) fanum habet in cornu. Soliti autem erant Romani bouis,

A cornu petentis, vt, qui in viis occurrerent, sibi ab illo cauerent, fœnum cornibus alligare. eadem de re lege & Plautarch. *ρωμαϊκοίς.*

DVM MODO RISVM EXC. s. &c.] ita est ridiculorum dîctorum cupidus, vt, dummodo quippiam falsè dicat, ne amicis quidem parcere velit. Aristot. lib. 4. de morib. ad Nicom. scribit, scurram, quem *βαμολόχου* Græcè nominat, eo differre ab urbano, quod vrbanus ita falsè dicat, vt neminem offendat, aut vt etiam delectet: scurra autem ridiculo moderari non possit: tum nec sibi, nec aliis parcat, dummodo risum moueat. verba Aristot. sunt hæc, *ὁ δὲ βωμολόχου, ἢ τῶν ἐπὶ τῆς γλώσσης, καὶ ἐπὶ τῆς αὐτῆς, ἢ τῆς τῶν ἄλλων ἀπεχόμενος, εἰ γέλωτα ποιήσει.* excutiat autem risum, id est, risum profusum moueat.

ET, QVODCVMQVE SEM. CH. ILL.] id est, quodcumque per iocum, & ludum scripserit.

GESTIET] cupiet. idem epist. ad Pison. *gestit paribus colludere.*

FVRNO] in quo coquitur panis. iccirco magna semper eò turba conuenit & vetulatum, & puerorum.

LACVQVE] lacus significat interdum vas amplissimū, vbi calcatur vna. M. Tull. in Bruto, *sic ego istis censuerim, & nouam istam quasi de musto, ac lacu feruidam orationem fugiendam: nec illam praeclaram Thucydidis nimis veterem, tanquam Anicianam notam persequendam.* Est etiam lacus (vt docet Varro lib. 4. de lingua Latina) lacuna magna, vbi aqua contineri potest, seu locus, quo aqua ex flumine ad aquandum excepta est: quo modo credibilis est hoc loco accipiendum esse, vt intelligamus, pueros, & anus aquandi causa ad lacum iuisse, & de lacu redire. Propert. lib. 2. *Cui fuit indocti fugienda hæc semita vulgi, Ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est.* Terent. Adolph. *Apud ipsum lacum est pistrilla.* Est & alius lacus, vt epistola prima lib. 1. *lacus, & mare sentit amorem Festinantū heri.*

AGEDVM PAVCA ACC.] respōdet Horatius ad ea, quæ cum in omne genus poetarum, tum in satyrarum scriptores dicta fuerant. & primum negat, se esse poetam: quia scripta sua, sermoni quotidiano similia sunt, quàm locutioni poetica.

PRIMVM EGO ME ILLORVM, &c.] id est, primum me ex numero poetarū excerptā.

CONCLVDERE VERSVM] certis pedibus, & numeris claudere: vt sat. 10. huius lib. *at si quis pedibus quid claudere senis, Hoc tantum contentus, &c.* Cum his Horatianis congruunt illa Petronij Arbitri, *Multos, inquit Eumolpus, iuuenes carmen decepit. nam vt quisque versum pedibus instruxit, sensumq; teneriore verborum ambitu intexuit, putauit se continuò in Heliconem venisse. Sic forensibus mimitibus exerciti, frequenter ad carminis tranquillitatem, tamquam ad portum faciliorem confugerunt,*

credentes facilius poemata exstrui posse, quàm controuersiam umbrantibus sententiosis pictam. Ceterum neque generosior spiritus sanitate amat, neque concipere aut edere partum mens potest, nisi ingenti flumine litterarum inundante. refugiendum est ab omni verborum, vt ita dicam, vilitate, & sumenda voces à plebe summotæ, vt fiat, Odi profanum vulgus & arceo, &c.

SERMONI PROPORA] orationi soluta similia, quàm versibus. sic epistola ad August. *nec sermones ego malle reperire per humum, quàm res componere gestas.* Satyras igitur propter hanc causam sermones appellauit. Sunt autem etiam epistolæ, sermones: sed illæ ad absentem, satyræ ad præsentem: & iccirco sermones potius, quàm epistolæ dictæ sunt, nomēque generis retinuerunt, quia epistolæ appellantur suo & proprio.

ING. C. S. C. MENS DIVINIOR] M. Tull. item in orat. pro Arch. poeta ait, poetam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi diuino spiritu afflari. vide annot. ad illum locum, *Ingenium misera, &c.* de arte poet.

MAGNA SONATVRVM.] Prisc. libro 2. producit hunc locum, & ait *soniturum* esse vltatius, quàm sonaturum, à verbo *sono.*

ICCIRCÒ QVIDAM COM.] sic M. Tull. in orat. perf. *At comicorum serarij propter similitudinem sermonis sic sepe sunt abieci, vt nonnumquam vix in his numeris, & versus intelligi possit.*

NISI QVOD PEDE CERTO] comica oratio, merus est sermo, præter quàm quòd certo, ac definito numero, certisque pedibus ab oratione soluta differt. sic M. Tull. in orat. perf. *Itaque video visum esse nonnullis, Platonis, & Demosthenis locutionē, etsi absit à versu, tamē, quòd incitatus feratur, & clarissimis verborum luminibus utatur, potius poemata putandum, quàm comicorum poetarum, apud quos, nihil est aliud quotidiani à simile sermonis, nisi quòd versu scilicet sunt.*

AT PATER ARDENS] aduersarium facit occurrentem ei rationi, propter quam putent quidam comœdiam merum sermonem esse, non poemata: nempe quia desit ei spiritus acer, & vis poetica, hoc modo. atqui sæpe (inquit) videmus, in comœdia senem induci à poeta, filio libidinosè atque intemperanter viuenti, scortari, omnia, quæ habeat, profudenti, vxorem benè dotatam reculantem, ante noctem cum facibus ambulanti, grauitè irascentem: vt Demeam apud Terent. Teuropidem apud Plautum. non desit igitur comœdiæ vis, nec spiritus. sic epist. de arte poet. *Interdum tamen & vocem comœdiæ tollit, Iratusq; Chremes tumido delirigat ore.*

SÆVI T] excandescit, irascitur, *χαλεπαίνει.* Plaut. Epid. *Sed memento, si quid sauiunt senes, superpetias mihi cum sorore ferre.* vide annot. ad Od. 33. libri primi.

NEPOS] luxuriosus, *ἀσωτος.* vide annotata ad Od. 1. epod. in extr.

INSA NVS] sic edendum curauit ex auctoritate

A ritato sex codicum manu scr.

NVM QVID POMPON. ISTIS AVD.] dissoluit id, quod responsum fuerat ab aduersario, hoc modo. patres (inquit) quotidie solēt ita filiis suis succensere, potantibus, & scortantibus: & Pomponius, adolescens libidinofus, & luxuriosus, si eius pater viueret, æquè asperè obiurgaretur, hinc Pomponium quasi aliud agens, velle: in quo genere reprehendendi, & diuinus est Horatius, & ceteros omnes satyrarum scriptores longo intervallo superat.

ERGO NON SATIS EST, &c.] id est, non est igitur satis versum facere verbis puris, & lectis, si ordine verborum commutato, ac numero dissoluto, restet sermo quotidiano sermoni similis: & quali patres domi cum filiis vt solent.

PERSONATVS] pater comicus, & qui in scena, seu in comœdia patris personā sustineat.

HIS, EGO QVÆ, &c.] si ea, quæ ego nunc scribo, & quæ Lucillius scripsit olim, dissoluas: modòsque, ac numeros tollas: ordinem denique verborum immutes, non ita inuenias parteis orationis poetice dissolutæ, ac dissipatæ, vt si Ennii versum sumas, cumque ordine verborum conuerso, dissolutum legas. exēpli gratia: si hæc Enniana, *postquam discordia terra Belli ferratos, &c.* dissoluas, ordinèq; verborum turbato ita legas, *Postquam ferratos belli posteis, & portas terra discordia refregit: nò reperietur hic sermo quotidianus, sed poeticus.*

TEMPOA CERTA, MODOSQVE] id est, pedes certos, & modulationem, seu mensuram definitam. per tempora breuitatem, & longitudinem vocationum, & syllabarū intelligit: verbi gratia, spondens duo habet tempora, dactylus & anapæstus totidem iambus, choreus, tribrachus vnum cum dimidio. longa enim syllaba vno tempore continetur: & item duæ breues: vna breuis dimidio. Quare duæ longæ syllabæ duobus temporibus constant: & itè quattuor breues, & longa ac duæ breues. longa autè & breuis, tres breues, breuis & longa, vnum tempus & dimidiū continent.

BELLI FERRATOS POSTEIS,] constat versum esse Ennianum. belli posteis autem, id est, belli foreis. sic Virg. lib. 2. *Aeneid. posteisque sub ipsos nituntur gradibus.* ibid. *Amplexaq; tenet posteis, atque oscula figunt.* & lib. 7. *cardine verso Belli ferratos rapit Saturnia posteis.* ad quem locū Seruius notans, acyroligiam (inquit) fecit commutando Ennii versum. Nam ille ait, *Belli ferratos posteis, portasque refregit.*

ALIAS] aliàs quæremus, &c. Sed dubitandū non est, quin comœdia sit poemata: neque Horatius dubitat, vt apparet ex sectione lib. seu epist. de arte poetica.

SYLCVS ET CAPRVS] accusatores accerrimi.

RAVCI MALE] admodum rauci, ex quo significat, eos admodum vocales, & clamorosos

fuisse, seu plurimum vocē contēdere solitos esse. E obtunditur enim vox, & raucescit nimium clamando.

LIBELLS] accusatoris: in quibus habent maleficorum nomina, & crimina perscripta.

MAGNVS VTERQVE TIMOR] id est, vterque valde horribilis latronibus, & sicariis. PURIS MANIBVS] puris à cæde, *ἀργυρίσ, καὶ ἀργυρίσ χερσὶ:* si quis sit *κλέδαιπος τῶ χεῖρε.* vt sup. annot. ad Od. 22. lib. 1. *Celerisque purus.*

VTSIS TV SIM. COELI, BIRRIQVE LATR. NON E. S. C. &c.] quamvis tu sis latronum similis: si sim Caprio, & Sulcio dissimilis, quid est cur metuas me?

NVLLA TABERNA MEOS H.] Et quid est, quòd metuas me, si libri mei nulla in taberna, nullaque in columna sint venales, neque legantur à vulgo: ad columnas, seu pilas prostabant libri: vt in epist. de arte poet. *mediocribus esse poetis Non Dij, non homines, non concessere columna.* Nam poetæ sua scripta, quæ edere, & diuulgare volebant, bibliopolis & librariis, quorum tabernæ & officinæ erant ad columnas, dabant: à quibus emebat deinde vulgus.

QVEIS MANVS IN SVD. VVL.] id est, quos emtos vulgus manibus terat, & Tigellius vnus è vulgo: vrbane, & falsè Hermogenem Tigellium, qui doctus haberi volebat, vnum è multis facit, & in vulgo numerat.

NON REC. CVIQ; NISI] hæc aliquantum separanda sunt à superioribus hoc modo. præterea non recito cuiquam, nisi amicis, idque inuitus. quid est igitur, quòd me pertimescas, aut versus meos: in quibusdam libris scriptum repertis, *Nec recitem, quæ scriptura mihi nò displiceret.* quin ego verè eam secutus essem, nisi vidissem, hanc vulgatam & ferri posse, & quattuor librorum veterum auctoritate confirmari.

IN MEDIO QVI SCRIPTA FORO] Multi sunt, (dicat aliquis Horatij cōsiliū, & consuetudinem improbens,) qui in medio foro recitent sua poemata: nonnulli etiam in balneis.

QVIQVE LAVANTEIS] & qui in balneis. sic enim loquuntur Latini scriptores. supra sat. 3. *dum tu quadrante lauatus Rex ibis.* Theophrastus libello, qui inscribitur, *ἠδρωτοί χερσὶν ἵπρες,* in argumentis ingenij rustici etiam hoc enumerat, cantare in balneis.

SVAVE LOCVS RES.] hæc quoque dicuntur ex poetia, & sub persona glorioforum, leuiumque poetarum, in balnes sua scripta recitare solitorum.

INANEIS HOC IVVAT] hæc nūc Horatius: leues, (inquit) & inaneis homines libeter, & cupidè in balneis recitant, non quærentes apud se num stultè, nū intempestiuè illud faciant: *inaneis* dicit, quos Græci *κενοδιδραμοί,* id est, inanis gloriae cupidos. sic ferè Lucr. lib. 1. *Clarus ob obscuram linguam magis inter inaneis. Quamde graues inter Gratos, qui vera requirunt.*

A SINE SENSU] ἀνοητός, sine iudicio. sup. fat. 3. *Communi sensu plane caret.*
 S T V D I O] ἐκ παροχολίας, ἐξ ἐπιπτώσεως, data opera, de industria. eo autem prauus es, quod prudens, & de industria lædis alterum. vides hęc nomen *prauus* mirè adiuuare vim verbi *facis*.

I N M E I A C I S] mihi obijcis? tralatio ducta ab iis, qui iaculantur. M. Tull. pro *Quinctio*. ita fit, ut ego, qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, cum etiam telum aduersarius nullum iecerit. Idem translata, pro *Q. Rosc. com.* quin tu hoc crimen aut obijce, ubi licet agere, aut idcere nobis, ubi non oportet.

R O D I T] obscurè lædit, & infectatur, vt infra epist. ad *Loll. 2. lib. 1. circum roditur*
 S O L V T O S Q V I C A P T A R .] γελωτόποιος, qui risum effusum mouere studet.

C O M M I S S A] arcana, occulta consilia suā fi dei commissa: vt epist. 18. lib. 1. *Commissumque tegetes, & vino tortus, & ira.*

H I C N I G E R E S T : H V N C T V R O M .] id est, hic est improbis moribus, ingenioque infido, post Horatium respicere ad symbolum illud Pythagoricum, quod monet μη γένομαι τῶν μελαγχρόνων, id est, ne gustemus de iis, quibus nigra est cauda, quod vetabat Pythagoras (vt interpretatur Plutarchus) ἐπιτομῶν ἀγωγῆς. συνδιατρέψαν μέλασιν ἀϊψάποις ἄφ' ακοήθων, id est, versari cū hominibus, qui nigri essent morum improbitate. Dicit etiam fortasse potest, Horatium alludere ad prouerbium illud μη τῷ μελαμπύρῳ ἐπιτόχης, id est, caue ne in virum, qui nigro sit potestice, incidas: quod ab historia Cercopum natum est, qui à matre fuerant pramoniti, vt cauerent ne in melampygam incidere. vide *Suidam*. Ego tamen malo nigrum hoc loco μελαγχρόνων, quam μελάμπυρον intelligi, cum μελάμπυρος nomē sit honestum, atque in laude positū. Nam Hercules dictus est μελάμπυρος, quasi minimè mollis, minimèq; impudicus: & ἐξ ἀπειρομάχου, ὅστις εὐρύστωλος. Seruius ad illum locum *Virg. Georg. 1. turbine nigro*, notat, tē pestate noxia. Horatius, *hic niger est: hunc tu Romane caueo*. ex quibus verbis intelligere licet, Seruii sententia nigrum hic apud Horatium idē valere, quod *noxium*, petniciosum, pestiferū.

S A P E T R I B V S L E C T I S] in singulis lectis discubitoris magna ex parte veteres illi, quaterni discumbebant. ita in ternis lectis, discumbebant duodeni, plures autem, quā quaternos in singulis lectis discumbere, erat incommodū, ac fordidū: ex quo illa M. Tullij in *Pisonem*, nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum (laudabo inimicum) ne magnopere quidem quicquam, præter libidines, sumtuosum, toruema nullum, maximi calices, & hi, ne contemnerent suos videatur, Placentini, &c. Graci stipati, quini in lectulis, saepe plures, ipse solus, bibitur. vsque eo dum de alio ministratur.

E Q V I B V S V N V S] id est, de quibus conuuius vnus gessit falsè in omnem dicere, præter-

quā in conuiuatore. **E**
Q V A V I S] quavis ratione, quouis modo. *Ca tull. difficile est, verum hoc qualibet officio*. idem ad *Rauidum*, *Quid vis? qualibet esse notum optas?* vel dic, in quamvis partem. alij verum proximo legūt *aqua*: & *quavis* cum *aqua* coniungi volunt. quidā codices veteres habent *quauis*, & idem *aquam*, quos non sum secutus, admonendum tamen de hac scriptura lectorem putauī.

A S P E R G E R E] falsis dictis carpere, & vellicare: maledictis insectari. sic M. Tull. pro *Planicio*, *hunc tu vite splendorem maculis aspergis istis?* Idem epist. ad *Cecinam* lib. 5. *Ex eodem fonte se hausturū intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus*. sic loquuntur & Graci *Athen. lib. 12.* ex *Hegigandro*, *Ἀριστοππος, ῥαυόλιθρος ῥαυό τῶν τῶ Διονυσίου θεραπόντων, σκωπόμενος δ' ἔπει τῷ ἀνέχουσαι, ὑπ' Ἀντιφάντος, εἰδ' ἀλιεῖομενος ἐπὶ γυγανον, ἐφ' ἡ, καταλιπὼν τὴν ἐρασίαν ἀν' ἀπὸ λῆρον*, *Aristippus* autem cum aspergeretur à *Dionysij* familiaribus, & famulis, & cum falsis dictis ab *Antiphonte* peteretur, quod id pateret: at si ego (inquit) piscarer, numquid propterea quod aspergerer, relicto negotio discederem?

P R A E T E R E V M, Q V I P R A E B . A - Q V A M] præter eam, qui dat cenam, id est, conuiuatore. conuiuator enim balneum calfaciebat, aquamque præbebat, qua lauarent conuiua, vt diximus supra ad illū locum *Od. 19. lib. 3. quis aquam temperet ignibus?* neque verò necesse habeo sententiam eorum refellere, qui volunt hoc loco legi, *præbet, aqua*, vt præbet, perse, & separatim legatur, & subaudiatur, cenam, aut aliquid simile. nam verbum *præbere*, accusandi casum semper desiderat, neque vniquam video à scriptoribus omitti, ac subintelligi, vt M. Tull. ad *Qu. Frat. lib. 2. A. d. v. i. i. Idus Apr. sponsalia Craspedi præbui*. huic conuiuius puer optimus *Q. tuus, meusque*, quod perleuiter commotus fuerat, desinit. *Horat. fat. 2. lib. 2. nec sic, ut simplex Næuius, vincta Conuiuius præbebit aquam*. sic loquuntur & Graci *Ἰδάρ παρέρχων*, *Athen. lib. 4. & παρέρχων τέλει, ἄλας, ἔλαιον, ἕξος*, quod Latini præbere tectum, saleem, oleum, acetum dicunt. *Horat. fat. 5. huius lib. Proxima Campano ponti quæ villula, tectum præbuit: & parochi, quæ debent, ligna, salēque*. ex quo idem *Horat. fat. 8. lib. 2. conuiuatore, parochum vocat* ἐπὶ τὸ παρέρχων, quod valer, præbere: & *parochi* dicebatur, qui legatis saleem, & ligna præbebant. *Adr. Turnebus* lib. 2. *Aduers. cap. 2. vult totum hunc locum esse allegoria tectum, allegoriamque ductam esse à lusu, quo quis alio aqua ex vrceo, aut situla mimiftrante, alios omnes aqua per lasciuam aspergat, ei vini, qui ministrat aquam, parcat. Atque ita videtur velle legi, aqua contra omnium librorum auctoritatem: quod tamen non est necesse. nam hac seruat allegoria, quam non improbo, legi potest aquam, vt habent omnes libri. tantum in verbo aspergere, sub-*

intelli-

A intelligendum erit, aqua.
 P O S T, H V N C Q V O Q V E P O T V S] postea autem ne conuiuator quidem parcat: sed hunc quoque aspergit, tum scilicet, cum vino concauit, & cum potus est.

C O N D, C V M V E R A X A P. P R.] id est, cum Bacchus veritatis amator, & simplex, aperit arcana consilia in præcordijs condita. *Carullus condita pectoris* appellat, *cardm.* de coma *Beren. supra Od. 21. lib. 3. amphoram* dixit plerumque *Jene* tormentum duro ingenio admouere. nulla sententia prior, nulla certior, quā vino ingenium cuiusque indicari, atque aperiri. sic *Od. 11. epod. Simul calentis inuerecundus Deus Feruidiore mero Arcana promorat loco.* & epist. de arte poet. ad *Pison. Reges dicuntur multo virgare culillis*, *Et torquere mero, quem per sepe laborat, An sit amicitia dignus*. His cōsentanea sunt illa *Theognidis*, *Ἐν σπυρί μόν χερσόντε, χεῖ ἀργυρον ἰδρῆς ἀνδρῶν, ἰνώσχευσ' ἀνδρῶς δ' αἰνὸς ἐδ' ἔξε νόον, καὶ μάλα περ πινυτ' ἄν, τὸν ὑπὲρ μέτρον ἤρατο πίνων, ὡσε κατωχύναι χεῖ σπιν εὐντα σοφόν.* id est, In igni quidem homines scientes aurum & argentum explorant, & spectant: hominis autem mens vno cognoscitur, & declaratur, quantumuis prudens: si supra modum id biberit: ita vt, qui antea sapientiæ laude florebat, is dedecore, maculaque afficiatur.

H I C] quem proximè descripsi, ibi, & quibus vnus auet, &c.
C O M I S] facetus, commodus, facilis, suavis. sic *fatyra 10. de Lucilio. Nil comis tragici mutat Lucilium Acci?* & ibid. sup. *Arguta meretrice potes, Danoque Chremetem bludente senem comis garrere libellos, &c.*

P A S T I L L O S R V F I L L V S] hic vetus iam supra positus est fat. 2.
D E C A P I T O L I N I] Petillius Capitolinus cum furti, aut peculatus accusatus esset, corona è Capitolio sublata, iudicio absolutus est. Anno superiore cum esset Romæ, *Clemens Teucinus Gallus*, homo Romanarum antiquitatum studiosissimus, ostendit mihi domi suæ nummū argenteum: cuius in antica parte, expressa erat figura templi Capitolini, & circum signatum nomen *Petillius*: in postica Iouis effigies, & circumscriptum cognomen *Capitolinus*. de eodem fat. 10. *Cicum Duratibi peragenda rei sit causa Petilli*.

D E F E N D A S, V T T V S E S T M O S] alioquitur eum, à quo sua scripta reprehendi, ac metui vider, tanquam nimis mordacia, & aculeata: & cui se inuisum, & formidolosum esse intelligit, veluti nigrum, ac μελαγχρόνων. defendas (inquit) *Petillum* iudicio absolutum, si fortè de eo mentio incidat, tuo more, id est, non liberaliter, neque candidè: sed malignè, perfidiosè, atque infidiosè. his verbis, quæ deinceps sequuntur, *Me Capitolinus, &c.* in cod. *Facr.* & *Don.* & quibusd. aliis, scriptum est *conuictore vsus amico*, sine coniunctione *que*.

H I C N I G R A S V C C . L O L L I G .] huiusmodi oratio (inquit *Horatius*) occultæ malevolentia, obscurique, atque infidiosi odij plenissima est. quid ita? quia quamuis de *Petillij* absolute latione lætari, eique bene velle similes, eo tamen, quod te mirari dicis, quoniam pacto sit absolutus, significas, eum non fuisse innocentem, neq; iure aut gratis esse absolutū. *succum lolliginis* appellat orationem inuidia, ac malevolentia plena, quæ alterius famæ maculam aspergat. ab atramento lolliginis piscis ducta tralatio est: de quo sic *Varro* lib. 4. *lolligo* (inquit) quod *subuolat*, *littera commutata*. Nam primo *voligo*. Describit autem hic hominem improbum, perfidum, atque infidiosum, qui, quæ nihil ad rem pertineat, laudet: ea autem, de quibus quæritur, carpat, & vituperet.

H E C E S T A R V G O] arugo, aris est vitii. *M. Tull. Tuscul. 4. as Corinthiacum tardius in eruginem incidit. hac est arugo mero*, id est, hoc est graue virus, & venenum vite, & pestis amicitia, vt loquitur *Catull. ad Rufum, Sicine subrepsi mi, atque intestina peruens, Sic misero eripisti omnia nostra bona? Eripisti, cheu, nostra crudele venenum vitæ, cheu, nostra pestis amicitia*.

Q V O D V I T I V M, &c.] quam malevolentiam amicitia simulatione tectam, ita esse asuturam, & ab animo meo (quod prius est) & a scriptis, promittit, vt quiduis aliud, si quid est, quod de me spondeat, ac recipere possim.

A F O R E] sic habent plerique codices manuscr. itque longe optimi: neque dubiū est, quin ita sit reponendum. nam neque abfui, abfuisi, &c. neque abfore, neque abfuturum dicebant veteres: sed afui, afuisi, &c., & afore, & asfuturum. quade re plura diximus annotationib. in *M. Tullium* anno superiore multo emendatorem, quā antea, à nobis editum: qui tamen multo emendatior existit, si typographum diligentiorē nacti essemus, & si nobis locatores, iūq; qui sumtus suppeditarūt, paullo plus spatij ac temporis ad rem tantam accurandam dedissent.

I N S E V I T P A T E R O P T I M V S H O C M I.] hunc locum in omnibus exemplaribus & manuscriptoris, & excusis corruptum, detractioe vnus litteræ in verbo *insueuit*, & mutatione *e*, in *i*, in prouocabulo *me*, restitui, atque emendari: cum antea legeretur *insueuit pater optimus hoc me*: nisi quod in vno codice impresso scriptum reperi, *insueuit pater optimus hoc me*. quarum scripturarum vtraque vitiosa est. Nam primum *insueuit* verbū est absolutum, seu potius, vt Grammatici appellant, neutrum *ἰνσυνών*. Quare longè abest ab eo, vt duos accusandi casus suo iure postulare debeat, nempe *me*, & *hoc*. nisi si quis dicat *me* pro *mihi* positum esse, vt loquebantur antiqui, auctore *Festo*, quod mihi non fit verisimile. Deinde si quis dicat *hoc*, esse sexti, aut septimi casus, & *insueuit*, dictum esse pro *assuefecit*: ne id quidem bene procedet. nam dicimus Latine *assuefecit me la-*
 Ec

A ἰδνός, τί κ' ἔπειτα καὶ εἰς τέλος ἦσιν ἀμείνω. id est, optimus ille quidem est, qui per se mente, animo, Omnia perfrustrat, quae sint meliora futura Postea ad extrema usque nouissima tempora uita.

NEQUE ENIM, CVM LECTVL.] hęc sunt referenda ad id proximi, quod antecedit, consilium proprium. sic Pythagoras iubebat suos discipulos, quicquid aut egissent, aut dixissent interdiu, commemorare vesperi, hoc modo, Πῶς παρέβλωσ τίς ἐπέστα; τί μοι δέον ἔτελεσθη; Ἀρξάμενος δὲ πρῶτον, ἐπέστα ἦμι, καὶ μετέπειτα Διὰ δὲ ἐκαστῆς ἐπιπλοῦστος ἕρως δὲ, τέρπει, id est, quod iui: quid egi? quid, quod non oporteret, à me factū est? orsus à principio, reliqua persequere, & postea si res vitiosas egisti, te ipse obiurga: sin cum virtute coniunctas, oblectare.

A V T M E P O R T I C V S E X C E P T.] aut cum in porticum veni, ambuladi gratia. in fr. epist. i. lib. i. Non, ut porticibus, sic iudiciis fruatur isdem.

EXCEPIT] sat. 7. lib. 2. sub clara nuda lucerna quacumque excepit turgentis verbera cauda. Oda 13. lib. 2. nulla decempedis Metata priuatin opacam Porticus excipiebat Arcton.

DESVM MIHI] sume negationem, quae est supra non longe, neque, hoc modo: neque enim desum mihi, id est, non negligo quod officij mei est, cum in lectulo iaceo, aut cum in porticu ambulolo: sed haec, quae sequitur, tacite mecum loquor. deesse sibi, est non uti bonis ac facultatibus sibi vel à natura datis, vel à fortuna oblatis: ut si quis optimè à natura informatus, acerrimo ingenio praditus, rebus necessariis instructus, atque aded abundans, ac circumfluens, volupratibus & inertiae se dedat, nihil dignum tot, & tantis opportunitatibus ex se promat: si quis alicuius liberalissimi, atque opulentissimi principis amicitiam nactus, sua negligentia, & culpa rem suam minus bene gerat. M. Tull. ad Trebat. epist. lib. 7. Imperatorem liberalissimum habes, et, item opportunissimam, commendationem certe singularem, ut tibi unum commendum sit, ne ipse tibi defuisse videare. Idem Off. 3. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, tantum fac ut efficias, neve committas, ut, cum omnia tibi suppeditata sint à nobis, tute tibi defuisse videare. Horat. sat. i. lib. 2. haud mihi decero, cum res ipsa ferer. & sat. 9. huius lib. haud mihi decero: Muneribus seruos corruptam.

C bulo: sed haec, quae sequitur, tacite mecum loquor. deesse sibi, est non uti bonis ac facultatibus sibi vel à natura datis, vel à fortuna oblatis: ut si quis optimè à natura informatus, acerrimo ingenio praditus, rebus necessariis instructus, atque aded abundans, ac circumfluens, volupratibus & inertiae se dedat, nihil dignum tot, & tantis opportunitatibus ex se promat: si quis alicuius liberalissimi, atque opulentissimi principis amicitiam nactus, sua negligentia, & culpa rem suam minus bene gerat. M. Tull. ad Trebat. epist. lib. 7. Imperatorem liberalissimum habes, et, item opportunissimam, commendationem certe singularem, ut tibi unum commendum sit, ne ipse tibi defuisse videare. Idem Off. 3. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, tantum fac ut efficias, neve committas, ut, cum omnia tibi suppeditata sint à nobis, tute tibi defuisse videare. Horat. sat. i. lib. 2. haud mihi decero, cum res ipsa ferer. & sat. 9. huius lib. haud mihi decero: Muneribus seruos corruptam.

D contendere, tantum fac ut efficias, neve committas, ut, cum omnia tibi suppeditata sint à nobis, tute tibi defuisse videare. Horat. sat. i. lib. 2. haud mihi decero, cum res ipsa ferer. & sat. 9. huius lib. haud mihi decero: Muneribus seruos corruptam.

NVM QVID EGO ILLI, &c.] dij prohibeant, ut quicquam tale admittam. non committam, ut mihi tale facinus, aut erratum excidat imprudenti, non dissimile est illud, quod narrat Plutarchus de Platone in eo, quem paullo ante commemoravi libro, πῶς αὖ τις ὕπαισθησεν. ὁ μὲν οὖν Πλάτων δόξαι ἀρχιμονῆσιν ἀνθρώποις ὄφρα γένοιτο, πρὸς αὐτῶν ἀπὸν εἰδὲν λέγειν, μικροὶ ἔρ' ἐγὼ τοῖστος; id est, Quoties Plato hominibus indecorum quippiam aut loquentibus, aut agentibus praesidio fuisset, solebat discedes sic apud se di-

cere, numquid ego talis sum? IMPRVDENS] in sciens, λαθάρων ἐμαυτῶν. COMPRESSIS LABRIS] tacitus, συμμύων, muffans.

VBI QVID DATVR OTI, ILL. CH.] vbi suppetit aliquid otij, ego has-meas cogitationes mando litteris, & scribo satyras. CONCEDERE] ignoscere, vel locum dare.

MVLTA POETARVM VENIAT M.] vrbane & facetè poëtarum multitudinem notat.

AVXILIO QVE SIT MIHI] quidam libri veteres habent, auxiliòque sit mihi: quae lectio mihi quidem nō displicet: quin sic edendum curavi, verum tamen nihil refert: & recepta, auxiliòque sit mihi, ferri etiam potest.

NAM MVLTU PLVRES SVMVS.] tale est illud Platonis lib. 2. πολιτ. in princip. ὁρῶς οὐδ' ἡμᾶς, ἔφη, ὅσοι ἐσμὲν; πῶς γὰρ ἔ; ἢ πολὺν τῶστων, ἔφη, κρείττους γένεσθε, & μὴ ὀβρετε αὐτῶν. id est, Fiden' igitur (inquit) quam multi sumus? Quidni? aut igitur nobis estote potentiores, aut frate istico.

AC, VELVTI, TE, IVDÆI, &c.] ridiculè cum Iudæis poëtas confert, significans, tantam esse poëtarū turbam, ac multitudinem, tantamque in scribēdo pertinaciam, ut, quemadmodum Iudæi pleròque ad suam superstitionē, suasque cæremonias pertrahere, ac repellere solent: ita poëtae hominibus sui studia improbantibus, faciliè sint vim allaturi, eosque ad sententiam suam perducturi.

CONCEDERE] ire, venire, transire. M. Tull. de diuinat. lib. 2. Cali enim distributio, quam ante dixi, & certarum rerum notatio docet, unde fulmen venerit, quod concesserit. Idem Catil. i. fr. te parentes timerent, atque odissent tui, neque eos vlla ratione placare posses: ut opinor, ab eorum oculis aliqñ concederes. Terent. Heautont. Est. at certe concedas aliqñ ab eorum ore aliquantisper.

TVRBAM] nos poëtae, inquit, tanquam Iudæi, cogemus te in hanc poëtarum multitudinē transire, & nostras partes sequi. Nos poëtae, qui, ut Iudæi, numero vincimus, & pæne dicam, iustum exercitum conficere possumus: nec minus in scribēdi studio, quam Iudæi in sua religione, pertinaces & obfirmati sumus, te in nostram sententiam, & quasi in nostra castra traducemus.

S A T Y R A 5.

EGRESSVM magna, me accepit Aricia, Roma Hospitio modico: rhetor comes Heliodorus, Graecorum longè doctissimus: inde Forum Appi Differtum nautis, cauponibus atq; malignis. Hoc iter ignaui diuissimus, altius ac nos,

Præcinctis

A Præcinctis vnum, minus est grauis Appia tardis. (ma, ventri

Hic ego, propter aquam, quod erat deterrit Indico bellum, cenanteis haud animo equo Exspectans comites, iam nos inducere terris Umbras, & calo diffundere signa parabat: Tum pueri nautis, pueris conuicia nauta Ingerere, huc appelle, trecentos inseris: ohe Iam satis est, dum æs exigitur: dum mula ligatur,

B Tota abit hora, mali culices, ranæq; palustres Auertunt formos, absentem cantat amicam Multa prolutus vappa nauta, atque viator Certatim tandem fessus dormire viator Incipit: ac missa pastum retinacula mulæ Nauta piger saxo religat: steritque supinus. Iamque dies aderat, cum nil procedere lintrè Sentimus: donec cerebrosus profilit vnus: Ac mulæ, nautæq; caput, lumbosque saligno Fuste dolat. quarta vix demum exponitur hora.

C Ora, manisque tua lauimus Feronia lympha, Millia tum pransi tria repimus, atq; subimus Impositum saxi latè candentibus Anxur. Huc venturus erat Mæcenas optimus, atque Cocceius, missi magnis de rebus vterque Legati, auersos soliti componere amicos. Hic oculis ego nigra meis colyria lippus Illinere intere à Mæcenas aduenit, atque Cocceius, Capitoq; simul Fonteius, ad vnguè Factus homo, AntonI, non ut magis alter,

D amicus. Fundos Aufidii Lusco pratore libenter Linquimus, insani ridentes præmia scribæ, Prætextam, & latū clauū, prunæq; batillū. In Mamurrarū lasi deinde vrbe manemus, Muræna præbente domum, Capitone culinā. Posteralux oritur multo gratissima, namque Plotius, & Varius Sinuessa, Virgiliusque Occurrunt: animæ, quales, neque candidiores Terra tulit: neq; queis me sit deuinctior alter. O, qui complexus, & gaudia quanta fuerūt! Nil ego contulerim incundo sanus amico.

Proxima Campano ponti quæ villula, tectum Prebuit: & parochi, quæ debent, ligna, sallemque.

Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt, Lusum it Mæcenas: dormitum ego, Virgiliusque: Namq; pila lippis inimicū, & ludere crudis. Hinc nos Cocceij recipit plenissima villa: Quæ super est ClaudI cauponas, nunc mihi paucis

Sarmenti scurra pugnam, Mestique Cicerrī Musæ, velim memores: & quo patre natus vterque Contulerit liteis, MestI clarum genus Ofci: Sarmenti domina exstat, ab his maioribus orti Ad pugna venere, prior Sarmentus: equi te Esse feri similem dico, ridemus: & ipse Mestius, accipio: caput & mouet, d, tua cornu Ni foret exsecto frōs, inquit: quid faceres, cū Sic mutilus munitaris: at illi fœda cicatrix Setosam leui frontem turpauerat oris.

G Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus, Pastorem saltaret vti Cyclopa, rogabat: Nil illi larua, aut tragicis opus esse cothurnis. Multa Cicerrus ad hæc: donasset iamne catenam (isset, Ex voto Laribus, querebat. scriba quodd Deterius nihilo domine ius esse, rogabat Denique, cur vquam fugisset: cui satis vna Farris libra foret, gracili sic, tamque pusillo. Proxus incunde cenam prode proximis illam. Tendimus hinc recta Beneuentum: vbi sedulus hospes

Pæne arsit, macros du turbos versat in igne: Nam vaga per veterè dilapso flamma culinā Vulcano, summum properabat labere tectū. Conuiuas anidos cenam, seruosque timeteis Tum rapere, atque omneis restinguere velle videres.

Incipit ex illo monteis Appullia notos Ostetare mihi, quos torret Atabulus: & quos Numquã crepsimus, nisi nos vicina Truici

Ec iij

A Villa recepisset lacrymoso non sine fumo,
Vdos cum foliis ramos vrente camino.
Hic ego mendacem stultissimus vsque puellā
Ad mediam noctem expecto, somnus tamen
aufert
Intentum Veneri tum immūdo somnia visu
Nocturnā vestē maculant, ventremq; supinū.
Quattuor hinc rapimur, viginti & millia
rhedis,
Mansuri oppidulo, quod versu dicere nō est:
B Signis per facile est. venit vilissima rerum
Hic aqua: sed panis logē pulcherrimus, vltra
Callidus vt solet humeris portare viator:
Nam Canus I lapidosus: aqua nō ditior vrna
Qui locus a forti Diomede est conditus olim.
Flētibus hinc Varius discedit mæstus amicis.
Inde Rubos fessi peruenimus: vt pote longum
Carpentes iter, & factum corruptius imbri.
Postera tempestas melior: via peior adusque
Bari mænia piscosī. dehinc Gnatia lymphis
Tratis exstructa dedit risusque, iocōsque:
C Dū flāma sine, iura liquefcere limine sacro,
Persuadere cupit. credat Indæus Apella:
Nō ego, nāque deos didici securū agere autū:
Nec, si quid miri faciat natura, deos id
Tristeis ex alto cali demittere tecto.
Brundisium longe finis chartæq; viæq;

EGRESSVM MAGNA] in hac satyra Ho-
ratiū vrbane, & facete hominum leuitatem no-
tat, ne sibi quidem parcens: describitque suum
iter ab vrbe, ad oppidum Brundisium, Lucillij
exemplū, qui item suum ab vrbe Capuam, & ad
fretum Siciliensē descriperat. accepit autem, ha-
bent plures libri manu scripti: quam scripturam
vulgatā antepono. sic enim loquimur, accipere ho-
spitio. Plautus Amphitr. i. p. egegre veniens hospitio
publicitius accipiar. M. Tull. ad Att. lib. 2. re in Ar-
pinati videbimus, & hospitio agresti accipiemus. & ita
Virg. lib. 3. Æneid. Illos porticibus rex accipiebat in
amplis. Verumtamen excepit non damno.
ARICIA] Strabo lib. 5. μέλα δὲ τὸ Ἀλβανὸν
Ἀρῖα καὶ πόλις ἔστι τῆ ὁδῷ τῆ ἀππια πό-
λιος δ' εἰσὶν ἐκ τῆ Πόλεως ῤῆ. id est, Post Albanū
autem, est vrbs Aricia in via Appia. Distat autē
ab vrbe Roma stadia centum sexaginta.
GRÆCORVM LONGE DOCTISS.]
aliquot libri manu scr. habent Græcorū lingua do-
ctissimū. ego tamen vulgatam & receptā lectio-

nem tueor, præsertim ab aliis libris manuscr. cō-
firmatam. Quod si omnes libri eos, qui lingue
malunt legi, adiuarent, quod non fit, tamen hæc
lectio vix ferri posset. Nam cum hic Heliodorus,
natione Græcus esset, nonne laus esset ridicula, si
Horatius eū laudaret, quod Græcæ linguæ scien-
tiam maximam haberet? nempe vt si quis Gallū,
quod Gallicæ. Præterea solet Horatius coniun-
gere vocem doctus cum accusandi casu. vt, Dul-
cis docti modos, &c. Doctæ sermones utriusque
lingua.

FORVM APPII.] à foro Appij vsque ad
Feroniam per Pontinas paludes tunc nauigare
licebat.

DIFFERTVM NAVTIS] hac, & illac
refertum, propterea quod eā nauigare solebat.
vñs est hac voce sine nomine casus ablat. epist.
ad Numic. lib. 1. qui manē plagas, venabula, seruos
Differtum transire forum, populūmq; iubebat. Ca-
tullus iunxit cum gignendi casu, epigr. in Asiniū,
est enim lepōrum Differtus puer ac facetiarum. Sic e-
nim legendum censeo: vbi vulgō legitur Disertus
puer, &c.

MALIGNIS] malignis, epithetum est nomi-
nis, cauponibus, quantum vis licet reclamaret A-
cron. Dicuntur autē caupones maligni, quia ma-
gna ex parte res eas, quas vendunt, maligna men-
sura metiri consueuerunt. est enim malignum
idem ferē, quod angustum, parcum, exiguum, vt
dicimus ad epist. ad August. libi, laudare malignē.
perfidus appellat Sat. 1. Perfidus hic caupo.

DIVISI MVS] cum esset vnus diei iter, bi-
duum in eo conficiendo consumimus. ex vnus
diei itinere, duorum dierum iter fecimus.

ALTIVS, AC NOS, PRÆCINCTIS
VNVM] quod vno die confici potest ab iis, qui
sunt nobis expeditiores, & (vt Græco verbo di-
cam) εὐχρότεροι. Seruius ad illum Virgilij lo-
cum Æneid. 8. extr. & discinctos Mulciber Afros,
hunc Horatij locum profert, alti; præcinctos op-
poni discinctis, his verbis, vel habitū eorum osten-
dit, qui vsque ad talos stuebat, &c. vel discinctos di-
xit inhabiles militie. omnes enim, qui militant, cincti
sunt: vel inefficaces: vt contra præcinctos, strenuus di-
cimus. Horat. altius ac nos præcinctis vnū. Vnde &
Græcè εὐχρότος appellatur, non qui bonam zonā
habet, sed qui est strenuus.

MINVS EST GRAVIS APPIA] via
Appia minus est laboriosa iis, qui tardē ambu-
lant, propter crebra diuersoria.

VENTRI INDICO BELLVM] non ce-
no. allegoria. non valde dissimilis est illa, in sat. 8.
lib. 2. Da, si graue non est, Quæ prima iratum vētrem
placauerit esca.

HAVD ANIMO ÆQVO] iniquo animo,
agrē, grauatē.

IAM NOX INDVCCERE TERRIS,
&c.] periphrasis noctis appropinquantis & ad-
uentantis.

PVERI] serui conuicia nautis ingerebant,
puero-

A puerorum autem appellatione etiam serui intel-
liguntur, vt docent iurifconsulti.
HVC APPELLE] nauem subintell. verba
autem sunt puerorum à dominis præmissorum,
nautas iubentium ad certam ripæ partem, nauim
appellere.

TRECENTOS INSERIS] dicuntur hæc
quoque à pueris, vel dominis ipsis iam ingres-
sis, nautæ, plureis quàm par sit, vectores in na-
uim imponēti, vt maiorem quaestum faciat. Alij
putant esse nautæ verba stomachantium, quod plu-
reis in nauim imponatur, quàm pactus sit: à qui-
bus dissentio. Hoc enim quotidie videmus, nau-
tas & portitores quàm plurimos possunt, in na-
ueis recipere, vt plus lucri faciant, reclamātibus
vectoribus, qui, quo plures sunt, hoc & angustius
in naui sedent, & periculosius nauigāt. Præterea
hic non est ab vno, aut paucis conducta nauis,
B (quod si factum esset communi omnium nomi-
ne pretium solueretur) sed nauta singulos in na-
uem suam recipit, & à singulis pretium exigit.
sunt autem legenda sine interrogatione. inseris,
ἐμβολὰς εἰς τὴν ναύην.
Æs] pretium, quod datur nautæ à vectoribus,
nauilum.

DVM MVLTA LIGATVR] quæ nauim,
cui alligata est, trahat aduersā aqua.

CVLICVS] κνώπες: vnde conopeum Od. 9.
epod. genus est infecti valde infestum & inimi-
cum dormire volentibus. Nam cum sua prom-
piscide ora pertundat, & lancinet, sanguinēque
tamquam siphone quodam eliciat, atque exsug-
gat, tum ita horribili clangore aureis verberat,
vt somnos ex oculis excutiat. canam culicem di-
xit Plautus in Casina, de sene amatore, in gene-
re fæmin.

RANÆQVE PALVSTRES] Columella
de cultu horrorum, Nam neque sicca placet, nec quæ
stagnata palude Perpetitur querula semper conuicia
rana.

AVERTUNT SOMNOS] diuellunt, aut
depellunt somnos, vt loquitur epist. 10. lib. 1. Est
vbi diuellat (seu, vt habent alij libri, depellat) som-
nos minus inuida cura?

PROLVTVS] à proluendo: quo verbo vt-
tur sat. 4. lib. 2. leni præcordia mulsu Prolueris me-
lius. & Virgil. lib. 1. Æneid. pleno se proluit auro.

VAPPRA] vino, cuius deperit sapor. lege an-
non. sup. ad illum locum, vappam inbeo ac nebula-
nem. sat. 1.

VIATOR] qui mulam moderabatur.

TANDEM FESSVS DORM.] hactenus
intelligendū est nauē processisse, & hęc procedere
desinere, mula videlicet soluta, & pastū missa

RETINACVLA] funeis, quibus alligatam
nauem trahebat mula.

STERITQVE SVPINVS] nō dicit dor-
mit, sed stertit: id est, altum & securum somnū
dormit. sic supra sat. 3. noctis vigilabat ad ipsum
manē, diē totū stertebat. M. Tull. in Lucullo, per me

vel stertas licet, inquit Carneades, non modō quiescat. **E**
CREBROSVS] cerebro malē affecto:
mente commota. Plaut. Mostell. senex hic cerebro-
sus est. quidam cerebrosum interpretantur ὀξέ-
χολον, seu ὀξέθυμον, id est, iracundum, & qui ce-
lenter irascitur: putantq; Bollandum illum descri-
bi, de quo sat. 9. Q te Dolkane cerebri Felicem, aiebat.
Nonius. cerebrosi ad insaniam faciles, & quibus fre-
quenter cerebrum mouetur. Lucill. Te primum cū istis
insanum hominem, & cerebrosum.

DOCT] pulsat, verberat. tralatio est à fa-
bris lignariis, qui dolabro ligna dolant. M. Tull.
de diuinat. lib. 2. quis robur illud cecidit, dolauit, in-
scripsit?

EXPONIMVR.] è nauī. verbum est valdē
ad hanc rem accommodatum, eoque vitur Cæsar **F**
non semel. vt lib. 3. de bello ciu. quibus regionibus
exercitum exposuisset. & Virgil. lib. 10. socios de
ruppibus albis, Pontibus exponunt. idem lib. 6. Tan-
dem trans fluuium incolumēis uatēmq; virūmq; In-
formi limo, glaucāque exponit in vlna. Sic & Græci
loquūtur. Sophocl. Philoct. Εἶψ' ὃ κέραιπ' ἄ πα-
τρός ἑλλήνων τρεφείς, Ἀχιλλέως παῖ Νεοπτό-
λεμος, ἢ Μηλιά Ποιάντος ἕρον ἐξέθη' ἐγὼ πάλαι:
id est, hic ὁ vtri optimi Græcorum patris Achil-
lis filii Neoptoleme Theffalūm Præantis filiū ex-
posui ego quondam.

FERONIA] Feronia, vrbs est Tarracina: vi-
cina, & Dea, & fons eiusdem nominis, de qua **G**
virg. Æneid. 7. (vbi Seruius notat, Feroniam Iu-
nonem esse virginē.) Dionys. Halicarn. lib. 3.
his verbis, ἱερὸν ἔστι κοινὴ τιμωμένων ἑσπέρων σα-
βίνων τε καὶ λατίνων. ἄλλοι εἰ τοῖς πάντων, γένος
Φερονείας ὀνομαζομένης, ἡδὲ οἱ μεταφράζοντες
εἰς τὴν ἑλλάδα. γλώσσῃσιν οἱ μὲν ἀνθηρόρον, οἱ δὲ
φιλοσέφανον, οἱ δὲ Περωσέφον, καὶ ἄλλοι. id est,
templum est, quod communiter à Sabinis, & Lau-
tinis colitur, in primis sanctū Deæ Feroniæ: quæ
nominatur: quam qui interpretantur Græcè, alij
Florigeram, alij coronarum amantem, alij Pro-
ferpinam vocant.

REPIMVS] lentē, & quasi rependo ambu-
lamus. tralatio est, & ita Græci. Theocrit. θαλυ-
σσίς, Ἡς ῥέπος, ἀνὴρ ἐγὼ τε καὶ Εὐκρίτος εἰς
τὸν Ἀλεγνῶν Εἰρπομέας ἐκ πόλιος, id est, Tem-
pus erat, cum ego & Eucritus ad Alentem ex vr-
be repebamus. repimus autem in præsentī ha-
bent libri ferē omnes veteres: quos secutus sum.

ANXVR] Tarracinam, oppidum Volscorū.
Festus. Anxur vocabatur, quæ nunc Tarracina di-
citur, Volscæ gentis, sicut ait Ennius Volsclū perdidit
Anxur. Liuius lib. 4. Anxur fuit, quā nunc Tar-
racina sunt, vrbs prona in paludis. Seruius ad eum
Virgil. locum lib. 7. Æneid. Circūmq; iugum,
quæis Iupiter Anxurus aruis Præsides, &c. notat, Io-
uem, qui circa hunc Campaniæ tractum coleba-
tur, Anxurum dictum esse, quasi ἀνευ ζυγῶν, id
est, sine nouacula, quia nondum barbati rasilset:
& ibidem Iunonem virginem, Feroniam: vt
paullo antē diximus.

A C O C C E R I V S] Nerua iurifconsultus: cuius nepos fuit imperator Nerua.
A V E R S O S] Caesarem Augustum, & M. Antonium significat, inter se tum diffidentis.
C O M P O N E R E] placare inter se: in pristinam gratiam restituere.
I L L I N E R E] ego (inquit Horatius) oculos meos lippitudine affectos, colyriis inungebam. colyria, medicamenta ad lippitudinem sanandam vitia *ἄπο τῆς καλλίης τοῦ βίου*, id est, à prohibenda fluxione dicta, non *ἄπο τῆς καλλίης*. iccirco vno l. excudendum curavi. nigra autem erant, quia componebatur ex lycio, glaucio, opio, acacia, hypocythide, & similib. lege Cornel. Celsum lib. 6. de colyriis.
A D V N G V E M F A C T V S H O M O] spectatissimus homo: vel politissimis moribus homo. vide ann. ad illum locum, & *exaltis minimum distantia*, epist. ad August. vbi quid sit ad *unguem factus*, declarauimus. Seruius profert hunc locum ad illum Virgil. Georg. 2. *nec fecius omnis in unguem Arboribus positus*, & c. vbi in unguem interpretatur, ad perfectionem: atque translationem esse à marmorarum, qui iunguntur vnguib. probant. Capito autem cognomen est, Fonteius nomen, vt sit, Fonteius Capito.
A N T O N I, N O N V T M.] id est, ita Antonij, seu Antonio amicus, vt non alius magis.
F V N D O S] Strabo lib. 5. *Φεῦδος πόλις ἐν τῇ δὲ τῆς Ἀσπιδος κειμένη*, id est, Fundi vrbs in via Appia sita.
A V F I D I O L V S C O P R A E T O R E] Existimât quidam hic significari, ac describi ab Horatio Cn. Aufidium cæcum, prætorium hominē, de quo M. Tull. lib. 5. Tuscul. his verbis. *Pueris nobis, Cn. Aufidium Prætorius, & c. vbi in senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, & Græcam scribebat historiam, & videbat in litteris*: sed vehementer errant. nam repugnant ætates, & tempora, cum Horatius M. Tullio multo fuerit ætate posterior, & Tullius scribat, Cn. Aufidiū se pueri prætorium, & senatorem fuisse. de eodē idem M. Tull. lib. 5. de finibus. Adde quod hic Aufidius, quem ridet Horatius, Fundis præturam gerebat: ille alter Romæ gesserat.
I N S A N I R I D. P R A E M. S C R.] cur insanum appellet, exputare non possum, nisi dicamus propterea, quod cum scriba fuisset, prætoris insignibus vtetur: quod non probo. Nam si eum prætorē fecerat populus Fundanus, insanisset potius, si magistratus insignibus non vtetur, quantum vis licet ex scriba prætor esset factus: nisi quis dicat, eum se insolenter gessisse, & magnificè circumspexisse, quod his insignibus ornatus esset: quasi verò Romæ præturam gerreret, non Fundis in paruo municipio. iccirco dixit supra proximè *Fundus Aufidio Lusco prætorè Linquimus*, Romanorum cōsuetudinē imitans, qui solent ita loqui, hoc aut illud factum est hoc & illo consulibus.

P R A M I A S C R I B A] vocalis a corripitur, etiam si sequantur tres consonantes, quod quomobrem fiat, discite ex Prisc. lib. 2. vbi hūc locum testem producit. lege annot. ad illum locū, nisi *olenti in fornice stantem*, sat. 2. huius lib.
P R A T E X T A M] togam purpura prætextā, insignie magistratum. Vtebantur & pueri prætexta vsque ad pubertatem: quo tempore sumebant togam virilem, quæ & pura dicebatur. M. Tull. lib. 6. epist. ad Attic. epist. 1. *Togam puram Liberalibus cogitabam dare*.
L A T V M C L A V V M] de lato clauo, vide quæ annotata sunt ad illum locum & *latum demisit pectore clauum*, sat. proxima infra
P R V N A Q V E B A T I L L V M] hoc etiam iure vtēbatur prætor municipalis, vt ipsi è balneis publicis prunas sumere liceret: vel refer hoc ad morem ignis magistratibus & imperatoribus præferēdi: quod magis probo. batillum autem aiunt esse ferreum vas, quo pruna colligitur. Plin. lib. 33. cap. 8. *batillis ferreis candētib. pramento argenti imposito, quod candidis permaneat, probatur*. Quidam batillum dictum putāt à voce Siculo *βατῆλον*, quod patellam significat: Alij patillum legi volunt à *πατῆλον*, quod idem significat. in quibus libris veteribus scriptum reperit *vatillum*. Non desunt qui putent legendum *batillum*. à quibus dissentio.
I N M A M V R R. V R B E] Formis. Mamurram Cæsaris amicum insectatur aliquot locis Catullus, vt in Cæsarem. *quis hoc potest videre, qui potest pati, Nisi impudicus, & vorax, & aleos Mamurram habere, quod comata Gallia Habebat, & cuncta vltima Britannia* sic enim legendum esse hunc versum ex veteribus libris admonuit vir humaniss. Gabriel Faërus. eodē pertinent illa Ciceronis ad Attic. lib. 7. *Et Labieni dinitia, & Mamurra placent, & Balbi horti, & Tusulanum?* Fuit autē Mamurra, eques R. præfectus fabrūm C. Cæsaris in Gallia, quem primum Romæ parietes totius domus suæ in Cælio monte crusta marmoris operuisse Cornelius nepos tradidit, vt scribit Plin. lib. 36. cap. 6.
M V R A N A P R A B. D O M.] significat, H Murænam, tectum, quod se recipere, præbuisse: Capitonem autem cenam dedisse. præbente valet *παρέχοντος, ἢ τοῦ παρέχοντος*.
S I N V E S S A.] Sinuessæ oppidum Minturnis proximum. Horat. epist. ad Torq. lib. 1. *Iner Minturna, Sinuessanūque Petrinum*.
A N I M A] homines. sic loquitur Græci *ψυχῆς*. M. Tull. Terentia, & Tulliola. *vos meæ carissima anima quam sapissimè ad me scribite*. ordo autē verborū hic est, meo quidē iudicio: animæ tales, quales terra non tulit, & quibus candidiores terra non tulit, & quibus non sit alter me deuinctor. huic loco similis est ille Od. 5. ep. *Nardo perunctum, quale, nec, & c.*
C A N D I D I O R E S] integriores. vt sup. Od. 11. epod. *candidum pauperis ingenium*. & Od. 13. eiusd.

A eiusd. *Candide Macenas occidit saepe rogandō*. & Od. 18. lib. 1. *non ego te, candide Bassareus, Inuitum quatiā*. Cælius Ciceroni lib. 8. epist. *cauendum tibi erit, ne parum simpliciter, & candidè posuisse inimicitias videaris*.
N I L E G O C O N T V L E R I M I V C.] Plautus paullo aliter quidem, sed non minus probabiliter, in Epidico. *Nihil homini, amico est opportuno amicus: sine tuo labore, quod velis, actum est tamen*. Idem Trinūmo. *Verum est verbum, quod memoratur: vbi amici, ibi sunt opes*. sed cur nō dixit potius, *Nil ego contulerim sincero sanus amico?* An hoc sensit Horatius, iucundū esse nō posse, nisi sit verus, & sincerus, & vt Græci dicunt, *ἀληθινός καὶ ἄδολος*? An Epicuri sententiā spectauit, qui dicebat, etiā amicitias propter voluptatem esse expetendas, easque non modò fautrices esse fidelissimas, sed etiam maximarum voluptatum effetrices, tam amicis, quàm sibi? Sed de amicitia, vrūm vsus, an rectum nos ad eam trahat, vide quæ annotata sunt ad illum versum sat. 6. lib. 2. *quidue ad amicitias, vsus, restitūne trahat nos*.
T E C T. P R A B V I T] ἐπίορισε, seu παρέχε. in ea villula diuerfari sumus, & pernoctauimus. ea villula nostro recepit.
P A R O C H I] parochi *ἄπο τῆς παρέχειν* sunt appellati: quod valet præbere, quorum erat hoc munus, vt iis, qui publicè mittererūt, ligna, & salē, & similia præberēt, ac suppeditarēt. sat. vlt. lib. 2. *parochij* per translationē videtur posuisse pro eo, qui cenam præberet, & pro cōiuiatore. *verte re pallor Tum parochij faciem, & c.* vide annot. ad satyrā superiorem, ibi. *Præter eum, qui præbet aquam*. Iam verò admonuit me Germ. Valēs, *parochum* significare præterea *ἄδωννον*, & nuptiarū auspice apud Aristoph. auihus. sic Aristoph. nō longè ab extremo: *Ζῆνός πάροχος γάμων, Τῆς τ' ἐδάμμογος ἡρας*, vbi interpret, *πάροχοι λέγονται οἱ ἄδωννοι, ἄδων τὸ παροχέσθαι τοῖς νυμφίοις, ἐπ' ὀρχήματος γὰρ τοῖς νύμφαις ἀρουσιν*: id est, parochi dicuntur nuptiarum auspices, seu nuptijs celebrandis curatores, propterea quod vnā cum sponsis, & iuxta sponfos in curru vehantur. Nam in curru sponfas portare solent. Idem docet Suidas in voce *πάροχος*: & Eustathius ad illum locū ἰλ. λ. *Αντῆρος αὐτὸν παρέβασα ἀεκλυτὸς*, & c. vbi tradit hoc præterea Eustathius, tres gestari, seu vehi solitos in curru nuptiali: sponfam, mediam: sponsum & parochum extremos, alterum scilicet à dextra parte, alterum à læua.

libri vulgati, *ἢ multi Capuae*.
L V S V M I T M A E C.] pila, vt intelligere, licet ex proximo versū. *Namque pila lippis, & c.*
N A M Q V E P I L A L I P P I S, & c.] lippitudine laborabat Horatius, cruditate Virgil. Iudus pila autem lippis quidem, & crudis inimicus est, quia vtriusque quiete, & abstinentia cibi opus est: sed crudis magis, quàm lippis.
C R V D I S] agrè cibum concoquentibus. supra Oda 8. epod. *velut cruda bonis*, & epist. 6. lib. 1. *crudi, tumidi que lanæmur*. M. Tull. pro Cluent. *cum ad illum prædium crudior venisset, & c.*
P L E N I S S I M A] copiosissima, refertissima, abundantissima.
Q V A S V P E R E S T C L A V D I C A V P.] que Claudij cauponis innatet, quæ est supra Claudij cauponas. legendum autem putauī aliquid *supra est*, vel *supera est* (supera enim valet supra) non *super est*: sed vt veteres codices repugnant, & nobiles grammatici tradiderūt *super* nonnumquam idem valere, quod supra. *Claudi* autem habent omnes libri veteres: quod valet, *Claudij*.
N V N C M. P. S A R M. S C. P. M q; C I C. M V S A V.] Solent poetæ in re magna, ac difficili, quasi ingenio suo diffidentes, Mufas appellare, atq; ad earū numen cōfugere: vt Homer. ἰλ. β. *Græcarum nauium numerum, & ducū nomina persecturus, Εἰσπέτε νῦν μοι μῦσαι δόρυμπα, δάματα ἔχουσαι Ἰμείεις γὰρ θεαί εἰσι, παρέσθαι τε, ἴσθαι τε πάντα, Ημεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκχοέθου, & δέπαι ἰδύου, & c.* id est, *Dicite nunc mihi mufa, qua domos celestis incolitis: vos enim dea estis, & ad estis, & omnia nouistis: vos autem famam duntaxat acceptistis, neq; quicquam scitis, & c.* & ἰλ. λ. quot & quantas strageis Agamemnon ediderit, narraturus, *Εἰσπέτε νῦν μοι μῦσαι, & c.* Otijs δὲ ἑρῶτος Αγαμέμνονι ἀντίος ἦλθεν, & c. id est, *Dicite nunc mihi mufa, & c. incensum nauium Græcarum descripturus, Εἰσπέτε νῦν μοι, & c.* O πῶτος δὴ ἑρῶτον πῦρ ἔμπεσε. quem locū M. Tullius lib. 1. epist. ad Articiū ab Homero mutuatus est, **H** eo in loco, in quo scribit de turpitudine illa iudicij Clodiani, expostiturus cuius operā Clodius sit absolutus. verba Ciceronis sunt hæc. *responsurum hominē nemo arbitrabatur. Εἰσπέτε νῦν μοι μῦσαι, & c.* O πῶτος δὴ ἑρῶτον πῦρ ἔμπεσε. *Nosti Caluum ex Nanneianis, illum laudatorem meum, de cuius oratione erga me honorifica ad te scripseram. biduo per unum seruum, & eum ex ludo gladiatorio, confecit totum negotium.* & Theocrit. *Διοσκουρ. Πῶς γὰρ δὴ διὸς υἱὸς ἀμφότρον ἄνδρα κατέβλεπεν, Εἰπέθρα, σὺ γὰρ οἶσθα, ἐγὼ δ' ἐτέρων ἕσσοφῆτις. i. Quomodo enim Iouis filius edacem hominē interfecerit, dicit mihi dea: tu enim nosti: ego autem aliorum vates & sacerdos.* & Virg. *Æn. 7. Pandite nunc Heliconæ Dea, & c.* & Plato in Euthydemo. *ὡς ἐγὼ γε, καθάπερ οἱ ποιηταὶ, θεοῦ μιν, ἀρχόλυτος τῆς διηγήσεως, Μῦσαις τε, καὶ*

A *μημεσίονεν ἔδικα λέειδεν*. Quare ego quemadmodum poeta necesse habeo initio orationis, Musas, & Mnemosynen invocare. Ita & hic Horat. vrbane & facere in re ridicula Musas invocat.

MESSI CLARVM GEN. OSCI.] *ἔρω-νεία* est. Osci enim omnium ferè Italiae populorum pessimè audiebant, turpissimique habebantur, & *αἰχροποιοί*. Itaque Festus obscaenum vult esse ab Osciis deductum (qui olim Opisci dicti sint) propter libidines obscenas, quae apud eos increbruerant. Varro autem lib. 6. obscaenum non ab Osciis, sed vel à scæna, vel à nomine Græco *αἰχρός* vult esse ductum. erat igitur hic Messius Osciis: Sarmætus vix liber, nam seruitutē seruiertat.

B SARMENTI DOMINA EXSTAT.] à qua est manumissus. Sarmætum quendam puerum commemorat Horatius in Antonio, si forte is est, quem hic describit Horat.

EQUI TE ESSE FERISIM. D.] equiferi, id est, equi indomiti. Quin ferum interdum dicitur Latini pro equo. Virg. lib. 2. *inque feri validam compagibus aluum*, &c. Accius Medea. *Perite in stabulis frenos immittens feris*.

ET IPSE MESSIVS] & Messius respondens, accipio (inquit) plagam, quam tu mihi infligis.

CAPVT ET MOVET] Messius. *caput mouere*, gestus minantis, vt alibi annotabimus.

OTVA, CORNVNIFORET] hæc sunt verba Sarmenti: quid faceres (inquit Sarmætus)

C O MESSI, si cornu tibi non esset excisum, quod tu gerebas in fronte, cum sic mutilatus miniteris? id est, si non accepisses vulnus in fronte? si non haberes frontem insigni cicatrice deformatam?

MVTIVS] cornu amisso. tralatio à bobus mutilatis. cornu autè est excisum esse dicit, cumque mutilum appellat, non quòd re vera cornua vniquam habuerit: sed quòd cicatrice illa obducta similis ferè bobus mutilatis.

AT ILLI FOEDA CIC.] Horatius his verbis Sarmenti iocum in Messium Cicerrum Campanum de cornu exciso, & mutilata fronte, explicat hoc modo: illi (inquit Horatius) Cicerro, inquam, foeda cicatrix, quæ erat in laua faciei parte, frontem hirsutam, ac pilosam deformatat. sc-

D tosam autem faceret dixit potius, quàm hirsutam. *ὄσφι βολεῖα*.

CAMPAN. IN MORB. &c.] Sarmētus (inquit Horat.) multa iocatus in turpitudinem, & impuritatem oris Campani, Cicerrum orabat, vt Cyclopa saltaret, id est, saltando ageret, ac referret, quia videlicet corporis statura Polyphemum Cyclopæ æquare videbatur: fortasse etiã propter oris cicatricem, qua Polyphemus similis videri poterat, posteaquam ei Vlysses oculum effodit. Campani, qui antea Osci dicebantur, habitati sunt (vt dixi) ore impuro, atque incesto: *τῶν ἔξῃ τῶν φομαπὶ αἰσχροποισίντες, ἡξὶ λαοβιάζοντες*. morbum igitur animi intellige, vt supra Od. 37. lib. 1. *Contaminato cum grege turpium Morbo virorum*.

M. Tull. lib. 1. accusat. *Nam ille quoque, sodalis istius erat in hoc morbo, & cupiditate*. Alij per morbum Campanum, arrogantiam Campanam significanti volunt: quam M. Tullius in oratione de lege Agr. habita in sen. declarat his verbis: *si superbia nata imbi esse ex Campanorum fastidio videtur*, &c. & in ea, quæ habita est ad Quir. *Itaque Campanam illam arrogantiam atque intolerandam ferociam ratione & consilio ad inertissimum & desidiosissimum otium perduxerunt*. ego tamen priorem explanationem magis probo.

PASTOREM SALTARET, &c.] saltare Cyclopa, est saltando Cyclopa imitari ac referre. Arnob. lib. 7. aduersus gentes, *Ponit animos Iupiter, si Amphitruo fuerit atius, pronitiatusq; Planinus? aut si Europa, si Leda, si Ganymedes fuerit saltatus, aut Danaë, motum compefit irarum?* infra epist. ad Pis. *nunc agrestem Cyclopa mouetur*. Scribit Paterculius, Placum in conuiuio genibus innixum Glaucum saltasse.

NIL ILLI LARVA, &c.] neque larua ei opus esse, quia ore ita deformati esset propter scdam cicatricem, vt instar laruæ videri posset, neque cothurnis, quia magna corporis esset statura.

CICERRVS] in Sarmētum, qui seruitutem seruitutem.

DONASSET IAMNE CATENAM, &c.] quarebat (inquit Horatius) à Sarmento, iamne ex voto donasset Laribus catenam, eò quòd manumissus, & catena, seu compede liberatus esset. Solebant veteres, labore aliquo, vel metu, vel periculo defuncti, Diis immortalibus nonnullum suorum præteritorum malorum infigne, ac monumentum consecrare, vt gladiatorum arma Herculi. epist. 1. lib. 1. *Peianius armis Hercules ad postem fixis latet abditus agro*: naufragi Neptuno tabulam, quæ sui naufragij imaginem expressam contineat. vt Od. 5. lib. 1. *me tabula sacer Vatiua paries indicat humida suspendisse potenti Vestimenta maris Deo*. ita & pueri bullam Penatibus, seu Laribus, togam virilem sumturi: & virgines nuptura, puppas Venere. Sic igitur & hunc Sarmētum significabat Cicerrus catenam Laribus ex voto consecrare H debuisse.

SCRIBA QVDD ESSET, &c.] hæc sunt coniungenda cum iis, quæ deinceps sequuntur, vt sit hæc eorum sententia: quòd autè scriba esset Sarmētus, non eo minus esse feruum, neque seruilem conditionem excussisse: aut certè non minus esse libertum. liberti autem certas patronis operas debebant, vt ex pandectis iuris ciuilibus intelligere licet.

DETERIVS NIHILO] nostri libri veteres ferè omnes, & ij, quibus in Italia, & ij, quibus in Gallia vsi sumus, habent, *Nihilo deterius*, quam scripturam probo. licet etiam legere *Nilo deterius*. talia sunt illa *vehemens*, & *ueniens*: prebendo, & prendo. ROGABAT DENIQVE CVR

VMO. F.] sic scriptum est in vno codice Vaticano,

A cano, Donati, Faëni, Tornef. Nicotiano, Clericano, Daniellis. Videtur autem hæc esse sententia, denique rogabat cur hic Sarmētus fugisset vniquam à domina, quasi ab ea nimis parcere aletur, & quasi apud eam esuriret, rebuq; necessariis egeret, cum esset tam gracili, pusilloque corpore. Quidam putant iocum esse ex contrario, meramque *ἔρωνείαν*, & legunt *numquam*, quasi Sarmētus scurra, ingenti corporis fuerit statura, idemque edacissimus: qua de re non pugnabo. Hoc tantum dicam, Sarmætum non fuisse obiecturum Cicerro immanem corporis staturam illis verbis, *Pastorem saltaret vti Cyclopa*, &c. si ipse eidem maledicto, seu falsè dicto opportunus esset. Vnde existimo primum legendum esse *unquam*, vt habent omnes libri veteres, & plerique vulg. deinde hunc Sarmētum breui corporis statura fuisse.

B CVI SATIS VNA FARR. LIB.] Donatus in Phorm. tradit, seruos accipere solitos esse in singulos menses, quaternos modios frumenti: idque (inquit ille) dimensum dicebatur. Præterea constat in diurnum victum non plus se libra farris quemq; Romæ accipere solitum. Et lege decemuirali victi debitorum vel de suo viuebant, vel se libram farris in victu diurnum à creditoribus accipiebant. Verba legis *x i i*. tab. sunt hæc, apud A. Gell. seu, vt alij appellat, Agellium, lib. 20. cap. 1. *si volet, suo viuito: nisi suo viuit, qui eum victum habeat, se libram farris in dies dato*. sic enim legendum censet, vel hoc modo, *libra s*, id est, libræ semissem, seu libræ dimidiū: *ἡμιλιτρον*. Constat autem veteres frumentum non solum metiri, sed etiam pendere solitos.

BENEVENTVM] oppidum, & coloniam populi Rom. quod nomen benè ominandi causa Romani ei imposuerunt, cum antea à Gracis Maleuentum nominaretur. Mala enim nomina fugiebant Romani, quia essent mali ominis.

SEDLVVS] officiosus quidem ille, & bona fide suum munus administrans: sed non satis cautus, neque consideratus. vide annot. ad epist. ad Vinnium Afell. lib. 1.

PÆNEARSIT, M. D. T.] sic huc locum restitui vnum codicem antiq. securus. nam in aliis omnibus præposito ordine scriptum est, *Pæne macros arsit dum turbos*, &c. quam scripturam quauis non damnem, vt tor librorum testimonio confirmatam, alteram tamen magis probo. Turdos autem quòd macros fuisse dicit, eò hospitem notat. præterea hospes arsit, id est, hospitis domus: vt Virg. Æn. 2. *iam proximus ardet Vcalegon*.

VVLCAÑO] igni. vt Virg. ibid. *dedit amplam ruinam, Vulcano superante domus*.

LAMBERECTVM] sic Virg. Æncid. 2. *tactūque innoxia molli Lambere flamma comas*, & *cir cum tempora pasci*.

CONVIVAS AVIDOS, &c.] id est, cerere licebat, coniuuas, & seruos trepidos cenam è flamma rapientis, & communi studio ignem

restinguere conanteis, vt cenā seruarent scilicet. E NOTOS] quia Horatius erat Venustinus. *Lucanus, an Appulus, anceps*. lat. 1. lib. 2.

ATAVVLVS] ventus Apuliam infesta redens, quem Horatianum appellat Gellius lib. 2. cap. 22.

EREPSEMVS] id est, erepissimus, vt infra lat. 9. *huncine solem Tam nigrum surrexe mibi?* cuius generis aliquot exempla colligere haud me pigebit, vt studiosorum adolescentium labore minuam. lat. 3. lib. 2. *duo prædica diques Antiquo censu natis diuise duobus*. ibid. *Gaudes si cameram percussisti sorte*. lat. 7. ciuid. lib. *Euassit? credo metus, doctusque cauebis*. Lucret. lib. 1. *iam copia materiai Undique ponderibus solidis conflueret ad maum*. ibid. supra, *Omnia enim debet, mortali corpore que sunt, Infinita ates consumse antea, diésq; idem lib. 3. Nec tenet, amissam lauam cum tegmine saepe Inter equos abstraxe rotas salceisque rapaceis*. Idem lib. 5. *Aut morbo delirantes procraxe ferantur*. Catull. ad C. Licinium Caluum. *quem tu scilicet ad tuum Catullum Misti?* id est, misisti. idem de coma Berenices. *At tu non orbum luxuri deserta cubile, id est, luxisti. & eodem carm. Iupiter: vt testis lumina saepe manu!* idem ad Rufum. *siccine subrepsi mi*. pro subrepsisti. idem ad Aufilenam. *Aut facere ingenua est, aut non promisse pudice*. Terent. *accepit. non tu eū rus hinc modo Produxe aiebas?* Idem in Hecyra. *vt veni, itidè incertum amissi*. Virg. Æn. 4. *natumque patremque Cum genere extinxem*. Idem lib. 1. *penitusque sonantem Accipitis scopulos*. Idem lib. 11. *Fixet, cui vitam dedit, aut sua dextra dedisset*. erepsemus autem tralatum est à reptilibus animalibus, pro eo, quod est lentè ambulando superassemus, vt supra *Milliatum pransi tria repimus*.

TRIVICIVS] oppidum est in finibus Capaniae. LACRYMOSVS] lacrymoso ab effectu, id est, lacrymas excitante, propter acrimoniam suam. Virg. Moreto. *sape manu summa lacrymantia lumina tergit: Immeritūque furēs dicit conuicia fumo*. hinc natus iocus Plautinus A sin. *Sed num fumus est hæc mulier, quā amplectare?* Arg. *Qui dum? Lib. quis oculi sunt tibi lacrymantes, ego rogavi*. Sic fere lacrymosum vsurpauit epist. 1. lib. 1. *vt propius spectes lacrymosa poemata Phippi*. sic Græci, in his Homeris, *πόλεμον, δακρυόεντα*, & *μάχην δακρυόεντων* appellat, id est, bellum lacrymosum, & pugnam lacrymosam.

MENDACEM] epist. 1. lib. 1. *vt nox longa, quibus mēitur amica, diésque Longa videtur, opus debetibus*, &c. vt huc puellam, mendacem appellat, eam, quæ non dat quod promissit: sic Od. 1. lib. 3. *fundum mēdacem, qui spem agricolæ fallit: neq; multo aliter Oda 17. epod. vbi Canidia respondens Horatio, inducitur, lyram mendacem, quæ falsis laudibus Canibiam mendacem*.

SOMNVS TAMEN AVFERT.] somnus me occupat: somnus me opprimit, & caluitur, vt loquitur Plautus.

INTENTVM] vel animo, vel corpore, vel

A vtroque. mentula enim à mente dicta est, quòd, si mens à re Venerea auersa sit, nihil pars illa corporis magnopere ad eam rem confert.

T V M I M M. S O M N I A V I S V.] significat, ac describit nocturnam feminis eruptione, quæ fit in somno, quam Græci ἐξορρωγμὸν nominant. turpis igitur est horum quidem verborum sententia, verum tamen nõ pudebit me huc ascribere, quæ ab Aristotele, & Platone disputata ad hunc locum mihi videntur valdè pertinere. Ac Plato quidem sic lib. nono de rep. quæ nos interpretabimur. Cum ea pars animi, quæ rationis est particeps, & mansuetæ, alterique preposita, sopita est: altera autem, quæ fera, & immanis est, cibo & potione expleta, atque ebria exsultat, somnòque depulso conatur erumpere, sibi que obsecundare, atque indulgere: scis tum eam omnia audere, tanquam omni pudore, cogitatione, prudentia solutam, ac vacuam. Aut enim se cum matre corpus commiscere putat, neque id veretur: aut cum alio homine, aut cum deo, aut cum fera: manibus suis sanguine, & cade cuiusvis hominis, contaminare: quous cibo vesci, quid multa? nullam amentiam, nullamque impudentiam aspernatur, aut prætermittit. Aristoteles autem lib. 7. de moribus ad Nicom. posteaquam docuit, in somno eam animi nostri partem duntaxat, quæ nobis cum stirpibus communis est, nempe, in qua vis inest alendi, & augendi, suo munere fungi: ceteras autem quiescere, neque eo tempore virum bonum, virtutis que præditum, ab homine vitioso, atque improbo differre: ex quo illud dici solet, inter beatos, & miseros dimidiã vitæ partem nihil interesse: eius rei, cur ita fiat, rationem probabilem ait afferri posse, nempe hanc, quia somnus animi sit vacatio ab opere, quæ ratione bonus dicitur, ac malus, nisi si aliqua morus quidam eò perueniunt, ac permanent: atque hac ratione bonorum virorum, quàm quorilibet aliorum, visa esse in somnis meliora. hæc tenus Plato, & Aristoteles: ex quorum verbis intelligere licet, non satis esse, vt somnia nostra sint casta, pura, munda, pudica, integre, cedere nos somno modico cibo, ac potione curatos, sed illud etiam accedere oportere, vt mētis tranquillitas, animique aquabilitas adsit: nulla agriditudo, non ira, non libido, non alia vlla cupiditas animum concitarit, ac perturbat.

D est enim dubium, quin, quales sunt nostræ diurnæ cogitationes, atque appetitiones, talia sint & visa nostra, somniæque nocturna. Itaque Aristoteles in problematibus Τμήματα λ. scribit meliorum virorum somnia esse meliora, propterea, quòd eorum, tantisper dum vigilant, cogitationes sunt meliores. Iam quòd Horatius sibi hanc immunditiem ventre supino dormienti potius, quàm pronò, dicit euenisse, Aristoteles hoc quoque commemorat in problematibus τμήματα ι. vbi quaerit τί τὸ τῶ ζῶα τὸ μὴ ὄρε ἐξορρωγμῆς, τὰ δ' ὀλιγάκις, id est, cur ex ceteris animalibus alia numquam dormiendo semen profundant, alia rarius. respondet autem ille ideò fieri, vel quia nullum aliud animal præter hominem, supinum cubet: nullum autem nisi supinũ, semen profundat in somnis: vel quia alie animantes longè aliter somnient, quàm homines: profusio autem feminis nocturna in dormiente fiat cum visione aliqua, & specie animo oblata. Lucretius huiusmodi somniorum hanc causam exponit lib. 4. Tum quibus ætatis freta primis insnuantur, semen vbi ipsa dies membris matura creauit, Conueniunt simulacra foris è corpore quoque, Nuntia præclari vultus, pulchrique coloris, Qui ciet irritans loca turgida semine multo, Vt, quasi transactis sæpe omnibus rebus, profundant seminis ingressus fluctus, vestemque cruentant.

N O C T. V. M A C V L A N T.] id est, vt Lucretius locutus est, cruentant. Qui cruentum enim, maculat, atque inquinat: & quod cruentum est, impurum est. Ex quo cruentum pro impuro, & cruetare pro inquinare, & impurare vsurpatur. R A P I M V R.] celeriter vehimur rhedis. O P P I D. Q V O D V E R S V D.] Equotutiũ significat: de quo M. Tullius lib. 6. ad Attic. epist. 1. omnes ferè tuas litteras accepi, quas commemoras, præter eas, quas scribis Lætuli pueris, & Equotutio, & Brundisio datas.

V I L I S S I M A R E R V M.] ita vilis est, vt non soleat vendi, neque vllò in pretio sit. Plato in Euthydemo. τὸ γὰρ ἀσάνιον, ὡ ἐὺθύδημο, τίμιον. τὸ δ' ὕδαρ εὐανότατον, ἀριστον ὄν, ὡς ἐφη Πλάτωνος, i. quod rarum est, Euthyde, magni pretij est, aqua autem vilissima est, cum sit optimum quiddam, vt ait Pindarus.

A Q. N O N D I T I O R V R N A Q V I L O C V S, &c.] hunc locum à nemine (quod sciam) rectè explicatum, sic explico. Panis enim (inquit Horatius) Canusij lapidosus est: qui locus, nempe Canusium, haud multo magis abundas aqua, quàm Equotutium, olim à Diomedæ cõditus est. Canusium à Diomedæ esse cõditũ, tradit Strabo lib. 6. his verbis, & πολλὸ γὰρ δὴ δ θαλάττης ὑπέκεινται δύο πόλεις ἐπὶ γὰ τῶ πεδίῳ μέγισται τῶν ἰταλιωτίδων γενομένης ἀσέτερον, ὡς ἐκ τῶν περιβόλων ἀήλον, τὸ τε Καύσιον, καὶ ἡ Ἀργυρίπποα ἄλλα νῦν ἐλάττω ἐσὶ, &c. λέγεται δ' ἀμφότερα Διομήδους κτίσιμα. id est, non longè autem à mari supra vrbes duæ, quæ antè Italicarum vrbiũ maximæ fuerunt, vt ex mænium circuitu perspicuum est, in campo sitæ sunt, Canusium, & Argyrippa. nunc autem, minores sunt, &c. dicuntur autem ambæ à Diomedæ cõditæ. Neque vero nouum, aut inusitatum est hoc loquendi genus vel Horatio, vel aliis bonis scriptoribus, in quo vox vna aliqua, aut plures inter id nomen, quod antecedens appellant Grammatici, & prouocabulum, quod referendivim habet, interponatur, vt Od. 2. lib. 4. Monte decurrēs velut amnis, imbres quem super notas aluere ripas, Fernet, immensusq; ruit profundo Pindarus ore. Idè in carmine sæculari ad Deos, Alme sol, curru nitido diem qui Promis, & sat. 8. lib. 2. quos Maccenas

fieri, vel quia nullum aliud animal præter hominem, supinum cubet: nullum autem nisi supinũ, semen profundat in somnis: vel quia alie animantes longè aliter somnient, quàm homines: profusio autem feminis nocturna in dormiente fiat cum visione aliqua, & specie animo oblata. Lucretius huiusmodi somniorum hanc causam exponit lib. 4. Tum quibus ætatis freta primis insnuantur, semen vbi ipsa dies membris matura creauit, Conueniunt simulacra foris è corpore quoque, Nuntia præclari vultus, pulchrique coloris, Qui ciet irritans loca turgida semine multo, Vt, quasi transactis sæpe omnibus rebus, profundant seminis ingressus fluctus, vestemque cruentant.

N O C T. V. M A C V L A N T.] id est, vt Lucretius locutus est, cruentant. Qui cruentum enim, maculat, atque inquinat: & quod cruentum est, impurum est. Ex quo cruentum pro impuro, & cruetare pro inquinare, & impurare vsurpatur.

R A P I M V R.] celeriter vehimur rhedis. O P P I D. Q V O D V E R S V D.] Equotutiũ significat: de quo M. Tullius lib. 6. ad Attic. epist. 1. omnes ferè tuas litteras accepi, quas commemoras, præter eas, quas scribis Lætuli pueris, & Equotutio, & Brundisio datas.

V I L I S S I M A R E R V M.] ita vilis est, vt non soleat vendi, neque vllò in pretio sit. Plato in Euthydemo. τὸ γὰρ ἀσάνιον, ὡ ἐὺθύδημο, τίμιον. τὸ δ' ὕδαρ εὐανότατον, ἀριστον ὄν, ὡς ἐφη Πλάτωνος, i. quod rarum est, Euthyde, magni pretij est, aqua autem vilissima est, cum sit optimum quiddam, vt ait Pindarus.

A Q. N O N D I T I O R V R N A Q V I L O C V S, &c.] hunc locum à nemine (quod sciam) rectè explicatum, sic explico. Panis enim (inquit Horatius) Canusij lapidosus est: qui locus, nempe Canusium, haud multo magis abundas aqua, quàm Equotutium, olim à Diomedæ cõditus est. Canusium à Diomedæ esse cõditũ, tradit Strabo lib. 6. his verbis, & πολλὸ γὰρ δὴ δ θαλάττης ὑπέκεινται δύο πόλεις ἐπὶ γὰ τῶ πεδίῳ μέγισται τῶν ἰταλιωτίδων γενομένης ἀσέτερον, ὡς ἐκ τῶν περιβόλων ἀήλον, τὸ τε Καύσιον, καὶ ἡ Ἀργυρίπποα ἄλλα νῦν ἐλάττω ἐσὶ, &c. λέγεται δ' ἀμφότερα Διομήδους κτίσιμα. id est, non longè autem à mari supra vrbes duæ, quæ antè Italicarum vrbiũ maximæ fuerunt, vt ex mænium circuitu perspicuum est, in campo sitæ sunt, Canusium, & Argyrippa. nunc autem, minores sunt, &c. dicuntur autem ambæ à Diomedæ cõditæ. Neque vero nouum, aut inusitatum est hoc loquendi genus vel Horatio, vel aliis bonis scriptoribus, in quo vox vna aliqua, aut plures inter id nomen, quod antecedens appellant Grammatici, & prouocabulum, quod referendivim habet, interponatur, vt Od. 2. lib. 4. Monte decurrēs velut amnis, imbres quem super notas aluere ripas, Fernet, immensusq; ruit profundo Pindarus ore. Idè in carmine sæculari ad Deos, Alme sol, curru nitido diem qui Promis, & sat. 8. lib. 2. quos Maccenas

A Maccenas adduxerat umbras, Nomentanus erat supra ipsum, Persius infi à. nam Nomentanus, & Porcius, vmbre Maccenatis erant, vt nonnulli volunt. Catull. de coma Berenic. Anne parentum Frustrantur falsis gaudia lacrymulis, Vbertim thalami quas intra limina fundunt: quorũ verborum ordo est, Quas intra thalami limina vbertim fundunt. idem ibidè. Inuita ò regina tuo de vertice cæsi: inuita, adiuro teque, cuiusque caput: Digna ferat quod si quis inaniter adiuravit. ordo est, quod si quis inaniter adiuravit, digna ferat, id est, penas meritas luat. Lucret. lib. 5. Et dominos acreis asciscunt, omnia posse Quos miseri credunt.

R V B O S.] Rubi oppidum Campaniæ, à quo Rubea, seu Rubia virga apud Virgil. Georg. 1. Nunc facilis Rubea texatur siccina virga. quamquã alij non à Rubis oppido, sed à rubo virgulto virgam rubeam dictam volunt.

C A R P E N T E S I T E R.] carpere iter constat dictum. carpenti verbum enim propriè locũ habet in lana, & lino, & si voles, etiã in floribus, vt supra annot. ad Od. 1. lib. 1.

T E M P E S T A S.] tempestatè antiqui pro tempore posuere, inquit Festus. Itaque tempestatem & malam, seu aduersam: & bonam, seu idoneam dicunt Latini. superioris exempla sunt crebriora, alterius rariora. M. Tull. ad Q. frat. lib. 2. Tu si ista expedisti, velim quamprimum bona, & certa tempestate conscendas, ad meque venias. ad eũdem eod. lib. Tu mi frater simulac ille venerit, primam navigationem (dummodo idonea tempestas sit) ne omiseris. Idem epist. ad Tiron. si statim nauigas, nos Leucade consequere: sin te confirmare vis, & comites, & tempestatem, & nauem idoneam vt habeas, diligenter videbis. Idem ad Terentium, tuas litteras ego expectaſsem Brundisij si esset licitum per nauis, qui tempestatem prætermittere noluerunt. Idem ad Att. lib. 9. fuit enim pridie quinquatrus egregia tempestas, qua ego illum vsurum puto. Lucret. lib. 1. Dum tempestates adsunt, & vinda tellus Tuò res teneris effert in luminis oras. Idem lib. 4. liquidissima cali Tempestas. Ibid. Turbida tempestas.

B A R I.] Barium Appuliæ oppidum, piscosum autem dicit, propterea quòd à mari alluitur. i. Xvobes diceret Homerus.

G N A T I A.] Egnatium alio nomine appellat: oppidum est Salentinum: Græci Ἰγνατία, vt Strabo lib. 6.

L I M P H I S I R A T I S.] vel quia magna est in eo oppido aquæ dulcis, & ποτίμου pænuria, vel propter ignis miraculum, quod subiicit, vide annot. ad illum locum, Iratus natus paries Diis. sat. 3. lib. 2.

L I M I N E S A C R O.] in vestibulo, & primo aditu templi. corruptè autè habent nonnulli codices, lumine: ad hunc locum fortasse pertinet quod est apud Plinium lib. 2. cap. cv i. In salentino oppido Egnatia, imposto ligno in saxum quoddam ibi sacrum, protinus flammam existere.

A P E L L A.] vel cui ea cutis, quæ glandem co-

lis tegete debet, circumcisa est: ἀπελωλημένος, λιπόδερμος, verpus, recutitus, curtus, vt sat. 9. huius libri, vt sit nomè appellatiuũ, vt Grammatici loquuntur: vel Appella sic accipe, vt sit Iudæi cuiusdam proprium nomè, Ἀπελλῆς: quod Scalligerò magis probatur: eique assentior, sed quod hîc Horatius negat se credere thura, & cetera, quæ in sacrificio adhibentur, sine flamma, aut igni inlecto, liqueſcere: idq; Iudæis, vt supra modum credulis, & superstitionis, credendum relinquit: sacrificia Iudæarum (vt ex libris Hebraicis intel ligere licet) sine vllò igne ab hominibus excitato, flamma è celo delapsa, interdum perficiebantur: eaque flamma hostias miro modo, & diuinitus ab sumebat, produxissem locos complureis ex illis libris, nisi veritus essem, ne sacra miscere profanis videret.

N A M Q. D E O S D I D. S E C. A G. Æ V.] hunc versum mutuatus est à Lucretio lib. 5. & 6. quibus locis probare conatur ille ex sententia Epicuri, homines propter ignorance causarũ, omnia, quæ fiunt, ad Deos referre, eorũmq; nutu, ac voluntate fieri existimare, atque iccirco eis regnum cõcedere rerum humanarum. Sed præstat aliquot illius poetæ versus impios quidem illos, sed tamen elegantis, & mira facilitate Latini sermonis ornatos, qui ad hunc locũ pertinent, ascribere. sic igitur Lucret. lib. 5. Præterea solis cursus, lunaq; meatus Expediam, qua vi flectat natura gubernans: Ne forte hîc inter calum, terramq; reamur Libera sponte sua cursus lustrare peremmes Mori gera ad fruges augendas, atque animantes: Nè vi aliqua Diuim voluit ratione putemus. Nam, bene qui didicere Deos securum agere animum, si tamen interea mirantur, qua ratione Quaque geri possint, præsertim rebus in illis, Quæ supra caput aetheris cernuntur in oris, Rursus in antiquas referuntur religiones, Et dominos acreis asciscunt, omnia posse Quos miseri credunt, ignari quid queat esse, Quid nequeat, &c. Idem lib. 6. Cetera, qua fieri in terris, caloque videntur Mortales, pauidis cum pendet mentibus sæpe, Efficiunt animos humilicis formidine diuim, Depressosque premunt ad terram, propterea quòd Ignorantia causarũ conferre Deorum Cogit ad imperium res, & concedere regnum: & Quorum operum causas nulla ratione videre possunt, hæc fieri diuino numine ventur. Nam, bene qui didicere, Deos securum agere animum, si tamen interea mirantur, &c. vt supra. Idem lib. 5. o genus infelix humanum: talia Diuis Cum tribuit facta, atque iras adiunxit acerbas, Quantos tũ gemitus ipsi sibi, quãtãq; nobis Volnera, quas lacrymas peperere minoribus nostris! Idem lib. 2. Omnis enim per se Diuim natura necesse est Immortali auro summa cum pace fruatur, Semota à nostris rebus, seuinctaque longè. Nam priuata dolore omni, priuata periculis, ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri, Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira. M. Tullius quoque lib. 1. de natura Deorum, sub persona Velleij, ita scribit, quod si ita est, verè exposita illa sententia est ab Epicuro, Quod æternũ, beatumque sit, id nec habere ipsum negotij quicquam,

A nec exhibere alteri. Itaque neque ira, neque gratia teneri, quod, quae iulia essent, imbecilla essent omnia. Idē lib. 3. ait, *videri Epicurum de Diis immortalibus non magnopere pugnare: tantummodo negare Deos esse non auctere, ne quid inuidiae subeat, aut criminis.* Idē lib. 1. scribit, *posidonium dixisse Deos Epicuro nullos esse videri, quaeque is de diis immortalibus dixerit, inuidiae detestanda causa dixisse.* Verū tamen vtrum voluerit, & cogitarit Epicurus Deos tollere, necne, obscurum est: illud perspicuum, eum sensisse nullam illos habere curam rerū humanarum, id est, quod Lucretius & Horatius dicunt, *securum agere aenum.* Plato autem contra probat & Deos esse, & curare res humanas: itaque & piis bene velle benignēq; facere: & impiis, ac sceleratis iratos, & infensos esse. sic enim ille in Phaedone, *ἀλλὰ τὸδὲ γέ μοι δοκεῖ, ὡ Κρίτων, εὐ λέγεσθαι τὸ θεὸς εἶναι ἡμῶν τῶς ἐπιμελεῖσθαι.* id est, Sed hoc quidem mihi, Cebes, recte dici videtur, deos esse, qui nostri curam habeant, & rebus humanis consulant. & lib. 1. de legibus, ait Deos omnium custodum esse maximos, & in maximis rebus eorum custodiam, curamq; versari: quam sententiam iterat in *Επινοῦ.*

D I C I] ab Epicuro, cuius sapientiam infanientem appellat Od. 34. lib. 1. *Infanientis dum sapientia Consultus erro.*

T R I S T E I S] tristes essent Dij scilicet, & laboriosi, si, quicquid mirabile quotidie accidit, id ab illis proficisceretur, ac de caelo in terras demitteretur. Lucret. lib. 2. *Quae bene cognita si teneas, natura videtur Libera cōtinuō dominis priuata superbis, ipsa sua per se sponte omnia Diis agere expers.* Quidam tristes interpretantur iratos, atque infestos.

S A T Y R A 6.

NON, quia, Mæcenas, Lydorum quicquid Etrusco

Incoluit finis, nemo generosior est te:

D Nec, quod auus tibi maternus fuit, atque paternus,

Olim qui magnis legionibus imperit arint:

Vt plerique solent, naso suspendis adunco

Ignotos, vt me libertino patre natum.

Cum referre negas, quali sit quisq; parente

Natus, dū ingenuus: persuades hoc tibi verē,

Ante potestātē Tulli, atque ignobile regnū,

Multos sæpe viros nullis maioribus ortos,

Et vixisse probos, amplis & honorib; auctos:

Contra Læuinii Valerī genus, vnde superbus

Tarquinius regno pulsus fuit, vnus asis

E Non vnum pretio pluris licuisse, notante Iudice, quem nosti, populo: qui stultus honores Sæpe dat indignis; & famæ seruit ineptus: Qui stupet in titulis, & imaginibus, quid oportet

Nos facere à vulgo longè, latèque remotos? Namq; esto: populus Læuino mallet honorē, Quam Decio mādare nouo: cēsorq; moueret Appius, ingenuo si non essem patre natus: Vel meritō, quoniam in propria non pelle quiessem:

Sed fulgente trahit constrictos gloria curru Non minus ignotos generosis, quod tibi Tulli F Sumere depositum clauum, fieriq; tribuno? Inuidia accreuit: priuato quæ minor esset.

Nam, vt quisque insanus nigris medium impeditus crus

Pellibus, & latum demisit pectore clauum: Audit continuō, quis homo hic est? quo patre natus?

Vt, si qui egrotet, quo morbo Barrus, haberi Vt cupiat formosus: eat quacumque, puellis G Inijciat curam quærendi singula: quali Sit facie, sura quali, pede, dente, capillo:

Sic, qui promittit, ciuicis, orbem sibi curæ, Imperiū fore, & Italiā, & delubra decorum: Quo patre sit natus, num ignota matre inhonestus,

Omneis mortaleis curare, & quæere cogit. Tūne Syri, Damæ, aut Dionysī filius, audes Dejicere è saxo ciueis, aut tradere Cadmo?

At Nouius collega gradu post me sedet vno. H Namque est ille, pater quod erat meus, hoc tibi Paullus,

Et Messalla videris, at hic si plostra ducenta, Cōcurrantq; foro tria funera: magna sonabit, Cornua quod, vincatq; tubas, saltem tenet hoc nos.

Nunc ad me redeo libertino patre natum: Quem rodunt omnes libertino patre natum: Nunc, quia Mæcenas tibi sim conuictor: at olim,

Quod mihi pareret legio Romana tribuno.

Disimile

A Disimile hoc illi est: quia nō vt forsit honorē Iure mihi inuideat quiuis: ita te quoq; amicū: Præsertim cautum dignos assumere, praua Ambitione procul, felicem dicere non hoc Me possum casu, quod te sortitus amicum. Nulla etenim mihi te fors obtulit, optimus olim Virgilius, post hūc Varius dixere quid essem. Vt veni coram: singultim pauca locutus,

(profari,)

B (Infans namque pudor prohibebat plura Non ego me claro natū patre, nō ego circum Me Satireiano vectari rura caballo:

Sed, quod erā, narro, respōdes (vt tu? est mos) Pauca: abeo: & reuocas nono post mense: iubēsq; (duco,

Esse in amicorum numero, magnum hoc ego Quod placui tibi, qui turpi secernis honestū, Nō patre præclaro, sed vita, & pectore puro. Atqui si vitiiis mediocribus, ac mea paucis Mendosa est natura, alioqui recta: velut si

C Egregio inperfos reprehendas corpore nēuos: Si neq; auaritiā, neq; sordēis, ac mala lustra Obijciat verē quisquā mihi: purus, & insons (Vt me collaudem) si viuo, & carus amicis: Causa fuit pater his: qui macro pauper agello Noluit in Flauī ludum me mittere: magni Quod pueri magnis è centurionibus orti, Læuo suspēsi loculos, tabulāque lacerto, Ibant octonīs referentes idibus æra.

D Sed puerum est ausus Romā portare, docēdū Arteis, quas doceat quiuis eques, atq; senator Semet prognatos: vestem, seruōsq; sequenteis In magno vt populo si quis vidisset, auita Ex re præberi sumtus mihi crederet illos.

Ipse mihi custos incorruptissimus omneis Circū doctores aderat, quid multas pudicum, Qui primus virtutis honos, seruauit ab omni Nō solum factō, verū opprobrio quoq; turpi: Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret, olim Si præco paruas, aut, vt fuit ipse, coactor Mercedes sequerer, neque ego essem questus, ob hoc nunc

E Laus illi debetur, & à me gratia maior. Nil me pœniteat sanum patris huius: eo que Nō, vt magna dolo factū negat esse suo pars, Quod non ingenuos habeat, clarosq; parētēis: Sic me defendam, longè mea discrepat istis Et vox, & ratio, nam, si natura iuberet A certis annis aenum remeare peractum: Atq; alios legere ad fastū quoscūq; parētēis: Optaret sibi quisque: meis contentus, honestos Fascibus, & sellis, nollē mihi sumere, demēs F Nollem onus, haud vnumquam solutus, portare molestum.

Nā mihi conimud maior quærenda foret res: Atque salutandi plures: ducendus & vnus, Et comes alter: vti ne solus, rūsve, peregrē- Ve exirem: plures calones, atque caballi Pascēdi: ducēda petorrita, nunc mihi curio Ire licet mulo, vel, si libet, vsque Tarentum: Mantica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos. G

Obijciat nemo sordēis mihi, quas tibi Tulli, Cum Tiburte via prætorē quinque sequuntur Te pueri lasanum portantes, ænophorumque. Hoc ego cōmodi, quam tu præclare senator, Multis atque aliis viuo, quacūque libido est, Incedo solus: percunctor quanti olus, ac far: Fallacem Circum, vespertinumque pererro Sæpe forum: asisto diuinis: inde domum me Ad porri, & ciceris refero, lachaniq; catinū. H Cena ministratur pueris tribus: & lapis albus Pocula cū cyatho duo sustinet: astat echinus Vilis, cum patera guttus, Campana supellex. Deinde eo dormitum, non sollicitus, mihi quod cras

Surgendū sit manē: obeundus Marsya, qui se Vultum ferre negat Nouiorū posse minoris. Ad quartā iaceo: post hūc vagor, aut ego lecto, Aut scripto, quod me tacitum inuet, vngor oliuo,

Nō, quo fraudatis immūdus Natta lucernis. Ast, vbi me fessum sol acrior ire lauatum Admonuit, fugio rabiosi tempora signi.

ff ij

A denique senatorum. Plin. lib. 33. *Annuli distinguere alterum ordinem à plebe, ut semel ceperunt esse celebres, sicut tunica ab annulis senatorum tantum.* Sueton. in Vespas. *sumta toga virili, latum claviu, quamquam fratre adepto, diu auersatus est: nec, ut tandem appeteret, compelli, nisi à matre, potuit.* Idem in C. Claud. *Latum clauum, quamuis initio affirmasset non lecturum senatorem, nisi cuius Rom. abnepotem, etiam libertini filio tribuit, &c.* Idem in Tiber. *senatori latum clauum ademit, &c.* Idem in O. & C. *liberis senatorum, quo celerius reip. assuescerent, protinus à virili toga latum clauum induere, & curia interesse permisit.* erat & angustus clauus, id est, tunica angusti clauu, qua utebantur equites. Suet. in O. & C. *usus est togis neque restrictis, neque fustis: clauo nec lato, nec angusto.* Patere. de Mæcen. non minus Agrippa Casari carus: sed minus honoratus, quippe vixit angusto clauo pene contentus. à lato, & angusto clauo latius clauu, & angusticlauu nomina ducta sunt. Suet. in Nerone, *Et saepe in eiusmodi rixis oculorum, & vita periculum adiit, à quodam laticlauio, cuius uxorem attraxerat, prope ad necem casus.* Idem in Othone, *Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis tertia decima legionis tribunus angusticlauus.* Itaque in Vita C. Suet. Tranquilli in princip. sic legendum, C. Suetonius Tranquillus, patrem habuit Suetonium, cognomento Lenem, tertia decima legionis tribunum, & angusticlauum, &c. Neque verò videtur mihi prætermittendū, quod scribit Pomp.

C Festus, tunicam palmatam à latitudine clauorum esse dictam, quæ nunc (inquit ille) à genere picture appellatur. quibus verbis satis significat, clauos illos in tunicis acu fuisse depictos. Idem alibi clauata vestimenta quædam ait esse appellata clauis intertexta. Varro lib. 8. de ling. Latina, *Nā si quis tunicam in usu ita confuit, ut altera plagula sit angustis clauis, altera latis: utraque pars in suo genere caret analogia.*

A V D I T C O N T I N V D] sic supra Od. 25. lib. 1. *audis minus & minus iam: Me tuo longas peruenite nocteis, &c.*

Q V I S H O M O H I C E S T : Q V O P N.] sic reperi scriptum in decem veteribus cod. vno Vat. Raitutij Card. Iann. Faër. Torn. Ruffard.

D Cleric. Nicot. 2. meo.

V T S I Q V I A G R O T E T, Q V O M.] vt si quis (inquit) æ morbo laboret, quo Barrus, homo immodicè formæ studio deditus, & nimis accuratè comtus, & cultus, vt pote libidinosus, & mulierosus, & adulter: quacumque incedat, curam afferat puellis, de singulis eius corporis partibus quærendi: sic, qui se profitetur idoneū esse ad Remp. administrandam, omneis homines impellit, vt quærant, quo sit loco natus. morbi igitur nomine morbum animi intelligere nos oportet, quomodo & Caullus vsurpat in Egnauium, ob dentium candorem, vsque quaque renidentem. *Quodcumque agit, renidet* (inquit Catull.) *hunc habet morbum Neque elegantem, ut arbitror, neque urbanum.* Idem alibi, amorem, tæterrimum

morbū nominat, vt supra admonuimus. Sic Plauto in Sophista *δειλῶν καὶ ἀδελῶν νόσον*, id est, morbum appellat. sic & M. Tullius Verris studium immoderatum in signis, & vastis antiqvis comparandis, morbum vocat. Verr. 3. & 6. sic Horatius supra Oda 25. lib. 1. per *morbum* eunuchorum, & cohortis Cleopatrae, morbum animi significat, nempè impudicitiam, & molliem muliebrem. & supra sat. superiore, *Campani morbum* eodem sensu nominauit. & infra sat. 3. lib. 2. *ponas insignia morbi.* ibidem. *Et morbi miror purgatum te illius.* Aiunt quidam hunc Barrum impudicum & mollem fuisse: alij adulteriis nobilem, & Emiliam virginem vestalem corruptisse, eoque crimine damnatum esse.

V T C U P I A T F O R M.] sic habent omnes fere libri, quos vidi, manu scr. aliquatò melius, nisi fallor, quàm vulgati, *Et cupiat.* Est autem hic ordo, vt si quī, id est, si quis ægrotet eo morbo, quo morbo Barrus ægrotat, seu ægrotabat, nempè, vt cupiat haberi formosus, &c. Poteest tamen vulgata lectio ferri.

S Y R I, D A M A E] Syri, Damæ dictum est *δαμῶν δῆλω*. sunt enim nomina duo feruilia, id est, minimè Romana: vt & Dionysius. Tūne igitur (inquit Horat. aut cuius aliquis alius Rom.) è seruo quopiam natus, audes ciuicis Ro. dānatos vel de saxo Tarpeio deicere, vel carnifici tradere securi feriendos? quod erat in tribunorū plebis potestate situm. quamquā hoc iuris non moderati, neque populares tribunipl. sed turbulenciores, & violentiores vsurpabant.

D E I C E R E E S A X O] Tarpeio: *ἐκ πέτρας ταρπηίας καὶ ταρπηίων*. hoc igitur significat, audes tribunatu fungi?

E T T R A D E R E C A D M O] Cadmum licetorem quendam hoc nomine fuisse volūt. quāquam nonnulli *catmo* legi malunt. catmo autem, id est, carenæ. alij *camo*.

A T N O V I V S C O L L E G A] responderet ignobilis ille, & libertinus, & tamen magistratu fungēs, hoc modo. At collegam habeo gradu me inferiorem. Est enim libertus, cum ego sim libertinus.

N A M Q V E E S T I L L E, P A T E R E. M.] sic mihi videtur hæc accipienda, vt sint etiam ignobilis illius & libertini, magistratum gerentis verba: non Horatij: quamuis roclamat Porph.

H O C T I B I P A V L L V S, E T M E S S A L L A] hoc nomine (respondet Horat. aut alius cuius Rom. aut populus) nempè quod collega tuo superior sis vno gradu, & condicione, tibi videris summo loco natus.

A T H I C S I P L. D.] verum quamuis hic Nouius sit libertinus, & deteriore loco natus, quā tu: vno tamen te vincit, quod voce admodum valeat. hoc saltem nos retinet, ac delectat: hoc nos solatur. intellige, hæc quoque dici à ciue, aut populo Rom. Hoc loco autem Horatius vrbane

A vrbane & populum Rom. irridet, qui talibus hominibus magistratus mander, & ambitiosos, ac magistratus ipsos, qui sola vociferandi facultate freti dignos se honoribus populi esse putent.

M A G N A S O N A B. C O R N. Q. V.] id est, vocem edet, quæ plaustrorū strepitum: cornuū, & tubarum cantum vincat. clamore, & profusa dicendi facultate, & linguæ volubilitate te vincet. sonabit, sonitus edet, nomen magna vel cum voce cornua coniungere licet, vel cum verbo sonabit. Nam & M. Tull. ita loquitur multis locis. vt pro Arch. poeta. *vt etiam Corduba natis poetis pingue quiddam sonantibus, atque peregrinum, tamen auree suas dederet.* Idē in Bruto. *Cotta, quia se valde dilatandis litteris à similitudine Græca locutionis abstraxerat, sonabæque contrarium Catulo subagreste quiddam, planèque suburbicum, alia quadam quasi inculta, & siluestri via ad eandem laudē peruenerat.*

B S A L T E M T E N E T H O C N O S] id est, saltem hæc vocis magnitudo, & profusa loquacitas, & laterum firmitas, nos retinet, nosque solatur, seu à nobis impetrat vt eius ignobilitatem atque humilitatem feramus.

N V N C A D M E R E D E O, &c.] ex his verbis intelligere licet, ne superiora quidem illa, hoc tibi Paulus, Et Messalla videris, &c. esse Horatij verba, sed cuius alicuius alius, seu populi ipsius, Romani. Nam quod ad illa attinet. *Namque est ille, pater quod erat meus, &c.* multo minus Horatij esse putanda sunt.

R O D V N T] carpunt, clanculum insectantur, mordent clanculum, vt loquitur Terent. Eun. sup. fat. 4. *abstantem qui rodit amicum.* epist. 18. lib. 1. *Dente Theonino cum circumroditur.* Cicer. orat. pro Corn. Balbo. *more hominum insident: in conuiuiis rodunt.*

N V N C Q V I A M A C E N. T. S.] duobus temporibus, & duabus de causis se clanculum morderi ostendit, nunc quidem quod cum Mæcenate viuat, olim autem, quia tribunus militum fuerit, Bruto imperatore.

D I S S I M I L E H O C I L L I E S T] id est, non est idem olim tribunum militum fuisse, atque hodie cum Mæcenate viuere.

Q V I A N O N, V T F O R S I T, &c.] quia (inquit Horat.) nō vt fortasse quibus mihi possit iure tribunatum, vt quemuis alium honorem inuidere, ita mihi tuam amicitiam iure inuideat.

D honos enim nonnumquam forte fortuna mandatur etiam indignis: amicitia autē tua neq; indignis, neque casu contingere solet, cum dilectū amicorum adhibeas, neque quemquam in amicitiam tuam recipias, nisi perspectum, spectatū, & cognitum. Sciunt autem, qui legerunt Aristotelem lib. 2. rhetor. inuidiam locum habere in rebus alterius secundis, & fortuitis, nō in iis, quæ sunt animi viribus, & virtute partæ. sed silentio prætereundum nō videret, Priscianum lib. 15. ita hunc locum legere, vt excudendum curauimus. *quia non vt forsit honorem, forsit autem idem valet,*

quod forassis: eaque voce vsus est sup. Od. 28. E lib. 1. & Virg. lib. 2. *Æn. Forsit vora facit, cumulatque altaria donis.* atque ita reperi scriptum in cod. antiquis, Vatic. Iann. Faër. Torn. Clericano, Nicotiano, ceteris omnibus.

C A V T V M D I G N O S A S S V M.] in amicis deligendis prudentem, consideratum, ac diligentem: amicos non ambitione, aut alicuius rogatu recipientem: sed tua sponte, tuoque iudicio adoptantem: videlicet qui tibi visi sint amicitia tua digni.

F E L I C E M D I C E R E N. H.] nō possum me hoc nomine felicem prædicare, quod te amicum nactus sim. nulla etenim me tibi fortuna obtulit: sed certo iudicio, & cōsilio me acieuisisti. tuo igitur cōsilio, id est, τῷ σὺν σοφίᾳ σου effectum est, vt tibi sim amicus, non mea εὐτυχία id est, felicitate.

H O C C A S V] hoc euentu, vel hac sorte. fors enim est effectus fortunæ, vt supra annotauim⁹, etiam si aliud scribat Nonius. significat tamen interdum cuiusque viuendi genus, siue fortuitò oblatum, siue consultò susceptum.

S O R T I T V S] subintellige, sim, vt saepe aliàs. Sortiri autem est λαγχάνειν, nascisci, consequi. N V L L A E T E N I M M I H I T E F.] perspicuè ostendit, se in amicitiam Mæcenatis receptum esse non alterius commendatione, nō gratia, non fortuitò: sed illius cōsilio, ac iudicio: suaque ipsius virtute. fors autem legendum, atque ita habent omnes libri manuscr. non vt vulg. fors.

S I N G V L T I M P A V C A L O C V T V S] sic supra fat. 4. dicebat se animi pusilli natum esse, raro & perpauca loquentem. *singulim loqui* est sermone interrupto, & veluti voce identidem compressa loqui: quod vsuuenire solet verecundis, & timidis natura. talem autem locutionem *ἰσχυροφάνειαν* vocant Græci, *ὡς τὸ ἴχειν τὸ πῶν τὸ φωνῶν*, non *ἰσχυροφάνειαν*, quæ est vocis (vt ita dicam) gracilitas, & *ἰσχυροφάνει*, qui ita loquuntur, id est, qui loquendo hæsitant, à Græcis appellantur, non *ἰσχυροφάνει*, quemadmodum corruptè, ac mendosè habent libri problematum Aristotelis *Τμήματι α. ὡς τὸ φωνῆς*, quod quidem declarat ipse Aristoteles problemate L v. his verbis *οἱ δὲ ἰσχυροφάνει φωνῆσι μὲν, λόγον δὲ ἔδυνανται συνείρειν*. quo loco tamen libri omnes vulgati habent *ἰσχυροφάνει*.

I N F A N S P V D O R] infantem pudorē appellat, qui sandi facultatem eripit. ab effectu. pudor enim, & timor obsunt locuturo.

N O N E G O C I R C V M M E S A T.] id est, non ego me meas villas, & meos fundos obire dico, equo Apulo insidentem: equo in Satureianis, id est, Tarentinis, aut Appulis pascuis nato, & pasto. Satureiam dictam esse Tarentum voluit quidam. Seruius ad illum locum, *hyali saturo fucata colore*, Georg. 4. notat, Satureium oppidum fuisse Tarento vicinum. Porphyrio Satureianos agros in Appulia fuisse, illis temporibus nobi-

A leis, tradit: ex quo per equum Satureianum, Apulum significari.

QVI TYRPI SE CER. HON. &c.] id est, qui honestum hominem à turpi separas non generis splendore: sed vitæ innocentia, & animi integritate.

SED VITA, ET PECTORE PYRO.] sed vita integra, ac pura: & animo casto, ac puro. infra paucis post versibus purus & infans. sic epist. 2. lib. 1. nunc adhibe puro Pectore verba puer. idem Od. 22. lib. 1. Integer vitæ, scelerisque purus.

ALIO QVI RECTA.] paucis vitis, iis que mediocribus exceptis, recta.

NEC MALA LVSTRA] flagitiosas, & nefarias libidines. Iustra hoc loco id est, quod ganea, fornices. mala Iustra dixit, propterea quod sunt quedam legibus ciuilibus concessæ, & ferendæ voluptates: vt supra sat. 4. Ne sequerem mæchæ, concessa cum Venere uti Possent. nomine Iustorum vitur & M. Tull. vt in orat. pro M. Cælio. Nulla luxuries reperietur, nulli sumtus, nullum as alienum, nulla conuiuiorum, ac Iustorum libido. & in orat. post reditum in senatu. cur in Iustis, & heluatiombus, huius calamistrati saluatoris tam eximia virtus cæsiu cessauit? & pro Sextio de Gabinio. hominem emersum subito ex diuturnis tenebris Iustorum, ac stuprum, vino, ganeis, lenociniis, adulterisque confectum.

& epist. ad Cass. lib. 12. Quæ autem in Iustis, & vino commentatio potuit esse? & Lucret. lib. 4. Desidiose agere atatem, Iustisque perire. & Plautus Bacchid.

C atque id pollicetur se daturum aurum mihi, quod dena scortis, quodque in Iustis comedim, & congracem pater. Idem in Afinar. in extrem. Curo capite te cuculum vxor ex Iustis rapit. Idem Calpurnion. de leonibus. hi male suadendo, & Iustis lacerant homines. ex quo apud eundem verbum Iustari. in Pseudolo. nam qui liberos esse illico se arbitrantur, ex conspectu heri sui si se abiderint, luxuriantur, Iustrantur, comedunt. Sed mihi reticendum esse non puto me reperisse in vno & altero codice manuscripto mala luera, quam lectionem tamen non valde probò. quamquam hæc recepta, vt nequid dissimulè, me suboffendit in eo, quod scriptum est ac mala, non nec mala. videtur enim ita loqui debuisse Horat. si neque auaritiam, neque fardis, D nec mala Iustra, &c. nam mala Iustra longe aliud sunt, quam sordes, & pæne inter se contraria videntur esse. At si legamus mala luera, vt est in nonnullis libris, ac non nec conuenire videntur, quia mala luera cum sordibus ferè consentiunt, & conspirant.

SI VIVO, ET CAR. AM.] cõiunge hæc cum superioribus, hoc modo: si viuo purus, & infans, & carus amicis, &c. libri plerique manuscripti habent, si & viuo carus amicis. quæ scriptura magis Horatiana est, quamuis sit duriuscula.

CAUSA FVIT PATER HIS] quod non sit auarus, non sordidus, nõ turpibus, & fœdis libidinibus inquinatus, non impudicus: patri acceptum refert, qui se optime educandum, &

instituentum curauerit.

FLAVI] hic docebat artem numerandi, ac ratiocinandi. vox autem magni coherere debet cum nomine pueri. magni pueri autè, id est, magnis, & claris patribus nati. Significat Horatius, aliis patribus non id esse curæ, vt filij sui bonis & honestis, & liberalibus artibus erudiatur, sed vt quaestuosus, & sordidus.

LÆVO SVSPENSIO C.] hic versus repetitus est in epist. 1. lib. 1. tabulam autem accipe, vt ita dicam, ratiocinatoriam, & in qua ratiocinari, & numerare, & similia discunt. Iuuenal. sat. 9. ponatur calculus: adfint Cum tabula pueri.

IBANT OCTONIS REF.] omnes ferè hæc verba accipiunt de mercede, quæ daretur Flauio numeradi magistro. ego autem putabam intelligenda de pecunia antea collocata, & in fanore occupata, nunc exacta. caput enim, aut certè vsuræ idibus exigebantur, pecunia Kalendis ponebatur, vt diximus supra Od. 2. epod. in extr. Itaque hæc verba referentes ara, sic explicabam: referetes à debitoribus vsuras idibus. Iam octonis idibus dixit, quia iduum dies sunt octo.

DOCENDVM ARTHIS, QVAS] quid Romæ didicerit, ostendit his versibus epist. ad Loll. lib. 2. Romæ nutriti mihi contigit, atque doceri, Iratus Graiis quantum nocuisset Achilles.

SEMET PROGNATOS] semet natos. aut propriè pronepotes suos à se prognatos. hæc enim vis est huius nominis. M. Tull. Tuscul. lib. 3. Qualis enim tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelelope natus, qui quondam à sacro OEnomao rege Hippodamiam rapti nactus nuptius? Nam de Thyesta loquitur.

VESTEM, SERVOS QVE S.] aded (inquit) vt si quis vestitum, & comitatum meum in turba videret, existimaret sumtus illos mihi ex re auita suppeditari. sed nõne fieri poterat, vt ex patrimonio auito sumtus illi Horatio suppeditarentur, quamuis eius auiti libertus fuisset? poterat. sed credibilis esse patrem Horatij nihil, aut pauca à patre accepisse, omniæque, quæ haberet, quæsiuisset. ordo horum verborum hic est, quem alij turbant: aded, vt si quis magno in populo vestem, & seruos sequentes vidisset, &c.

PRÆBERI] suppeditari, προβιβειν, vt supra annotauimus.

IPSE MIHI CVSTOS] sic M. Tullius de Cælio in Cæliana, Nam quoad aras M. Cælij dare potuit isti suspicioni locum, fuit primum ipsius pudore, deinde etiam patris diligentia, disciplinaque munia.

INCORRVPTISSIMVS] hoc dicit, quia interdum puerorum custodes & ductores, à pudicitia puerilis insidiatoribus & oppugnantibus corrumpi solent: quod in patrem cadere non potest. est enim pudicitia liberorum suorum custos integerrimus, & sanctissimus.

QVID MVLTAE] vitur auctores hoc interrogandi genere, cum propter ad euentum rei, & cum multis fingillatim enumeratis, & cõmemo-

memo.

A memoratis significant longum esse cetera omnia persequi: vt M. Tull. lib. 1. ad Atticum, si vniquam mihi διαχρημαται suppeditauerunt, illo tempore. Quid multa? clamores (etenim hæc erat τωδεις, &c.) tanti fuerunt, vt ego eo breuior sim, quod eos vique istinc exauditos putem. Idem accu. lib. 4. Omnibus curat rebus instructum, & paratum vt sit conuiuium. Quid multa? Rex ita, &c. Idem de orat. ad Qu. Frat. lib. 1. Quid multa? nemo in illo iudicio pedè suppositis, credo, ne Stoicis renuntiaretur. Idem epist. ad Pap. Pætum. lib. 9. Quid multa? non mehercule tam perscribere possum, quam mihi gratum feceris, si otiosum Fabium reddideris. Iterum Horat. sat. v. lib. 2. Quid multa? neque illi sepelstis ciceris, neque multa inuidit auera.

PVDICVM] ab aliena libidine intactum, atque integrum, vt annotatū est epist. ad Quinct. lib. 1. SERVAUIT] quidam libri veteres habent, seruabat, quos non sequor.

NON SOLVM FACTO, VERVM.] ita me pudicum seruauit, vt non solum vllam turpitudinem ab altero illatam perpeffus sim: sed ne verbum quidem contumeliosum, aut maledictū audierim. quod posuit vt miri & pæne à dicitur, & incredibile quiddam. Nam difficillimum est maledictum vitare vbi ætas, & formæ maturitas suspicioni dant locum.

OLIM] aliquando, ποτε, vt sæpe aliàs. & Virg. Æn. 5. quod tumidis summersum fultibus olim Tunditur.

SIPRÆCO] præconis munus quale fuerit, notatum est infra ad illum locum, Præconem tenui censui. epist. 7. lib. 1. ad Mæcenatem 2.

COACTOR] coactores dicebantur publicanorum ministri, qui vestigalia minutatim exigebant, operamque suam in ea re publicanis locabant. appellabantur eodem nomine etiam argentario minister, qui in auctionibus pretia rerū venditarum exigebant.

NEVE EGO ESSEM Q.] neque verò de patre meo questus essem, si præco, aut coactor fuisset, quæstumque ex iis artibus fecissem.

NIL ME POENITEAT SAN. P.] id est, quandiu sanus sim, nõquam mihi doleat, aut nunquam mihi parum beatus videar, quod tali patre natus sim. nam verbum poenitet hanc interdum vim habet, vt apud M. Tull. in Cæliana. id nõquam tam acerbe feret M. Cælius, vt eum poeniteat non deformem esse natum. Idem in diuinat. in Ver. cuius cõsuetudinis, atque instituti patres nostros non poenitebat. Terent. Phorm. nostri nosmet poenitet, id est, nobis nosmet displicemus. Iterum M. Tull. lib. 1. ad Attic. à senatu quanti suam minime me poenitet, id est, à senatu magni fio: vel non parui estimor. Liiuius lib. 28. Ea vestra merita, imperatorumque vestrorum erga nos fuerunt, vt nos cladum nostrarum non poeniteat. Idem eod. lib. poenitebit te P. Corneli. gloria tua si hostem eum, qui tot sinerum, tot cladum nobis causa fuit, tu cõsul Italia expuleris?

EQVE NON VT M. D.] iccirco (inquit)

Hor.) non imitabor eos, qui obscuriore loco, parentibusque ignobilibus nati, solent ita se defendere, culpam suam non esse, quod ingenuos, & claros parentes non habeant.

NAM SINATVRA IVB. &c.] nam si liceret aliis hominibus à certis apnis repuerasce-re, atque ætatem anteaactam iterare, aliõsque parenteis quolibet ad ostentationem, & gloriam optare, nemo est, qui non fit alios opraturus: ego autem meis parentibus contentus, alios populi honoribus ornatos, & claros nolim mihi sumere.

HONESTOS FASCIBVS, ET SELIS] prætorios, consularis, adilitios viros. honestos autem valet idem, quod honestatos, ornatos. placet autem mihi mirum in modum eascripura, quæ est in cod. Card. Rain. & tribus Vaticanis & aliquot aliis, onustus. vt significet Horatius, prætores & consules fascibus, & sellis & cereris insignibus onerari potius, quam honorari. natum autè mædum esse credibile est è duarum vocum similitudine, honestus, & onustus, seu, vt nonnulli scribunt, onustus. nam & Varro lib. 4. de lingua Latina scribit, honorè ab onere honesto dictum esse: & honestum è dictum quod sit oneratus: & dicuntur magistratus geri, quæ onera, postremò hanc lectionè cõfirmat paullo post ipse Horat. ibi, quod Nollem onus, haud vniquam solutus, portare mælestum. Omnino hæc recepta lectio, tolerabilis quidem est, & reperitur in aliquot lib. manuscriptis, probabilior tamen est altera, plurimùmque antiquorum librorum auctoritate confirmata: &, nisi fallor, plane recta & vera.

FASCIBVS] Quærit Plutarchus quæst. Rom. quare consulibus & prætoribus fasces olim præferrentur: & respondet vt propterea quod significabant, magistratus iracundiæ promtam & solutã esse non oportere: vel vt magistratus in-terea dum soluuntur fasces, spatium habeant cõsiderandi sitne supplicio dignus is, cui irati sunt, mora enim iracundiæ iniecta, sæpe fecit vt magistratus sententiã mutarint. Quoniã autè vitia alia sunt sanabilia, alia insanabilia: fasces quidem ea castigant & corrigunt, quæ corrigi & sanari possunt: scures verò, ea, quæ sunt insanabilia, ac desperata, amputant atque excidunt.

DEMENS IVD. VVLGI] quod nihil admiratur, nisi quod est in specie forensi posurum.

SANVS TVO] sanus tuo iudicio, qui popularis honores non magni admodum æstimas. Nam Mæcenas nullos vniquã magistratus gessit, vixitque equestri dignitate & loco cõtentus. demens, sanus, antithesis.

NAM MIHI CONT.] nam, si splendidiore loco natus essem, maiores mihi continuo querendæ facultates essent: sumtus faciendi maiores, &c.

SALVTANDI PLVRES] fortasse suffragiorū, & ambitionis causa, vt epist. 6. lib. 1. Mercemur seruum, qui dicit nominis, &c.

A PEREGRĒ-VEXIREM] tale illud Od. 16. lib. 2. *neq. purpura ve-Nale neque auro.* & ead. Oda tibi tollit hinni-Tum apta quadrigis, &c. sic Homer. *ἰλιάδ. Ἐ. Η φης ὡς τε ὄσων ἀρη γέ μιν εὐρύοπα ζῆ Ν' ὡς ἵρακ λείος, &c.*

CALONES] qui sunt calones, docet Festus: & notauimus ad illum locum epist. 14. lib. 1. *inuidet vsum Lignorum & pecoris tibi calo argutus.*

PETORRITA] vehicula Gallica. epist. ad Aug. *Esseda festinant, pilenta, petorrita, naues.*

CVRTO] curtato, cui cauda est decurtata.

MANTICA] mantica, peram significat, vt docet Porphyrius. interdum autem costis, seu lumbis equi, aut muli imponebatur, vt hic & apud Lucil. *mantica canterl costas grauitate premebat: interdum humeris gestabatur, vt apud Catull. ad Varrū de Suffeno, sed non videmus mantica, quod intergū est.*

TVLII] iterum Tullio illi, quem paullo antē insectatus erat, grauius insultat.

TIBVRTE VIA] via, quæ Tibur ducit. à Tibure Tiburs, inquit Varro lib. 7. de lingua Latina.

PVERI LASANVM PORT. OEN.] ridiculè hæc duo coniunxit, lasanum, & œnophorum, vt hominis fordeis indicaret, ac declararet. neq; frustra hæc vasa à pueris portari facit. nam hoc ipso significat, in elegantem & immundam eius familiam, sordidumque comitatum fuisse. Mercatores enim & ad quæstum attentiores homines, ne quid à coponibus & hospiribus sumere necesse haberent, & vt minore sumtu peregrinarentur, & iter facerent, vasa necessaria seruatorum suorum humeris imponebant. Est autem lasanum vas ad onus ventris excipiendum, comparatum, & est vox Græca, qua vitur Nicarchus lib. 2. epigr. *Ἦν ὀπὸν εἰρήσιο, δὲ δὸν εἰσφῆρει ἐν λάρυγγόν μου, Εἰπὼ, δὲ, πεινῶν, εὐθὺ φέρει λάσανον.* id est, si opum, seu liquorem poscam, docum, id est, trabem affert: si dicam esuriens, dato lachanum, id est, olus: statim affert lasanum. Alij quidam lasanum, dicunt fuisse ollæ podium: sed nihilo minus hoc loco vas significare fatetur, quo alius exoneratur.

HOC EGO COMMODO.] ego hac re, & multis aliis rebus viuo commodius, quàm tu: hac re (inquam) quod mihi licet ire vel vsq; Tarentum, si libeat, vno mulo, cum id prætori non liceat, omnia autem exempla & typtis excusa, & manu scripta, quæ quidem viderim, hic sunt mēdosa, in quibus hæc inest scriptura, *Millibus atque aliis: cum legendum sit, Multis atque aliis. Quis enim vtmquam ita locutus est millia alia, aut millibus aliis: donec ita potius loquuntur omnes Latini scriptores, mille alia, & mille aliis? Aditus sum autem ab vno codice manuscripto, in quo ita scriptum reperi non sine litura tamen, Multibus atque aliis. cuius codicis testimonium non cō produco, quod ex ea scriptura de vera fecerim coniecturam (ego enim multo antē, quàm in illū*

librum incidissem, ita, vt dico, hunc locum esse emendandum iudicarem) sed nequis religiosior me arrogantia, atque audacia insimulet, quasi libros vulgatos sine auctoritate veterum librorum pro meo iure corrigam. Sed sit ita: omnino aut ita hic locus corrigendus est codicibus omnibus inuitis, aut dicendum, Horatium Latinè loquendi cōsuetudinem vel neglexisse, vel ignorasse.

FALLACEM CIRCVM] cur fallacem? an propterea quod in eo res futuri vendebantur? vt vult Acro: an propter astrologos, & diuinatores, & interpretes somniorum, & id genus homines, qui in Circo Romano frequentes erant? quod magis probo. M. Tull. de diuinat. lib. 1. in extr. ex Pacuio, *non Isaacos coniectores, non interpretes somnium. Plautus Pœnulo. Itaque replebo atriatate, atrior multo ut fiet, Quam Egyptij aut qui cortinam ludis per circum ferunt.*

VESPERTINUMQUE PERERRO] vespertinum forum dixit, vt distingueret à matutino, quod erat frequentius, & magis differtum: vt epist. 6. lib. 1. *Gargilius, qui manè plagas, venabula, seruos Differunt transire forum, populūmque iubebat.* Sed putauit aliquando legendum vespertinus, id est, vesperi, vt epistol. ad Numicium. *vespertinus pete testum.* & sat. 4. lib. 2. *si vespertinus subito te opprēseret hospes, &c.* Vtro autem modo legas, nihil refert. vide annot. ad illum locum Od. 16. epod. *Nec vespertinus circū genuit versus ouile.*

ASSISTO DIVINIS] id est rebus diuinis, sacrificiis priuatis, aut publicis: rei diuinæ. Virg. *Æn. 8. Exin se cuncti diuinis rebus, ad urbem, Perfēctū, referunt.* T. Lilius lib. 36. *res diuinis facere maioribus hostijs insereunt.* M. Tull. Verr. de signis. *patera, qua mulieres ad res diuinis uterentur.* Immo dic potius diuinis, id est, diuinatoribus & coniectoribus rerum futurarum, & interpretibus somniorum, qui in Circo versari solebant, vt supra ostendimus. hanc enim explicationem magis probo. significat autem sibi licere, quod nō licet iis, qui magistratum gerunt.

CICERIS] sat. 6. lib. 2. *neque illi se postri cicervis, neque longæ inuidit auenæ.* Sed admonet me cicercis facta mentio, & nomen ipsum, vt locum illum, qui est in epist. 1. Ciceronis ad Atticum lib. 1. corruptissimum, in quo restituendo tot homines doctissimi elaborarunt, nos quoque cequid possemus, tentauimus, ex sententia, seu coniectura Simeonis Bosij Lemouicis, planè, vt ego quidē sentio, diuina, sanem, atque emendatā. sic igitur legitur locus ille in libris veteribus. *qua tum erit absoluta sane facile, eum libenter muniti ceteri acciderunt. al. num ceteri concili acciderint.* vnde sic coniicit ille esse legendum, *qua cum erit absoluta, sane facile tum & libenter Thermum cicervi cusli acciderim:* vt sit hæc sententia, quæ via cum erit absoluta, sane facile & libenter tum Thermum via Flaminia scilicet munita, cicervi cusli, id est,

A mihi Ciceroni creato consuli, consulem adiecerim. primū alludit ad fabam cusam, seu tusam: deinde ad nomen Thermi, quod apud Græcos lupinum significat, postremū ad prouerbium, in me cudetur faba. Hæc Bosius.

LACHANIQVE CATINVM] Græco nomine vsus est: quod sed est ei nouum, lachanum autem olus significat. non est nouissimum, me hunc locum in omnibus codic. deprauatum restituisse, beneficio Rainutij Farnes. Card. in cuius libro sic est emendatus. Nam scriptura vulgata, est inepta, & absurda: *lagania, catin.* quod non est mihi difficile pervincere. Solet Horatius cum victum tenuem, minimèque sumtuosum significare vult, oleris nomen vsurpare. epist. 17. lib. 1. *si prænderet olus patienter, regibus vi Nollet Aristippus.* epist. ad Torq. eod. lib. *Nec modica cenare times olus omne patella.* sat. 1. lib. 2. *discinthe ludent, donec Deoqueretur olus.* sat. 6. eiusd. *O quando faba Pythagoræ cognata, simulque vincta satis pingui ponentur oluscula lardo!* sat. 2. eiusd. *Non ego, narrātem, temere edi luce profusa Quicquam, præter olus sumosa cum pede perna.* sat. 7. eiusd. *si nusquā es forte vocatus Ad cenam, laudes securum olus.* sic Plautus Captiuus, *Æ. Terrestris cena. E. sus, terrestris bestia est. Æ. multis oleribus. E. curato agrotos domi.* Quod autem quidam post Acronem nugantur hic de lagano, non solum turpiter errant, sed etiā *καρότυον* suū declarant. Nam omnino ita legendum, vt edendum curati: neque laganum habebatur in cibis parabilibus, & facilibus: cum ex oleo, & farina, & melle, & pipere, & aliis nonnullis rebus confaretur. Neque me mouet Isidorus lib. 20. cap. 1. qui tradit laganum esse panem latum & tenuem, qui primū in aqua, deinde in oleo frigitur. Nam si laganum panis est, videtur minus apte dixisse, *lagani catinum:* si frigitur, non est panis, neque cibus parabilis, neque cum cicerē numerandus.

PVERIS TRIBVS] à pueris, tribus, cuius locutionis sexcenta sunt exēpla: ex quibus pauca carpatum. Od. 6. lib. 1. *Scribēris Vario fortis, &c.* Od. 35. eiusd. *examen Eois timendum Partibus.* Od. 25. *Auditam moderere arboribus fidem.* sat. 10. huius lib. *illi, scripta quibus comædia prisca viris est, &c.* epist. 16. *si quis bella tibi terra pugnata, maris, Dicat.* de arte poet. *Nolito ad versus tibi factos ducere plenum Latine.* sic Catull. ad seipsum. *Amata nobis, quantum amabitur nulla.* sic Græci. Xenoph. Cyri pæd. 5. *εἰμοὶ περὶ αὐτῶν μόνον.*

LAPIS ALBVS] mensa ex albo marmore, mensa Delphica: quæ rotunda erat, vt alibi dicemus.

POCVLA CVM CYATHO DV O] cur pocula duo? quia pocula semper pari numero in mensa delphica ponebantur: Verbi gratia, si tres conuiuiæ, tria paria: est sex pocula: si duo, duo paria: si vnus, qui cenaret, vnū par, seu duo pocula, vt hic. cyathus autem adhibebatur ad aquæ & vini temperationē, aquā enim ex vna, seu futo,

seu echino, seu quo alio vase aquario: vinum ex amphora, seu craterē cyatho hauriebant, & in scyphos, aut pocula infundebant.

ASTATECHIN. VILIS, CVM P. G.] locus est obscurus cum propter scripturæ varietatem, tum propter ignorantem vaforum Romanorum, quibus utebantur in cenis, & conuiuiis. oritur alia difficultas ex voce echinus: quæ, quid hoc loco significet, non est facile explicare. alij igitur libri habent: *astat echino vilis cum patera guttus:* & ita videtur legisse Porphyrius. alij, *astat echinus vilis, cum pat. gutt.* alij mutata ininterpunctione, *astat echinus, vilis cum patera guttus:* quartū lectionum, quæ sit optima, difficile, & periculosum est pronuntiare. mihi quidem non liquet. secutus sum autem eam scripturam, quam plures codices veteres confirmant, eamque sic explico. *astat mihi cenanti echinus non magni pretij, nēpe fictilis, seu æneus, & guttus & patera, quod si cui magis placeat altera scriptura, astat echino, &c.* eius hanc sententiam esse puto: vilis guttus, & patera astant echino, id est, prope echinum locati sunt. Iam echinum alij vas fictile: alij æneum fuisse dicunt: sed ad quem vsum comparatum fuerit, docet nemo: alij thecam, seu inuolucrum scorteam, in quo vasa includerentur: alij ampullam vitream. Omnino nihil ceteri, in quo insistere queas. Ego in tāta librorum, & opinionum varietate, quid afferre possum, in quo lector acquiescat: planè nihil. Veruntamen ne hic *καρότυον* esse dicar, quid si dicam echinum vas fuisse fictile, aut æneum, amplum, rotundum, humile, in quod vel ciborum reliquæ conijcerentur: vel id, quod in poculis reliquum esset, effunderetur, à similitudine vel echini illius forensis, & iudicialis, vel echini marini nominatū? quid si, vt Porphyrius. ampullam vitream, aquatiam quid si, vt alij, æneam? Guttus porrò à gutris dicitur: quia ex eo minutatim vinum fundebant, vt docet Varro lib. 4. de ling. Lat. *Pateræ verò in poculis numerabantur, & à patendo dicitur sunt, vt idem ibidem scribit: & eis ad libandum utebantur.* Hæc habui, quæ de hoc loco nunc quidē dicerem: aliàs fortasse probabiliora allaturus.

CAMPANA SVPELL.] significat, vasa illa omnia fuisse fictilia. nam in Campania, ex luto & argilla, cuius propter soli bonitatem, magna est ibi copia, pulcherrima vasa fingebantur. sat. 3. lib. 2. *Qui seient animum festis potare diebus Campana solitus trulla.* Alij æneæ fuisse dicunt, propter æris Campani nobilitatem, ac præstantiam.

MARSYA] Marsyæ statuam in foro fuisse postam aiunt, vt eius aspectu improbi, atq; intusti litigatores deterrerentur. Ad hanc autem statuam sistentebant vadimonium: Notissima est de Marsyæ contentione cum Apolline, & de contentionis illius euentū fabula. *obeundus Marsyæ,* id est, obeunda ea pars fori, in qua Marsyæ statua posita est.

NOVIORVM FER. MIN.] ex duobus

A Nouiis fratribus probabile est minorem fuisse improbissimum litigatorem, & impudentissimū faneratore: cuius os ne marmora quidem ferre possent.

VNGOR OLIVO, NON QV O] nō eo vngor oleo, quo Natta, seu naca. vngebatur autē ille oleo ex lucernis detracto (quemadmodū Crates Thebanus si quādo eū vngi opus esset, in balneum ingressus, olei fordibus, & amurca vngebatur. sic enim de eo Teles libro *ὅτι συζητήσεως παλούτου καὶ περιὰς τῶν ῥήτων ἡμεῖς ζητήμεν παχύτερον ἰμάτιον ἐκείνος δὲ διπλάσιον τὸν τρίβωνα περιήει, τῶσπον τινὰ δύο ἰμάτια ἔχων. εἰ ἀλείψασθαι ἡρείαι ἔχρη, εἰσελθὼν εἰς τὸ βαλανεῖον, τῶ γλοιῶ ἠλέκτατο: id est ad frigus vestem crassiorē quærimus. ille autem duplicato pallio circumibat, quodammodo duas vestes habens. si opus esset eum vngi, ingressus in balneū, olei fordibus, & amurca vngebatur: vel, quod quidam magis probant, oleo lucernario, id est, quod lucernis conuenit, quodque ellychniis instillatur: tātae erant hominis fordes. Tale autē oleum, insuauis & ingrati odoris est, minimēq; ad vngēda corpora accommodatum. Neque verō assentior iis, qui naca legendum esse contendunt: primū quod alteram scripturam video ab omnibus codicibus etiam calamo exaratis confirmari: deinde quod probabilius est ab Horatio Nattam nescio quem hoc nomine notari. Scimus autē Nattam familiæ Rom. cognomen fuisse. M. Tull. lib. 4. ad Attic. *De Natta ex tuis primū scini litteris: oderam hominē, &c.* Idem de diuinat. lib. 2. *Natta verō statua, aut ara legum de calo tacta quid habent obseruatum ac vetustum? Pinarij Natta nobilis, à nobilitate igitur periculum.* Idem in orat. pro Muræna, *Non igitur si L. Natta summo loco adolescens, qui, & quo animo iam sit, & qualis vir futurus sit, videmus, &c.* Nihil prohibet autem, quo minus, vt ex optimo patre saepe improbissimus nascitur filius: sic ex nobili & honesta familia, turpis aliquis, & infamis homo existat. Præterea credibile est ab Horatio fordium aliquem hominem appellatū esse nomine alieno, non suo, propter metum legis: vel eum iam fuisse mortuum.*

D ASTVBI ME F. S. ACR. IRE LAVATVM] profert hunc versum Seruius ad illud Virgilij, *vel cum consps illotus adhaest sudor, &c.* & ait à lauro esse lotus & lautus. *inde est, inquit, lautum eo.* Nam illud ab Horatio satis licenter dictū est. *ast. v. me f. sac. ire lauatum, &c.*

ADMONVT] ὑπέρμνησε. nam aliud est monere, aliud admonere, & ne quis erreret: quamquam monitores dicuntur à Latinis, ij, qui admonent.

RABIOSI SIGNI] Caniculæ. signum appellauit impropiè. Oda 17. lib. 1. *Hic in reducta valle Canicula Vrtabis astus.*

PRANS. NON AVIDE, QVANT. INT.] huius loci sentētia est, Ego tantillū pransus, quantum interpellet, id est, non sinat, me to-

tum diem inani ventre permanere, domi otior. E significat, se non tantum vorare in prandio, vt cibo, & potione vētrem referat, atque oneret: sed quantum satis sit ad ieiunitatem, famēque depellendam, viresque corporis reficiendas, donec cenæ tempus adueniat. si quis enim nō prædeat: sed cibi, & potionis vsum in vesperum, & cenæ tempus differat, ieiunus, & inanis diem totum durare dicendus sit: Nunc autem cū prander tenuiter, & parcē: saltem hoc prandium eū interpellat, quominus inanis ad vesperam permaneat. *interpellare* propriè valet interloqui, seu loquentis orationem interrompere. vsurpatur pro eo, quod esse obstat, & interrompere simpliciter, & impedimento esse, vt hoc loco, & apud M. Tull. lib. 1. epist. ad Attic. *sed hæc tota res interpellata bello refraxerat.* C. Matius ad Cic. lib. 11. epist. *sed quæ hæc est arrogancia, quod Casar numquā interpellauit, quin, quibus vellem, atq; etiam quos ipse non diligeat, tamen iis vterer: eos, qui mihi amicum eriperunt, efficere conari, ne, quos velim, diligam?* Brut. ad Cic. cod. lib. *Interpellent me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellent, quo minus res. à me commode administrari possit.* Notissimū autem est, prandia Romana aut breuissima, & parcissima fuisse, aut, si qua fuerint sumtuosiora, & liberaliora, ea vel festis diebus vsurpari solita, vel nuptialia fuisse, vel ambitionis, & largitionis, vel luxuria causa instituta. his causis exceptis, & similibus, parcē admodum prandebant, cenabant liberalius. ientaculo autem, merenda, & vesperna puto pueros duntaxat, & operarios homines vfos esse. Ne illud quidem prætermittēdum est, Græcos illos Heroas, tantisper dum bellum gererant, & in castris erant, ter die cibum capere consueuisse: ac primū quidem cibum, & matutinum, ἀριστον esse nominatū: secundū, δειπνον, id est, prandium: tertium, δερπον, id est, cenam: cū hodie δειπνον idē, quod cena valet: ἀριστον autē prandiū. annot. interpres Hom. ὀδυσσ. β.

DOMESTICVS] domi. quod erat loci, ad personam transtulit: vt quod est temporis, crebrō solet. de quo genere paulo antē diximus.

VICTVRVS SVAVIVS] ego victurus. H sic habēt aliquot manuscr. cod. in his duo Vatic. & Iann. quam scripturam secutus sum. alij habent *victurum*, nempe me.

S A T Y R A 7.

PROSCRIPTI Regis Rupilius, atque venenum, Hybrida quo pacto sit Persius vltus, opinor Omnibus & lippis notū, & tonsoribus esse. Persius hic permagna negotia diues habebat Clazomenis: etiam liteis cū Rege molestas: Durus

A Durus homo, atque odio qui posset vincere Regem:

Confidens, tumidus, adeo sermonis amari, Sisennas, Barros vt equis præcurreret albis.

Ad Regem redeo. postquam nihil inter vtrumque

Conuenit (hoc etenim sūt omnes iure molesti, Quo fortes, quibus aduersum bellum incidit. inter

Heetora Priamidem, animosum atque inter Ira fuit capitalis, vt vltima divideret mors:

Nō aliā ab causam, nisi quod virtus in vtroq; Summa fuit. duo si discordia vexet inerteis:

Aut si disparibus bellū incidat, vt Diomedii Cum Lycio Glauco: discedat pigrior, vltro Mumeribus misis. Bruto prætorē tenente Ditem Asiam, Rupili, & Persi par pugnat:

vti non Compositus melius cū Bitbo Bacchius. in ius Acres procurruūt, magnū spectacula vterque.

Persius exponit causam, videret ab omni Conuētū: laudat Brutum: laudatq; cohortem. Solē Asia Brutū appellat: stellasq; salubreis Appellat comites, excepto Rege: canē illum, Inuisum agricolis sidus venisse ruebat, Flumen vt hibernū, fertur quod rara securis. Tum Prænestinus salso, multūque fluenti Expressa arbusto regerit conuicia, durus Vindemiator, & inuictus: cui saepe viator Cessisset, magna compellans voce cucullum.

D At Græcus, postquam est ltalo perfusus aceto,

Persius exclamat: per magnos, Brute, deos te Oro: qui reges consueris tollere: cur non Hunc Regem iugulas? operum hoc (mibi crede) tuorum est.

PROSCRIPTI REGIS RVPILII] Rupilius cognomēto Rex, præturā gerens, ab Augusto, M. Antonio, M. Lepido proscriptus est: qua calamitate afflicto, ad Brutū cōfugit, eūmq; postea perpetuū secutus est. inter hunc, & Persium quendam natione Græcum, graue nescio quod dissidium natum est, molestaq; lites existiterunt. cas liteis nūc Horatius vrbaniissimē, &

facetissimē nobis proponit, Rupiliū Regem, à quo fuerat aliquando in iurgio contumelia affectus, vrbane vlciscens.

RVS ATQVE VENENVM] ingenij improbum, mores odiosos, vel maledicentiam impuram, ac pestilentem: vel potius ipsūm Rupiliū Regem ingenio improbo, ac peruerso, & quasi puris pleno: hominem contaminatum, perniciosum, maledicum, pestiferum, sic Lucillius. *In numero quorum nunc primū Trebellij multum Lucij marcebat febris, senium, uomitus, pus.*

HYBRIDA] quia Græcus ciuitate donatus: vel, quia ex patre peregrino, & matre Romana natus. translatio est ab animalibus rationis expertibus. Hybrida enim nominatur ex diuerso genere nata animalia, & maxime canes ex cane venatico & gregario creati.

OMNIBVS ET LIPPIS NOT. ET TONS.] duo hominum genera posuit & ipsa loquacia, & ad quæ loquaces conuenire solent, alterum propter oculorum morbum, alterū propter artificij naturam. Nam lippī quidem, quia oculorum sensus eis inutilis & otiosus est, ideō & loquaces sunt, & talcis homines ad se libenter accessunt atque allicunt: quin etiam loquaces ad lippos certatim concurrunt & conuolant, scientes, se, id quod vnum expetunt, aureis apud eos patulas reperturos: tonsorēs autē propterea sunt loquaces, quia ad eos loquaces cōfluunt, & apud eos resident, multasque diei horas conterunt: cuius rei testis est Plutarchus lib. *ὅτι ἀδελφείας, his verbis, Εἰ κουρέω πνὶ λόγων γνωμῶν ὅτι τῆς διουσιῦ τυραννίδος, ὡς ἀδμαρτην καὶ ἀρρηκίος ἔστι, γαλάσας ὁ κουρέως, ταῦτα ἡμᾶς, ἔφη, ὅτι τῆς διουσιῦ λέγειν, οὐ ἐγὼ παρ' ἡμέρας ὀλιγὰς ὅτι τῆς τεραχίλης τὸ ζυρὸν ἔχω, ταῦτα ἀκούσας ὁ διουσιῦ, ἀνεπαύρασε αὐτὸν. Ἐπεικὼς δὲ λέγων ἔστι τὸ τῶν κουρέων γένος. οἱ γὰρ ἀδελφότηται ἀπορέεισι καὶ ἀπορηθῆσι, ὡς αὐτὸς ἀναπίμπλασθαι τῆς σιωπῆς. χρῆσιμῶς γοῦν ὁ βασιλεὺς ἀρχέλαος ἀδελφῶν κουρέως, ὅτι ἀεὶ ἀλόντος αὐτῶ τὸ ὀμόλινον, καὶ πυθμῶν πῶς σε κέρω βασιλεῦ, σιωπῶν ἔφη.* id est, In tonstrina autē quadam cum verba fierent de Dionysij tyrannide, eam esse adamantinam, & irruptam, subridens tonsor, vos ista, inquit, de Dionysio dicere, cuius ego in collo paucis post diebus nouacula, renco? his auditis Dionysius, eum in cruceum sustulit. Planè loquax & garrulum est tonsorum genus. loquacissimus enim quisque ad eos accurrit, & eis assidet, ita vt ij garriendi consuetudine imbuantur. Venuste igitur rex Archelaus, cū loquax quidam tonsor lineum pannum humeralem (Plautus inuolucra appellat) ei circumdedit, & quæsiisset ab eo quomodo eum tonderet: tacens, inquit. Præterea lippī neque domo prodire, neque lucem ferre possunt. Eō fit vt studiosē, & curiosē, quæ foris aguntur, ab iis, à quibus inuisuntur, exquirant. Idem fit à tonsoribus. vtitur hoc proterbio Ari-

A stoph.in Pluto, καί τι λόγος γ' ἴδ' γ' ἴδ' τὸν Ηρακλέα πολλὸς Ἐπί ποίσι κέρειοισι τὸν κατήμενον, ὧς ἔξαιπὸς ἀνὴρ γαγάνηται πλῆσιος. id est, At qui multus hercle erat fermo eorum, qui in constrinis sedent, eum repente diuitem esse factum.

PERMAGNA NEG. D. H.] negotiabatur Clazomenis. aliud est autem mercatorum esse, aliud negotiorum.

CLAZOMENIS] vrbis est Asia. Strabo lib. 14. ἐπ' αὐτῷ τῷ τῆς Χερρόνησος ἰσθμῷ οἰκοῦσι Τήσιοι, καὶ Κλαζομβῖοι. id est, ad ipsum Cheronem isthmum habitant Teii, & Clazomenij. Iuxta hanc vrbem erat nemus Grynæum, vbi Apollo colitur.

DVRVS] χεῖρλιος, περὶος, seuus, pertinax, pernicax. aliter dicunt Latini, durū patrem: fat. 2. huius lib. sub patribus duris tiranum, &c. paullōque aliter idem Horatius, Vulteiū Menam, rusticum ex vrbano factum, durum appellat epist. 7. lib. 1.

ODIO] odiosa oratione, conuicio. Cic. ad Att. lib. 4. sed tamen cum hoc tuis ferē dixisset, odio, & strepitū senatus, coactus est aliquando perorare.

ADEO SERMONIS AMARI] sermonis odiosi, insuavis, iniucundi, mordacis: homo petulans in maledicendo. πικρὸν appellant Graeci, hominem amare irasci solitum. tumidus autem excidendum curauit sine copula que, secutus auctoritatem 2. cod. Vatic. Iann. & Torn. sic supra fat. 3. habere insuavis, acerbus. & ibid. illi Tardo, cognomen pingui damus. sic Hom. ἰλιάδ. γ. εἰ θελάμω εὐώδει, κλώεντι. & ὀδυσσ. κ. δεινὴ θεός, ἀνδρῆσασα. Apollon. α. ἀργον. Ἀρρηκίλος, ἀκαμπτός ἐδύσσετο νεῖοθι γαῖης. idem lib. β. Ω ἐν ἀμειδιήτης ἀγίας εὐνάεζοτο γύλας. Oppian κωνηγ. ματέπειτα δὲ πρῆσεν ἐλάω Παν δέμας. εὐώδει, κλώδει.

SISENNAS, BARROS] duo nomina sunt ἀστυδέτως posita. Porphy. videtur legisse Varros. quod si cui magis probabitur, non repugno. malum tamen Varos, quàm Varros.

EQVIS PRÆCURRET ALBIS] id est, longè superaret. notum proverbium est.

Plaut. in Afinar. Nam si huic occasione tempus se subterdixerit, Numquam pol. indipisces quadrigis albis. Iam albis quadrigis vchebantur, qui triumphabant: & equi albi celeritate prætare putabatur. Quamquam quadrigas albas, docti quidam Iouis quadrigas interpretantur.

(HOC ET ENIM SVNT O. I.) hæc omnia vsque ad illum locum, Bruto prætoris, &c. interpositionis nota sunt includenda. molesti autē sunt ij ferē, quos alio nomine pertinacis appellamus: nisi quis fortè dicat eo inter se differre, quod pertinaces interdum pertinacia sua neminem offendunt: molesti autem quouis sermone, & quouis tempore offendunt, atque adeo encant. huius igitur loci hæc sententia est: molesti eodem iure sunt, id est, eandem sibi libertatem,

licentiāmque sumunt, ac vendicant, quam viri fortes, inter quos nata dissensio & discordia est. Nam quemadmodum hi numquam placantur inter se, numquamque in gratiam mutam redeunt, quamdiu viuunt: sic & molesti numquam inducere animum queunt, vt reconciliantur inter se. ordo verborum hic est, molesti hoc sunt iure, quo fortes, quibus aduersum bellū incidit.

INTER HECTORA PRIAM.] quàm graucs, & implacabiles inter Hectorē, & Achillem inimicitia intercesserunt, declarat ipse Achilles ἰλ. χ. cui cum Hector polliceretur, se, si eum interficeret, corpus eius Græcis redditurū, cūmque eum oraret, vt se idem facturū sibi promitteret, si ille ab eo interficeretur, hæc respondentur ab Achille: inter leones, & homines rata fœdera ferri non posse, neque vmq̃a lupis cum agnis conuenturum: sed eos inimicitias inter se sempiternas gerere. Verum præfat Homeri versus ascribere: Εκτορ, μή μοι ἀλαστὴ σωνημοσύνας ἀρῶρε' ὧς ἴδου ἐστὶ λέβησι, καὶ ἀδράσιν ὄρνια πρῆσι. Οὐδὲ λύκοι τες, καὶ ἀρῆες ὀμοφρονα θυμὸν ἔχουσιν. Ἀλλὰ καὶ εὐφρονέσσι Διόσμου πρῆς ἀλλήλοισι. animosumque inter malim legi, quàm, vt habent omnes libri, animosum atque inter Ach.

CAPITALIS] quæ non, nisi alterius interitu, sedaretur: ira pestifera, perniciofa, in expiabilis. M. Tull. Philipp. 3. capitalem, & pestiferam M. Antonij reditum timeremus, Idem Off. 1. capitalis ereocles. Idem epist. ad Trebat. lib. 7. Treturi capitales. Idem Verr. 4. Illud, illud est capitale: illud formidolosum, illud optimo cuique mettuendum.

VT VLTIMA DIVIDERET MORS] ita capitalis, vt sola mors eorum diffidum, atque offensionem decideret, ac dirimeret.

DVO] duos, vt fat. 3. lib. 2. iure Turando obstrin-gam ambo. & ita sæpe apud M. Tull. & item apud Virgil.

VEXET] sic habent tres lib. manuscr. Don. Faër. Torn. nonnulli alij verser.

INERTES] ignaues, δειλῆς, ἀνάδρως. VT DIOM. CVM LYCIO GL.] quomodo Glaucus ab Horatio & Homero Lycius dicitur, cum genere esset Corinthius? fuit enim Hippolochi filius, cuius pater Bellerophon, aus Silyphus. Lycius factus est hoc modo. Bellerophon à Præto in Lyciam ad Iobatū Lyciæ regem missus, cum litteris in eius necem scriptis, propter illam omnibus notissimam adulterij calumniam, rebus præclarissimè gestis, maximisq; periculis perfunctus, Iobati filiā Anticleam duxit vxorem, ex qua, fœceri successor, & heres factus, Hippolochum suscepit, cuius filius Glaucus. Præfuisse autem Glaucum Lyciis in bello Troiano narrat Homer. ἰλιάδ. β. Σαρπητῶν δ' ἦρχεν Λυκίαν καὶ Γλαῦκος ἀμύμον Τηλοθῆν ἐκ Λυκίης. Ἐάνθε' ἄπο δινῆτος. id est, Sarpedon autem Lyciis præerat, & Glaucus nulli culpæ affinis Longè ex Lyciā à fluuio Xantho vorticofo.

DISCEDET PIGR. VLTRO MVN. m.] nemini ignota est Glauci, & Diomedis permutatio, nisi ei, qui litteras nescit: hæc autē sumta sunt ex lib. 6. Iliad. vbi sic Homer. Εστ' αὐτὲ Γλαῦκος Κρονίδης φρένας ἐξέλατο Ζεῦς, ὧς παρὲς Τυδείδην Διομυδεά, τὴν χεῖρ ἀμείβων Χρύσηα χαλκὸν ἐκατόμβοι ἐνὲαβοίαν. id est, Iupiter at Glaucō mentem supremam ademit: Qui cum Tydide Diomedē arma inelyta mutans aurea dat, pretiōque boues aquantiū centū: Erat fert, pretiōq; nouè exaquata iuuenis. locū autem proverbij obtinet, ab omnibus ferē scriptorib; celebrati. vtrūque ad Plato in symposio, & Arist. lib. 5. de moribus ad Nicom. Non celabo lectorem, scriptum esse in nonnullis codicibus calamo exaratis, discedat pro discedet, & pro pigrior, pulchrior.

PIGRIOR] ignauior: vt Glaucus, qui arma aurea sua cum æreis Diomedis permutauit. Diomedem autem Glaucō meliorem, ac fortiorē fuisse, ex Homero cognoscere licet.

TENENTE] κρατούτος ἢ Ἀσίας, Ἀσία obtinēte. RYBILI, ET PERSI PAR] vt M. Tullius gladiatorum par, ita Rypili, & Persij par dixit Horatius. Poterat & ita dicere, si per verbum liceret, Rypilius, & Persius par, vt M. Tullius pro domo sua, Atque hanc rem par illud simile, Pise & Gabinius, vidit. iterum Horat. infra fat. 3. lib. 2. Quinti progenies Erri, par nobilestratum.

VTI NON COMPOS. M. CVM B.] Cita pares erant Rypilius, & Persius, vel par ita simile, vt Bithus & Bacchus, gladiatorum par, nō melius inter se compositi fuerint. componi dicuntur gladiatores, qui vnā in arenam descendi, & inter se decertaturi sunt. Aufonius, Quis Myrmillon compositur? equimanus Thrax. Lucilius, Cum Placideiano hic componitur. M. Tull. ad Cælium lib. 2. epist. quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, vt mihi gladiatorum compositiones, vt vadimoniam dilata, & Chrestis compilationē mitteres? dicitur itē committi, & comparari. fuerunt autē Bithus & Bacchus nobiles gladiatores, de quibus Suet.

PROCVRRVNT] id est, foras, & in publicum currunt: vel currendo prodeunt. hæc enim vis est interdum præpositionis pro in compositione. procurrunt autem edendum curant, codices veteres secutus, in quibus omnibus partim ita scriptum reperi, partim præcurrunt, quod posterius reieci, vt à recto procurrunt deprauatum. Concurrunt autem, quod reperitur in vulg. damnauit, vt suppositum, & adulterinum.

RIDETVR AB O. C.] ridetur accipiēdū imperpersonaliter, vt sit, ridet omnis conuentus.

CANEM ILLVM INVIS. AGR.] ceteros omnes (inquit) Bruti comites, scellas salubris appellat, præter Regem. hunc autem cum Canicula comparat, grauissimo, & perquam horribili fidere, quo solis calor magnopere amplificatur. sic Hom. ἰλιάδ. χ. Achillem in Troianos irruentem, cum cane Orionis comparat, his verbis. Τὸν δ' ὁ γέρον Πρίαμος ἐρωτῶς ἴδεν ὀφθαλ-

μοῖσι Πλαμφολοῦσ' ὄσ' ἄσπρ', ἐπὲσσι δὲ ἰδὸν πείδοιο. Ὅν τε κὺν Ὠρίωνος ἑπὶ κλησὶν καλέσσι. id est, eum autem senex Priamus primus oculis vidit, totum collucentem, per campum rucnatem, vt astrum, quod Orionis canem cognomēto appellant. Propert. lib. 2. eleg. 28. Incipit, & sicco feruere terra Cane.

RUEBAT, FLVM. VT HIB.] id est, fluminis celeritate, ac rapidissime labentis, vim orationis instar loquebatur, seu dicebat, ac præcationis significat. sic loquitur Demosthenes in orat. περὶ τῶν ἰσθμῶν: ἔγω μὲν τῷ Πύθωνι πολλῶν ῥέοντι κατ' ἡμῶν, ὅσην εἴσα, ἔγ' ὑπεχώρησαι. id est, ego Pythoni, qui torrentis instar corā nos ruebat, non cessi, neque locum dedi. & Plutarchus in Fabio, Τῷ μὲν Μαρκελλῶ, ὡς ῥέοντι σφόδρα ποταμῶν, πολλὰ κίς ἄπαντων, ἀπεσείετο, καὶ παρερρήγη νεοτὸ τῶν δυνάμειν. id est, Marcello tanquam rapide fluenti fluuio sæpe numero occurrens, repellebatur, ac debilitabatur viribus. in quo exemplo tamen ad facta, non ad verba Marcelli referenda est similitudo. Dionys. Halicar. lib. 7. de Spurio Sicinnio, αὐτὸς τε πολλὸς ἔρρει χεῖ τῆς βελλῆς αὐτῶν, ὡς μάστιγα ἐπὶ τὸν κατ' αὐτῆς φθόνον, id est, ipse autem magnam vim orationis in senatū profundebat, quàm maximè fieri poterat, augens in eum inuidiam. Horat. supra, de torrente, Od. 2. lib. 4. Monte decurrens velut amnis, imbres quem super notas aluere ripas, Feruet, immensusque ruit profundo Pindarus ore.

FERTVR QV O' RARA SEC.] vt flumen hibernum, seu torrens, qui quacumque labitur, & præcipit, omnia latè disturbat, ac disturbat, & ædificia, & arbores, & (vt ait Virg.) sata læta, boiūque labores. ad quem torrentem tardè admodū, aut potius numquam, cum securibus eunt rustici, aut calones, vt ligna cadant, cum arbores omnes, quacumque rucrit, corripuerit.

PRÆNESTINVS] Rypilius Rex Prænestæ natus.

EXPRESSA ARBVSTO] ex pectore tracta. allegoria est ducta à frondatoribus, vinitoribus, ac vindemiatoribus, qui viatores deridit, & in eos conuicia congereret: & vicissim à viatoribus conuiciis onerati solent.

REGERIT CONVICIA] sic supra fat. 5. dixit, pueris conuicia nauæ Ingerere.

VINDEMIATOR] in nomine vindemiator, i & u vocales in vnam syllabam coeunt, vt apud Hom. πηληιάδῃος Ἀχιλλῆος. idē. καὶ πῦρ ἀγαθὸν ποιοῦ δὲ ἕκα. sic Od. 12. epod. Quis sudor vitis, & quàm malus undique membris Crescit odor. sic infra fat. 3. lib. 2. Lycimias soliti impensō præderē cōimtas. & fat. 3. huius lib. & imagine cereæ Largior arserit ignis. & fat. 2. lib. 2. pinguem vitis, albūmque, nec ostrea, nec scarus, aut poterit peregrina iuuare Lagois. sic Lucret. lib. 2. succus item scorsum, & rerum sapor insinuat. & lib. 3. At neque scorsum oculi, neque nares, nec manus ipsa esse potest anima. nō enim

SATYRA 8.

E

A assentior P. Victorio, viro alioqui doctissimo, qui putat *orsum* esse legedum, quantumvis licet codicis scripti auctoritate producat. Idem Lucret. lib. 2. de primis corporibus, *Et sonitu sterilia, & succo icinna feruntur.* in sterilia duæ vocales i & a vnam syllabam efficiunt: nisi forte legendum est *sterila.* idem eod. lib. *Denique caelesti sumus omnes semine oriundi.* in *oriundi* i & u in vnam syllabam cõtrahuntur. sic in *duellica* u & e apud eundem, eod. lib. *Lanigera pecudes, & equorum duellica proles.* nisi quis dicat m. liquescere in equorum. Idem lib. 3. *Nec nebulam noctu, nec aranei tenuia fila. Obuia sentimus.* Catullus in Priap. *Proin viator, hunc deum vereberis. Manumque forsum habebis, hoc tibi expedit.* Virg. lib. 10. *Vna, cademque via sanguisque, animisque sequuntur.* Idem lib. 6. *Pis & Tarquinios reges, animamque superbam Vltoris Bruti, faucesque videre receptos?* Ennius, *Quorum virtuti belli fortuna pepercit, Eorundem me libertati parcere certum est.* sic enim legendus est hic proximus versus, non vt vulgò *Horundem.*

C VI SÆPE VIATOR CESS. MAGN. C O M P.] solebant viatores, vinitoribus, aut vindemiatoribus de via conuictari, eosque, vt nimis tardos, aut nimis serò vitem colentis ac putantibus, aut in re aliqua turpi & flagitiosa deprehensos, insectari, & increpare, & cucullos appellare: in quos, vindemiatore conuicia interdum ita contumeliosa regerebant, vt illi cedere cogerentur. Plinius lib. 18. cap. 26. *In hoc temporis intervallo 15. diebus primis agricola rapienda sunt ea, quibus peragendis ante aquinoctium non suffecerit, dum sciat inde natam exprobatorem scdam putantium vitis per imitationem cantus alitis temporarij, quem cucullu vocant. Deducus enim habetur, opprobriumque meritum falcem ab illo volucre in vite deprehendi, vt ob id pecculantia sales etiam cum primo vere ludatur. auspicio tamen detestabiles videntur: adeo minima quæque in agro naturalibus trahuntur argumentis.* A uosonius in Mosella, *inde viator Riparum subiecta terens, hinc nauita labens Probra canunt seris cultoribus.*

I T A L O P E R F V S . A C E T O] salibus Italis, aculeatis, & mordacibus. Plautus Bacchidibus, acetum translata usurpauit pro itacundia. *Nunc experiar sine acetum tibi cor acre in pectore.*

D QVI REG. CONS. TOLL.] L. Iunius Brutus, & P. Valerius Leuinus Tarquinium exegerunt. M. Brutus cum ceteris cõiuratis C. Cæsarem de medio sustulit. M. Tull. pro Planc. *Quid potuit amplius si Iunius Brutus esset, qui ciuitatem dominatu regio liberauit?* Idem Philip. 2. *Etenim si auctores ad liberandam patriam desiderarentur, illis auctoribus Brutus ego impellerem: quorum uterque Iunij Bruti imaginem quotidie videret: alter etiam Abala? his igitur maioribus orti, ab alienis potius consilium peterent, quam a suis?* *foris potius, quam domo?*

H O C] videlicet hunc Rupillum Regem iugulare. in nomine Regis incest ambiguum.

O Lim truncus eram ficulnus, inutile lignum:

Cum faber incertus scdm, faceretne Priapum. Maluit esse deum: deus inde ego, furum, auiumq; Maxima formido: nam fures dextra coercet, Obscenoq; ruber porrectus ab inguine palus: Aft importunas volucris in vertice arundo Terret fixa: vet atq; nouis considerare in hortis. Huc prius angustis eiecta cadauera cellis Conseruus vili portanda locabat in arca. Hoc misere plebi stabat commune sepulcrum, Pantolabo scurræ, Nomentanoque nepoti. Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat: heredes monumentum ne sequeretur.

Nunc licet Esquilis habitare salubribus atq; Aggere in aprico spatari: quod modò tristes Albis informem spectabant osibus agrum: Cum mihi non tantum furesque, seraq; sueta Hunc vexare locum, curæ sunt, atque labori: Quantum, carminibus quæ versant, atque venenis

Humanos animos, has nullo perdere possum, Nec prohibere modo, simulac vaga Luna decorum (centeis. Protulit os, quin ossa legant, herbisque no- Vidi egomet nigra succinctam vadere palla Canidiam pedibus nudis, passòque capillo, Cũ Sagana maiore vluantē. (pallor vtrasque Fecerat horrendas aspectu) scalpere terram Vnguibus, & pullâ diuellerè mordicus agnâ Ceperunt, cruor in fossam confusus: vt inde Maneis elicerent, animas responsa daturas. Lanea & effigies erat, altera cerea: maior Lanea, quæ pænis conpesceret inferiorem. Cereâ suppliciter stabat, seruilibus vtq; iam peritura, modis. Hecaten vocat altera, seua

Alterâ Tisiphonen, serpenteis, atque videres Infernas errare canes, Lunamque rubetem, Ne foret histestis, post magna latere sepulcra, Mentior

Mentior

A Metior at si quid: merdis caput inquinae albis Coruorum: atque in me veniant inictum, atque cacatum

Iulius, & fragilis Peditia, furque Voranus. Singula quid memorem: quo pacto alterna loquentes (acutum? Umbra cum Sagana resonarent triste, & Utq; lupi barbam varia cum dente colubræ Abdiderint furtim terris? & imagine cerea Largior arserit ignis? & vt nõ testis inultus Horruerim voces Furiarum, & facta duarum? Nam, displosa sonat quantum vesica, pepe di Diffissa nate ficus, at illæ currere in urbem. Candidæ dentis, altum Saganae caliendrum Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis Vincula, cum magno risuq; iocòque videres.

Priapum Deum, custodem hortorum in hortis Esquilinis positum inducit cõquerentem de Canidia & Sagana veneficis, & commemorant tempus sibi esse negotij eas mulieres prohibere, atque arcere, quàm fures & volucris.

OLIM TRVNCVS ERAM, FIC. INVT. L.] ficus, lignum fragile, & infirmum est, còque nullam ad rem vtile: ex quo ficulnum auxiliium pro auxilio inani, nulliusque momenti: translatione ducta à ficu, inquit Theocriti interpret, his verbis: τὸ τῆς σικκῆς ζῶλον εἴραρον. ἀσπυγὲς, καὶ ἀδύνατον ἔχει καὶ παροίμια, σικκῆ ἐπιπυγρία ἢ μηδὲν ὠφελεῖσαι, ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς σικκῆς. & homo ficulnus pro inerti, ignaui, inutili. Theocritus ἐργατ. εἰδ. ἰώτα. Σφίγγει ἀμαλοδῆται τὸ δράγματα, μὴ παριὼν πρὸς εἴποι, σικκῆν αἰδρες, ἀπὸ λειπὸς χ' ἔστος ὁ μισθός. Constringite manipulos vos manipulorum colligatores, ne quis præteriens dicat, ficulni homines: perit hæc merces. & γινώμι σικκῆν, id est, mens vel sententia ficulna, apud Lucianum lib. 2. τῶς τοῦ ἀπειδευτοῦ, καὶ πολλὰ βιβ. ὠνὸς ἔδρον. Priapos autem finxisse veteres ex ficu, declarat epigramma illud Theocriti, cuius mihi nuper memoriam reficuit Simeo Bosius, cum me domi meæ Lutetia conuenisset, scripsisque, vt est perhumanus, & perofficiosus, inuiseret. Τὴν αὐτὴν λαύραν τῆς αἰδρες, ἀπὸ λει καὶ μφας, Σύκκινον ἐρήσειε ἀπὸ γλυφῆς ἔραρον Τρισκελές, ἀπὸ φλοιὸν ἀπὸ σάτων: ἀλλὰ φάληπι Παυδο γοῶ δω-ατὸν Κίσαριδος ἔραρα τελείν. i. Eadē via, eodē mve angiportu, vbi sunt quercus, ὁ caprarie, iter flectens, ficulnum reperies modò sculptum signū, tribus circuibus præditum, cum ipso cortice, si-

ne autibus, sed qui pene, filiorū genitore, possit res Veneris aboluere.

INCERTVS SCAMN. FACERETNE] incertus scamnum faceret, an Priapum. sic autem legendū, & ita habent tres cod. Vatic. Faëri. Tõrnef. Iannoët. & aliquot alij, nõn faceretve, hunc Priapū Dionysi, & Naidis nymphæ, aut Chione filium esse dicit: præterea non longè à Lampaco vrbem sui nominis bacchidisse. Alij eundem esse Priapum volunt, & Bacchum: quod ex vocabuli ratione, ac veritate probari potest. ἄσπυγος enim videtur esse quasi ἀσπυγός, id est, clamorosus, propter eos, qui in poculis immoderatis, & bacchationibus edūtur, clamores: aut ἄσπυγος dicitur est, quasi ἀσπυγός τὸ ἀσπυγία, id est, semen profundens. Præponebatur autem Priapus agris, hortisque custodiendis, atque è ligno fingebatur, vt hic è ficu, & Catullianus ille è quercu. Hunc ego imuenes locum, Villamque palustrem Testam vimine iunco, Caricisque manipulis Quercus arida rustica Cõformata securi Nutriui, vt magis, & magis sit beata quotannis, &c. & item alter eiusdem Catulli è populo. Ego hac, ego arte fabricata rustica, Ego arida, ὁ viator, ecce populus, Agellulum hunc, sinistra tute quem vides, Herique villulam, hortulumque paupteris Tuor, malisque furis arceo manus. eodem pertinet illud incerti auctoris. Infulsissima quid puella ridet? Nõ me Praxiteles, Scopasve fecit: Nec sum Phidiacæ manu politus: sed lignum rude villicus dolauit: Et dixit mihi, tu Priapus esto.

FVRVM, AVIVMOVE MAX. FOR.] sic Virg. Georg. lib. 4. *Et custos furum, atque auium cum falce saligna Hellepontiaci seruet tutela Pr. & Tibull. eleg. 1. lib. 1. Pomosisq; ruber custos donatur in hortis, Terreat vt sano fali Priapus auis.* sic enim legendum: non, vt vulgò, ponatur. & in superiore versu hexam. *Flava Ceres tibi sit, &c.* non vt vulgò, sit. Profert hunc locum Seruius ad illum Virgiliij versum Georg. 4. paullo antè à nobis commemoratum: additque, Priapum hortis præesse dici propter eorum fæcunditatem, quoniam horti numquam sine fructu sunt.

NAM FVRES DEXTRA COERC.] qua falcem tenet, seu fultem: coercet & palus, id est, penis, seu mentula: quam in Priapicis columnam, & fascinum bipedale nominat incerti auctores. his duobus telis fures terrebant Priapus, nempe falce & pene: ex quo in epigrammate quodam queritur, falcem sibi à furibus esse subreptam, dicitque se veteri, ne altero etiã telo spoliatur. *Credere quis possit falcem quoque (turpe fateri) De digitis fures subripuisse meis? Nec mouet amissi tam me iactura, pudòque, quam præbent iustos altera tela metus. Quæ si perãdero, patria multabor, & olim Illius ciuis, Lampasce, Gallus ero. Columella carm. de cultu hortorum: sed truncum forte dolatum Arboris antique numen venerare Tjphalli Terribilis membra, medio qui semper in horto Inguinibus puero, prædoni falce minetur.*

A OBSCENÓQVE RVBER PORR.] & penis ex palo factus, ab inguine protentus & prominens.

AST IMPORTVNAS] quæ me quodammodo à portu, & quiete excludunt: per quas mihi conquirescere non licet: vt annot. ad Oda 16. libri 3.

NOVIS] nuper à Mæcenate institutis.

HVC PRIVS ANGVSTIS] olim in Esquilis humabantur serui, cum sepulcris priuatis carerent: & plebeij homines ita tenues & egen- tes, vt non haberent, vbi sepelirentur: & scurræ, & deoctores.

CÆLIS] in quibus habitabât serui. M. Tull. Philipp. 2. conchyliatis Cn. Pompeij peristromatis seruorum in callis lectos fratros videres.

HOC MISERÆ PLEBI] hoc (inquit) erat sepulcrum commune miseræ, id est, inopi & egenti plebi, quæ cum priuatum & proprium monumentum, seu locum, vbi sepeliretur, non haberet, communi & publico ei opus erat. dicti Puticuli, vbi plebs humilis & infima sepeliebatur, locus ad Esquilias, à putrescendo, seu putendo, quodd ibi corpora mortuorum putrescerent, seu putreficerent.

SEPVLCRVM] sepulcrum, si non vnum in Esquilis erat sepulcrum, sed plura. Quod si vnum erat, nempe seruis & plebi commune, recte & propriè dixit sepulcrum, sic Catullus eo carmine, in quo fratris ad Troiam mortui ac sepulti interitum deplofat, Troiam, cõmune sepulcrum Europæ, Asiaq; dicit. sic & Lucretius terram commune rerum omnium sepulcrum lib. 5. omnipares, eadem rerum commune sepulcrum.

PANTOLABO SCVRRE, NOMENT.] Mallium Pantolabũ scurræ: Cassium Nomentanum nepotem nomenat in misera plebe, satyricè, & vrbane, quia rem suam familiare consumferat, & in cinerem verterat. Eos autem saepe vellicat & carpit, vt sat. 1. lib. 2. tristi ladere versu Pantolabum scurræ, Nomentanumque nepotè.

MILLE PEDES IN FRONTE, &c.] hæc erat formula verborum, quibus testatores significabant, se certum loci spatium è suis agris

D excipere, quod & suis heredibus adimerent, & reip. seu alicui corpori, & vniuersitati: seu libertis & familiæ suæ donarent, vt esset vel populi, & vniuersitatis: vel familiæ sepulcrum, hoc monumentum heredes non sequitur, vel hæc litteræ H. M. H. N. S. quæ tantumdem valent. cuiusmodi notæ, præterquam quod exstant apud Probum grammatium de scripturis antiquis, reperiuntur etiã hodie in veteribus marmoribus, & lapidibus incisæ, ex quibus quattuor hoc loco exempla proponam: vnum ex marmoreo monumento, quod Bononiæ vidi: alterum ex vno, quod Romæ: duo ex duobus Mutinensibus, à me exscripta. sic igitur insculptum est in Bononiensi. Q. M. ANILIO C. F. CORDO LEG. XXI. R. A. P. A. C. P. R. A. E. F. E. Q. V. I. T. E. X. A. C. T. T. R. J.

BVT. CIVIT. GALL. FAC. CVR. CER. TVS LIB. IN AGR. P. XLIV. IN FR. P. XLIV. H. M. H. N. S. (i. hoc monumentum heredes non sequitur.) Sic in vno Mutin. CLODIA PLAVTILLA SIBI ET Q. VERCONIO AGATHONI, MARTI OPTIMO, ET LYCIFERÆ LIBERTÆ IN FR. P. XX. IN AG. P. XX. H. M. H. N. S. sic in altero. C. STATTIVS C. F. SALVIVS SIBI ET C. STATIO, C. FABIO RUSTICO, ET P. POMPONIO P. L. ANTEROTI POMONIAE P. L. OPTATAE, POSTERIS QVE EORVM F. L. (id est, faciendũ locauit) IN FR. P. XVI. IN AG. P. XX. quartũ, quod est Romæ in æde D. Cæciliæ, indicauit mihi Fuluius Ursinus, vir doctiss. & human. F. DIIS MANIBVS SACRVM. M. ARIO L. LIB. HERMETI ET DOCE- TIAE FASIDI MARIVS L. LIB. FELIX PATRONIS SVIS BENE- MERENTIBVS DE SVO FECIT, ET SIBI, ET LIBERTIS, LIBERTABVS- QVE SVIS, POSTERIS QVE EORVM, ITA NE VMQVAM DE NOMINE FAMILIAE NOSTRAE EXEAT HOC MONVMENTVM. HOC MONV- MENTVM HEREDES NON SEQVI- TVR. IN FRONTE LAT. PED. XX. ET DIG. II. IN AGR. LONG. &c. Eadem autè est harũ litterarũ sententia apud Pro- bũ, quæ supra cõmemorauit. H. M. AD. H. N. T. R. A. N. S. id est, hoc monumentum ad heredes non transit. exstat & hæc scriptura apud eundem non admodum dissimilis. H. M. H. E. X. T. N. S. id est, hoc monumentum heredes ex testamento non sequitur. Nemo autem (opinor) ignorat, sepulcrorum alia fuisse familiaria: alia hereditaria. Familiaria erant ea, quæ testator sibi, & familiæ, id est, sibi, & liberis, & libertis: hereditaria, quæ sibi, & heredibus facièda curabat. nõ enim semper liberi scribebãtur heredes, sed interdum vel alienissimũ. hæc igitur Horatij verba sic explico. hęc, id est, in Esquilis, vbi nunc sunt horti Mæce- natis, cippus erat defixus, & locatus in terra, qui verbis aut litteris quibusdam incisis significabat, mille pedes agri Esquilini ad sepulturam plebis tribui: in fronte, id est, ea parte, quæ viam publi- cam artingebat, trecentos in agrum, id est, eam partem vestis, quæ ad agros cõiunctos pertine- bat, ne heredes hunc sibi locum vendicãret, nõve in hoc monumentum, heredum reliquiæ infer- rentur. legendum autem heredes monumentum ne sequeretur: non, vt vulgò sequerentur. Quidam pu- tant iocum esse ex ambiguo in his verbis, heredes monumentum ne sequeretur, & maximè in verbo he- redes, quasi significet, locupletis & homines, quibus venerint hereditates, in hoc sepulcro non sepeliri, sed pauperes, nudos, inopes, atq; egētis. MONVMENTVM.] Monumenta, seu mo- numenta

A nimenta sepulcrorum (inquit Varro) secundum viam ponuntur, quo prætereuntes admoneant & se fuisse, & illos esse mortales: ab eoque cetera scripta, ac facta memoratè causa, monumenta dicta. NVNQLICET ESQ. H. S.] nunc autem desit hic collis esse sepulcrum, & habitata, & edificiorum pulchritudine ac magnitudine, & cæli salubritate gratus atque amoenus est.

ALBIS INFORM.] nonnulli codices antiqui habent, deformem. albis autem epithetum est osibus perpetuũ, cuiusmodi multa sunt apud poetas.

NON TANTVM] non tam sententia huius loci hæc est, quo quidem tempore non tantam mihi curam, tantumque laborem afferunt fures, & fera, quæ hunc locum vexare consueverunt, quantum fugæ mulieres, & veneficæ, quæ carminibus, & venenis animos hominum immutant.

B SIBTAE] Sictæ trisyllabum: vt sicut apud Lucr. lib. 6. qui ferri quoque vim penetrare suenit. CARMINIBVS] cantionibus, excantationibus, & ἑρωδιαις.

VAGALYNA] eam enim putabant esse σωπερόν, & ἑστί, & μαργεία, sup. Od. 5. epod. Nox & Diana, quæ stentium regis, &c. vagam autè dicit propterea quod nõ est rectus, sed obliquus, & vagus luna cursus. iccirco Virg. lib. 1. Æneid. Hic canit errantem Lunam, solisque labores.

SYCCINCTAM] expeditam. vt sat. 6. lib. 2. veluti succinctus emstrat hospes. simile est illud Virgil. lib. 4. Vnum exuta pedem vinculis in veste recincta.

CANIDIA] de qua, & in quã Od. 5. epod. Canidia breuibis implicata viperis Crineis & incom- tum caput, & Od. 17. Et item sat. 1. lib. 2. Canidia Albuci, quibus est inimica, venenum: minatur Sotò noivõ.

PASSOQVE CAP.] sparso, non religato, neque in nodum collecto. Terent. Heaur. capillus passus, proluxus, &c. sic dicitur & passus manibus. Caesar lib. 1. de bello Gall. Eò mulieres imposuerunt: quæ in prelium proficiscentis milites passus manibus flentes prosequerentur. Idem lib. 7. matres familias suos obstrari, & more Gallico passum capillum ostentare, liberisque in conspectum proferre caperunt. Nonius, Passum (præter alias significationes) significat extensum, patens. Ennius, Agro corde, comis passus, &c. vel passus latè palmis. locus est apud Nonium corruptus.

CVM SAGANA MAIORE.] Ex eo, quod Saganam maiorem dicit, intellige, duas Saganas fuisse, vnam maiorem, quæ hęc describitur, alteram maiorem. sic satyra superiore, qui se Vultum ferre negat Sorsorum ferre minoris.

SCALPERE] fodere. aliud est sculperè.

PVLLAM DIVERERE M.] diuellerè, id est, discerpere, ac diripere, mord. i. dētibus. Pullam autem, id est, nigram. Et verò nigra esse debet, cum hæc sacra sint magica, & fiant diis inferis: quæ de re alibi.

CRVOR] agnæ diuillæ, ac dilaceratæ.

VT INDE MAN. ELIC. ANIM.] vt cruore mortuorum animas ab inferis excitarent. inde, id est, è fossa, vel potius, cruore. Maneis lacte, melle, & sanguine delectari, ex poetarum Græcorum, & Latinorum lectione intelligere licet. Virg. Æn. 2. Infernum tepido spumantia cymbia lacte, sanguinis & sacri pateras. & lib. 5. Ille è concilio multis è millibus ibat Ad tumulum magna medius comitante caterua. Hic duo rite mero libans carchesia Bacchis Fundit humi, duo lacte nouo, duo sanguine sacro. ibidem, huc casta Sibylla Nigrarũ multo pecudum te sanguine ducet. & ὀδύος. λ. Vlysses ad inferos descendens, de Circes consilio primũ in fossam mel cum lacte permittum, viniũ, aquam infundit: deinde oueis aliquot maciat, ad quarum sanguinẽ animas aduolanteis arceat gladio destricto, neque eas sinit de sanguine gustare, immo ne accedere quidem prius, quàm Tiresiam conuenerit, & consuluerit de suo, & socio- rum reditu. verba Vlyssis sunt hæc, Αὐτὰρ ἐγὼ ἔσπεος δὲ δὲ ἐρωσάμιδος ὠδὴ μὲρ Ἡμῶν, ἔδ' εἶων νεκρῶν ἀμείψα κέρματα Διμάρτος δάστον ἴδω ὄριν Τειρεσίαο πύθεσθαι. Tiresias autè statim, vt ad fossam lactis, sanguinis, & ceterorum liquorum plenam accessit, Vlyssẽm orat, vt sese aliquantisper à fossa auferat, gladiumque abstineat, donec de sanguine biberit: oim impetrato, & sanguine hausto, Vlyssẽm ea omnia edocet,

quibus ille in patriam redeundi facultatem sit habiturus: sic Tiresias eodem loco. Ἀλλ' ἔσπεο βόθρῳ, ἀπίχε δὲ φάσγανον δὲ δὲ, Διμάρτος ἔσπεο πῶα, καὶ τοὶ νημερτέα εἶπα. Umbra autem alia præter Tiresiam, & eos Maneis, qui de Lethæo flumine non gustarant, Vlyssẽm non agnouerunt, nisi post epotum sanguinẽ. sic enim Vlysses loquitur de Agamemnone eod. lib. Ἐγὼ δ' εἶπα με κείνος, ἐπεὶ πῆεν ἄμα κέλαρον. Euripid. Hecuba. ἐλθά δ' ὡς πῆες μέλας κόρης ἀρραφνὲς αἶμα, ὅ, σοὶ διαρρέμεθα Στράτος τε, καὶ ἀγῶ. id est, accede autè vt bibas atrum puel- læ sanguinem sincerum, quem tibi ego & exerci- citus donamus.

ELICERENT] excitarent, inuitarent, extraherent. Manes, animæ sunt à corporibus se- iunctæ, & quæ iam inferorum sedem incolunt.

LANEA ET EFFIGIES ER.] duæ (inquit) etiam erant imagines: vna lanca, altera cerea. solebant autem mulieres, quæ veneficis, & magicis artibus utebantur, imagines adhibere & cereas, vt is, quem amore sui capi vellent, instar cereæ mollesceret: & cretaceas, vt is se in alias mulieres obfirmaret, atque obdureceret tanquam creta: & laneas, vt amore sui incenderetur, atque inflammaretur non aliter, quàm lanca. exemplum imaginis cretaceæ simul & cereæ existat apud Vitg. in Pharmac. Limus vt hic durefcit, & hæc. vt cera liquefcit vno, eodẽque igni: sic nostro Daphnũ amore. cerea tantum apud Theocr. εἰδ. β. Ως τῆτον τὸν καρὸν ἐγὼ σὺ δ' ἀμῶνι τείλω. G iiii

A *πάλω* ὅπ' ἔρωτος ὁ Μίνδιος αὐτίκα Δέφης. id est, quemadmodum autem hanc ceram ego cum dea liquefacio, sic continuo liquefcatur amore Daphnis Mindius.

MAIOR LANEA, QUÆ POENIS, &c.] maior (inquit) erat lanca effigies, quam cerea: ita vt lanca inferiorem poenis coercere velle videretur.

CEREA SUPPL. STAB. SERVIL. VT QUÆ IAM P. M.] cerea (inquit) suppliciter stabat, & seruilibus modis stabat, vt iam peritura. sic locus & intelligendus & legendus: errantque vehementer, atque adeo planè cœcitiunt, qui legi volūt, vt quæ, &c. Nam si ita esset, deesset verbum erat, seuq. esset.

B HECATEN] Hecaten alij Iouis, & Iunonis, alij Iouis, & Cereris filiam esse volunt, ex furtiuo concubitu procreata: eamque primùm Nymphis à Ioue esse traditam, vt aleretur: deinde iam adultam Iunonis vnguentum, quo illa faciem inungere solebat, clam sustulisse, Europaque Phœnicis filiæ dedisse: quod cum Iuno resciuisset, illamque insequeretur, vt in eam animaduerteter: Hecaten in cuiusdam puerperæ thalamū sese contulisse, ibique aliquantisper delituisse: inde ad homines quosdam, qui mortuum efferebant, cōfugisse, eaque per mediam funeris pompam dilapā, Iunonem persequendi finem fecisse, atque abiisse: Cabarnos autem Cereris sacerdotes eam pauidam, & anxiam Iouis iussu recepisse, vt expiaret: Quod vt efficere possent, ad Acherusiam paludem detulisse: Ex eo natā opinionem, Hecaten esse vmbraurum, Maniūmque dominam, atque arbitram: & ob eandem causam *χθονία*, id est, terrestrem esse nominatam. Itaq; Simatha illa apud Theocr. in Pharmaceutr. Daphnidis amore flagrans, eūmque venenis, & carminibus, & ceteris magicis artibus ad se reuocare cupiens, ait se Lunæ primūm, deinde Hecate laudes cantaturam, his verbis, *πν γὰρ ποταίσουμι ἄσυχρα δάμον, Τῆ χθονία* Ἐχίτα. *των χθι σὺ δαίμων προμόνοι*, &c. solebant præterea Hecaten in triuiis collocare, quoniam rebus pollutis, & expiationibus præeit. Tradunt etiam nonnulli, Iouis, & Pheræ filiam fuisse,

C Acherusiam paludem detulisse: Ex eo natā opinionem, Hecaten esse vmbraurum, Maniūmque dominam, atque arbitram: & ob eandem causam *χθονία*, id est, terrestrem esse nominatam. Itaq; Simatha illa apud Theocr. in Pharmaceutr. Daphnidis amore flagrans, eūmque venenis, & carminibus, & ceteris magicis artibus ad se reuocare cupiens, ait se Lunæ primūm, deinde Hecate laudes cantaturam, his verbis, *πν γὰρ ποταίσουμι ἄσυχρα δάμον, Τῆ χθονία* Ἐχίτα. *των χθι σὺ δαίμων προμόνοι*, &c. solebant præterea Hecaten in triuiis collocare, quoniam rebus pollutis, & expiationibus præeit. Tradunt etiam nonnulli, Iouis, & Pheræ filiam fuisse,

D eamque à matre in triuium proiectam esse: sed bulbulcos, & pastores eam sublatam, atque exceptam aluisse: Iccircò triuia huic deæ sacra existimari. hæc ex Græcorum commentariis. Hesiodus autem in Theogon. (si modò Hesiodi est hoc pœma) Hecaten facit Persei, & Asteriæ filiam. TISIPHONEN] vnam ex Furiis, inde appellatam, quòd cædeis vlciscatur. lege annotat. ad illum locum Od. 13. lib. 2. *Eumenidum recreantur angues.*

SERPENTEIS, ATQUE VIDERES INFERN.] videres serpenteis, & canes infernas erfare. talis est Hecates, seu Triuia comitatus. sic Virg. *Æneid. 6. v. 564. canes ululare per vmbra.* & Simatha illa apud Theocr. ex canum latratu, &

vlulatu Hecate aduentum, præsentiamque colligit, his verbis. *Θέσπι, τὰ κύνες ἀμύναντά πῶλιν ἀρούρωτα.* A hœdes ἐν τοῖσιν. *τὸ χαλκίον, ὡς τὰχος, ἀχει.* id est, Thestylis, canes nobis per urbem vlulat. Dea est in triuiis. as quàm celerrime pulsa. eodē pertinet, quod ait Sophron in mimis, *ὄνσει βέσι, ὅτι κύνων βαλλέας λυέι τὰ φάσματά, ὡς ἔχαι χαλκὸς κροτηθεῖς, εἴτε πὶ τοῖσιν,* id est, Rheæ, & Hecate canes immolant, propterea, quòd canis latrans Lemures fugat, ac diffipat, quemadmodum & æs pullatum, aut aliquid tale.

LUNA M' QUÆ RVBENTEM] vel quòd eò interdum colore est, vt sup. Od. 11. lib. 2. vel rubentē intellige. *αἰχμωομένης,* id est, erubescen- tem, propterea, quòd eam talium facinorum, ac maleficiorum pudèret, vt declarat subsequens versus, *Ne foret his testis, &c.*

CAPVT INQVINER] *χρητὸ κεφαλῶν.* Hellenismus. Latine dixisset mihi caput inquitur.

VENIANT] sic habent omnes fere libri vet. FRAGILIS PEDIATIA] mutato genere, & adiecto epitheto *fragilis*, Pediatij impudicitia, mollitiemque notat. fuisse autem hunc Pediatij equitem Ro. vnāque cum patrimonio pudicitia amississe dicunt. huc videtur pertinere iocus ille à M. Tull. relatus lib. 2. de orat. *Est bellū illud quoque, ex quo es, qui dixit, irridetur in eo ipso genere, quod dixit: vt cum Q. Opimius consularis, qui adolescentulus malè audisset festino homini Egilio, qui videretur mollior, nec esset, dixisset: Quid tu Egilia mea? quando ad me venis cum tua colu, & lana? Non pol (inquit) audeo. Nam me ad famosas vetuit mater accedere.* sic Catull. in Galliambo de Atti, Cybeles sacerdotes Gallas vocat, quia mulieribus, quàm viris, essent similiores,

FVRQVE VORANVS] hunc Voranum Q. Lutatij Catuli libertum fuisse aiunt, ad eò furacem, vt cum à nummulario quodam in furto deprehensus esset, nummos ei substractos in calceos abdidit.

ALTERNAM] alternis sermonib⁹, alternatim. ACVTVM?] Aristot. in problem. scribit mulieres, pueros, eunuchos esse *ὀξύφωδους*. & cur ita sit, causam affert. Itaq; verisimile est, vmbra quoque, si loquerentur, *ὀξύφωδοτάτους* fore, id est, acutissimam vocem missuras.

ET IMAGINE CEREA] ex imagine cerea, vel ob imaginem ceream in ignem coniectā. in nomine cerea autē inest *συνάφρασις*, seu *συνίησις*, vt supra admonuimus.

FVRIARVM DVARVM] furias vocat Canidiam, & Saganam veneficas. Canidia autem mutato nomine Gratidia est, vt sæpe alibi admonuimus.

DISPIOSA] vitur eodem nomine Lucret. lib. 6. de nube, ex qua fulmen erumpit, loquens: *Tum perterritore sonitu dat mistra fragorem. Nec mirum: cum plena anima vesicula parua sæpe ita dat pariter*

A *pariter sonitum displosa repente.* DIFFISSA NATE] corruptè legitur in quibusdam exemplaribus *diffissa* vno f. cum *diffissa* sit legendum à verbo diffindo, id est, in multas partes findo.

FICVS] ego Priapus est ficu dolatus: ego Priapus ficulus.

CVRRE] currere cœperunt: currebant, seu cucurrerunt. sic loquuntur & historici, & poëtæ, & oratores. Horat. Od. 5. epod. *sub hac puer, iā nō, vt antè, mollibus Lenire verbis impias. sat. proxima. inf. ridens dissimulare: meum iecur vrere bilis. ibid. in princip. Ire modo ocyus, interdum consistere. sat. 8. lib. 2. ventere pallor Tum parochi faciem. sat. 3. eiusdem lib. illa rogare Quatane. & sat. 6. Cur- rere per totū pauidi conclauē. M. Tull. frument. In- stat scandaliosus: poscere recuperatores. Idē de signis. mimitari absenti Diodoro, vociferare palam, lacrymas*

B interdum vix tenere. ibid. Iste vnumquodque vas in manus sumere, laudare, mirari. Rex gaudere, &c.

CANIDIA DENTIS, &c.] id est, tum cuius videre liceret Canidiam dentes non suos, sed alienos, & arte infitos: Saganæ autē comam *ὀξύφωτον* excidere. caliendum alij aiunt esse comam *ὀξύφωτον*, id est, appositam, non nativam. quæ declaratio huic loco cōuenit. Alij per caliendum, capitis operimentum & ornamentum significari volunt, à Græco deflexum *χρητὸ* πτην, seu potius *χρητὸ* πτην. Ego hac voce vitruis significari posse existimari. nam etiam coma apposititia caput operit. Arnobius. *falcinule, claues, caliendra, fomites, stalaria.*

C VINCVLA] licia nominat Virgilius, in Pharm. *Terna tibi hæc primūm triplici diuersa colore Licia circumdo.*

S A T Y R A 9.

I B A M forte via Sacra, sicut meus est imos, (illis.)

Nescio quid meditans nugarum, & totus in Accurrit quidam notus mihi nomine tatum, Arrepti. q. manu, quid agis, dulcissime, reverti? Suauiter, vt nunc est, inquam. & cupio omnia, quæ vis.

D Cum affectaretur: nūquid vis? occupo. at ille, Noris nos, inquit: docti sumus, hinc ego: pluris Hoc, inquam, mihi eris. miserè discedere querens,

Ire modo ocyus: interdum consistere: in aurem Dicere nescio quid puero. cum sudor ad imos Manaret talos, d te, Bollane, cerebri Felicem, aiebam tacitus. cum quilibet ille

Garrivet: vicos, urbem laudaret, vt illi Nil respondebam: miserè cupis, inquit, abire, Iandudum video: sed nil agis: vsque tenebo, Persequar. hinc quòd nunc iter est tibi? nil opus est te

Circumagi: quendā volo visere, nō tibi notū: Trans Tiberim longè cubat is prope Casaris hortos.

Nil habeo, quod agam: & non sum piger. vsque sequar te.

Demitto auriculas, vt iniquæ mentis asellus, Cum grauius dorso subiit onus, incipit ille.

Si bene me noui, non Viscum pluris amicum, Non Varium facies. nam quis me scribere plureis,

Aut citius possit versus? quis mēbra mouere Mollis? inuideat quod & Hermogenes, ego canto.

Interpellandi locus hinc erat. est tibi mater, Cognati, queis te saluo est opus? haud mihi quisquam.

Omnes composui. felices nunc ego resto. Cōfice. nāque instat fatum mihi triste, Sabella Quod puero cecinit, diuinā mota anus vrnā. Hunc neque dira venena, nec hosticus aufe- ret ensis, (grā:

Nec laterum dolor, aut tussis, nec tarda poda- Garrulus hunc quando consumet cumque: loquacis,

Si sapiat, vitet, simulatque adoleuerit etas. Ventum erat ad Vestæ, quarta iam parte diei H Præterita: & casu tunc respondere vadato Debebat: quod ni fecisset, perdere litem.

Si me amas, inquit, paulū hic ades, intereā, si Aut valeo stare, aut nōni ciuilia iura: Et propero, quòd scis, dubius sum, quid faciā,

inquit: (ciam, ille: Tēne relinquam, an rem, me sodes, non fa- Et præcedere cepit, ego, vt cōtēdere durū est Cū victore, sequor. Mæcenas quomodo tectū?

Hinc repetit, paucorum hominum, & mentis bene sanæ. Nemo dexterius fortuna est vsus, haberes

A Magnū adiutorē, possit qui ferre secundas.
 Hunc hominem velles si tradere, dispereā, ni
 Summosse omneis, non isto viuimus illic,
 Quo tu vere, modo, domus hac nec purior
 ulla est, (omquam,
 Nec magis his aliena malis, nil mi officit
 Dirior hic, aut est quia doctior, est locus vni-
 Cuique suus, magnum narras, vix credibi-
 le, at qui
 Sic habet, accendis, quare cupiam magis illi
 B Proximum esse, velis tantummodo: quae tua
 virtus,
 Expugnabis, & est qui vinci possit: eoque
 Difficileis aditus primos habet, haud mihi
 deero:
 Muneribus seruos corrumpam: non, hodie si
 Exclusus fuero, desistam: tempora quaram:
 Occurram in triuiis: deducam, nil sine magno
 Vita labore dedit mortalibus, haec dum agit:
 ecce
 Fuscus Aristius occurrit mihi carus, & illū
 C Qui pulchrē nosset, cōsistim⁹: vnde venis? &
 Quò tendis? rogat: & respondet, vellere capi:
 Et pressare manu lentissima brachia, nutans,
 Distorquēs oculos, vt me eriperet, malē salsus
 Ridens dissimulare, meum iecur vrere bilis.
 Certē nescio quid secretō velle loqui te
 Aiebas, mecum, memini bene: sed meliori
 Tempore dicam: hodie tricesima sabbata,
 vni tu
 Curtis Iudaeis oppedere? nulla mihi, inquam,
 Relligio est, at mi: sum paullo infirmior, vnus
 D Multorum: ignoscet: aliā loquar, hunc cene
 solem (ac me
 Tam nigrum surrexe mihi? fugit improbus,
 Sub cultro linquit, casu venit obuius illi
 Aduersarius: & quò tu turpissime? magna
 Exclamat voce: & licet antestari? ego verò
 Oppono auriculā: rapit in ius, clamor vringq:
 Vndique concursus: sic me seruauit Apollo.

IBAM FORTÈ] Describitur hac satyra homo odiosè loquax, & molestus, iam antè à Theophrasto in libello, qui inscribitur ἡνίκαι

χαρὰ]. magis philosophico more indicatus, E ac demonstratus.
 VIA SACRA] quae ferebat ad forum Romanum, vel, vt vult Festus, à regia in arcem: sic autem appellata quòd in ea foedus istum sit inter Romulum & Tatium. Od. 4. epod. Vnde facram metiente te viā. & Od. 7. Sacra catenatus via.
 ET TOTVS IN ILLIS,] sic habent omnes libri manu scr. nā à vulg. abest copulatio &.
 ACCURIT] sic habent omnes libri manuscripti, Vatic. & ceteri.
 ARREPTA QVE MANV] nō dixit apprehensaque manu, aut simili quodā modo, sed arrepta, vt exprimat hominis impudentiam, & oris duritiem, & ingenium odio dignum.
 QVID AGIS DVLC.] quid rerum agis, F dulcissime Horati? inquit ille.
 NYM QVID VIS? OCCVPO] cū me affectaretur, ego praecoccupans, num quid vis? id est, num quid est, quod me tua causa efficere velis? inquam. solebant autem qui aliquo defungi, quive aliquem à se dimittere non esse vellent, ita loqui. Terēt. Rogo numquid velis: Recte, inquit, abeo.
 NICECO] tum, ego inquam, tanto pluris à me fies: tanto mihi eris carior.
 MISERE DISC. Q. IRE MODD] ego, qui miserè cuperem ab eo discedere, modò celerius incedebam, modò consistebam, modò aliquid puero meo in aurem dicebam, loquaci illi non obscure significans, aliquid mihi esse serij negotij, quod agerem. miserè idè ferè valet, quod vehementer, vtque ad miseriam. Terent. in Heaut. Vt stulta, & miserè omnes sumus religiose. miserè religiose valet, supra modum religiose. simile est illud miserè amare, quod ferè aequale est illi, perditè amare. Theophrastus libello in ser. ἡνίκαι χαρὰ]. ad hanc sententiam accommodatè, scribit oportere manibus dimissis, & quasi gyalatoris passibus taleis homines fugere, quibus quis velit sine febris esse. Difficile est enim (inquit ille) aequo animo cum iis versari, aut commorari, qui neque otium, neque negotiū discernūt. verba Theophr. sunt haec: ὁ ἀσεβέστατος δὲ πρὸ τῶν τοιῶντων ἴσθ' ἄνθρωπον καὶ διαρῶμενον ἀπαλλάττεισθαι ἡσὶς ἀπίστευτος βέλεια εἶναι, ἔργον γὰρ σωαριεῖσθαι τοῖς μὴ τε χαρῶν, μὴ τε σωδ' ἑὶ διαγνώσκεισθαι.
 IN AUREM] Dicere in aurem solemus, quae ab aliis nolumus exaudiri. notus ille Homeri ver sus ὁ δ. δ. & alibi iteratus, Ἀλλ' ἔγωγε κεραιλάω ἴνα μὴ πειθοίαισ' οἱ ἄλλοι, id est, ad motu propius capite, ne alij exaudirent. sic Euripid. Ione, δ' εὖρ' ἔλθ' ἐς ἐς γὰρ τῆς λόγῃς εἰπεῖν θ' ἄλλοι. id est, huc ades. in aurem enim tecum loqui volo. M. Tull. Verr. de supplic. atque enim vident sedere ad latus pratoris, & ad aurem familiariter, vt solitus erat, insuflurrare. Idem lib. 2. de Finib. ad aurem admonere. Virg. Aeneid. 5. fidam sic faturo ad aurem. Plautus Trin. Id, quod in aurem rex regina dixerit, sciunt.
 CYMSVDOR AD IMOS] sudor sua sponte

A sponse, id est, nullo corporis labore antegresso, manans significat astum, & perturbationem, & angorem animi, vt alibi annotabimus.
 OTE, BOLLANE, CEREBRI FEL.] aiunt hunc Bollandum ea animi libertate, ac simplicitate fuisse praeditum, vt sine dissimulatione, quicquid sibi in quoque homine ineptum, insolens, odiosum videretur, reprehenderet, damnaret, rejiceret, ac respueret, nihilq:, quod sibi molestum, aut iniucundum esset, ab altero ferre soleret. felicem cerebri autem dixit eadem ratione, qua illa dicuntur, integer mentis, egregius animi, sanus animi, &c. quae annotata sunt ad Od. 22. lib. 1. In oratione soluta diceremus hominē sanae mentis, & cerebri felicis: vel sana mente, &c. potest etiam dici, Horatium imitatum esse Graecorum genus loquendi, μακαρίων σε τῆς παρησίας, καὶ τῆς γενναϊότητος: vbi sub intelligitur ἐνεχε.
 B VICOS] vicos vrbis Romae, vt epist. ad Fulscum Arist. Purior in vicis aqua tendit rursere plumbum, &c. significat, hunc loquacem nihil habuisse negotij serij, de quo cum Horatio loqueretur aut ageret, sed planè molestum, & odiosè garrulum fuisse.
 VTI ILLI NIL RESP.] id est, posteaquā illi nil responderem: cū illi nihil responderem. quo satis significabat Horatius, se eo defungi, & dissolui velle.
 SED NIL AGIS] sed nihil assequeris, frustra cupis fugere, inanem operam sumis, VSOYE TENEBO] non te relinquam: perpetuò tibi affixus haerebo.
 C PERSEQVAR. HINC QV D NVNC] ita sunt haec distinguenda, Persequar te quocumque iturus es, ab hoc loco aurem quò te confers? NIL OPVS EST TE CIRC.] verba Horatij hunc gartulum à se amandare & amoliri cupientis, nihil est opus, inquit, te circumire, & mecum longo itinere, & magno amfractu & flexu venire.
 PROPE CAS. HORTOS] C. Caesaris hortus non lōgè aberant à flumine Tiberi, in ea regione vrbis, quae Ianiculus appellabatur à veteribus.
 NIL HABEO, QVOD] respondens molestus ait se vacuum esse, & impigrum.
 DEMITTO AVRICVLAS,] demissa auricula in iumentis significat defatigationē corporis, sensuumq; torporem, ac languorem. Itaq; si quis ad homines trāsferens, dicat, aliquem demissis auriculis esse, significat, cum animo laborare, languere, demisso animo esse, quippiam aegre ferre. Plato lib. 10. de rep. τὸ μὲν παρὰ τὸν ὀφθαλμὸν ἔστι πρὸς τὸν οὐρανὸν, τὸ δὲ κατὰ γάλακτος γέννηται, τὸ ὅτι ἔστι τῶν ἁμῶν ἔχοντες. id est, primò quidem celeriter exsiliunt: ad extremum verò ridiculi fiunt, auriculas in humeros demittentes. sup. Oda 14. lib. 2. Demittit atras bellua centiceps. Aures.
 VTI INIQVÆ MENTIS AS.] vt iniquo animo onus impositum ferēs asellus, vel dic ini-

quae mentis, id est, pigro ingenio. tales enim asini sunt. itaque inepti sunt ad equitem, seu scissorem vehendum. ex quo illud χέλιος ὄνος: de eo, qui sit ineptus ad munus aliquod administrandum. Est autem χέλιος, equus ephippiatus, & fer natus ad vehendum scissorem aptus, differens ab eo, qui cū altero iunctus est currus trahendi gratia. Videtur autem hoc prouerbum M. Tullius vsurpasse epist. 15. lib. 10. ad Attic. vt quidem locum illum legit Gimeo Bofius Lemouix. Nā vbi vulgò legitur, Scythra ὄνος, ille coniectura ductus, & veteris scripturae vestigia secutus, putat à Cicerone scriptū esse. habes χέλιος ὄνος: id est, habes equū, quo veharis, tardum, tamquā asinum: vel habes saltem asinum, quo vehi possis, & qui tibi loco equi ephippiati esse possit: vel aliqua alia sententia est reconditor. nempe Atticum sua sponte ad proficiendum esse tardiore.
 SVBIT ONVS] vit. o. nus, trochæus seu tribrachus pro dactylo, vt sup. sat. 4. Qui no defendit alio culpante. & Od. 3. lib. 2. Caca timet aliunde futu. & sat. 3. lib. 2. amator Exclusus, quò distat, agit vbi secum, &c.
 VISCV] sat. vlt. huius lib. & hac vtiā viscorum laudet vterque. & sat. vlt. lib. 2. summus ego, & prope me viscus Thurinus.
 VIS MEMBRA MOVERE] saltare. Lucrēt. lib. 4. vt videantur Cernere saltantes, & mollia membra mouentis.
 INVIDEAT QVOD ET HERM.] ego G ita bellè canto, vt vel Hermogenes ipse, qui cantor est optimus, mihi inuideat. Attende vt Horatius hunc gartulum ac molestem, faciat etiam ar rogantem, atque ineptè, & gloriosè multa de se praedicantem.
 INTERPELLANDI LOCVS] hic erat interloquendi (inquit Horatius) & sermonis interrumpti locus. itaque quaesitū ab eo, matèrte eius viueret? cognatōne haberet? &c.
 QVEIS] quibus tua salus est utilis, ac necessaria? vel quibus tua opera opus est? quidam libri veteres habent ordine verborum conuerso, quibus est te saluo opus?
 HAVD MIHI QV.] respondet garrulus, propinquum sibi superesse neminem, omneis à se esse compositos, id est, conditos & humatos.
 OMNEIS COMPOSITI.] id est, omneis cognatos, & propinquos meos condidi: seu omnium illorum offia, & reliquias in vna cōposui. Virg. lib. 1. Aeneid. nunc placida cōpositus pace quiescit. ibidem tranllatè, Ante diem clauso componet vesper Olympo, &c.
 FELICES] mortuos appellant Graeci μακαρίους, vel κατ' εὐφροσύνην, id est, boni omnis causa, quemadmodum iidem Furias, Eumenidas vocant: vel quasi beatos, & omnibus calamitatibus, & miseris humanis defunctos, ac liberatos. Iccirò putant nonnulli hac esse coniunctim legenda: omneis composui felicis. à quibus dissentio, arbitrorque Horatium respondere, illos

A esse, vt mortuos, feliceis, quippe quorum aureis huius hominis non ferenda loquacitas non sit amplius verberatura: atque ob eam causam nunc verè dici posse feliceis, id est, μακαρίτας, non eo solum nomine, quod mortui, sed quod maxima molestia, nepe huius loquacitate, defuncti sunt. Theocr. φαρμακ. χη μ' ἀ Θευχαρίλα Θράσα πρόφος ἀ μακαρίτης Αγοχάρης γούρα κατέβηται. id est, & με Θεοχαρίλα Θράσα nutrix: felix, id est, quæ mortua est, hinc in propinquo habitans, orauit, &c. Lucian. πείθει πένθης εἶασον ἀναπαύσασθαι τὸς τῆ μακαρίτης δαίμονας. id est, finito quiescere feliceis, id est, mortui genios. Vtrum autè mortui, feliceis ac beati dici possint, necne, disputat Aristoteles lib. primo de moribus ad Nicom.

PVERO] tùm, cùm puer essem. **D**IVINA VRNA] fortibus in vrnâ coniectis, quibus diuinantur, id est, presentiantur, & prædicuntur futura: de quibus disputans M. Tull. de diuinat. lib. 2. ait totam rem esse inuentam fallacis aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. **H**VNC] puerum Horatium. sunt etenim verba anus Sabinæ ex fortibus Horatio sua fata canentis.

LATERVM DOLOR] πλευρίτις. M. Tull. lib. 2. de orat. ad Qu. fr. dièque septimo est lateris dolore consumtus. Horat. sat. 3. lib. 1. vt solet in cor traiecit lateris miseri, capitisque dolore. de lateris doloribus lege Corn. Celsum lib. 4. cap. 6.

CTYSSIS] βήχ, infra sat. 5. lib. 2. si quis Fortè coheredum senior malè tussiet. De tussis generibus, & remediis lege Corn. Celsum lib. 4. cap. 4.

AVT TARDA POD.] Nodosam appellat epist. 1. lib. 1. de articulo doloribus in manibus. & pedibus. idem Celsus lib. 4. cap. 24.

GARRVLVS HUNC QUANDO, &c.] quando, id est, quandoquidem, seu quoniam homo garrulus hunc quouis tempore consumet. Porph. & Acr. quando consumet, cumque dictum esse volunt χη τμύσιν, cùm vox quandocumque huic loco nullo modo conuenire possit, nisi absolutè accipias pro quouis tempore. cumque igitur, si separatim accipias, idem valebit, quod quandocumque absolutè, seu quouis tempore, vt Od. 32. lib. 1.

Dulce lenimen mihi cumque salve Ritè vocanti. & ita Lucret. lib. 4. Omne genus quoniam passim simulacra feruntur, partim sponte sua, quæ sunt aère in ipso, partim quæ variis ab rebus cumque recedunt: nisi si quis apud Lucret. particulam cumque cum pro uocabulo quæ coniungendam esse dicat.

AD VESTÆ] ædem, vt M. Tull. lib. 6. epist. ad Att. atqui nihil habuit inscriptum nisi censor, ea status, quæ ad Opis aperitè posita in excelsis est. Catull. de Vari scorto, volo ad Serapis Ferri manè. Terent. Adelph. ubi ad Dianam veneris, ito ad dexteram. Iterum M. Tull. pro Cluent. sicut in status inauratis, quas ad Inturna posuit. Idem ad Att. lib. 14. Rapinas scribis ad Opis fieri.

QUARTA IAM PARTE D. P.] id est, hora tertia diei præterita, singuli enim dies in duodecim horas inæquales diuiduntur.

VADATO] ei, cui vadimonium promiserat: ei, qui se in ius vocauerat, vadibus acceptis. nam vadari est in ius vocare, vadibus, id est, fideiussoribus acceptis. M. Tull. pro Quintio, hic hominem in presentia non vadatur: ita sine vadimonium disceditur. ibid. debere tibi dici Quintium: procurat negat: vadari vis, promittitur in ius vocas. sequitur: indicium postulus, non recusat. sunt autem vades, qui promittunt suo periculo aliquem vadimonium obiturum, ita, vt, si ille non obeat vadimonij diè, vas æstimationem litis subeat, ac sufferat, quem admodum supra annot. ad sat. 1. vel breuius, (vt Vaero) vas appellatus, qui pro altero vadimonium promittebat. omnino vas interdum videtur simpliciter pro sponfore vsurpari, vt M. Tull. epist. ad Brut. Maximo autem, cum hæc scribebam, afflictor dolore, quod, cùm me pro adolescentulo, ac pene puero resp. accepisset vadem, vix videbar, quod promiseram, prestare posse.

SI MÆMAS] vocalis e hinc nō solum nō eliditur: verum etiam corripitur, tametsi longa sit, vt supra annot. ad Od. 11. epod. sunt autem huius loquacis verba.

INTEREAM, SI] responsio Horatij omnia faciētis, vt hunc loquacē se abigat: sed frustra. **S**TARE] in iudicio, seu in iure. non satis validus vt in iure multas horas stare possim.

ET PROPERO, QVÒ SCIS] ad Cæsaris hortos, vt supra dixit.

AN REM] litem, sue causam: vnde rei sunt appellati, quorum res agitur. vide Festum, & Cicero. in lib. 2. de oratore: idque duobus locis.

ME SODES] me relinque, amabo te, inquit Horatius, potius quam rem, id est, causam tuam. sodes pro si audes, inquit M. Tull. perf. Or. infra epist. 7. vescere sodes.

SE QVOR] victorem, videlicet garrulū. nam superiora illa sic sunt distinguenda: vt contendere durum est. Cum victore, id est, cum pertinaci, qui me odio vicit, vt supra sat. 7. atque odio qui passet vincere Regem.

MÆCEN. QVOMODO TEC. HINC R.] sermonem intermissum ab hoc principio reperit, his verbis, Quomodo tecū agit Mæcenas? quomodo se aduersus te gerit? qualem sese erga te præbet Mæcenas?

PAUCOR. HOMIN.] respondet Hor. Mæcenas paucorum est hominum, id est, paucis hominibus familiaris est; paucos homines in cōsuetudinem, & familiaritatem suam recipit: paucis hominibus patet ad Mæcenate aditus, & familiaritas. sic Terent. Eunuch. Immo sic homo est, per paucorum hominum. **G**NATHO. immo nullorum est, si tecū viuit. Cicero fragment. lib. de fato. Cùm autem Scipio unum alterum ex iis, qui cum salutatam venerant, inuississet, pluresque etiam inuitaturus videretur: in aurem Pontius: Scipio, inquit, vide quid

A de quid agas: acipens. iste paucorum hominum est. refert Macro. lib. 3. Saturnal. cap. 16.

NEMO DEXTERIS F.] verba loquacis fortunatus (inquit) fuisse in eo, quod te Mæcenas admittit in amicorum suorum numerum.

ADIUTOREM] σύμμετρον, συμπαράλωρα, συλλήπωρα.

FERRE SECUNDA S] partem subint. id est, qui tibi secundus esse, seu inferuire possit. qui dicantur histriones primarum & secundarum partium, dicemus ad illum locum, vel partem minimum tractare secundas, epist. 17. ad Lolliū 2. lib. 1.

HYNC HOMINEM] me δεικνύων, pergit autem loqui garrulum. hunc versus in omnibus libris excusis, præpostera verborum positura deprauatum, restitui, ex auctoritate omnium librorum manuscr.

TRADERE] commendare. vide annot. ad epist. ad Claud. Neron. lib. 1.

SYMMOSSES OMNEIS] omneis, qui tibi obstat, & qui te antecedit gratia apud Mæcenate, dudū perculisses, aut certe loco depulisses. Od. 10 lib. 2. in formen hiemes reducit Iupiter: idem sumouet. Quemadmodum in diuitiū, & potentiorū virorū domibus familiares, & comites diuitis inter se æmulentur, & alter alterum euertere conetur, pulchre describit Lucianus in lib. πείθει του μηρεδίου πτεσύν τῆ δαβολῆ, his verbis, πάντες οὐδ' ἀλλήλους δευδρασι, χη ὡσπερ οἱ μονομαχούτες, ἐπιτηρῶσιν ἐπ' αὐτῶν γυμνασθῶν μέρος ἡδασαντο τῶ σώματος, χη πρώτος αὐτὸς ἐκαστος ἐναυ βουλόμηνος παρωθείται, χη παραινέσεται τον πλησίον, χη τον πρὸς αὐτῶν, εἰ δύνωτο, ὑποσώσῃ, χη ὑποσπείλει, &c. id est, omnes igitur acutè intententur, & quemadmodum qui singulari certamine inter se depræliantur, obseruant siquam partem corporis nudam, atque apertam cernere queant: & vnusquisque primus esse volēs, pellit, & cubito trudit vicinum, eumque, qui antecedit, si potest percellit, & supplantat, &c.

NON ISTO VIVI MV S] respondens Horat. Nulla est (inquit) in familia Mæcenas talis æmulatio, nulla obrectatio, nulla invidia. **N**EC MAG. HIS ALIENA MALIS] æmulatione, obrectatione, inuidia, criminatio-nibus occultis, insidiis, & calumniis. quorū maiorum plene sunt potentiorum virorum, & principum aula.

NIL MI OFFICIT VM Q] libri manuscripti aliquot habent, nil mi officit, inquam.

MAGNUM NARRAS] hæc dicuntur a garrulo. magnum est id, quod narras.

ATQVI, SIC H.] respondetur hæc ab Hor. etiam si hoc, quod dico, magnū tibi, & prope incredibile videatur, sic est tamen. quidam libri veteres habent. atquin.

ACCENDIS] verba gartuli incēdis me (inquit) studio, & cupiditate talis familiaritatis.

VELIS TANTVM MODO] satis est tē hoc velle, inquit Horat. virtute enim tua facile apud Mæcenate, honestissimum locum obtinebis, omneisque difficultates superabis, & perfringes. iam verò obseruatione dignum est hoc loquendi genus, quæ tua virtus, expugnabis: quod tantumdem valet, quærent, si diceret, ea est tua virtus, vt facile sis expugnaturus: vel ea, quæ præditus es, virtute, facile ad Mæcenate amicitiam peruenies. sic sæpe loquitur M. Tull. vt epist. ad Rufum lib. 5. tamen, quæ tua est suauitas, quique in me amor, molles à me hoc tempore æstimationem accipere. Idem ad Trebat. lib. 7. Moriar ni (quæ tua gloria est) puto te mille à Cæsare consuli, quam inaurari. Idem pro Sylla, quæ si de vno me cogitasset, quæ mollitia sum animi, ac lenitate, numquam mehercule illum lacrymis ac precibus restitissim. Idem pro Cælio, Genus orationis facultatem, copiam sententiarum, atque verborum (quæ vestra prudentia est) perperaxissim. Idem ad Att. lib. 7. vsi esset factum, (quæ tua est humanitas) ascriptissim.

HAUD MIHI DEERO] loquitur hæc garrulus. non mihi (inquit) deero, id est, omnem diligentiam adhibebo, vt eò perueniam, non prætermittam facultates eò perueniendi, quæ sese mihi offerent. quid sit, deesse sibi, diximus ad sat. 4. huius lib. ibi. neque enim cùm lectulus, aut me Porticus exceptit, desum mihi.

TEMPORA QUERAM] καρδοκλήσω, καιροφυλακήσω: tempus aucupabor, seu obseruabo, seu, vt Liuius, captabo.

NIL SINE MAGNO VITA L. D.] sententia est multorum veterum scriptis celebrata. Pindar. ἐἴδ. εὐδλυμω. ἀεὶ δ' ἀμφοῖν ἀρεταῖσι πόνος, δαπάνη τε μέγανται πρὸς ἔργον κινδύνου κεκαλυμμένον. id est, semper autem ob virtutes labor suscipitur, & sumtus fit in rem cum periculo coniunctam. Idem ἐἴδ. 1. ibid. ἄπονον δ' ἐλαβον χάσμα πᾶνοι πινέσ. id est, lætitiā sine labore pauci ceperunt. Sophocl. in Eleatr. πόνος τοι χάρις ἐδδὲν εὐτυχεῖ: id est, sine labore nihil fortunatum est. Hesiod. Τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρωτοὶ θεοὶ πρὸς πᾶροις ἐθνηκεν Αθήνατοι, &c. noti enim sunt versus: & profert eos M. Tull. lib. 6. epist. ad familiar. epist. ad Leptam. i. Virtutem di immortales sudore parari, atque labore volunt. protulimus & sup. Oda 24. lib. 3. ibi, Virtutisque viā deserit ardua: seu arduam. Sed videtur Horatius ex Epicharmo potius, quā e quouis alio expressisse. sic enim ille, τῶν πόνων Παλῶσιν ἡμῶν πάντα τὰ γὰρ οἱ θεοὶ, id est, dii nobis omnia bona laboribus vendunt. Cum his congruunt & illa Virgiliana lib. 1. Georg. pater ipse colendi Haud facilem esse viam voluit: primūq; per artem Mouit agros, curvis acuens mortalia corda: Nec torpere graui passus sua regna veterno. & procerbum illud à Platone vsurpatum lib. 6. de Rep. τὰ καλὰ τῶ ὄντι χαλεπὰ: id est, quæ pulcra sunt, planè sunt difficilia. Contrā qui mollia quæerunt, & sequuntur, ferè dura reperiunt, vt admonet Epicharmus, his

A verbis, quæ mendosa leguntur apud Xenoph. lib. 2. *ἔπιμνημι. ὁ πονηρὸς μὴτι μὲλα κακῶς ὁ μὴ τὸ σιληρὸν ἔχεις.* sic autem sunt emendanda, *ἔπιμνημι, μὴτι μαλακῶς μῶσο, μὴ τὸ σιληρὸν ἔχεις;* id est, ὁ infelix, ne tu mollia quære, ne dura habeas. HÆC DV M A G I T] hæc dū loquitur, sic habet omnes ferè lib. ver. vnus & item alter, *Hæc dum ait,* quos nō sum secutus. neq; id temerè. nā qui loquitur, agit. præterea sic locutus est sat. 3. lib. 2. *amator Exclusus qui distat, agit ubi secum, eat, an non, &c.* FVSCVS ARISTIVS] ad quem exstat Horatij epistola lib. 1. hoc principio, *Vrbis amatorem Fuscum saluere iubemus.*

R O G A T] Aristius: & à me rogatus, vnde veniret, & quò tenderet, vicissim responderet.

V E L L E R E C O E P P I] significans me cupere ab hoc garrulo cripi.

P R E S S A R E] sic restitui ex auctoritate cod. duor. Vatic. & Rainutij Card. Don. Torn. Clericani, Nicotriani, ceteris.

L E N T I S S I M A B R A C H I A] quid sibi vult vox *lētissima*? an mollissima? an potius prefationem minimum sententia? aut certè ita lenta, vt sentire non viderentur?

N V T A N S, D I S T O R Q U O C.] innuens ei, & oculos huc, & illuc mouens, *δενδύλων*, obscure & tacite admonens, vt me eriperet. vide annotationem ad istum locum, *Deme supercilio nubem*, epist. 18. M A L E S A L S V S R. D.] ni-mium salis, vel in meam fraudem falsus, dissimulabat se intelligere quid vellem.

M E V M I E C V R V R. B.] iecur vrebatur. at qui iecur, sedes bilis non est, sed libidinis, vt annot. sup. ad Od. 13. lib. 1.

C E R T E N E S C I O Q V I D] hæc dicebat Horatius Fuscus, vt per speciem colloquij secreti hoc garrulo defungi posset.

M E M I N I B E N E] respondet Fuscus planè aliud, quàm cupiat Horatius, idque dedita opera, cum eo perfacere, & perurbanè iocans, vt is magis, ac magis ab hoc garrulo vrgeatur, & pæne dicam, enecetur.

H O D I E T R I C E S I M A S A B B A T A] Sabbata dicunt Latini numero multitudinis, vt cetera dierum festorum nomina, Saturnalia, Floralia, Palilia, Faunalia, Terminalia, tricesima autem appellantur fortassis à dierum numero, quibus menses constant. quamuis enim Iudæorum menses cum lunæ cursu congruentes, vicessimo nono quoque circiter die compleantur, tricenarius tamen numerus rotundior, & aptior erat versuti, quàm vicenarius nouenarius. Quinetiā dici potest; Iudæorum mensis cum lunæ cursu congruisse, & tamen triginta diebus constitisse, què admodum & Atheniensium. credibile est autem prima cuiusque mensis Sabbata, Iudæis fuisse religioissima. Iam verò ne illud quidem dubium est, quin plerique etiam Latini ac Romani, temporibus illis Iudæorum religionem, ac caeremonias coluerint. sed cum hæc explicatio mihi non

fatisaceret, Iudæum quendam de suis Sabbatis & de annorum, mensiumque suorū ratione consului, ex iis, quæ mihi respondit, collegi, tricesima Sabbata ea esse intelligenda, quæ ab iis maxima religione coluntur, atque obseruantur: quo die agnum immolant, seu mandunt potius, & comedunt. quod Sabbatum, (vt barbære loquar) tricesimum est ordine, si Sabbata à principio anni numeres. annus enim apud illos initium capit à mense septēbri. Alij per tricesima Sabbata, neomeniam significari volunt: quæ feria tricesimo quoque die mēsis redeunt. Iam quod Plutarchus *συμπλοτ. Δ. ἡροβ. ε.* putat Sabbata dicta à voce Bacchantium *σάββα*, ignorante lingua Syriacæ, errat. dicta sunt enim Sabbata à verbo sabbat, quod valere cessare, & feriatum esse.

V I N T V C V R R I S I V D. O P P.] id est, *F*vin' tu Iudæorū religionem contemnere, irridere, ac pro nihilo putare? oppedere est vtrius crepitu in alterius odium, & contumeliam edere: quod dicit Græci *καταπέδων*, & *ἀποπέδων*. Aristoph. Pluto, *καὶ τῆ πενία ἀνταποπέδων. i.* paupertati oppedere. Idè *νεφέλ. καὶ βέλων. ἀνταποπέδων* *πρὸς τὰς βροντὰς.*

C V R T I S] supra sat. 5. *apellus* nominauit: quod tantumdem valet: vt quidem vulgus explicat. nam illic admonuimus de Scaligeri sententia, Apellam Iudæi alicuius, qui tum viueret, nomen proprium fuisse. *Curtus* igitur Iudæos intellige, recutitos, verpos, *ἀπεψωλημύδης*. *Curtus* autem appellat, quod pellem cam, quæ glandem caudæ salacis regit, habeat circumcissam, & quasi decurtatam. sic ferè supra sat. 6. mulum curtum dixit, cui caudæ esset breuior, & decurtata, non hæc salax, sed illa, quæ nateis operit. quamquam in illa satyra quidam mulum, curtum volunt esse dictum, cui non esset integra pellis, sed quadam parte lacera, & detrita: cū quibus non pugnabo. N V L L A M I H I (I N Q V A M) R E L L.] multis locis perspicuè ostendit Horatius, se omnēs religiones contemnere.

A T M I S V M P A V L L O] at mihi (inquit Aristius) religio est aliqua: ego religionibus aliquatū sum deditus: aliquatū sum supersticiosior.

V N V S M V L T O R V M] vnus è multis, vt epistola ad Nunicium lib. 1. *Vnus ut è multis populo spectante referret Emum mulus aprum.* & infra satyra 10. *Vnus vinorum.* neque verò iis assentior, qui putant dictum esse ab Horatio, *vnus multorum* pro eo, quod Græci dicunt, *εἷς πῶν πολλῶν*, id est, vnus è plebe, seu vnus è vulgo. sed arbitrator esse positum pro illo *εἷς πολλῶν*, id est, ego vnus egregiè præter ceteros.

H V N C I N E S O L E M T A M N I G R.] loquitur Horatius, suum casum deplorans. *nigrum solem* pro die infausito, tristi, & inauspicato dixit: quemadmodum dic' atrum veteres appellabant, ad res gerendas ineptum, & nefastum: quales erant Kalendæ, Nonæ, Idus, quod his diebus imperatores infeliciter ré gessissent. Catullus contra

A trā *soles candidos* vsurpauit, pro diebus lætis, optatis, & iucundis, vt carm. ad seipsum. *Miser Catulle desinas ineptire, Et, quod vides perisse, perditum ducas.* Fulsero quondam candidi tibi soles, &c. & Propert. lib. 2. *O me felicem, nox ὀ mibi candida, & ὀ tu lectule deliciis fæcte beate meis.* & Tibull. *auroras candidam lib. 1. eleg. 3.* Hoc precor: hunc illum nobis aurora nitentem Luciferum refovis cādida portet equus. vide annot. ad Od. 36. lib. 1.

S V R R E X E] id est, surrexisse: vt sup. *erepsemus*, pro erepsissemus, sat. 5. ad quem locū lege, si tibi lubet, quæ annotauimus.

S V B C V L T R O L I N Q V I T] id est, in extremo discrimine ductum à victimis iam iam mactandis. Tale ferè illud est apud Homerum *Ἰλιάδ. κ. ὅπτι ἔγρου ἴταται ἀμύνης*: id est, in acie nouacula stat.

E T L I C E T A M T E S T A R I?] huius loquacis aduersarius quærit à me vtrum sibi liceat me testem in eum sumere, necne? id est, an ego passurus sim illum meo testimonio vti. est enim amtestari vnū aliqū ex iis, qui assunt, prehensa auricula, testem sumere. quo factō licebat ei, qui vadibus acceptis quempiam in ius vocasset, manus ei iniicere, eumque in ius rapere. Quod si quis non antestatus, manu iniecta aduersarium suum in ius raperet, iniuriarum actione tenebatur. Plautus in Persa, S A T V R. *age, ambula in ius leno. D. Quid me in ius vocas? S. Illic dicam apud prætorem. sed ego in ius voco. D. nōme antestariūs. tuan' ego causa carniufex Quoiquam mortali libero aureis atteram, Qui hic commercaris civeis homines liberos?* idem declarat lex xij. tabul. quamquam deprauata sit, neque facile sit eam restituere. Hæc igitur verba legis videntur fuisse, *S I V I S V O C A T I O N I F V A T, A V T S I T E I N I V S V O C A N T E M N O N S E Q V A T V R, A N T E S T A T V S E M C A P I T O,* seu *I N I V S E M R A P I T O.* Turn. restituendam putat, *S I I N I V S V O C A T, N I I T, A N T E S T A T V S M A N V M I N I C I T O, A V R E M A N T E S T A T I C A P I T O.* compositum autem est hoc verbū

D ab am, quod in compositione valet circum, & testari. quamquam Priscian. aliter lib. 8. proferens illud Liuij Andron. *Impubes libripens esse non potest, neque antestari.* vult enim Latinum antestari, Græco illi *προδιαμαρτυρησθαι* responderi. sed errat. EGO V E R ὀ O P P. A V R I C.] ego præbeo illi auriculam, vt me testem sumat.

R A P I T I N I V S] garrulum. *rapit* autem vim significat, & accrius est, quàm *ducit*. rapere autem in ius suum aduersarium hic licet litigatori, quia amtestatus est. alioqui non liceret, vt diximus. sic sat. 3. lib. 2. *Cum rapies in ius malis ridentem alienis.* Plautus Asin. *Nam vidi hunc ipsum abducere, & rapere in ius Exarambū.* Idem Aulul. *Iam quidem ad prætorem hercle te rapiū: & tibi scribam dicam.* Ad prætorem trahere autem, & in ius trahere, idem valere, sciunt qui pædectas iuris ci-

uilis vel extremis digitis attigerunt. Ius enim significat etiam tribunal, aut certe locū, vbi prætor ius dicit.

S I C M E S E R V. A P.] quidam hæc referunt ad Apollinis statuum eburneam, quæ posita erat in foro Augusti, vt significet Horatius, se rapto tandem in ius aduersario, quasi beneficio forensis Apollinis liberatum esse: à quibus dissentire nolim. habebatur enim deus *ἀλαξίγερως* & *ἄποτροπαῖος* Apollo, id est, maiorum depulsor, & seruator. sed tamen credibile est, Horatiū vna opera ad illum Homeri locum respexisse, vbi Aenean cum Achille congressum eripit Apollo. versus sunt hi *Ἰλιάδ. υ. τὸν δ' ἐξήραξεν Ἀπόλλων Πεία μάλ', ὥστε θεός, ἐκάλυψε δ' ἄρ ἠέρι ποδῶν.* id est, hunc autem valde facile eripuit Apollo, vt deus. multa autem caligine obtegit. sic & *Ἰλιάδ. γ. Παριδὸν, qui Menelaum ad singulare certamen prouocarat, ab eoque pæne victus, atque ad naueis pertractus erat, eripit Venus. τὸν δ' ἐξήραξεν Ἀφροδίτη Πεία μάλ', ὥστε θεός, ἐκάλυψε δ' ἄρ ἠέρι ποδῶν.* id est, eum autem eripuit Venus valde facile, &c.

S A T Y R A 10.

N E M P E *incomposito dixi pede currere versus*

Lucill. quis tam Lucill fautor ineptè est, Vt non hoc fateatur? at idem, quod sale multa Urbem defricuit, charta laudatur eadem.

Nec tamen hoc tribuens, dederim quoque cetera. nam sic

Et Liber I nimis, vt pulcra poemata, mirer.

Ergo non satis est risu diducere rictum Auditoris: & est quædam tamen hic quoque virtus.

Est breuitate opus, vt currat sententiā, neu se Impediāt verbis lassas onerantibus aureis.

Et sermone opus est modò tristi, sæpe iocoso, Defendente vice modò rhetoris, atque poetæ.

Interdum urbani parcentis viribus, atque Extenuantis eas consultò, ridiculum acri

Fortius: & melius magnas plerūq; secat res. Illi, scripta quibus comædia prisca viris est,

Hoc stabant: hoc sunt imitandi: quos neque pulcher

Hermogenes vnumquam legit, neq; simius iste, Nil præter Caluū, & doctus cātare Catullū.

At magnū fecit, quod verbis Græca Latinis

A Misceat. d. feri studiorum, qui ne putetis
Difficile, & mirū, Rhodio quod Pitheolenti
Contigit. at sermo lingua concinnus. vtraque
Suauior. vt Chio nota si cōmista Falerni est.
Cūm versus facias, te ipsum percontor: an,
& cum

Dura tibi peragenda rei sit causa Petilli:
Scilicet oblitus patriæq; patrisque, Latine
Cūm Pedius causas exsudet Poplicola, atq;
Coruinus: patrius intermiscere petita
Verba foris malis, Canusini more bilinguis?
Atqui ego, cūm Græcos facerem, natus ma-
re citra,

B Versiculos, petuit me tali voce Quirinus,
Post mediam noctē visus, cūm somnia vera:
In siluam non ligna ferās insanius, ac si
Magnas Græcorū malis implere ceteruas.
Turgidus Alpinus, iugulat dum Memnona,
dūmque

Defingit Rheni luteum caput, hæc ego ludo:
Quæ nec in æde sonet certatim indice Tarpa:

C Nec redeat iterū, atq; iterū spectada theatris.
Arguta meretrice potes, Dauoque Chremeta
Eludente senem, comis garrivæ libellos
Vnus virorum Fundani. Pollio regum
Facta canit pede ter percusso. forte epos acer,
Vt nemo, Varius ducit, molle, atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure camæna.
Hoc erat, experto frustra Varrone Atacino,
Atque quibusdam aliis, melius quod scribe-
re possem,

D Inuentore minor: neq; ego illi detrudere ausim
Hærentem capiti multa cum laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentū. sæpe ferentē
Plura quidē tollenda relinquēdis, age, quæso,
Tu nihil in magno doctus reprædis Homero?
Nil comis Tragici mutat Lucilius Atti?
Non ridet versus Enni gravitate minores,
Cūm de se loquitur, non vt maiore reprensus?
Quid vetat, & nosmet Lucili scripta legen-
teis (rit
Quærere, num illius, num rerum dura nega-
Versiculos natura magis factos, & eunteis

Mollius: at sit quis pedibus quid claudere se-
nis,

Hoc tantūm cōtentus: amet scripsisse ducetos
Ante cibū versus, totidem cenatus: Etrusci
Quale fuit Casti rapido feruentius anni
Ingenium: capsis quem fama est esse, librisque
Ambustū proprius: fuerit Lucilius, inquam,
Comis & urbanus: fuerit limatior idem,
Quam rudis, & Græcis intacti carminis au-
tor,

Quamq; poetarum seniorum turba: sed ille,
Si foret hoc nostrum fato dilatus in æuum:
Detereret sibi multa: recideret omne, quod
vltra

Perfectum traheretur: & in versu faciendo
Sæpe caput scaberet: vnos & roderet vn-
gueis.

Sæpe stilū veritas, iterū quæ digna legi sint,
Scripturus: neq; te vt miretur turba, labores,
Contentus paucis lectoribus. an tua demens
Vilibus in ludis dictari carmina malis?

G Non ego, nam satis est equitem mihi plaude-
re: vt audax,

Contemptis aliis, explosa Arbuscula dixit.
Men' moueat cimex Pantilius? aut crucier,
quod

Vellicet absentē Demetrius? aut quod inept?
Fannius Hermogenis lædat conuiua Tigelli?
Plotius, & Varius, Mæcenas, Virgiliusque,
Valgius, & probet hæc Octavius optimus,
atque (vterque.

Fuscus: & hæc vtinam Viscorum laudet
Ambitione relegata te dicere possum
Pollio, te Messalla tuo cum fratre, simulque
Vos Bibuli, & Serui, simul his te candide
Furni:

Complureis aliis, doctos ego quos, & amicos
Prudens prætereo: quibus hæc, sint qualia-
cumque,

Arridere velim, doliturus, si placeant spe
Deterius nostra, Demetri, teque Tigelli
Discipularū inter ubi eo plorare cathedras.
I puer, atq; meo citius hæc subscribe libello.

N E M-

A NEMPE INCOMP. DIXI P. C.] dixit
Horat. supra sat. 4. Lucillium duriusculū esse
in componendis versibus: quo nomine fuerat à
nonnullis accusatus. iis igitur nunc responderet, &
se ita purgat, vt ostendat, se, quod de Lucillio di-
xerit, iure dixisse. In nonnullis libris manuscri-
ptis reperiuntur hic versus octo, quorū hic pri-
mus est, *Lucili quam sis mendosus, &c.* verūm nō
sunt Horatiani, sed ab aliquo semidocto nebu-
lone adiecti, qui, propterea quod hæc satyra
initium capit à voce *Nempe*, putauit hic aliquid
desiderari, cūm plane nihil desideretur. Neq; est
quod quemquam moueat veteres libri, si qui
hos versus habent. Nam plures libros produce-
re testes possum, in quibus non reperiuntur. Præ-
terea si in omnibus libris antiquis reperirentur,
non tamen iccirco necesse haberem fateri esse
huius poetæ germanos versus. Nam nullus fere
est liber Latinus manuscr. qui annos quadrin-
gētos superet. At hos alienos versus, puto annos
abhinc quadringentos esse factos, aut supra. Non
est igitur mirum si in veteribus libris reperiun-
tur. Inest autem multo plus lepōris & venustatis
in talibus principiis, præcis (in quam) atq; abru-
ptis, quàm planis, atque integris, propterea quod
quædam relinquuntur auditori, seu lectori po-
tius, subintelligenda, quæ subintelliguntur con-
cinnius, quàm à poeta exprimerentur. Hæc enim
scilicet sunt subintelligenda. Quid est quamobrem
tā grauius accuset? aut quid est quod ita de me
querantur homines: *nempe incomposito, &c.* id est,
plane fateor, me dixisse Lucillij versus esse incō-
positos, &c. Versus autem, quos dixi, sunt hi, si
quis forte eos requirit.

B Lucili, quam sis mendosus, teste Catone
Defensore tuo periuicam: qui malè factos
Emendare parat versus: hoc lenius ille,
Quo melior vir est, longè subtilior illo,
Qui multum puer & loris, & funibus vdis
Exoratus, vt esset opem qui ferre poetis
Antiquis possit contra fastidia nostra,
Grammaticorū equitum doctissimus. vt redeam illuc:
Nempe incomposito, &c. Hos versus si quis non vi-
det non esse Horatianos, in his litteris parum vi-
det. Primus versus in plerisque libris antiq. ha-
bet, *Lucili quod sis mendosus*. Quartum nemo non
videt claudicare. desinat autem claudicare, & re-
cto ster talo, si sic legatur, *quo melior vir is est*.
Quintus in quibusdam aliis libris antiq. ita legi-
tur, *qui paulum puer, &c.* In sexto quædam ex-
emplaria habent, *Exhortatus*. Septimus hoc ha-
bet initium in quibusdam. *Ambiguis possit*. Octauus
ita legitur in quibusdam libris. *Romanorum equitū, &c.*
Ego igitur hos versus ἀπέλασα, & delendos cen-
sui: quin etiam edi vetui, vt supposititios & adul-
terinos, mihi assentiantur Io. Auratus, M. Anto-
nius Muretus, Simeo Bosius, Io. Passeratius.

C Quid sale mvl. VRB. DEFR. CH.
L.] idem, quod falsè, & vrbane ciuū Romanorū
vitia notarit, eadem satyra laudatur, nempe illis

Lucili, quam sis mendosus, teste Catone
Defensore tuo periuicam: qui malè factos
Emendare parat versus: hoc lenius ille,
Quo melior vir est, longè subtilior illo,
Qui multum puer & loris, & funibus vdis
Exoratus, vt esset opem qui ferre poetis
Antiquis possit contra fastidia nostra,
Grammaticorū equitum doctissimus. vt redeam illuc:
Nempe incomposito, &c. Hos versus si quis non vi-
det non esse Horatianos, in his litteris parum vi-
det. Primus versus in plerisque libris antiq. ha-
bet, *Lucili quod sis mendosus*. Quartum nemo non
videt claudicare. desinat autem claudicare, & re-
cto ster talo, si sic legatur, *quo melior vir is est*.
Quintus in quibusdam aliis libris antiq. ita legi-
tur, *qui paulum puer, &c.* In sexto quædam ex-
emplaria habent, *Exhortatus*. Septimus hoc ha-
bet initium in quibusdam. *Ambiguis possit*. Octauus
ita legitur in quibusdam libris. *Romanorum equitū, &c.*
Ego igitur hos versus ἀπέλασα, & delendos cen-
sui: quin etiam edi vetui, vt supposititios & adul-
terinos, mihi assentiantur Io. Auratus, M. Anto-
nius Muretus, Simeo Bosius, Io. Passeratius.

D ILLI, QUAM SIS MENDOSUS, TESTE CATONE
DEFENSORE TUO PERIUICAM: QUI MALÈ FACTOS
EMENDARE PARAT VERSUS: HOC LENIUS ILLE,
QUO MELIOR VIR EST, LONGÈ SUBTILIOR ILLO,
QUI MULTUM PUER & LORIS, & FUNIBUS VDIS
EXORATUS, VT ESSET OPEM QUI FERRE POETIS
ANTIQUIS POSSIT CONTRA FASTIDIA NOSTRA,
GRAMMATICORŪ EQUITUM DOCTISSIMUS. VT REDEAM ILLUC:
NEMPE INCOMPPOSITO, &c. Hos versus si quis non vi-
det non esse Horatianos, in his litteris parum vi-
det. Primus versus in plerisque libris antiq. ha-
bet, *Lucili quod sis mendosus*. Quartum nemo non
videt claudicare. desinat autem claudicare, & re-
cto ster talo, si sic legatur, *quo melior vir is est*.
Quintus in quibusdam aliis libris antiq. ita legi-
tur, *qui paulum puer, &c.* In sexto quædam ex-
emplaria habent, *Exhortatus*. Septimus hoc ha-
bet initium in quibusdam. *Ambiguis possit*. Octauus
ita legitur in quibusdam libris. *Romanorum equitū, &c.*
Ego igitur hos versus ἀπέλασα, & delendos cen-
sui: quin etiam edi vetui, vt supposititios & adul-
terinos, mihi assentiantur Io. Auratus, M. Anto-
nius Muretus, Simeo Bosius, Io. Passeratius.

Q UOD SALE MVL. VRB. DEFR. CH.
L.] idem, quod falsè, & vrbane ciuū Romanorū
vitia notarit, eadem satyra laudatur, nempe illis

versibus, *Hinc omnis pendet Lucillius hocce securus,
Mutatis tantum pedibus, numerisque facetus*. non di-
xit, *salibus*, sed *sale*, vt esset tota ἑλληγορία. quod
si salibus dixisset, translatio fuisset in verbo *desi-
cuit*. quamquam negari non potest, sale[m] etiam
in numero singulari, vrbaneitatem, & dicta falsa
significare. Præterea vrbem posuit pro ciuitate,
seu ciuibus.

NAM SIC ET LABERI MIMI.] nam
si propterea, quod vrbane, & faceret vitia repre-
hendit Lucillius, habendus esset in numero bo-
norum poetarum, eadem ratione Laberij mimi
quoque essent in bonis poematis numerandi. fuit
autem Laberius, mimosū scriptor dicacissimus, p
ac maledicentissimus: à Julio Cæsare tamen do-
nis auctus, & annulo aureo ornatus. M. Tull. ad
Treat. scribens, significat, esse metuendum, ne,
si diutius ille cum Cæsare commoratus, ab eo re-
deat inanis, derideant eum Laberius, & Catul-
lus, his verbis, *Sin frustra diutius a fueris, non modò
Laberium, sed etiam sodalem nostrum Valerium perti-
mesco. mira enim persona induci potest Britannici iu-
risconsulti.*

ERGO NON S. EST RIS. DID.] non
est igitur satis auditoris os risu dilatare. i. audi-
tori risum profusum mouere, quāuis in sit in hoc
etiā quædā virtus: sed opus est, &c. breuitas de-
sideratur duabus de causis: primū vt sententia
currat, id est, ne claudicat, neque in sitat: deinde
ne & verborū multitudine se impediatur, & one-
ret auditorem.

DEFENDENTE VICEM.] id est, tuente
munus, ac parteis, &c. id est, ea cumulatè præ-
stante, quæ propria sunt rhetoris, aut poetæ.

VRBANI P. V.] ἑλληγορος, qui multo minus
contendit, quàm potest.

RIDIC. ACRI FORTIUS: ET MEL.]
plus interdum valet risus opportunus, quàm vis,
& seueritas, & acrimonia. scribit Aristoteles lib.
3. de arte dicendi, Gorgiam Leontinum dicere
solutū, res seueras, & serias risu: risum, rebus se-
ueris discutiendum esse. M. Tullium pro Mure-
na dicentem, risu mouendo, & auctoritate Cato-
nis, qui erat vnus ex accusatoribus, illud eda, cau-
sam obtinuisse, locupletes auctores tradiderunt. H

SECAT] decidit, terminat, finit. epist. 10.
lib. 1. Quo multa, magna que secantur indice liter.

ILLI, SCRIPTA QVIBVS] poeta ve-
teris comædiæ, Eupolis, Cratinus, Aristophanes,
vt supra sat. 4. in princip. quibus, id est, à quibus.

STABANT] placebant, probabantur, non
explodebantur, & de ἑστῆσαντων. translatum ab a-
ctoribus, seu histrionibus, qui exhibantur, & ex-
ploduntur, cūm inepti & imperiti sunt: id est, e-
ijciuntur. contra stare dicitur fabula, cūm proba-
tur. epist. ad August. *Securus, cadat, an recto ster fa-
bula talo.*

PVLCHER] ἑλληγορός, homo bellus.

SIMIVS] ineptus imitator. Demetrius si-
gnificat, de quo infra eadem satyra. vel simium

Hh iij

A fortasse appellat à forma, seu potius deformitate corporis.

NIL PRÆTER CALVVM, ET DOCT.] qui nihil aliud cantare didicit, quàm Caluum, & Catullum. neque verò est, quòd quisquam existimet ab Horatio Caluum, & Catullum improbari: sed ineptos, & stultos imitatores. ordo est, nihil cantare doctus, id est, qui nihil cantare didicit, præter Caluum & Catullum.

AT MAGNUM FECIT] Lucillius verba Græca Latinis miscebat, ut apparet ex his versibus à me sic emendatis. Quam lepide lexis cõproptæ, ut resserula omnes. Endo præsimento, atque emblemate vermiculato? quos profert M. Tull. in orat. perf. sed corruptos. & ex his Χαίρε, inquam, Tite listores, turma omni, cobõrsque: Χαίρε. hinc Μυελ hostis Albucium, hinc inimicus. quoniam in his posterioribus Albucium, qui Græcus dici malebat, quàm Romanum, & Scævula de industria Græcè salutavit. vide lib. 1. de finibus. & in his. In quo Lalin' clamores saphos ille solebat Edere, qui citantur à Cicer. lib. 2. de finibus. Idem Lucillius M. Crassum, qui semel in vita rississe dicitur, ἀρῆλασον in satyra quadam nominavit, teste M. Tull. lib. 5. de finib. existant & hi Lucillij versus ad hanc rem magnopere pertinentes, apud Noniũ in voce, compernes. Num cõses καλλιπλοκαμων, καλλιφουρον illam, Non licitum esse uterum, atque etiã inguina tangere mammis? Compernem aut varam fuisse Amphitryonis Διοτρυ, Alcmenam atque alius: Ledam ipsam denique nolo Dicere. tute vide, atque δισλλαβον elige quoduis. Τύρω εὐπατέρεια, aliquam rem insignem habuisse: Ferrucam, nauum, διδα est, dentem eminulum unum. sic enim hos versus emendo.

δ S E R I S T Y D I O R V M] ὄψιμα δῆεις vno verbo appellant Græci, qui serò didicerunt. M. Tull. epist. ad Papir. Patum. Ὀψιμα δῆεις autem homines scis quàm insolentes sint. contrã πωδομαδῆεις, qui à pueris didicerunt.

Q V I N E P Y T E T I S, &c.] sic habent tres cod. Vatic. & Iann. Fabr. Torn. & aliquot alij. Et Prisc. lib. 16. sic legit hunc locum, & ait ne cõiunctionem esse neque dubitantem, neque interrogantem: sed confirmantem, aut certè enuntiantem. alterum exemplum profert ex sat. 3. lib. 2. Clarus erit, fortis, iustus, sapiens ne etiam, & rex. vbi vulgò aliter legitur tamen.

V T, C H I O N O T A S I C O M M I S T A F A L.] Vt si vino Chio Falernum temperatum est, quod fieri solebat, ut vini Falerni austeritas vino Chio, quod erat lenius, ac mitius, obtunderetur. cur autem notam Falerni dixerit, vide supra Od. 3. lib. 2. ad illum locum, Interiore nota Falerni.

D V R A] difficilis: ut Terent. Phom. Verum scientem, tacitum causam tradere aduersariis, Etiamne id lex cogit? P H A E D. Illud durum. G E T. ego expediam.

C V M V E R S V S F A C I A S T E I P S V M P E R C. &c.] ordo verborum & sententia huius

loci hæc est. te ipsum percuctor, id est, ex te ipso quæro, cum versus facturus sis, & cum Petillij causa tibi sit agenda, an tu patriæ, & patris oblitus verba Græca patriis, id est, Latinis intermiscere malis, quàm puro sermone Latino uti, cum Peditus Poplicola, & Messalla Coruinus causas agant Latinè multo cum sudore?

P A T R I A Q V E, P A T R I S Q V E] oblitus Italiæ, quæ patria tua est, & patris tui, qui Romanus, aut certè Latinus est, vel erat, &c.

L A T R I N E C V M P E D I V S C A V S. &c.] id est, cum hi duo præstantissimi, & clarissimi oratores, Petillij accusatores, Peditus, Poplicola, & Messalla Coruinus, multum sudent in causis Latino sermone componendis, & agendis: id est, cum multum laborem, multamque operam sumant in causis Latinè componendis, atque agendis, &c. Cum antea in omnibus libris vulgatis legeretur, patriis, Latini, ego admonitus à duobus cod. Vat. & Tornæ. veram scripturam restitui: de qua dubitatum positum literis arbitror neminem. quis enim nõ videt aduerbium Latine ad verbum exsudet pertinere? Idq; ignorantem confidentem aliquem librarium, aut lectorem, hunc locum corrupisse?

C A N V S I N I M O R E B I L.] Canusinomore, qui partim Græcè, partim Latinè loquebantur. vide Festum in nomine bilinguis. διγλωσσον appellant Græci.

N A T V S M A R E C I T R A] in Apuliæ finibus, non in Sicilia, aut Græcia.

P O S T M. N. V. C V M S O M N I A V E R A] hoc etenim maxime tempore, cum & confectus, depulsusque è pectore cibus est, & liber animus, ac solutus à contagione corporis futura providere potest, vera videntur in somnis. sic Theocritus in Europa, εἰδ. κ. Εὐρώπῃ ποτὲ Κύπρις ὅτι γλυκύη ἦεν ὄψιρον, Νυκτὸς ὅτε πῆταιον λάχρῃς ἴσατο, ἐγὼ δ' ἦώς, Υπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάρουσι ἐρίζων. Λυσίμελης πῆδα μαλακῶ χ' ἰφάρα θεομῶ, Εὐτε, ἢ ἀπενέων ποιμνινοταί εἶνος ὀνείρων. id est, Europæ quondam Cyprus dulce somnium misit: cum tertia pars noctis staret, aurora autem appropinquaret: quo tempore somnus melle dulcior palpebris insidens, membra soluens oculis molli somno deuincit: cum verorum somniorum natio pascens vagatur.

I N S I L V. N O N L I G N A F E R A S I N S A N.] id est, æquè fueris insanus, si tu Latinus Græcos versus scribas, atque si in siluam ligna feras.

T V R G I D V S] inflatus. A. Comelium Alpinum designat.

I V G V L A T] dū ita inscitè, & ineptè Memnonis ab Achille iugulati historiam, seu potius fabulam narrat, ut Memnonem ipse iugulare videatur: & dum Rhenum fluuium ita ineleganter describit, ut luto confpurcare videatur, vel dum è luto caput Rheni defingit, hoc est, deformatur cum

E

F

G

H

A cum è marmore potius fingendum esset: hæc ego ludibundum scribo: Memnon, & Hemathio fratres, Tithoni & Aurora filij: quorum hic ab Hercule: ille ab Achille interfectus est. Hesiodus in Theog. Τίθων δ' ἦώς τεκε Μέμνονα χαλκοορύχῃν Ἀΐγιόπων βασιλῆα, ἢ ἠμαθίωνα ἀνάκτα.

D E F I N G I T] deformat, illepide describit, & inuenuste. In quibusdã codicibus legitur diffingit: in cod. Don. depingit. in Torn. & aliquot aliis, Defingit. ego Defingit verum esse puto.

L V T E V M C A P V T] per caput Rheni, significatur fons & origo Rheni: & tamen fluuij specie humana figurabantur: ut annotauimus supra ad Odam 14. lib. 4. luteũ dixit, vel ad naturam fluminis spectans, quod turbidum est, vel ad inscitiam poetæ, qui hunc fluuium inuenuste, & impolite describeret. licet etiam dicere, spectasse Horatiũ ad opera fictilia, & è luto facta, quæ præ marmoreis contemnuntur, & iacent.

Q V A N E C I N A E D E S. C E R T.] Quæ nec in æde Apollinis recitetur, ut subeant Mecij Tarpæ iudicium, nec iterum atque iterum spectentur à populo. de Mecio in epist. de arte poet. si quid tamen olim scripseris, in Mæci descendat iudicis aureis.

I T E R V M A T Q V E I T E R V M S P E C T A N D A] quidã libri veteres habent, spectata. A R G V T A M E R E T R. P O T. D. G. C H R.] id est, tu Fundani vnus ex iis, qui hodie viuunt, potes omnium optime comœdiam scribere: tu omnibus hominibus præstas in scribendis comœdiis: in quibus inducuntur meretrices arguta, & serui dominos fallentes dolis. vnus viuum. εἰς ζώντων.

C O M I S G A R R. L I B.] nonnulli comis libellos coniunctè legunt, ut sit, comis libellos, & interpretantur, vrbanos, facetos, hilaros. ego nullis sententiam reprehendo. vtatur quisque iudicio. Veritatem magis mihi placet, comis esse numeri singul. casus recti, vt cohercat cum his, eu vnus viuorum potes garrere libellos comis, id est, comiter, hilariter, facetè, & comicè. Nã Varro lib. 5. de lingua Latina à Græco nomine Κῶμος, qui Deus hilaritatis, saltationis, lasciuia, intemperatiæ, & similibus esse dicitur, ait Latijnũ comis ortum esse, indèque dictam à Latinis comassationem, seu potius comissationem, quemadmodum & à Græcis comœdiam. Præterea hac eadem satyra Lucillium bis comem appellat, semel ibi. Nil comis tragici mutat Lucillius Atti? iterum ibi. fuerit Lucillius, inquam, Comis & vrbano. Postremo puto Horatium Græcum verbum κωμωδῶν, quod est res vrbanas, & Como dignas canere, seu dicere, his verbis comis garrere libellos, exprimere voluisse. Non ignoro tamen M. Tull. vocem comis aliter interpretari in orat. pro Corn. Balbo: cuius hæc verba sunt, in quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat, comiter esse communiter, quasi verò priscum aliquod, aut insolitum verbum interpretaretur. comes, benigni, faciles,

D

V T N E M O] ita vt nemo melius. sup. Od. 6. lib. 1. Scribèbis vario fortis, & hostium victor Mæoni carminis alite. [al. aliti] dixit autem ducere epos vel propterea quòd versus heroici fere alijs sunt longiores, ac productiores: itaque longi appellantur: vel (quod magis probò) quia epos dictũ est ὁδὸς τὸ ἔπειθαι εἰ αὐτῶ τὰ ἐξῆς μέρη τοῖς πρώτοις, id est, ob id quòd in eo primas parteis ceteræ consequuntur. Denique (vt semel dicam) fortasse intelligendus est Horat. vel ita dixisse epos ducere, vt solemus dicere, lineam ducere: quẽ admodum enim mathematici aiunt lineam esse punctum productum: ita versus heroicus constat

H h iij

suaves homines esse dicuntur, qui erranti coniter monstrant viam, benigni, non grauati: communiter certè nõ conuenit. Sed in iis, quæ in iudicijs habentur, orationibus, hominum auctoritates non sunt consignantæ. omnes enim illæ orationes, caufarũ sunt, & temporum, non hominum ipsorum, ac patronorum, vt ait idem Tullius in Cluentiana. Varonem igitur hinc sequamur. Incidi etiam aliquando in quendam virum doctum, qui diceret comis hinc esse septimi casus à Græco κῶμοι, comis numeri multitudinis, quod nomen significat cantilenas lasciuas, delicatas, molles, impudicas, conuiuio, & conuentu hominum intemperantium, & Como dignas: cum quo nolui pugnare.

P O L L I O R E G. F A C T. C A N.] Pollio tragedias Latinas, id est, Prætextas, scribit, Personæ tragicæ sunt, reges, principes, consules, prætores, tribuni pl. & similes personæ publicæ: res, & argumentum prætextatum, facta regum, & principum, & clarorum virorum.

P E D E T E R P E R C V S S O.] id est, senariis iambicis, qui trimetri appellantur. hæc malè distinguuntur in omnibus libris vulgatis.

F O R T E E P O S] Homerium longum, hexametrum, Meonium, seu Homericum, heroicũ, nam tamen hoc nomine quilibet versus significetur χ' ἡλότος, tamen ferè semper Aristoteles, & Plato pro hexmetro vsurpant. ille enim ἔσση, id est, eposceiam in libello πῶδι ποιητικῆς, tragediæ opponit, his verbis: καὶ τοῖς πρώτοις ὁμοίως εἰ τὰς παραφάσεις τῶ τοῖς ἑσση, καὶ εἰ τοῖς ἑσση. id est, atqui primo similiter in tragediis hoc faciabant, & in ἑσση. id est, versibus heroicis. vnde poetæ epici dicti. Sic M. Tullius epistola vltima libri 3. epistol. ad Q. Frat. Quod me hortaris, vt absoluum, habeo absolutum suauem, mihi quidem vt videtur, ἔπος ad Cæsarem. Plato itè in Phædro, alijsq; locis non quoduis carmen ἔπος appellat, sed hexametrum. sic Plato in illo dial. cũ verbum illũ protulisset, ὡς λῦμοι ἀργα φιλεῖσ, ὡς πᾶντα φιλεῖσιν ἑραστῶν. Vt lupus agnum, sic puerum experit, ardet amator: rogatus à Phædro, cur finem loquendi fecisset, responder, ὅτι ἦοδῶ. ὃ μαχάριε, ὅτι ἦδῃ ἐπιφθέρωμαι, ἀλλ' ὅσα ἐπιδιδράμβεις, id est, non cessasti, ò beate, me iam epe, id est, versus longos loqui, nõ dithyrambos? vide Eustath. in lib. a. il.

G

V T N E M O] ita vt nemo melius. sup. Od. 6. lib. 1. Scribèbis vario fortis, & hostium victor Mæoni carminis alite. [al. aliti] dixit autem ducere epos vel propterea quòd versus heroici fere alijs sunt longiores, ac productiores: itaque longi appellantur: vel (quod magis probò) quia epos dictũ est ὁδὸς τὸ ἔπειθαι εἰ αὐτῶ τὰ ἐξῆς μέρη τοῖς πρώτοις, id est, ob id quòd in eo primas parteis ceteræ consequuntur. Denique (vt semel dicam) fortasse intelligendus est Horat. vel ita dixisse epos ducere, vt solemus dicere, lineam ducere: quẽ admodum enim mathematici aiunt lineam esse punctum productum: ita versus heroicus constat

H

H h iij

A ex numeroſo ſermone ad iuſtam longitudinem, lineæ in modum producto. vel ita, vt *lanam, ſeu filum ducere, ac trahere*: ex quo Horat. alibi dixit *tenui deducta poemata filo.* & M. Tull. *genus orationis tractum.* vel vt aurum, argentum, ferrum, & ſimilia, duci dicuntur, quod eſt Græcis, ἐλάω, ἔλαυνω.

MOLLE, A TQVE FACETVM] carmen renerum, elegans, & politum, hæc ſunt referenda ad Bucolica, & Georgicorum libros.

GAUDENTES RVRE] ruſtica, & paſtorales, bucolica. nondum ſcilicet hoc tempore Virgilius *Aeneida* ediderat, & forteſſe ne ſcripſerat quidē. Hoc erat, experto. id eſt, ego nihil habui, quod potius, aut melius ſcribere poſſem, quàm ſatyraſ: quod quidem genus Varro Atacinus fruſtrâ expertus eſt, & quidam alij, quos neceſſe nō eſt nominare. De Varrone Atacino *Quinct.* lib. 10. dictus eſt autem Atacinus ab Atace Narbanenſis Galliæ fluuiio. fuit enim Varro ille, Narbonenſis.

INVENTORE MINOR] Lucillio. infra eadem ſat. *Græcis intacti carminis auctor.* & ſat. 1. lib. 2. *me pedibus delectat claudere verba Lucilli ritu, noſtrum melioris vtroque.* ibid. *quid, cum eſt Lucillus auſus Erinius in hunc operis componere carmina morem?* &c.

AT DIXI FL.] hæc pertinent ad illū locum ſat. 4. *Nam fuit hoc vitioſus: in hora ſæpe ducentos, vt magnum, verſus dictabat ſtans pede in vno. Cum ſueneret lutulentus, erat, quod tollere velles.*

SAPE FERENTEM PLVR. Q. TOLL.] quaſi ita dicat, non tantum hoc dixi, illum fluere lutulentum, ſed etiam illud addidi, ſæpe proferentem plura digna, quæ excipiantur, ſumantur, & probentur, quàm, quæ reiſciantur. vel ſic. At dixi Lucillum verſus effundere inelegantibus, incompoſitos, & incultos, vt torrens fluuius, lutulentus & turbidus fluit: ſeu aquam turbidam & lutulentam deuoluit, & recipiat: Fateor, me hoc dixiſſe: ſed addidi, *plura ferentem tollenda relinq.* id eſt, plura proferentem digna, quæ ſumantur, & excipiantur, quàm quæ omittantur, & negligantur. ſignificat illū verſum, qui paullo antè à me commemoratus eſt, *Cum ſueneret lutulentus, erat, quod tollere velles:* cuius hæc ſententia eſt, quantumuis alij reclamant, immo verò rumpatur licet: Cùm Lucillus verſus effunderet lutulentos, id eſt, impolitos, & inelegantibus (tratio ducta à fluuiio turbido, & lutulento) erat tamen aliquid, quod humili iacens tollere, & ſumere velles. ſic uſurpanit hæc verba *tollere & relinquere* epiſt. 7. ibi, *at tu quātūvis tolle.* dein de ſequitur nō longè, *hæc porcis hodie comedenda relinques.* eſt enim hæc illorū verborum ſententia, tolle, id eſt, ſume, pitiorū quantum libet: ſi nō tolles, ea relinques porcis comedenda. En tibi: tollere perſpicue idem valet illic quod accipere, ſibi ſumere, ſecum auferre: contra relinquere, idem ferè quod aſpernari, reiſcere, omittere. *tollenda* igitur, id eſt, ſumenda, excipiēda, vt de arte poetica. *hoc tibi dictum Tolle memor.*

AGRE, QVÆSO] Dic mihi (amabo te) nihil. E ne interdum reprehendis in Homero? nōne viri docti quædam in Homero improbat, quædam deſiderant? Nōne Lucillius ipſe, vrbaniffimus, ac facetiſſimus poëta, nōnulla mutat in L. Attio tragico? Nōne verſus Ennij notat interdum, & irridet, vt leuioreſ?

TV NIHIL IN MAGNO D. R. H.] Horatius epiſt. de arte poet. ait ſe indignari quædumque Homerus dormitat. Dormitat igitur interdum Homerus.

QVID VETAT ET NOSMET, &C.] ſi licuit Lucillio Attium, & Ennium reprehendere: quid vetat quo minus & nos Lucillij ſcripta examinemus, videamūſque num vel ſua culpa, vel earum rerum, quas tractauit, vitio non ſit aſſectus cōpoſitū, & politum ſcribendi genus?

MAGIS FACTOS] magis elaboratos, accuratos, expolitos. Græci dicunt *πεπονημένους*, idque annotauit Muretus, & alij. ita M. Tull. in Bruto, *ſed vt intellectum eſt, quantam vim haberet accurata, & facta oratio, &c.*

EVNTEIS MOLL.] mollioreſ, concinnioreſ, lenioreſ. tratio eſt à rebus animatis iter facientibus per loca plana. habent autem etiā carmina ſuos pedes. Quare nō immeritò ire & currere dicuntur. ſic Martial. *Carmina nulla probas, molli qua tramite currunt, ſed qua per ſalebras, altæq; ſaxa cadunt.*

AT SIT QVIS] ſic legēdum, non at ſi quis: vt habent vulgari codices. Eſt autem totius huius loci ſententia, At ſit aliquis hoc vno contentus, nempe verſus facere, qui ſinguli ſenis pedibus conſtent: ſcribat ducentos verſus ante cenā, totidem à cenā, &c. demum præterea Lucillum fuiſſe limatum, & accuratum ſcriptorem, quod non ita eſt: tamen ſi hodie viueret, multæ inania, & ſuperuacanea ſibi amputaret, &c.

PEDIBVS QVID CL.] ſic ferè loquitur ſatyr. 1. lib. 2. *me pedibus delectat claudere verba Lucilli ritu.*

DVCENTOS] ſuprà ſat. 4. *in hora ſæpe ducentos, vt magnum, verſus dictabat ſtans pede in vno.*

ET RVSCI QVALE FVIT] id eſt, qualis fuit Caſſius Etruſcus, Parmenſis, de quo in epiſt. ad Alb. Tibull. *ſcribere, quod Caſſi Parmenſis opuscula vincat?* quo verſu laudat eum Horatius, cùm & hoc, & proximo vituperare videatur. vel dicēdū nō eſt vituperari, quod eſt celeritatē ingenij tribuatur, nec quod tam multa eum ſcripſiſſe dicat, vt ſuis chartis, ſine lignis, cōbuſtus fuerit: vel aſſentiēdum iis, qui hunc Caſſium Etruſcū, alium à Parmenſi fuiſſe dicunt: quod mihi non videtur. Reperti autem ſunt in Brutiis verſus aliquot huius Caſſij Parmenſis non ita pridem à Quadrmano quodam erudiſto iuene: dein de ab Achille Statio, editi poſt lib. Suetonij de claris rhetoribus: quos putauit hîc quoque non alieno loco aſcribendos. *Caſſij Parmenſis Orpheus. Arguta primum cū pleetra parētis & auro Diſſinctam ſumſiſt*

A ſumſit citharam Rhodopeius heros: Ridebant ſegnies pulſus, digiſque micanteſ Serius, & chorūſ indolēta diſſona vocis. Mox pudor exardens, & gloria dulcis honeſti. Luſibus auerit puerilibus, omnib; & illuc Perdix incumbens Muſa pallebat amore. Et nunc maternis inhiat, nunc ille pateris Cantibus, hinc illinc diſſens dependit utrimque. Nulla Venus faciem cepit mentita dolosus Compedibus. ſomni fuerat, parcūſque Lyæi: Donec ridiculus dudum modulamine ſiſtus, Euntioſque ſuis ſcopulos radicibus egit. Auſus & ire viam vitæ tibus inconceſſam: Panarum obliſos demulſit carmine manebis. Non leuis aſcenſus, ſiquis petit ardua: ſudor Plurimus hunc tollit, nocturno exſomnis oliuo Immoritur, delet quod mox laudauerit in ſe, qui cupit æterna donari ſpondis honore.

CAPSIS QVEM PAMA EST, &C.] qui tam multa ſcripſit, vt ſuis libris fuerit ambulatus, ſeu, vt habent quidam cod. *combuſtus.*

FVERIT] conſeſſio. demus, eum fuiſſe vrbanum, ac facetum: demus, eundem fuiſſe limatum & politum ſcriptorem.

FVERIT LIMATIOR IDEM, QVAM] hunc locum, quem ſcio difficilem, & impeditum haberi, ſic expedio, atque explico. Demus (inquit Horatius) Lucillum limatiorem fuiſſe, quàm auctorem ſatyre Græcis intactæ eſſe videmus: quod idem fere valet, ac ſi dicat demus, Lucillum fuiſſe limatiorem, quàm ipſe ſit: atque ita nomen rudis in patrio caſu accipio, & cū voce carminis cōiungo. Nam quod alij faciunt rudis, recti caſus, hoc modo: *fuerit limator idem, quàm rudis*, id eſt, fuerit limatus potius, quàm rudis, & impolitus, hoc illi non rectè. Sic enim locutus eſſet Horatius, *fuerit limator, quàm rudior*, vt docent exempla. T. Liuius. lib. 28. *annalium. Scrior impetu, atque animis, quàm compoſitione ordine vlllo pugna fuit.* Idem lib. 30. de Fab. Maximo, *cautior tamen, quàm promtor hic habitus fuit.* Colum. lib. 6. *ſi longior fuerit, quàm latior. Quinſtil. ſalubrior ſtudiis, quàm dulcior.* Paterculius. *Festinationem itineris eius aliquandiu morata Maſſilia eſt, ſide melior, quàm conſilio prudentior.* ſic & Græci. Eurip. *Medea, εἰς Ἰώλλων ἰοῦλις Σὺν σοὶ ἀεθῦμας μάλλον ἢ σφοδρῶτα.* carminis rudis autem, id eſt, ſatyra nondum perfectæ.

GRÆCIS INTACTI] quod Græci non attingerent. Satyra enim (inquit Quinſtil.) tota noſtra eſt.

DILATVS] magna eſt hîc librorum antiq. vaſtetas, in aliis enim ſcriptum eſt *delapſus*: in vno *dilapſus*: in vno *delatus*: in quattuor *dilatatus*: quos ſecutus ſum: & hunc locum ſic explico. ſed ſi Lucilius ad noſtram ætatem eſſet reſeruat, ſi noſtra demum ætate introiuiſſet in vitam, ſeu natus eſſet, &c.

DETERET SIBI MVLT] detraheret, limaret, demeret.

RECIDERET] reſecaret, amputaret, circumcideret.

QVOD VLTTRA PERF. TRAH.] quod

ſuperuacaneum eſſet, quod redundaret.

CAPVT SCABRET, VIVOS ET] id eſt, ſæpe torqueretur: ſeu multum ſudaret, multumquæ laboraret in verſibus ſcribendis, vt epiſt. 2. lib. 2. *Ludentis ſpeciem dabit, & torquebitur.* geſtus ſunt hominum in attentiffima cogitatione deſixorum, & eorum maximè, qui ſummam curam in ſcribendo ponunt.

VIVOS ET ROD. VNG.] vnguēſ vſque ad viuum roderet.

SÆPE STILVM VERTAS, &C.] monēt hîc Horat. vt ſua quiſq; ſcripta mutet, limet, corrigat, & emendet. Eſt enim *ſtilum vertere*, ſcriptum mutare, inducta priore ſcriptura. M. Tull. lib. 2. *accuſation. Perit ſtilum in tabulis ſuis: quo facto cauſam omnem euertit ſuam.* natum hoc loquēdi genus à veterum conſuetudine, qui ſtilo inueroſo, id eſt, ſuperiore ſtili parte, quæ erat obtuſior, id, quod acumine, ſeu acie ſtili exaratum erat in tabulis ceratis, delebant, & ceram ruruſ complanabant. Ad hunc locum pertinet, quod eſt in epiſtola ad Auguſtū: vbi queritur ſuæ ætatis poëtas turpe ſibi ducere, ea, quæ ſemel ſcripſerint, immutare, his verbis: *Nam ſpirat tragicum ſatis, & feliciter aude: ſed turpem putat in ſcriptis, meruitque lituram: cui conſentanea ſunt illa in epiſt. de arte poet. Nec virtute foret, claris ve potentius armis, Quam lingua, Latium, ſi non offenderet unum. Quemque potiarum lima labor.*

NEQVE, TE VT MRETVR TVRBA, LAB.] contra ſe res habet in oratore: qui ſi probatur multitudini, non eſt, quod doctorem iudicium magnopere deſideret, vt multis verbis docet M. Tull. in Bruto.

VILIBVS] parui pretij, contentis. DICTARI CARMINA MALIS? Perſius ſat. 1. *Ten' circulatorum centum dictata fuiſſe Pro nihilo pendas?*

EXPLIOSA] à plebe, & multitudine: ab equitibus autem probata.

ARVSCVLA] mima: de qua M. Tull. ad Attic. lib. 4. *Quarū nunc de Arbuſcula. Valde placuit.* & meretrix, vt ſcribit Seruius commentar. H in Gallum, ad illum verſum: *Incipe, ſollicitos Galli dicamus amores.* vbi hæc notat. *poſt Cithæridis diſceſſum, quàm Lycorin vocat. Fuerit autem vno tempore meretrices tres Cithæris, Origo, Arbuſcula. Horat. expleſa Arbuſcula.*

CIMEX] credibile eſt, hunc Pantiliū ab Horatio ob immunditiam, aut fœtorem, aut maledicentiā, cimicem eſſe nominatum: quod inſectum eſt fœtidum & mordax.

DEMETRIVS] quem ſuprà ſimium appellauit.

FANNIVS] de quo ſuprà ſat. 4. *beatus Fannius vltro Delatis caſſis.*

OCTAVIVS] poëtam Octauium intellige, non Octavianū eum, qui Cæſar Auguſtus poſtea dictus eſt. vide P. Victor. Var. leſt. lib. 14.

AMBITIONE RELEGATA] id eſt,

A Lucret. lib. 4. his verbis, *Deinde cibum sequitur somnus, quia, quae facit aër, Haec eadem cibus, in venas dum didit omnes, Efficit: & multo sopor ille gravissimus existit, Quo satur, aut lassus capias: quia plurimum se Corpora conturbant magno confusa labore. Eit ratione eadem coniectus porro animai Altior, atque sonas eiectus largior eius, Et dnmisor inter se, ac distractior intrus.*

ALTO] Homerus, & Graeci ὕπνον νήδυμον appellant, id est, vel altum, vel iucundum: quanquā interdū pro eo, quem iidem νήγετον nominant, vsurpatur. Virg. lib. 8. Aeneid. princip. *Alituum, pcedūmque genus sopor altius habebat.*

IRRIGVVM] non dixit obrūtū. esset enim tum somnus implacidus, insuavis, iniucundus, atque (vt ita dicam) infomnis: sed irriguum. rectē igitur Alcaeus τήγχε σπυόμενας οἶνον, id est, vino pulmones irriga. tralatio autem est ab hortō irriguo. fat. 4. lib. 2. *irriguo nihil est elutius hortō.*

SVB NOCTEM] paullo ante noctem, vt alibi docuimus.

RAPIT] significantius dixit, quam si dixisset, *capit.*

LATVVS] consequuturus, accepturus, vt saepe alibi.

CVPIDVM, PATER OPT.] respondens Horatius, cupientem (inquit) pater optime Trebati, vires deserunt: praecleara quidem est voluntas, sed deest nobis facultas. Debet autem poeta suas vircis diligēter explorare, neque rem vllam scribendam suscipere maiore viribus, & facultate. sic epist. ad Pison. *sumite materiam vestris, qui scribitis, equam Viribus, & versate diu, quid ferre recusent. Quid valeant humeri.*

NEQVE ENIM QVIVS HORR. PIL.] sic ferē Oda. 6. lib. 1. *Nos, Agrippa, neque haec dicere, nec graui Pelida stomachum cedere nescit, &c. & Oda 12. lib. 2. Nolis longa fera bella Numantia, &c.*

AVT LABENTIS EQVO D. VVLN. P.] Parthi enim ex equis pugnabāt, & erāt equitres. Od. 2. lib. 1. *Nen finas Medos equitare multos Te duce Caesar. & Od. 19. ciuid. Nec patitur Scythas, Et vestis animosum equis Parthum dicere, nec qua nihil atinet. ad quem locū, & item ad alios od. lib. Parthos equites fuisse, & ex equis pugnare solitos, notauimus. labentis autē equo Parthi vulnera dixit ad laudem Augusti spectans, quasi Augusti virtute Parthi, qui in pugnis equestribus multum valere & pollere putabantur, superati ex equis suis deiecti fuerint. describat autem edendum curauit, libros aliquot veteres secutus: nonnulli tamen non minus vetusti habent describit, quod aequo probō.*

FRACTA CVPIDE] cuiusmodi tela dicitur Marius excogitasse, vt & essent hostibus inutilia, & ne de corporibus sauciorū euelli possent: qua de re sic Plutarchus in Mario, *Διγεται δὲ εἰς ἐκείνου τὴν μάχην σφαιρὸν ὑπὸ Μαρτίου χαμηλοπιθῆναι τὸ πᾶσι τοῖς ὑστέρῃ. τὸ γὰρ εἰς τὸν σιδήρον ἐμβλεῖν ματὲς ἐξ ὧν σφαιροὶ μ*

τῶ δὲ σιδήρου κατεπιλημῶν σιδηραῖς. Τότε ἔδδ ὁ Μάριος τὴν μὲν, ὡσπερ εἶχεν, εἶασε τὴν δὲ ἑτέραν ἐξελών, ἐξ ὧν ἦλον εὐφραυτὸν αὐτῶν ἐνέβαλε, τεχνάσαι σφαιροσφαιρὰς τὸν ὑστέρῃ τῶ θυρεῶ τῆ πολέμου, μὴ μῦθεν ὄρῃ, ἀλλὰ τῆ ἐξ ὧν κλασθέντος ἡλξ χαμηλοῦ γινέσθαι πᾶσι τὸν σιδήρον, καὶ πᾶσι κλασθαι τὸ δούρον. τῶ τῆ σφαιροσφαιρὰς τῆς αἰχμῆς ἐνεχόμενον. id est, Dicitur tum ad id prelium illud a Mario de iaculis innotatum esse. Nam ea pars ligni, qua in ferrum inseritur, antea duabus fibulis ferreis continebatur: Tunc autem Marius, alteram quidem, quem admodum erat, reliquit: altera autem exenta, clauum ligneum fragilem in eius locum immisit, eo consilio, vt iaculum ad egypteum hostis adiectum, non maneret rectum, sed clauo ligneo fracto, curuaretur ferrum, & lignum transuersa cuspidē hārens, deorsum pendēret.

ATTAMEN ET IVST.] loquitur Trebati. Si bella ab Augusto gesta scribere non potes: at poteras eius fortitudinem, iustitiam, animi magnitudinem, ceterasque virtutes laudare, ac predicare: quemadmodum Scipionis laudes Lucilius suis scriptis posteritati commendauit, ac memoriae prodidit.

ET IVSTVM POTERAS, ET SCRIBERE FORTEM] Augustum iustitiae, & fortitudinis nomine laudare poteras.

SCIPIADAM VT SAP. LVCIL.] quemadmodum Lucilius sapiens descripsit Scipiadam, id est, Scipionem. infra eadem fat. *Virius Scipiadae, &c.*

HAUD MIHI DEERO.] id est, operā huic rei nauabo, inquit Horat.

NISI DEXTRO TEMP. FLACCIVERBA] ordo verborum hic videtur esse quibusdam, & sententia ab illo loco, *haud mihi deero.* Non me praebeco negligentem, neque ignauium in laudandis Augusti virtutibus, cum opus erit, si modò mea verba tempore opportuno attentē audientur ab Augusto. atque ita hic locus pendēre de superioribus verbis intelligitur, *haud mihi deero, nisi dextro tempore Flacci verba nō ibunt, &c.* id est, haud mihi deero, si mea verba opportunē ibunt per attētam Caesaris aurem. Alij sic, & fortasse melius, explicant, vt separatim legatur, & per se, hoc modo. Verba mea non nisi dextro, seu opportuno tempore per attētam Caesaris aurem ibunt: carmina mea ad aureis Caesaris peruenire non sinam nisi tempore opportuno. Itaque attentam aurem interpretantur ad audiendum e-rectam. dextro tempore posuit pro opportuno, vt lauo tempore fat. 4. huius lib. pro contrario. *cum te sic tempore lauo Interpellarim.*

CVI MALE SI PALP.] cui si quis blandiatur ineptus, aut immoderatis laudibus: ita omni ex parte rectus, ac sepius est auerfus assentationis dulcedinem, atque illecebram, itaque eam odit, ac reijcit, vt ab ea capi non possit. blanditias, & assentationem aspernatur, ac respuit. tralatio est ab equis calcitrojis. sic M. Tull. de Caelio Clodiam amantem spernente, *calcitrat.*

QVAN-

A QVANTO RECTIVS HOC] Trebati loquens, quanto praestit (inquit) hoc scribendi genus tractare, quam satyras scribere, quibus vitiosos homines laedas?

QVID FACIAM?] respondens Horat. ostendit suo quemque studio delectari, sua quemque voluptate teneri. & ei paròdω vrbane, & satyricē Milonium quemdam etatis suę scurram, notat, hominem temulentum, & cum temulentus esset, saltare solitum.

VT ICTO ACC. FERV. CAP. NVM. QVE LVC.] id est, vbi, seu posteaquam nimio vini potu caput eius concauit, & ebrius factus

B binas le lucernas videre existimat, pro singulari. Sic Iuven. *ex geminis exurgit mensa lucernae.* Aristoteles problē. *τμημ. γ.* quaerit cur ita fiat, & rationem affert his verbis, *Διὰ τὴν τοῖς μεθυσσιν εἰσὶτε πολλὰ φαίνεται τὸ ἐν ὄρωσιν, ἢ ὅτι αἱ ἀρχαὶ τῶν ὄψεων ἐσθαι κινουῦται ὑπὸ τῶ οἴνου, καὶ ἄπειρ ἢ ὅλη κεφαλὴ κινεῖται ὑπὸ τῶν ἀρχῶν, καὶ εἰς ταυτὰ συμβάλλουσιν αἱ ὄψεις, ἀλλ' οἷον ὅτι μέρος ἑκάτερον τῶ ὄρωσιν. διὸ δύο φαίνεται. ταυτὸ δὲ τῶ γινέται, καὶ εἰς πᾶς κατὰ τὴν πᾶσιν τῶ ὄψιν. ἐκίνησε γὰρ τὴν ἀρχὴν τῶ ὄψεως ὥστε μινεῖ εἰς ταυτὸ συμβάλλειν τῆ ἑτέρε. ἢ μὲν οὐδ' τοιαύτη κίνησις ἔσθαι γινέται, ἢ δὲ ἀπὸ τῶ οἴνου, ἐσθαι. Διὰ φέρεται δὲ ἔδδ. ταυτὰ γὰρ ποιήσθ' ὁπωσοῦ κινηθεῖ. Quae sic interpretor, Quā ob causam ebrii cum vnum cernunt, multa videntur: a quonia aspectu principia intrinsecus à vino mouētur, quē admodum caput totum? cum principia autē mouentur, non in idem conueniunt aspectus, sed ad vtramque quodammodo partem eius, quod cernitur: iccirco duo apparent? hoc idem porò etiam accidit, si quis infernē aspectum premat, nam principium ipsius aspectus mouit, ita vt is non amplius in eandem rem, atque alter, conueniat. Ac talis quidem motio fit extrinsecus. ea autem, quae à vino gignitur, intrinsecus. verum nihil interest, visus enim quomodocumque motus fuerit, haec ita efficiet. Lucretius autem lib. 4. horum, & similiū causam opinionis, & errori animorum ascribit. sensus enim numquam falli affirmat sic Lucret. *At si forte oculo manus vni subdita sibi ter Presbit eum: quodam sensu fit vti videatur Omnia, quae tuum ferri tum bina tuendo: bina lucernarum flagrantia lumina flammis, Bināque per totas adeis geminare supellex, Et duplices hominum facies, & corpora bina, &c.* sequitur statim, *Cetera de genere hoc mirando multa videmus, quae violare fidem quasi sensibus omnia quaerunt: Nequiquam, quoniam pars horū maxima fallit Propter opinatus animi, quos addim' ipsi, Pro visis vt sint, quae nō sint sensibus visa.**

C vnum cernunt, multa videntur: a quonia aspectu principia intrinsecus à vino mouētur, quē admodum caput totum? cum principia autē mouentur, non in idem conueniunt aspectus, sed ad vtramque quodammodo partem eius, quod cernitur: iccirco duo apparent? hoc idem porò etiam accidit, si quis infernē aspectum premat, nam principium ipsius aspectus mouit, ita vt is non amplius in eandem rem, atque alter, conueniat. Ac talis quidem motio fit extrinsecus. ea autem, quae à vino gignitur, intrinsecus. verum nihil interest, visus enim quomodocumque motus fuerit, haec ita efficiet. Lucretius autem lib. 4. horum, & similiū causam opinionis, & errori animorum ascribit. sensus enim numquam falli affirmat sic Lucret. *At si forte oculo manus vni subdita sibi ter Presbit eum: quodam sensu fit vti videatur Omnia, quae tuum ferri tum bina tuendo: bina lucernarum flagrantia lumina flammis, Bināque per totas adeis geminare supellex, Et duplices hominum facies, & corpora bina, &c.* sequitur statim, *Cetera de genere hoc mirando multa videmus, quae violare fidem quasi sensibus omnia quaerunt: Nequiquam, quoniam pars horū maxima fallit Propter opinatus animi, quos addim' ipsi, Pro visis vt sint, quae nō sint sensibus visa.*

D morum ascribit. sensus enim numquam falli affirmat sic Lucret. *At si forte oculo manus vni subdita sibi ter Presbit eum: quodam sensu fit vti videatur Omnia, quae tuum ferri tum bina tuendo: bina lucernarum flagrantia lumina flammis, Bināque per totas adeis geminare supellex, Et duplices hominum facies, & corpora bina, &c.* sequitur statim, *Cetera de genere hoc mirando multa videmus, quae violare fidem quasi sensibus omnia quaerunt: Nequiquam, quoniam pars horū maxima fallit Propter opinatus animi, quos addim' ipsi, Pro visis vt sint, quae nō sint sensibus visa.*

CASTOR GAVDET EQVIS, OVO P.] etiam geminorum stratum diuersa studia solent esse, vt apparet in Castore, & Polluce, quorum hic pugil clarissimus, ille optimus equus fuisse dicitur. existimant nonnulli, etate Horatii geminos fratres fuisse sic nominatos, quorum alter equis,

alter caestibus delectaretur. mea nihil refert. sed mihi tamen simplicius videtur, vt fratres Helena in telligamus.

ME PEDIBVS DELECT. CLAVD.] sic locutus est satyra superiore. *at fit qui pedibus quid claudere senis, Hoc tantum contentus.*

CREDERAT.] committere. tralatio est. vide annot. ad Od. 5. lib. 3. ibi, *Qui perfidus se credit hostibus.*

NEQVE SIMALE CESSERAT, VSQVAM DEC.] id est, neque si quid ei malē euenerat, neque si prosperē, vsquam aliō confugiens, quā ad scribendum, aut legendum. mendosē in quibusdam libris legitur *gestrat.* Iam decurrens aliō, id est, conferens se aliō, confugiens aliō. ita hoc participio vsus est Oda 29. lib. 3. *Non est meum si mugiat Aethiops malus procellis, ad miseris preces Decurrere, &c.* Præterea vsquam edendum curauit potius, quā vquam, libros plures veteres secutus: quamquam vquam non damno, in nonnullis libris etiam vt. reperitur.

QVO FIT, VT OMNIS VOT.] quo fit, vt omnis Lucillij vita pateat, veluti in tabula votiuā, descripta, atque expressa. *votina tabula* appellatur, quā sunt vota, quae vt ex voto suspenduntur in fanis, quales sunt naufragorum, aut eorum, qui ex graui & periculoso morbo recreati conualuerunt. supra Od. 5. lib. 1. *me tabula sacer votina paries indicat humida suspendisse potenti Vestimenta maris Deo.*

LVCANVS, AN APPVLVS ANCEP S] inter Lucaniam, & Apuliam interiectus, vtriusque particeps, ita, vt dubium sit, Lucanusne sim, an Appulus, nempe Venusinus: quia Venusinus colonus inter vtrosque finis Lucaniae scilicet, & Apuliae, arat. Intellige, coloniam à populo Ro. in Venusiam esse missam, ne eā hostes in Romanos incurrerent.

QVONE, &c.] id est, vt ne hostes populi Ro. in Romanos inuaderent. quidam libri manu scripti habent, *Quā ne,* id est, ne aliqua, seu per aliquam partem, seu viam.

SIVE QVOD] siue quia Appuli, siue quia Lucani bellum populo Ro. inferrent, alij quod positum esse putant pro aliquod. sed eos refellit co-dex vnus Vatic. & Tornes. in quibus ita scriptū est, *siue quia Appula gens, seu quod Lucania bellū, &c. incutere bellum* autem, id est, inferre, Horatio vsitatum.

HAUD PETET VLTRÒ] non petet quēquam, nisi sim laesissus. haec enim vis est, vocis ultro.

QVEM QVAM ANIMANTEM] quemquam viuū, quemquam animā & corpore constantem. M. Tull. in Timæo, *à quo enim animante reliquos omnes cōtineri veller animanteis, hunc ea forma figurauit, qua vna omnes reliqua forma concluduntur.* aliās animans, & fæminini generis est, & neutrus.

DESTRINGERE] propriè, & vsitate, vt sup. I I

A annot.ad Od.35.lib.1.

T V T V S A B I N F E S T I S L A T R O N .] sic loquitur sup.Od.4.lib.3. *Et tuto ab atris corpore viperas Dormire, &c.* & fat.6. huius lib: in extr. *Tutus ab insidiis.* vide annotationem ad Odam 16. lib.3.ibi, *munierant satis Nocturnis ab adult.*

V T P E R A T P O S I T V M R V B . F .] vtinam relum in vagina conditum, rubigine exedatur. Priscian. huc locum teste producit lib. 15.

N E C Q V I S Q V A M N O C . C V P .] & vtinam nemo me lacefat iniuria:vtinam nemo mihi vltro iniuriam inferat,pacis cupidus.

A T I L L E , Q V I M E C O M .] at, qui me prouocari, plorabit, & erit fabula totius populi. Plato in Minoe, monet eum, qui bonæ existimationis cupidus est, ne poetæ offendat, néve lacefat, Minois exemplo, qui quamuis fuerit rex clementissimus, iustissimus, optimus: tamen propterea quod offensum, odiumque tragicotū poetarum subierit: & clementiæ, iustitiæque suæ fructu caruit, & iniustus est inhumanitatis, crudelitatis, iniustitiæ notis in posterum sempiternis. Verba Platonis sunt hæc, Διό & σὺ, ὦ βέλτιος, ἐὰν σωφρονῆς, εὐλαβῆς εἴης, & ἄλλος πᾶς ἀνὴρ, ὅταν μέλει τῷ εὐδίκιμον εἶναι, μὴδέποτε ἀπεχθάνεσθαι ἀνδρὶ ποιητικῷ μὴδ' ἐνὶ οἷ γὰρ ποιητῶν μέγα δύνανται εἰς δόξαν ἐφ' ὅσποτες αὐτοῖσι ποιοῦσιν εἰς τῆς ἀνθρώπων εὐλογουῦντες, ἢ κακιοροῦντες. id est, Quapropter etiam tu ὁ vir oprime, si sapias, caue, & quibus alius, cui curæ sua existimatio est, ne vilis poetæ inimicitias in te confles. poetæ enim multum valent ad famam in vtramque partem, siue laudent, siue maledicant. Itaque Archilochus ille ad maledicendum egregiè promptus, ac paratus, cum à quodam contumeliosè appellatus esset, ita respondit, τὸν τέστιζα πλερῶ συνέληφας, id est, cicadam ala cōprehendisti. huius autem animalis mirus est stridor, si ala prehendantur. Huc pertinet & illud, quod scribit Plutarchus in Theseo, εἰσε γὰρ ὕπτως χαλεπὸν εἶναι φωνῆν ἐχέσθαι πῶλε, καὶ μὲσαν, ἀπεχθάνεσθαι, id est, reuera molestum & durum est cum ciuitate, quæ vocem & musam habeat, inimicitias suscipere.

B CLEMENSIS, IUSTISSIMUS, OPTIMUS: tamen propterea quod offensum, odiumque tragicotū poetarum subierit: & clementiæ, iustitiæque suæ fructu caruit, & iniustus est inhumanitatis, crudelitatis, iniustitiæ notis in posterum sempiternis. Verba Platonis sunt hæc, Διό & σὺ, ὦ βέλτιος, ἐὰν σωφρονῆς, εὐλαβῆς εἴης, & ἄλλος πᾶς ἀνὴρ, ὅταν μέλει τῷ εὐδίκιμον εἶναι, μὴδέποτε ἀπεχθάνεσθαι ἀνδρὶ ποιητικῷ μὴδ' ἐνὶ οἷ γὰρ ποιητῶν μέγα δύνανται εἰς δόξαν ἐφ' ὅσποτες αὐτοῖσι ποιοῦσιν εἰς τῆς ἀνθρώπων εὐλογουῦντες, ἢ κακιοροῦντες. id est, Quapropter etiam tu ὁ vir oprime, si sapias, caue, & quibus alius, cui curæ sua existimatio est, ne vilis poetæ inimicitias in te confles. poetæ enim multum valent ad famam in vtramque partem, siue laudent, siue maledicant. Itaque Archilochus ille ad maledicendum egregiè promptus, ac paratus, cum à quodam contumeliosè appellatus esset, ita respondit, τὸν τέστιζα πλερῶ συνέληφας, id est, cicadam ala cōprehendisti. huius autem animalis mirus est stridor, si ala prehendantur. Huc pertinet & illud, quod scribit Plutarchus in Theseo, εἰσε γὰρ ὕπτως χαλεπὸν εἶναι φωνῆν ἐχέσθαι πῶλε, καὶ μὲσαν, ἀπεχθάνεσθαι, id est, reuera molestum & durum est cum ciuitate, quæ vocem & musam habeat, inimicitias suscipere.

C OPRIME, si sapias, caue, & quibus alius, cui curæ sua existimatio est, ne vilis poetæ inimicitias in te confles. poetæ enim multum valent ad famam in vtramque partem, siue laudent, siue maledicant. Itaque Archilochus ille ad maledicendum egregiè promptus, ac paratus, cum à quodam contumeliosè appellatus esset, ita respondit, τὸν τέστιζα πλερῶ συνέληφας, id est, cicadam ala cōprehendisti. huius autem animalis mirus est stridor, si ala prehendantur. Huc pertinet & illud, quod scribit Plutarchus in Theseo, εἰσε γὰρ ὕπτως χαλεπὸν εἶναι φωνῆν ἐχέσθαι πῶλε, καὶ μὲσαν, ἀπεχθάνεσθαι, id est, reuera molestum & durum est cum ciuitate, quæ vocem & musam habeat, inimicitias suscipere.

D DOLEBIT, miseriam suam conqueretur, ac deplorabit, miser erit. vide annot. sup. ad Od. 5. epod. ibi, *O multa sturum caput.*

ET INSIGNIS * TOTA CANTAB. VR.] perueniet in ora virum: nobilitabitur meis versibus ad ignominia, & infamia sui nominis sempiterna.

S E R V I V S I R A T V S] quæstor. intelligamus, hunc ætate Horatii fuisse prætorem, & quæstioni alicui rei capitalis præfuisse. Virgil. 6. Æn. *Quæstor Minos vnam mouer.* adhibebatur autem vna ad fortitionem, subfortitionemque iudiciū. Alij accusatorem & calumniatorē fuisse volunt.

C A N D I A A L B V C I] Albucij filia venefica, Grætidia nomine: de qua sup. Od. 3. epod. *an malas Canidia trahant dapes?* & tota Od. 5. & 17. & fat. 8. lib. 1.

GRANDE MALVM TVR.] quia iudex leuis, & nūmarius, & vnalus, & δροπόκος. Quod autem Porphyrio notat, apud huc C. Turium accusatum esse C Verrem à Cicerone, Hortensio defendente, mihi non probat. Potest tamen fieri, vt discoloribus signis iuratorum hominū sententias, seu tabellas notari: quod factū esse Romæ cum senatorius ordo iudicaret, queritur Cicero proæmio actionis primæ in Verrem non longe ab extremo.

V T, Q V O Q V I S Q V E V A L E T, & C.] id est, quo modo, qua re quisque plurimum potest, ea re inimicos suos, cōsque, quibus se iniustum esse sentit, aut quos metuit, terreat, & vlciscatur: & quemadmodum imperet hoc ipsa natura, cuius maxima vis est, sic ratiocinare mecum: *ἔγω συλλογίζω μετ' ἐμῷ.*

D E N T E L V P V S, & C.] sic M. Tull. lib. 2. de nat. deor. *Iam illa cernimus vt contra metum, & vim suis se armis quaque defendat. cornibus tauri, apri dentibus, morsu leones, alia fuga, alia occultatione se tutatur: atrameti effusione sepia, intolerabili fæditate repellunt.* & Lucret. lib. 5. *Principia genus acre leonū, fædæque secla Tutata est virtus: vulpæ dolum, & furga ceruus, &c.* Hac eadem de re lege Aristot. lib. 2. de partibus animalū cap. 9. & lib. 3. cap. 1. & 2. locum autem tantum indicabo. Sic igitur cap. 9. lib. 2. *σωεργυς δὲ καὶ τὴν πλεῖν ἀφ' ἑνὸς τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ τὰ τοιάδε τῶν μορίων, οἷον ὄνυχες τε καὶ ὀπλά, καὶ χιλιὰ, καὶ κέρατα, καὶ ῥύγχη καὶ ὀρνίθων. πάντα δὲ τὰυτα βουβείας ἐχουσι χάρην τῷ ζῶα. τὰ γὰρ ἐξ αὐτῶν σωεργιώτα, &c.* οἷον ὀπλή τε ὄλη καὶ κέρατα ὄλον μεμηχανήσονται πρὸς τὴν σωτηρίαν ἐχέσται. ἐν τούτῳ δὲ τῷ γένει καὶ τῶν ὀδόντων ὄβη φύσις, τοῖς μὲν ὑπάρχουσαι πρὸς ἐν ἔργῳ, τῆς τροφῆς ἐργασίαν: τοῖς δὲ πρὸς τὸ τῆσθε καὶ πρὸς ἀλλήλην, οἷον τοῖς κάρχερόδυσσι, καὶ χαυλιόδυσσι: id est, proxime autem ad ossium naturam, quod ad tactum attinet, accedunt etiam tales partes, verbi gratia, vngues & vngula, tum solida, tum bifidæ, & cornua, & rostra auium. Omnia autem hæc præsidij gratia habent animantes. Quæ enim ex iis constant, &c. verbi causa, vngula tota, & cornu totum, ad salutem cuiusq; animalis à natura excogitatum & comparatum est. In hoc genere autem etiam dentes numerandi sunt, aliis quidem attributi ad vnum munus obeundum, nempe ad cibum conficiendum: aliis & ad hoc, & ad prælium, viresque expromendas, vt iis animalibus & quibus ferrati, & quibus exserti sunt dentes. Eodem ferè pertinent quæ i. cap. vbi de dentibus, & quæ 2. lib. 3. vbi de cornibus, scripta sunt: quæ, ne sim longior, lectori relinquo suo loco, & apud auctorem ipsum legèda, nisi quodd temperare mihi non potui quin ascriberè quæ de Momo affert Aristoteles cap. illo 2. lib. 3. naturā reprehendete quodd cornua tauris affinxisset in capite, nō in humeris. sic Aristoteles, *Ὀρθῶς δὲ καὶ τὸ ὄβη*

D E N T E L V P V S, & C.] sic M. Tull. lib. 2. de nat. deor. *Iam illa cernimus vt contra metum, & vim suis se armis quaque defendat. cornibus tauri, apri dentibus, morsu leones, alia fuga, alia occultatione se tutatur: atrameti effusione sepia, intolerabili fæditate repellunt.* & Lucret. lib. 5. *Principia genus acre leonū, fædæque secla Tutata est virtus: vulpæ dolum, & furga ceruus, &c.* Hac eadem de re lege Aristot. lib. 2. de partibus animalū cap. 9. & lib. 3. cap. 1. & 2. locum autem tantum indicabo. Sic igitur cap. 9. lib. 2. *σωεργυς δὲ καὶ τὴν πλεῖν ἀφ' ἑνὸς τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ τὰ τοιάδε τῶν μορίων, οἷον ὄνυχες τε καὶ ὀπλά, καὶ χιλιὰ, καὶ κέρατα, καὶ ῥύγχη καὶ ὀρνίθων. πάντα δὲ τὰυτα βουβείας ἐχουσι χάρην τῷ ζῶα. τὰ γὰρ ἐξ αὐτῶν σωεργιώτα, &c.* οἷον ὀπλή τε ὄλη καὶ κέρατα ὄλον μεμηχανήσονται πρὸς τὴν σωτηρίαν ἐχέσται. ἐν τούτῳ δὲ τῷ γένει καὶ τῶν ὀδόντων ὄβη φύσις, τοῖς μὲν ὑπάρχουσαι πρὸς ἐν ἔργῳ, τῆς τροφῆς ἐργασίαν: τοῖς δὲ πρὸς τὸ τῆσθε καὶ πρὸς ἀλλήλην, οἷον τοῖς κάρχερόδυσσι, καὶ χαυλιόδυσσι: id est, proxime autem ad ossium naturam, quod ad tactum attinet, accedunt etiam tales partes, verbi gratia, vngues & vngula, tum solida, tum bifidæ, & cornua, & rostra auium. Omnia autem hæc præsidij gratia habent animantes. Quæ enim ex iis constant, &c. verbi causa, vngula tota, & cornu totum, ad salutem cuiusq; animalis à natura excogitatum & comparatum est. In hoc genere autem etiam dentes numerandi sunt, aliis quidem attributi ad vnum munus obeundum, nempe ad cibum conficiendum: aliis & ad hoc, & ad prælium, viresque expromendas, vt iis animalibus & quibus ferrati, & quibus exserti sunt dentes. Eodem ferè pertinent quæ i. cap. vbi de dentibus, & quæ 2. lib. 3. vbi de cornibus, scripta sunt: quæ, ne sim longior, lectori relinquo suo loco, & apud auctorem ipsum legèda, nisi quodd temperare mihi non potui quin ascriberè quæ de Momo affert Aristoteles cap. illo 2. lib. 3. naturā reprehendete quodd cornua tauris affinxisset in capite, nō in humeris. sic Aristoteles, *Ὀρθῶς δὲ καὶ τὸ ὄβη*

D OLEBIT, miseriam suam conqueretur, ac deplorabit, miser erit. vide annot. sup. ad Od. 5. epod. ibi, *O multa sturum caput.* ET INSIGNIS * TOTA CANTAB. VR.] perueniet in ora virum: nobilitabitur meis versibus ad ignominia, & infamia sui nominis sempiterna. S E R V I V S I R A T V S] quæstor. intelligamus, hunc ætate Horatii fuisse prætorem, & quæstioni alicui rei capitalis præfuisse. Virgil. 6. Æn. *Quæstor Minos vnam mouer.* adhibebatur autem vna ad fortitionem, subfortitionemque iudiciū. Alij accusatorem & calumniatorē fuisse volunt. C A N D I A A L B V C I] Albucij filia venefica, Grætidia nomine: de qua sup. Od. 3. epod. *an malas Canidia trahant dapes?* & tota Od. 5. & 17. & fat. 8. lib. 1.

A ὁ ὄβη τῆς κεφαλῆς ποῖσται τὴν τῶν κέρατων φύσιν, ἀλλὰ μὴ καθ' ἑαυτὸν ὁ αἰσῶσθαι μῶμος διαμέμφεται τὸν ταύρον, ὅτι ὄβη τοῖς ὀμοῖς ἐχει τὰ κέρατα, ὅθεν τὰς πληγὰς ἐπιπέτ' ἀν' ἰχυροτάτας, ἀλλ' ὄβη τῷ ἀδυνεργεῖν μέρους τῷ κεφαλῆς. ἔ γὰρ ὄβη βλέπων ὁ μῶμος ταύρου ἐπιπέτ' αὐτῷ. ὡσαύτ' ἔ γὰρ καὶ ἐτέρῃ πρὸς τοῦ σώματος κέρατα ἐπιπέτ' αὐτῷ, βλάβος ἀν' παρ' ἑαυτῷ, καὶ ἄλλως ἔδεν ὄβη τῷ ῥύγχει, καὶ ἐμπόδια τῶν ἐργῶν πολλοῖς ἦν: ἔ γὰρ ὄβη τῶν ὀμῶν περικύπτει. ἔ γὰρ μόνον γὰρ σκιοπτεῖν ποῖει ἰχυροτέρα αἰ' πληγῶν, ἀλλὰ καὶ ποῖει πορρώτεροι, &c. id est, Rectè autem etiam in eo à natura prouisum & consultum est, quodd cornua in capite locarit, non vt Momus Ælopi volebat, qui taurū improbat, quodd non in humeris cornua habeat, vnde plagas incussisset acriores, sed in infimissima parte capitis. Nam cum hæc reprehendebat, parum videbat. Quemadmodum enim si vel in quauis alia corporis parte cornua innata essent, oneri essent, damnūque importarent, neque quicquam prodesse, multisque operis functionibus impedimento essent: sic & si in humeris essent à natura collocata. Non solum enim videre oportet vnde plagæ acriores fiant, sed etiam vnde longiores.

B LOCARIT, non vt Momus Ælopi volebat, qui taurū improbat, quodd non in humeris cornua habeat, vnde plagas incussisset acriores, sed in infimissima parte capitis. Nam cum hæc reprehendebat, parum videbat. Quemadmodum enim si vel in quauis alia corporis parte cornua innata essent, oneri essent, damnūque importarent, neque quicquam prodesse, multisque operis functionibus impedimento essent: sic & si in humeris essent à natura collocata. Non solum enim videre oportet vnde plagæ acriores fiant, sed etiam vnde longiores.

I N T V S] non foris, sed à natura insitum.

S C E V A, & C.] significat, hunc fuisse impium in parenteis, & matrem veneno necasse: veneficumque, nō sciarum fuisse. Non admodum dissimile est illud Ciceronis pro Scauro. *Libertus patrum non occidit, sed duobus digitulis gula obliquit.* Secue (inquit) luxurioso & perditio homini suam matrem crede, id est, committe, & permitte: manus quidem, & ferrum ab illa abstinebit: sed cicuta cum melle confusa matrem necabit.

N I L F A C I E T S C E L . P I A D E X T .] pura quidem manus erit à sanguine materno: sed cicuta eam de medio rollet.

M A L A] ἐπίθετον perpetuum. nulla enim cicuta bona est. sic alibi *malu lustra, mala ambisio, mali fures.* apud Hom. *λεωξίω γελᾶσθλος.*

T O L L E T] necabit, occidet. sic Varro, *quis patrem decem annos natus tollet, nisi veneno?*

N E L O N G V F A C I A M] ne sim longior: vt paucis expediam. sic loquitur M. Tull. lib. 1. de leg. *Non faciam longius: huc enim pertinet, animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenu rationis, & consilij, præclara quadam ratione generatum esse à supremo deo.*

T R A N Q V I L L A S E N E C T .] quæ optanda est, & à diis petenda: vt carmine sacul. post epod. *Dij senectuti placida quietem, [date].*

S E Y M O R S A T R . C I R C V M V . A L .] siue mors mihi impendet, atque imminet, iam iam aduentans. Alas affinxit morti ad significandam eius celeritatem. atras autè appellauit, quia omnia, quæ ad inferos, & ad mortem pertinent, tristia, iniucunda, & horribilia sunt: cuiusmodi sunt & nigra, seu atra: quod sæpe alibi notauit.

mus. Contrà Oda 17. lib. 2. *voluerisque fati Tardauit alas.* F O R S] fortuna. caue legas, fors. & vide annot. ad illum locum fat. 1. seu ratio dederit, seu fors obiecerit.

Q V I S Q V I S E R I T V I T A E C O L .] ordo est, quisquis erit vitæ color, scribā. *vitæ colorem* intellige vitæ genus, condicionem viuendi, fortem, personam. non enim vna est omnium hominum persona, non idem vitæ color, nō eadem species: aliudq; vitæ genus est imperatoris, aliud oratoris: aliud negotiatoris, aliud poetæ: rectè autem colorem appellauit, quia singulorum vitæ degendæ genera, plerumque tamquam colores quidam, in nobis immutantur, neque quicquam ad animum pertinent: sed ad corpus, aut fortunam. Quamuis autem sua quemque natura ad certum vitæ genus fingere videatur: neque tamè semper in deligendo vitæ genere naturam sequimur, & sæpe, ad quam nos ætatis agenda viam vel propinqui impulerint, vel fortuna, veluti tēpeltas quædam, detulerit, in ea constantiæ causa, repugnante natura, cogimur consensescere, & ad extremū vitæ spiritum permanere. epist. 17. *Omnia Aristippum decuit color, & status, & res.*

ὁ ΠΥΕΡ, VT SIS VITALIS, MET V O] ὁ puer (inquit Trebatius) ne non sis vitalis, metuo, nomen *vitalis* autem, id proprie significat, quod ad vitam pertinet, quod vitā adiuvat, quod vitæ vtile est. Lucret. lib. 3. *Est igitur calor, ac ventus vitalis in ipso Corpore, qui nobis moribundos deseruit artus.* ibid. *mors omnia præstat, Vitalem præter sensum, calidūmq; vaporem.* ibid. *Et caput abscissum calido, viuenteq; trunco, seruat humi vultum vitalem, oculisque patentes, Donec reliquias animæ reddidit omnies.* & lib. 5. *Nudus humi iacet, infans, indigus omni Vitali auxilio.* & lib. 6. *primum multarum semina rerum Esse supra docui, quæ sint vitalia nobis.* M. Tullius lib. de nat. deor. 2. *ex quo intelligi debet, eam calorū naturam, vim in se habere vitalem, per omnem mundum pertinetem.* ibid. *ceteris naturis omnibus salutarem impertit, & vitalem calorem.* Idem de diuination. lib. 1. *Luce serenanti vitalia lumina liquit.* quamquam legèdum est eo loco, *vitā lumina liquit:* itaque edendum curauimus. Virg. Æneid. 1. *Quisquis es, haud (credo) inuisus celestibus auras vitalis carpit.* Plaut. in Pænulo, *Iupiter, qui genus colit, alitq; hominum, per quem Primum vitale auum.* Interdum etiā vitale appellamus, quod vita præditum est, & viuax: vt Plaut. in Bacchid. *Da si esse saluum vis me, aut vitalem tibi.* M. Tull. in Lælio ex Ennio, *Qui potest esse vita vitalis, vt ait Ennius, qui non in amici mura benevolentia conquiescat?* & ita hoc loco ponitur ab Horat. itēmq; in fat. 7. huius lib. ita, *Dauus, amicū Mancipium domino, & fugi, quod sit satis, hoc est, vt vitale putes.*

M A I O R V M N E Q V I S A M I C V S] ne quis gratiosus apud maiores, & potentiores viros, &c. F R I G O R E T E F E R I A T] mortē tibi in-

A *Cum labor extuderit fastidia: siccus, inanis
Sperne cibum vilem: nisi Hymettia mella
Falerno
Ne biberis diluta foris est promus: & atrū
Defendens piscis hiemat mare. cū sale panis
Latrantem stomachum bene leniet. vnde pu-
tas, aut
Quid partum? non in caro nidore voluptas
Sūma, sed in te ipso est. tu pulmētaria quere
Sudando. pinguem vitium, albūmq; nec ostrea,
Nec scarus, aut poterit peregrina iuuare
lagois.
Vix tamen eripiam, posito pavone, velis quin
B *Hoc potius, quā gallina tergere palatum,
Corruptus vniuersis rerum: quia veneat auro
Rara auis: & picta pandat spectacula cauda:
Tanquam ad rem attineat quicquam, num
vesceris ista, (idem?
Quam laudas, pluma? cocto num adest honor
Carne tamen quamuis distat nihil: hac ma-
gis illi,
C *Imparibus formis deceptum te patet, esto,
Vnde datum sentis, lupus hic, Tiberinus,
an alto
Captus hiet? pontēisne inter iactatus, an amnis
Ostia sub Tusci? laudas insane trilbrem
Mullum: in singula quem minuas pulmen-
ta, necesse est.
Ducit te species, video, quod pertinet ergo
Proceros odisse lupos? quia scilicet illis
Maiorem natura modum dedit: his breue
pondus.
D *Ieiunus raro stomachus vulgaris termit.
Porrectum magno magnum spectare catino
Vellē, ait harpyus gula digna rapacibus, at vos
Præsentem Austri coquite horum obsonia:
quamquam
Pūtet aper, rhombusque recens, mala copia
quando
Ægrum sollicitat stomachum: cum rapula
plenus, (abacta
Atq; acidus manuit inulas, nec dum omnis
Pauperies epulis regum, nam vilibus ouis,****

*Nigrisq; est oleis hodie locus. haud ita pridē
Gallon præconis erat acipensere mensa
Infamis. quid? tum rhombos minus æquor
alebant?
Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido:
Donec vos auctor docuit prætorius, ergo
Si quis nunc mergos suauis edixerit affos:
Parebit prauis docilis Romana iuuentus.
Sordidus à tenui victu distabit, Ofello
Iudice, nam frustra vitium vitaueris illud,
Si te aliud prauum detorseris. Auidienus,
Cui Canis ex vero dictū cognomen adhaeret: F
Quinquennois oleas est, & siluestria corna:
Ac, nisi mutatiū, parcat defundere vitium: &
Cuius odorem olei nequeas perferre (licebit
Ille repotia, natalis, aliōsve dierum
Festos albatas celebret) cornu ipse bilibri
Caulibus instillat, veteris non parcus aceti,
Quali igitur victu sapiens vtetur? & horum
Vtrum imitabitur: hanc vrget lupus, hanc ca-
nis, aiunt. G
Mundus erit, qui non offendet sordibus: atq;
In neutra partē cultus miser, hic neq; seruis,
AlbucI senis exemplo, dum munia dedit,
Sæuus erit: neque sic, vt simplex Næuius,
vntam
Coniuuis præbebit aquam, vitium hoc quo-
que magnum.
Accipe nūc, uictus tenuis quæ, quātaq; secū
Afferat: in primis ualeas bene, nam, uaria res
Vt nocēat homini, credas, memor illius esca,
Quæ simplex olim tibi sederit, at simul asis H
Miscueris elixa: simul conchyliatūrdia:
Dulcia se in bilem vertent: stomachoque tu-
multum
Lenta feret pituita, vides, vt pallidus omnis
Cena desurgat dubia: quin corpus onustum
Hesternis vitium animum quoque prægrauat
vna:
Atque affligit humo diuina particula aure:
Alter, vbi dicto citius curata sopori
Membra dedit: vegetus præscripta ad mu-
na surgit.*

Hic

A *Hic tamen ad melius poterit transcurrere
quondam:
Sive diem festum rediens aduexerit annus:
Sive recreare volet tenuatum corpus: vbique
Accedent amici, & tractari mollius etas
Imbecilla volet tibi quidnā accedet ad istam,
Quā puer, & validus præsumis, mollitiē, seu
Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus?
Rancidum aprum antiqui laudabant: non,
quia nasus
Illis nullus erat: sed, credo, hac mente, quod
hospes
Tardius adueniens, vitiatum cōmodius, quā
B *Integrū edax dominus consumeret, hos vti-
nam inter
Heroas natum tellus me prima tulisset.
Das aliquid fame, quæ carmine gratior aurē
Occupat humanā? grandes rhombi, patinæq;
Grande ferunt una cū damno dedecus, adde
Iratum patrum, uicinos, te tibi iniquum,
Et frustra mortis cupidū, cum deerit egenti
As, laquei pretium iure, inquis, Trasius istis
Iurgatur uerbis, ego neq; talia magna,
C *Diuitiasque habeo tribus amplas regibus.
ergo,
Quod superat, non est, melius quod insumere
possis?
Cur eget indignus quisquā te diuite? quare
Templa ruunt antiqua deūm? cur, improbe,
caræ
Non aliquid patrie tanto emetiris aceruo?
Vni nimirum restē tibi semper erunt res?
O magnus posthac inimicis risus, uterne
Ad casus dubios fides sibi certius, hic, qui
D *Pluribus assuerit mētē, corpusque superbū:
An, qui cōtētus paruo, metuentis que futuri,
In pace, vt sapiens, aptavit idonea bello?
Quo magis his credas: puer hunc ego paruus
Ofellum
Integrus opibus nōdiu non latius vsum,
Quā nunc accisis, videas metato in agello
Cum pecore, & natis fortē mercede colonū,
Non ego, narrātem, temere edi luce profesta****

*Quicquam, præter olus fumosæ cum pede
pernae.
Ac, mihi seu togā post rēpus venerat hospes,
Sive operum vacuo gratis cōiuiua per imbrē
Vicinus: bene erat, non piscibus vrbe petitis,
Sed pullo, atque hædo: tum pensilis vna se-
cundas,
Et nux ornabat mensas, cum duplici ficu.
Post hoc ludus erat cuppa potare magistra:
Ac venerata Ceres, vti culmo surgeret alto,
Explicuit vno contractæ seria frontis.
Sæuiat, atq; nouos moueat fortuna tumultus: F
Quantum hinc imminuet? quanto aut ego
parcius, aut vos
O pueri nituistis, vt huc nouus incola venit?
Nam propria telluris herū natura neq; illi,
Nec me, nec quemquam statuit, nos expu-
lit ille:
Illum aut nequities, aut vafri inscitiā iuris.
Postremo expellet certē viuacior heres.
Nunc ager Umbreni sub nomine, nuper
Ofelli G
Dictus, erit nulli proprius: sed cedit in vsum
Nunc mihi, nunc alij, quocirca viuite fortes:
Fortiaque aduersis opponite pectora rebus.*

QVÆ VIRTVS] hæc satyra sub Ofelli
persona luxuriosos vrbane reprehēdit atque ob-
iurgat.

BONI] in tribus Vatic. cod. & Fabr. & Torn.
scriptum reperitur boni, vt sit vocādi casus, quos
fecutus sum.

VIVERE PARVO] sic Tibull. eleg. i. lib. i. H
contentus viuere paruo.

NEC M. HIC SERMO, &c.] hi duo ver-
sus, qui deinceps sequuntur, includendi sunt in-
terpositionis nota.

PRÆCIPIT] præcipsit, docuit, præmon-
stravit. hoc enim significat verbum præcipere, nō
id, quod vulgus putat.

ABNORMIS SAPIENS] hæc duo coniun-
ctæ sunt legenda, sapiens abnormis, id est, qui sapiens
quidem est, sed non ad istorum philosophorum
normam, sic M. Tull. in Lælio, Numquam ego dicā
C. Fabricium, M. Curium, T. Coruncanium, quos sapiē-
tis nostri maiores iudicabant, ad istorū normam fuisse
sapientis, abnormis autem excudendum curavi, se-
cutus auctoritatem quinque codicum veterum.

CRASSA QVÆ MINERVA] & sapiens
crassa Minerua, i. nō politus, neque excultus do-

A Crina, sed factus natura: non productus est schola, sed ex caula. in Priapeis, simplicius multo est, da, verbum turpe Latine Dicere, quid faciam? crassa Minerva mea est. M. Tull. in Laio, Agamus igitur, ut aiunt, pingui Minerva.

NITENTIS] λιωδης, pinguis, vntas, oiparas.

CVM STVP. IN SAN. ACIES FVLG.] id est, cum oculorum acies epularum, & delicia- rum, & vaforum pretiosorum splendore obtusa est. allegoria est. nam per aciem oculorum, qua nimio splendore praestinguitur, iudicium ratio- nis significat obtusum, & corruptum luxu, & vo- luptatibus.

B IN SANIS.] ab effectu, quia animum spoli- ant sanitate.

ACCLINIS] propensus ad assentiendum fal- sis propterea, quod corpus multo cibo, multaq; potione completum est: quod cum accidit, mi- nus expedire suo munere mens fungi potest. ac- clinis legendum esse, non acclinis peruincunt om- nes codices veteres & Vaticanus, & alij nullo ex- cepto. acclinis autem significat incumbentem, & propensum. quo nomine vitur Virg. lib. 10. En. Pulnera siccatat Lymphis, corpusque leuabat Arboris acclinis trunco. quo loco tamen in lib. vulgatis leg- gitur mendose acclinis. hinc verbum acclino & acclinatus. Caes. lib. 6. de bello Gallico, huc cum se consuetudine acclinauerint, &c. & sup. atq. ita paul- lum modo acclinatae quietem capiunt. Atque hac om- nia A. Dr. Turnebus cum probasser, quadrienni- o post in cap. 19. lib. 3. Aduers. retulit.

IMPRANSI] sicci, ieiuni. epist. ad Num- monium Vall. lib. 1. impransus non qui ciuem digno- sceret hoste. & infr. sat. prox. impransi correptus voce magistri.

MALE VERVM EXAM. O. C.] corrup- tus autem est animus hominis vino, cibdq; con- festi, & saturi: Itaq; expedit vru a falso distin- guere non potest. huc pertinent, quae scribit Ari- stot. περ ευπεινιων. τον αυτον δε τεσπον χ εν ορ- γης, και πασης επιθυμιας ευπαθητοι γνον- ται παντες, και μαλλον, οσω αυ μαλλον εν τοις παγεσιν ωσι. id est, eodem autē modo & in iris, & in omnibus cupiditatibus facile decipi pos- sunt omnes, tantdq; magis, quāto magis in per- turbationibus sint.

LEPOREM SECTATVS, EQVONE, &c.] huius loci hac sententia est. qui labore corpus exercuit, sumtuosas epulas non desiderat: sed tenuissimo apparatu, & quolibet cibo sibi apposi- to contentus est. notum est illud Hippocratis ο πινος σιτου ηγεισθω labor cibum antecedit. & Cyrus apud Xenoph. libro secūdo Σπουνημ. curā adhibebat, ne vmqūa sui ad prandium, aut cenam ἀνιδρωτοι, i. sine sudore veniret. & Hip- polytus ille apud Eurip. ait, redeuntibus ē vena- tionē, plenas mensas esse iucundas: significans, opinor, exercitatione, & labore corporis cibi cu- piditatem excitari. verba Eurip. sunt haec, Σιτων

μελεσθε. περινον εν κωαγιας Τραπεζα πλη- ρης. enumerat autē hoc loco Horatius quattuor exercitationis genera, venationem, equitationem ludum pilae, disci iactum: quorum duo superio- ra, Romana: posteriora, Graeca sunt.

VEL SI ROM. FAT.] id est, vel si Ro- mana exercitatio te assuetum pila ludere, & dis- scum iacere, qui sunt ludi in Graecia vitari, fati- gat, id est, delassat, & nimio labore conficit: & iccirco ab ea refugis, atque abhorres: siue pilae ludo delectaris, in quo studium ludendi sensum laboris adimit: subint. lude pila. siue disci iactu duceris, iace discū: & cum labor expulerit fasti- dia, cibique appetitionem excitat, tum tu mihi aspernare cibum vilem, & tenuem victū, & vul- garem, paruūmq; apparatus: quasi dicat, nō fac- ies: sed primo quoque cibo, & forte oblato cō- tentus eris, fatigare, id est, valde exercere, & de- lassare. sic Virg. Georg. 3. sepe etiam cursu quatit & sole fatigat. & Aeneid. 1. vel qualis equos Threissa fatigat Harpalyce. Per Romanam militiam autem equitationem & venationem significat: quae duae exercitationes valde sunt laboriosae, minimēque molles, vt Graecorum, sic Oda 24. lib. 3. nescit equo rudis Hævere ingenuus puer: Venarique timet, ludere doctior, seu Graeco inbeas trocho, seu malis vetita le- gibus alea.

GRÆCARI] Græcari interdum valet intē- perantius potare, Græcorum more bibere. M. Tull. Ver. 3. Fit sermo inter eos, & inuitatio, vt Graecorum more biberetur. Plautus Mostell. Dies, noctesque bibite: pergræcaminī, Amicæ emite libera- te, pascite Parasitos, obsonate pollicibiliter. Idē Bac- chid. atque id pollicetur, se daturū aurum mihi: Quod dem scartis, quōdque in lustris comedim, & congracem pater. sed hic Græcari posuit, pro Græcos ludos lu- dere, seu Græcis ludis exerceri. Græci autem ludi sunt, pila & discus.

MOLL. AVSTERYM STVD. FALL.] id est, studio pilae obliuionem quandam, & λω- σθησιων laboris afferente. non enim sentitur la- bor ab eo, qui pila ludit, propter eam, quam ex lu- sione percipit, voluptatem. Totus autem hic locus videtur claudicare. nā primum in his ver- bis: seu pila velox, subintelligendum, seu fumen- dum Σπο τε κοινη te agit: Deinde, post hūc ver- sum molliter austerum studio fall. Lab. subintelligē- dū Lude pila: vt respōdeat ei, quod sequitur, pere- cedentem aera disco. Quōd si pro Molliter, posuisset Horatius, Lude pila: & facilius esset huius loci ex- plicatio, & mollius curreret sententia, neque quic- quam subintelligendum, aut supplendum esset. Neque verō mihi soli hic locus scrupulosus visus est, verum etiam doctissimo cuidam, eidēmq; optimo viro: qui putabat legēdum, vel Mollito au- sterum st. f. l. vel Molire austerum studio fallente labo- rem. quam posteriorem coniecturam magis pro- barem. sententia autem & huius, & illius superio- ris versus plana est. volebat enim ille hoc intelli- gi per illum, mollito austerum, &c. pila ludito: quia

qui

A qui pila ludit, laborem exercitationis mollē red- dit studio ludendi, quod laborem fallit. ex poste- riore autem eandem sententiam eligebar, sed a- lia ratione. nam qui pila ludit, laborem molitur, id est laborem suscipit grauem illum quidē, sed quem studium ludendi fallit & obscurat. Molire igitur laborem austerum studio fallente cum ip- sum laborem, id est, ludo pilae.

CEDENTEM] cedit enim aër corporibus, praesertim grauioribus.

CVM LABOR EXTVDERIT] id est, depulerit nauseam, quae ex satietate, & crapula nascebatur, famēmq; irritat, ac prouocari. vsus est Virg. hoc verbo paullo aliter Georg. 1. vt va- rias vsus meditando extunderet arctis. vbi tamē nō- nulli legi volunt, excuderet.

SPERNE CIBVM VILEM] verbū sperne pertinet ad illa superiora, leporem festatus, equō ue,

B &c. & inest i his verbis εἰσπαεία, hoc modo, cum venatu, & equitatione, pilae lusione, disco te exer- cueris, ac fatigaris, cibiq; fastidium depuleris, tū tu, sodes, sperne tenuem apparatus, & nega te bibiturum, nisi tibi vinum Falernum melle mi- tigatum ministretur. quod simile est, vt si dicat, nunquam tu hoc facturus es, immō vilissimum quemque cibum audivissimē voraturus, & quod- liber vinum, atque adeo aquam, si vinum desit, æquissimo animo bibiturus. ad hanc sententiam pertinet id, quod Dionysio tyrāno respondit co- cus quidam Lacedaemonius. Cum cenasset ille in Phiditii, negaretque se iure nigro nescio quo delecta- tum, quod erat caput cena: tum is, qui illa coxerat, mi- nimē mirū (inquit) condimenta enim desuerunt. Quae tandem, inquit ille? labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis: his enim rebus Lacedaemoniorum e- pula condimuntur. haec M. Tull. Tuscul. lib. 5. eodē illud Varonis de liberis educādis ex Nonio, vel maxime illic didici, & sitiēti videri aquā, mulsūm: & esitenti, panem cibarium, fligineum: & exerci- tato somnum suauem. quem locū sic restituit Mu- retus.

C NISI HYMETTIA MELLA FAL.] ne biberis, ne quicquam bibito, nisi vinum Fa- lernum melle conditum. Erat autem Falernum aliquanto austerius, iccirco melle admisto leniri solitum erat. Virg. Georg. 4. Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum Et liquida, & durum Bacchi domitura saporē. Hymettia mella a mōte Hymetto in Attica. Od. 6. lib. 2. vbi non Hymetto Mella decedunt.

D FORIS EST PROMVS] is, qui dapes, & vinum promit, non est domi: tempestas ad piscā- dum non est idonea. Tu igitur esuriēs, & sitiens, neque, dum promus redeat: neque, dum ex lon- ginq; & concitato mari tibi pisces afferatur, expectabis: sed pane, & sale famem sedabis. sal autem pauperum est condimentum, vt supra di- ximus ad Odam 15. lib. 2. Persa verō nihil ad pa- nem adhibebat praeter nasturtium. Promus di- ctus est a promendo, vt condus a condēdo: qui-

bus duabus vocibus vitur Plautus.

LATRANTEM STOM. B. L.] sal cum pane stomachum latrantem, id est, inanem, & ic- circo quasi latrando poscentem cibum, bene le- nict, & iratum placabit. sic enim loquitur sat. vlt. huius lib. Quae prima iratum ventrē placauerit esca. Latrare autem etiam apud Lucret. poscere signi- ficat princip. lib. 2. secun. Nil aliud sibi naturam la- trare, &c.

VNDE PVTAS, AVT QVĪ P.] unde putas hanc in tam tenui, & vili cibo, nasci volu- ptatem?

NON IN CARONID.] id est, nō in carorū obsoniorum nidore, siue carnes sint, siue pisces, &c. eō dico quōd in quibusdam libris scriptum est, in carniū nidore.

TV PVLMENTAR. QVARE SVD.] id est, suda prius, quā pransum, aut cenatum cas, & pulmentaria nō magnopere desiderabis. Nam ei, qui sudauerit, famēmq; labore prouocari, fastidio depulso, cibum quantumuis tenuis, ac vilis, erit quouis pulmento suauior: vt Ptolemæo pan- nis in casa quadam datus comitibus eū non con- secutis: & aqua etiam impura sitienti vino pra- stantissimo erit dulcior, vt Varo: qui in fuga cum aquam turbidam, & cadaueribus inquinā- tam bibisset, negauit se vmq;am bibisse iucun- dius. Rectē igitur Cyrus: de quo sic Xenoph. ἀ- πομ. βιβ. β. επεμειλετο δε και τδ δε ο Κυρος, ο- πως μπιστε ανιδρωτοι γενοιδυι επι το ερισον, και το δεσπρον εισοιεν. quae verba paullo antē in- terpretari sumus. Pulmēta a pulre dicta sunt: qua voce etiā vsus est epist. ad Loll. 2. lib. 1. Cenes vt pa- riter pulmenta laboribus emta. Siue autē sola puls, siue quid aliud cum pulre permixtum sit, pulmē- tum rectē dici potest, teste Isidoro. Erat autem puls, Romanus & Italus cibus, vt polēta Græcus.

PINGVEM VITIIS] obesum, viuosō, & graui abdomine oneratum.

ALBV' M QVE] pallidum, vt infrā eadem sat. vides vt pallidus omnis Cena defūrgat dubia? vel, vt alij volunt, εἰρηον, tardum, aut pigrum, vt Od. 2. lib. 2. & aquosus albo Corpore languor.

OSTREA] σιναιρεσις est in nomine ostrea, vt H supra admonuimus. ostrea autem loco & tēpore inter se distinguuntur. ea enim sunt optima, quae & in mari, & vere, aut sub aestate capiuntur, vt docet Athen. lib. 3.

NEC SCARVS] de Scarō sic Athen. lib. 8. ο δε σκαρος απι λοσσεριος, ψαγρος, γλυκευς, και φος, εἰσπεπλος, ευανιδροτος, ευκοιλιος. quae verba supra sumus interpretati ad Od. 2. cpod. Quā- rarum autem, & carus Romae fuerit hic piscis, ex Macrobio cognosces lib. 3. cap. 16.

LAGOIS] leporem Græci λαγων, seu λαγω nominant, a cuius similitudine piscis quidā hoc nomine appellatus est.

VIX TAMEN ERIPIAM, &c.] vix ta- men expugnabo, vt non malis pauone appposito, palatum tuum delectare, ac permulcere, seu, vt

A vult Turnebus, quod tamen minus probo, quasi fordeis aut ex inedia, aut ex alio cibo contractas detegere, & fastidium discutere, quam gallina famem explorare, vanis rebus corruptus. rergere autem dixit in secunda inflexione, vt Lucret. multis locis. exempli causa lib. 4. *Et quasi perterget pupillas, atque ita transit.*

CORRUPŒVS VANIS RERVM] id est, vanitatis rerum, vel vanis rebus. sic loquitur Od. lib. 12. *cadus spes donare nouas largus, amaraque Curarū eluere efficas.* Idem epist. de arte poet. *si forte necesse est Indiciis monstrare recentibus abdita rerum.* id est, res abditas. & sat. vlt. huius lib. *dumque ridetur siccis rerum Balatrone secundo.*

B Lucretius lib. 6. de fulmine, *Inter enim fugit, & penetrat per rara viarum.* vide annot. ad Odam illam 12. lib. 4.

ET PICTA PANDAT SPECT. C.] Athen. lib. 9. de pauonis pennis, & ala, hæc scribit ex Antiphonte, *ἐπι τις ἐθελει καὶ αβαλαῖν εἰς πτόλιον τὰς ὀρνίθων οὐχ ἡσίωναι ἀγαπῶμενοι ἐὼν δὲ τῶν πτερόων ἄπο τεμῆ, τὸ χέλλος ἀφαιρήσειαι. καὶ πτερά γὰρ αὐτῶν τὸ χέλλος ἔστιν, ἀλλ' ἔ τὸ σῶμα.* id est, si quis velit in vrbe has auces continere, auolabunt: quod si alas circūcidat, formā adimet. alæ enim earum sunt pulchritudo, non corp^o. Sic & Chrysiop. vt refert Plutarch. in lib. *τῶν κῶν ἐναντιωμ.* ὁ τὰς ἐνεχε τ' ἔραϊ γέρονε, *ἄλγ.* τὸ χέλλος αὐτῆς. id est, Pauo caudæ gratia natus est, propter pulchritudinem eius.

C **NVM VESCERIS ISTA, QVAM I. P.]** ostendit, heluonum, luxuriosorumque; cupiditates non esse naturalis, neque rectas: sed ab opinione, & vitio natas, ac deprauatas: propterea, quod ea obsonia maximè conquirunt, vehementissimèque expetunt, quæ vel rarissima, & carissima sunt, vel à naturali magnitudine discesserunt: verbi gratia, pauonibus malunt vesci, quam gallinis: lupos proceros oderunt, quia proceri sunt natura: minores magno redimunt, magnòque studio consecantur: mullos contrà desiderant inusitata magnitudine, quia parui sunt, & lupis minores natura.

COCTO NVM ADEST HON.] ita scriptū est in tribus cod. Vatic. & Iann. Faër. Torn. **D** & ita legendum. neque est quòd quèquam moueat ante vocalem, non elisum. nam hoc non est aut nouū, aut inusitatum. Enn. lib. 10. *annal. Insignita ferè tum millia militum octo.* Lucret. lib. 1. *Corporum augebit numerum, summamque sequetur.* sic enim scriptum est in exemplaribus Lucretianis manuscriptis, vt diximus in nostris ad illum poetam scholiis.

CARNE TAMEN QVAMVIS D.] horum verborum hæc sententia est, *Quamuis tamè nihil differat pauo à gallina carne, (nam gallinæ caro, carni pauonis est simillima) perspicuum est te hac forma (pauonis inquam) magis, quam illa, nempe gallinæ, quæ formæ sunt impares, deceptum, & captum esse. non igitur te carnis dissi-*

mitudo, cum inter hanc, & illam nihil interfit, **E** sed formæ, decipit, quia pauonis pluma sunt pulchriores, ac speciosiores, quam gallinæ. At cocto pauone non manent illæ pluma.

VNDE DATVM SENTIS.] vnde tuo palato ista vis data est, quia iudices vtrum lupus hic sit in mari, an in fluuio Tiberi captus, &c? Lupi Græci *λάβρακα* nominant *ὠδὴ τῶν λαβρότητα.* piscis est boni succi, neque tamen multi alimenti, litterarum studiosis perutilis, & valdè accommodatus: de quo Aristophanes, *Ἄδραξ ὁ πάντων ἰχθύων σφώματος.* i. lupus, omnium piscium sapientissimus. Iam verò illud didici ex Macrobio lib. 3. cap. 18. Lupum Tiberinum; eo, qui quouis alio loco captus sit, esse meliorem: eo autem, qui circa ostia Tiberis captus sit, eum, qui inter ponteis fuerit agitur, esse potiore, credibile est, & ita Macrobius ibidem ex C. Titio, & Lucilio poetæ: cuius poetæ versus ascribam. *Emgere preterea afferri quod quisque volebat. Illum sumina ducebant, atque alitulum lanx: Hunc ponteis Tiberini duo inter capti' castillo. lupum Catillonè appellauit, quasi ligurritorem. Titij autem verba sunt hæc. Quid mihi negotij est cum istis navigatoribus potius, quam potamus mulsam mistum vino Græco? edimus turdum pinguem, bonumque piscem lupum germanum, qui inter duos ponteis captus fuit? Alij tamen aliter sentiunt, qui buscum non pugnabo. Quòd autem dixit, *captus hiet,* hoc fortasse ex historia. Nam laudatur coquus quidam apud Euphronem, quòd solus artem ac rationem inuenierit, qua ratione lupus frustra non hiet. *τῷ γὰρ μὴ χυεῖν λύκον ἄλγ. κενῆς, σὺ μόνος εὐρηχες τέχνη:* id est, tu enim solus artem reperisti, qua arte coquus non hiet frustra.*

LAVDAS IN SAN. TRILIBR.] nulli non ita sunt magni ponderis natura: tu trilibris mullos conquiris. lupi magni, & proceri sunt natura: tu paruos consecrasti. sed quid attinet te nullum trilibrem comparare, cum sit tibi in pulmenta minuendus: dices te specie, id est, magnitudine delectari. cur igitur magnos lupos respicis? A sinius Celer vir consularis nullum vnum septè millibus nummum mercatus est: vt refert Macrobius lib. 3. ex Sammonico.

IN SING. QVEM MIN.] quatumuis (inquit) magnum, & magni poderis nullum emenis, non edes integrum: sed erit tibi in frustra secundus, ac minuendus, vt ex iis fiant pulmenta.

LEIVNVS RARÒ STOMACHVS] hoc verborū ordine scriptus est hic verchus in tribus cod. Vatic. Faër. & Tornefano, & Nicotiano, & Clericano: cuius scripturæ fortasse alia sententia est, quam vulgatæ. Vulgata enim *ieiunus hom. rarò vulg. &c.* significat, eos, qui famem expectant, & qui ieiuni ad mensam accedunt, non temerè vulgareis cibos fastidiere. hæc verò longè aliud, nempe eos, qui rarò ieiuni sunt, id est, qui ferè semper futuri, & conferti cibo sunt, cibos vulgareis contemnere & fastidiere.

CORRECT.

A **PORRECT. MAGNO MAGNUM]** subintell. nullum. respondet *ὁσφάρος*, quem gulum Harpyiis dignam appellat.

AIT HARPYIIS GVLA DIGNA R A P.] id est, ait obsoniorum heluo, per appositionem, seu *χτ' ὠδῶσθιν*, gula Harpyiis digna. Harpyiæ (inquit Homeri interpres) aut venti pestilentes, aut Deæ rapaces fuerunt, quarum nomina sunt hæc, Celæno, Aëllø, Ocypete, Podarge: si modò hæc quoque vna est ex Harpyiis, & non vnus Harpyia epithetū, *ἀρπύα ποδάργη.* Hæc quondam Phineo (si fabulis credimus) molestissima fuerunt propter hanc causam. Phineus liberos suos ex Cleopatra suscepit Eurytia eorum nouerca, quam mortua Cleopatra, vxorem duxerat, apud se falsò accusatos, necandos tradidit. Quo factò Iupiter offensus, hæc ei tulit optionem, vt eligeret, vtrum mallet, Solem non videre, an cæcus esse. At ille maluit Solem non videre.

B quod cum Sol graueret, molestèque tulisset, Harpyias in eum immisit, quæ, quoties cibum capturus esset, vnguib, & rostris, quicquid erat appositum, inquinabant, & corripiebant. Has postea Zetes, & Calais abegerunt. vide Apollon. Argonaut. lib. 2. & scholiasten. Earum autem deformitatem, iugluuim, scæditatem pulchrè describit Virgil. 3. Æneid. Apud Hom. porrò nulla fit de Harpyiis mētio, nisi quòd in Odyss. Telemachus & Eumæus Vlyssis desiderio affecti, lōgāque expectatione defessi sæpe ita loquuntur, illū vel à feris esse deuoratum, vel naufragio periisse, vel ab Harpyiis esse discerptum, ac dilaceratū. nam iterum hic versus aliquoties in ὀδυσσ. *Νῶ δέ μιν ἀλλεῖως ἄρπυιαι ἀνέπνευσαν.* gula igitur Harpyiis digna, id est, digna cuius dapes Harpyia suo contenta continent, arg; inquent.

AT VOS PRÆSENTES AVSTR I] Austri ventū sunt insalubres, ac pestilentes. precatur igitur, vt hi venti suo afflatu gurgitum istorum obsonia percoquant, ac perurant. *præsentes* autem dicit, quia præsentes plus possunt, quam absentes. sic dicimus *præsenti minima.*

QVAM QVAM] seipsum reprehendit: & id, quod dixerat, corrigit hoc modo, *Quid opus est Austrotram afflatu ad istorum heluonum obsonia corrumpenda, cum apri, & rhombi, qui eis apponuntur, quantumuis sint recentes, & integri, tamen eis putant, & nauseam moueāt, adeò vt sint eis epulæ insuauæ, & iniucundæ: quid ita? propterea scilicet, quia nimia copia conferti, sactitate, & cruditate corrupti, ac languidi, de ciborum bonitate verè iudicare non possunt. Ita sæpe eis vsuuenit, vt rapula, & inulas acidas, pauonibus, ac rhombis anteponan.*

D **MALA COPIA QVAND O]** sic fat. 7. huius lib. *Nempe in amarefcenti epula sine sine petite.* malam copiam dixit, quoniam quædam bona est, & laudabilis. Cum his congruunt illa Lucretiana lib. 6. *Tum panuria deinde cibi languentia letho Membra dabat: contrà nunc rerum copia mersat.*

SOLLICITAT] malè habet, lædit, grauiat, **E** onerat, & quasi de sua sede mouet.

IN VLA S] quas amaras appellat fat. vltima huius libri, *Erucas virideis, inulas ego primus amaras Monstravi incoquere.* quam obrem igitur hæc acidas dicit: fortasse ab effectu.

GALLON I] Galloni legendum, non Galloni. vt habent quadam exempla mendosa. De hoc Gallonio præcone M. Tull. in orat. pro Quintio, *qui relicta bonorum virorum disciplina, & questum, & sumtum Galloni sequi maluerunt: atque etiā, quod in illo non fuit, cum audacia, perfidique vixerunt.* & Lucillius apud M. Tull. lib. 2. de finibus, *o Publi, gurges Gallonies homo miser, (inquit) Censasti in vita numquam bene, cum omnia in ista Consuetis squilla, atque acipensere cum in decumano.* & ipse M. Tull. de eodem multa ibidem.

ACIPENSERE] apparet ex iis versibus Lucillij, quos modò protuli, huc Gallonium, obsoniorum gurgitem, acipensere, vt carissimo, & suauissimo pisce, ornasse, instruxisseque conuiuium. Verum quis fit piscis, acipenser, ambigitur. Archedestrus apud Athenæum lib. 8. existimat *γαλαδὸν* eundem piscem esse, atque eum, qui apud Romanos cum tibiis, & coronis ad cenas cum pompa quadam circumfertur, coronatis etiā iis, qui cum ferunt: qui appellatur acipenser. Verba Athenæi sunt hæc, *Ἀρχέστρατος δὲ ὁ τὸν αὐτὸν Σαρδαναπάλλω ζῆσις βίον, πῶς τὸ ἐν Ρόδῳ γαλαδὸν λέγων, τὸν αὐτὸν εἶναι ἠγέεται τῷ παρὰ Ρωμαίοις μετ' ἀλλῶν ἢ σαρδάνων εἰς τὰ δειπνια ὡς φερομένη, ἐσθροναῖδων ἢ τῶν φερόντων αὐτὸν, καλῶμενον δὲ ἀκινπέστερα.* Sed Appio Grammatico (vt idem Athen. refert) in lib. de Apicij deliciis & luxuria, eum piscè, què ἔλλοπα vocant Græci, acipenserem Romanorū dicit esse.

Aullus Gell. quidè lib. 7. cap. 16. *ἔλλοπα Ρόδιον* inter cibos lautos, opiparos, & exquisitos numerat. Sed quòd ad acipenserem attinet, libet ascribere etiā illa Ciceronis verba ex lib. de fato, quæ leguntur apud Macrobius lib. 13. & inter fragmenta Ciceronis. *Nam, cum esset apud se ad Luernium scipio, vnāque Pontius, allatus est forte scipioni acipenser, qui admodum rarò capitur: sed est piscis, vt ferit, in primis nobilis. Cum autem scipio vnus, & alterū ex iis, qui eum salutatū venerat, inuitasset, pluresque etiam inuitaturus videretur, in aurem Pontius, scipio, inquit, vide quid agas: acipenser iste paucorum hominum est.* de hoc pisce lege plura apud Macrobius lib. 3. cap. 16.

INFAMI S] nam malè audiebat Gallonius ob cenas sumtuosas, & luxuriam, & maximè ob acipenserem.

RHOMBOS] de rhombo vide quæ annotata sunt suprà ad Od. 2. epod.

MINVS EQVOR ALIB.] sic habet omnes libri manuscr. quos quidem vidcrim: vulgati, *agura alebant.*

AVCTOR PRÆTORIVS] Sempronius Rufus, quem irridens, prætorium appellat, quia

CORRECT.

A in petitione prætura repulſam tulerat. in quem hos verſus elegantiffimos profert Porphyrio: *Ciconiarum ruſus iſte conditor. Hic eſt duobus elegantior Plancius. Suffragiorum puncta non tulit ſeptem: Ciconiarum populus vltus eſt mortem.*

PRAVI D O C I L I S] quæ docilis eſt ad prauum.

EDIXERIT] quaſi ſuo iure, & pro imperio dixerit. vide annot. ad ſat. proximè ſequentem.

SORDIDVS A TENVI] inter ſordidum, & ſumtuofum victum, medius interiectus eſt, re-nuis, & modicus, & mundus: qui laudabilis eſt. duo illa extrema ſunt vituperanda, & fugienda.

NAM FRVSTRA VITIVM VIT.] fruſtra enim (inquit) luxuriam & profuſionem vitaveris, ſi in alterum vitium contrariū incidas. mediocritatè igitur ſequi, & ſumere oportet, in qua virtus poſita eſt.

CVICAN. EX VERO DICTVM] videtur legendū *ductū*, non *dictum*, vt habent vulgata exempla, & nonnulla manu ſcripta. *ductum ex vero*, id eſt, ex veritate, & proprietate ingenij, & mori tractum. Sic ferè Plautus Stichus: *Microtrogos nomine ex vero vocor.* Hic igitur Auidicus ex vero, id eſt, ex re ipſa, & immunditia, & ſordibus canis cognomen traxerat.

EST] comedit, vt epiſt. ad Loll. i. *ſi quod eſt animus, differs curandi tempus in annum?* quamquam illud tranſlatè poſitum eſt.

AC, NISI MVT. PARCIT DEFVND.] non conſentiant hic codices veteres. alij enim habent *diffundere*, vt vulgati: alij *defundere*. ego hanc ſcripturam veriore iudicavi, & refero ad morem veterum illorum Rom. qui ſolebant vinum nouū libare diis immortalibus, priuſquam ipſi guſtarent: cuius rei exemplum eſt in Oda 31. lib. 1. *quid orat de patera nouum Fundens liquorem?* & in Od. 7. lib. 4. *Te multa prece, te proſequitur mero Defuſo pateris.* Tantum abeſt igitur, vt hic Auidicus vinum nouum Diis libaret, deinde ipſe biberet, vt non niſi mutatum, id eſt, corruptum, & acidum, quod Græci οἶνον ἐκτεοπίαν appellant, defunderet. quòd ſi quis *diffundere* mallet, referendum erit ad aliam conſuetudinem: de qua di-cemus ad illum locum, *Vina bibes iterum Tauro diffuſa.* epiſt. ad Torq. lib. 1.

ET CVIVS ODOREM OLEI N. P.] ordo hic eſt verborum, Et inſtillat caulibus oleū, cuius olei odorem nequeat quiſquam perferre: inſtillat, inquam, cornu bilibri. ſignificat, hoc oleum, quod Auidicus inſundit in cauleis, odoris eſſe tæterrimi: quale erat illud ſat. 6. lib. 1. *quo fraudatis immundus Natta lucernis vngebatur.*

CORNV IPSE BILIBRI] vaſculo corneo, quod duarum olei librarum capax erat. cornua tamen more Ro. erant liberalia, vt intelligere licet ex Galeno, qui ea κέρατα λιτράια appellat. addidit prouocabulum, ipſe, vt ſignificet eū ſeruis ſuis diſſidere.

LICEBIT ILLE REPOTIA, &c.] hæc

verba vſque ad vocem *cornu*, includenda ſunt in E-terpoſitionis nota, aut certè legenda ſunt poſt verſum *Caulibus inſtillat*, &c. hoc modo, & oleum odoris tæterrimi cornu bilibri ipſe inſtillat, vinumq; acidum bibit, licet repotia, aut natalitia, aut alios dies feſtos celebret.

REPOTIA] poſterum à nuptiis, quo apud nouum maritum cenatur, *quia quaſi reſcitur potatio*. Feſtus. alij ſeptimum, quò iterum potabatur: alij ſecundum quidem, ſed quo virgo muliebri veſtitu ornabatur: alij diem, quo liberi ſulcepti dati erant tollendi, ſeu alendi. nam licebat parentibus in Græcia liberis exponere. *παιδοτεροφία* nominant Græci, idq; voluit Acro dicere, apud quem corruptè legitur *ποδοτεροφία*. Atque hæc interpretatio magis huic loco conuenit.

ALBATVS] veteres, albatu conuiuia inabant, vt declarat locus in orat. M. Tullij, in Vatiniū, vbi obijcit illi, quòd cenauerit atratus: eaque cōſuetudo non ſolum in natalitiis, & repotiis, & nuptialibus, aut ſponſalibus cenis ſeruabatur: verum etiā in epulis funebribus. ſed præſtat M. Tullij verba aſcribere. ſic igitur ille, *Atque illud etiam ſcire ex te cupio, quo conſilio, aut qua mēte feceris, vt in epulo Qu. Arrij familiaris mei cū toga pulla accumberes: quem vnumquam videris, quem audieris, quo exemplo, quo more feceris? Dices, ſupplicationes te illas non putaviſſe optime. nulla fuerunt ſupplicationes, &c. quis vnumquam cenauit atratus? ita enim illud epulum eſt funebre, vt munus ſit funeris. epula quidem ipſa dignitatis. ſed omitto epulum, populi Ro. feſtum diem argento, veſte, omni apparatu uſendo: quis vnumquam in lectu domeſtico, quis in funere familiaris cenauit cum toga pulla? cui de balneis exeuanti, præter te, toga pulla vnumquam data eſt? cum tot hominum millia accumberent, cum ipſe epuli dominus Qu. Arrij albatu eſſet, tu in templo Caſtoris te cum C. Fidiulo atrato, ceteriſq; tuis furis funeſtum intuliſti. quis tum non ingemuit? &c. hunc tu morem ignorabas? numquam epulum videras? numquam puer, aut adoleſcens inter cocos fueras? Faufti adoleſcens nobiliſſimi paullo antè ex epulo magnificentiſſimo funem illum veterem tuam non explevas? quem accumberes atratum videras, dominū cum toga pulla, & eius amicos, ante conuiuium?*

HAC VRGET LVPVS, HAC] ἀμχα-
vīay quandam, id eſt, inopiam conſilij, & accipitem cogitationem, vtrum potiſſimum ſequaris, aut fugias, ſignificat hoc prouerbium. nam cui lupus inſtat à tergo, canis latrator, & mordax, infeſtus eſt à fronte, is non facilè effugendi conſiliū explicare poteſt. contrahi autè poteſt huius prouerbij ſententia, & ad hunc locum propius accommodari, vt per lupum, edacitatem, & ingluuiemq; per canem, fordeis, & immunditiam, & auaritiā intelligamus. Nam lupus quidem, animal eſt edaciſſimum ac voraciſſimum: canis autem, immundum. Quocirca ſuprà Auidienum, canem ex re, & ex veritate nominatum eſſe dixit. Non diſſimulabo, me in plerique libris manuſcr. repeririſſe ſcriptū, *hac lupus, aunt.* quæ ſcriptura

ptura videtur recepta, *hac canis angit*, antepōnenda. iccirco eam hac editione ſecutus ſum.

MUNDVS ERIT] mundus eſt medius inter vndidum, & luxuriosum, ſeu profuſum in victu. Cicero de Finibus 2. *mundos, elegantes, optimis cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, venatione: his omnibus exquiſitis, vitantem crudelitatem.* Idem oſiſt. ad Papyr. Patum, lib. 9. *Nos iam ex te tantum artis habemus, vt Ferrium tuum, & Camillum, qua munditia homines? quæ elegantiæ? vocare ſapienter audeamus.* Idem perf. orat. *ſucati medicamenta candoris, & ruboris omnia repellentur: elegantiæ modo, & munditia remanebit.* Horat. epiſt. ad Alb. Tibull. *Et mundus victus non deſiciente crumena. ſordibus aut legendum eſt porius, quam ſordidus.* ita enim ſcriptum eſt in codic. manuſcriptis. Atque huius loci hæc ſententia eſt, *Mundus erit, qui non offendet ſordibus*, id eſt, immoderata, atque indecora parſimonia: & qui in neutram cultus partē miſer erit, id eſt, neque nimis ſumtuofè viuere, neque nimis parcè. nam vterque, & is, qui ſumtuofius, luxurioſiusq; viuere, quam oportet: & is, qui parcius, miſer eſt. vocem *cultus* igitur ita accipio, vt ſit patrij caſus. cultum enim appellant interdum Latini, vite colendæ rationem. Itaque ſæpe conuigit M. Tullius hæc duo, *victū*, & *cultum*: vt Off. 1. quòd ſi omnia nobis, quæ ad victum, cultumque pertinent, quaſi virgula diuina (vt aiunt) ſuppeditaretur, tamen optimo quiſque ingenio, negotiis omnibus omiſſis, totum ſe in cognitione, & ſcientia collocaret. Idem lib. 2. quibus rebus exculta hominum vita tantum diſticit à victu, cultuſque beſtiorū. Idem epiſt. ad Varron. lib. 9. *dabimus ſermonem iis, qui neſciunt, nobis, quocumque in loco ſimus, eundem cultum, eundem victum eſſe.* Idem in Lelio, multi diuitias deſpiciunt, quos paruo contentos tenuis victus, cultuſque delectat. Horat. ſeparatim poſuit, item vt hic, ſat. 3. huius lib. *cultum Maiorem cenſu.* & Od. 10. lib. 1. *Qui ſeros cultus hominum recentum voce formatiſi.*

HIC NEQVE SERV. ALB. S. EXEM P.] hic, quem mundum appellamus (inquit) neque ſeruus erit in ſeruos interea dum eis munera diſtribuit, ac deſcribit: dum ſuas cuiq; partem dat: dum ſuum cuique negotium imponit, quod agat: neque vt ſimplex Næuius, homo ineptè, & ſtultè ſumtuofus, aquam vnguento perfuſam conuiuui præberet. Non aſſentior autem iis, qui Albuiciū luxurioſi exemplar ab Horatio propoſitum eſſe putant: Næuium auari. Nam Albuicius quidem Gratidix, ſeu Canidix pater, homo fuit inſigniter auarus, ac ſordidus: Næuius autem ſuprà ſat. 1. lib. 1. ab ipſo Horatio cum luxurioſiſſimo illo nepote, Caſſio Nometano, tanquā par, & geminus, componitur, his verbis, *Quid mi igitur ſuades? vt vinum Næuius, aut ſic, vt Nomentanus?* ſic enim ſcriptum eſt in quibusdam lib. Iam verò vnctam conuiuui aquam præbere, luxuriæ eſt non ferendæ, ſine ea aqua adhibeatur ad manus lauandas, ſiue ad balneum. Plutarchus in Cæſare ſcribit, Valerium Leontem quemdam, cum Cæſa-

ri cenam daret, aſparago appoſito vnguentū pro oleo inſuſiſſe, idque ſimpliciter Cæſarem ediſſe, neque iniquo animo tuſiſſe: immò verò familiaris, & comites ſuos, qui in dignabantur, moleſtè que ferebant, obiurgaffe. Narrat autem hæc de Cæſare Plutarchus, vt inſignem eius lenitatē, patientiam, facilitatem denique in victu declaret. Verba Plutarchi ſunt hæc, *τῆς δὲ τοῦ δειπνῶντος ἐπιτολῆς καὶ ἐλεῖν τοιοῦτων ἀμειβῶν, ὅτι τὸ δευτερίως αὐτὸ ἐν Μελιόλῳ ἐξῆς Οὐαλερίῳ Λεόντιος ὁμοειδὸς ἀσπαραγῶν, καὶ μύρον αὐτὸ ἐλάεις χρῆται χεῖρας, αὐτὸς μὲν ἀφελῶς ἐφαγῶν, τοῖς δὲ φίλοις διχρηρῶν σὺν ἐπέπληξεν ἥρως γρηγορῶν, το μὴ χηρῶν τοῖς ἀπαρέκωσιν. ὁ δὲ τῶν τοιοῦτων ἀρροίλων ἐξελεγχῶν, αὐτὸς ἔστιν ἀρροίλος.* Quòd ſi vnguentum pro oleo apponere, luxuriæ præ ſe fert ineptam, odioſam, inſolentem: quanto ineptius, & intolerabilius eſt aquam vnguento perfuſam pro aqua pura conuiuui præbere?

IDIUM] diſtribuit. non enim, vt linguæ Latine ſignari homines explicant, *didit* poſitum eſt pro diuidit, *χρῖ συγχοπῶν*: ſed *didit* verbum eſt integrum, compoſitū ex præpoſitione δι, & do, das, dat. quo verbo vtuntur optimi linguæ Latine auctores. Lucret. lib. 3. de quarta quadam natura nominis experte, ex qua cōſtat animus. *Quæ neque mobilis quicquæ, neque tenuis exſtat, nec magis e paruis, aut lauibus ex elementis, ſenſiferos motus quæ didit prima per artus.* Idem ibid. *Denique cur hominem cum vini vni penetratit Aeris, & in venas diſceſſit diditus ardor, Conſequitur grauitas membrorum:* lib. 4. Nunc ea, quæ dico, rerum ſimulacra feruntur vndique, & in cunctas iaciuntur didita partem. ibid. *Nec reſert quicquam, quo victu corpus alatur, Dummodo, quod capias, concoctum didere poſſis Artibus, & ſtomachi humectum ſeruare tenore.* eod. lib. *quia quæ facit aër, Hæc eadem cibus, in venas di diditur omnes, Efficit.* & lib. 5. *Partim quod ſubter per terras diditur omnes.* eod. lib. *Fulmon detulit in terras mortalibus ignem Primitus: inde omnis flammarum diditur ardor.* Virg. Æn. 7. *Diditur hic ſubitò Troiana per agmina rumor.* Idem octauo, *ſed mea me virtus, & ſancta oracula diuina, Cognatque patres, tua terris didita fama Coniunxere tibi.*

SEVVS ERIT] aſper, χαλεπός. ſic Liuius lib. 13. *ſeuat, & iniuſta in ſeruos imperia dixit.* vide annotata ad Od. 33. lib. 1.

VNCTAM CONVIVIS PRÆB. AQ.] quod eſt luxuriæ non ferendæ.

ACC. NVNC, VICT. TEN. Q.] Nunc victus terynis & parci commoda enumerat, eaq; cum incommoſis ſumtuofarum, & immoderatarum epularum comparat. ſimilia ſunt his illa M. Tullij Tuſcul. lib. 5. *Adde ſicitatem, quæ conſequitur hanc continentiam in victu: adde integritatem valetudinis. confer ſudanteis, ruſtanteis, reſertos epulis, tanquam opimos boves. deinde ſequitur paucis interiectis, Quid, quòd ne mente quidè rectè vni poſſumus, multo cibo, & portione repleri?*

A N A M, V A R. R E S V T N O C. H.] id est, nam quemadmodum, vel quantum res varia noceant homini, tum credas, si cibum illum simplicem recorderis, quem tu aliquando adhibueris, continentia in victu, & tenuis apparatus, naturæ vireis à calore nativo & penitus infito imminutas, & labefactatas reficit, refarcit, ac recreat: nimia copia verò, & luxuria opprimit, obruit, atque extinguit. quod quidem his versibus confirmat Theognis, Πολλὰ τοι πλέονας λιμού χόρος ἄλεσεν ἠδὲ Ἀνδρας, ὅσοι μοίρας πλείον ἔχουν ἐγγλον, id est, multo plures fatietas perdidit, quàm fames: qui plus, quàm par erat, habere voluerunt. sed præclare Euripides, Ἐπει πὶ δὲ βροτοῖσι πάλιν δυοῖν μόνον, Δημίτερος ἀλίης, πῶματός θ' ὑδρηχός: Ἄπερ πάρεσι, ἢ πεφυχὴ μᾶς τρέφειν. Ὡν ὄσα ἀπαρκεῖ πλησμονῆ, τρωφὴ γὰρ τοι Ἄλλων ἐδαστον μηχανὰς θηρευομένων, quorum versuum hæc fere sententia est. Nam quid mortales desiderant, præter duo sola, fruges, & aquam? Quæ in medio posita sunt, & cò à natura sunt producta, vt nos alant. Quorum non satis est nobis satietas: sed luxuria deprauati, alias epulas pro modulo excogitam, & confectamur. Aristot. problem. τμη. α. ἡ ποικίλη τροφή νοσώδης, παραχάδης γάρ, καὶ ἓ μία πύσις, id est, cibus varius, morbosus, turbulētus enim est, neque eius vna concoctio est.

Q V A S I M P L E X O L I M T I B I S E D E R I T] placuerit. Virg. lib. Æneid. 5. Idq̄ pio sedet Ænéa.

D V L C I A S E I N B I L E M V E R T V N T,] quæ concoqui non possunt à ventriculo, vertuntur in bilem: sed maximè dulcia.

S T O M. Q V E T V M V L T. L E N T A F E R. P I T.] pituita è cerebro fluens, quæ incensa febri gignit, stomachum conturbabit. in voce pituita, sic synæresis vocalium u & i, vt alibi annotauimus.

V I D E S, V T P A L L I D V S O M N. &.] licet hæc legere sine interrogatione: licet & interrogando pronuntiare, vt libet.

C E N A D V B I A] quid sit cena dubia, declarat Phormio apud Terent. cena dubia apponitur?

D G E T A. Quid istuc verbi est? P H O R M. vbi tu dubites, quid sumas potissimum. cena autem dubia defurgat, id est, de cena dubia furgat. Nam quamuis defurgare significet interdum ἀφοδεύειν, id est, secedere ad exonerandam aluum, hic tamen non puto ita accipiendum, nisi dicamus, Horatiū more suo, id est, satyrico, & vrbano, hoc verbū etiā in hanc significationem vsurpasse ad exprimendam hanc quoq; cenarum dubiarum, & magnificorum apparatusum cum ceteris, quæ enumerat, in commo dis, pœnam, quòd epulis onusti, statim eas effundere atque egerere necesse habent.

Q V I N C O R P. O N V S T. H E S T. V I T.] Itaq; meritò Theopompus ille vir clarus Athenis, & princeps ciuitatis, cenas laudabat Platonicas, quia non solum in presentia: sed etiam poste-

ro die iucundæ essent, vt tradit Hegesander. refert Athen. lib. 10. his verbis, ἠγχοσαν ἄνδρος δ' ἐν τοῖς ἑσπερῶν ἡμέραις ἔφα, ὡς καὶ τῆ ὑπερῶν ὁ Τιμόδωρος ἀπαντήσας τῷ Πλάτωνα εἶπεν, ὑμεῖς, ὦ Πλάτων, εὐ δειπνεῖτε μᾶλλον εἰς ὑπερῶν, ἢ τὴν παρῶν ἡμέραν. refert & M. Tull. Tuscul. 5. Timotheum clarum hominem Athenis, & principem ciuitatis, ferunt, cum cenauisset apud Platonem, eoq; conuiuio admodum delectatus esset, vidissetq; eum postridie, dixisse, Vestra quidem cena non solum in presenti, sed etiam postero die iucunda sunt. Eodem pertinet, quod scripsit Theopomp. lib. 5. Philipp. τὸ ἐοικέν πολλὰ καὶ κρέα φαγεῖν, τὴν ἰδὴ λογισμὸς ἐξαιρεῖ, καὶ τὰς ψυχὰς ποιεῖται βραδυτέρας. ὄργης δὲ καὶ σιληρότητος, καὶ πολλῆς σχιζότητος ἐμπιπλήσι, id est, multa edere, & carnibus velci, rationis & consilij vsum admittit, animosq; efficit tardiores, & eos immani quadam duritia, ac stultitia complet.

A T Q V E A F F L I G I T H V M O] Ita legēdū, & ita reperimus olim scriptū in quattuor codicibus calamo exaratis, duob. Var. Rainuot Card. Iann. & posteri⁹, in Cleric. Ruffard. Nicot. meo. non, vt in vulgatis, affigit, atque hanc meā emendationē, vt rectam, & veram, Paullus Manutius, & M. Muretus vehementer approbarunt: neque me mouent ij, qui dicunt, Horatium exprimere voluisse illa Græcorum, ἀεσπεροῦν, ἀεσπολοῦ: id est, fibulis & clausis affigere. Nam primum hoc est diuinare. Deinde non negamus aut verbum affigere esse Latinum, aut affigere humo, Latine, & luculentè dici: sed cum veteres codices sequimur, tum eorum auctoritatē ratione confirmamus, contēdimusq; hanc antiquam scripturam, vulgatæ esse anteponendam. Est autem affligere non solum deicere, sed etiam graui quodam ictu, & impetu ad humum abijcere.

ἄεσπολοῦ dicitur Græci: Homerus οὐδ' εἰ ἐπέδειν, sic ἰλ. μ. Πηλεὺς αὐτοσχεδὸν: ὁ δ' ἀρ' ὑπὸ πῶς οὐδ' εἰ ἐπέδειν. id est, percussit [Antiphaterem] cōminus & è propinquo loco: ille autem supinus solo firmatus & afflictus est. Plaut. Mostell. cedo manum: nolo equidem te affigi. Idem Milite glor. obsecro te, mulier, sine, ne affigatur. Pyrg. quid istuc? Pal. postquam abs te abiit, animo malè factum est huic repente miser. Idem in Rudente. Nihil amittis, exsugebo, quicquid humoris tibi est. Tange: affigam te ad terram, itidem vt piscem solco polytum. idem in Persa. Na ego, si me vno digito attingeris, te ad terrā affigā, scelus. Cæsar lib. 6. de bello Gall. de alcibus, mutile sunt cornibus, & crura sine nodis, articulisque habent, neque quietis causa procumbunt, neque, si quo afflicte casu cōciderint, erigere sese, aut subleuare possunt. ibidem de eisdem. earum ex vestigiis cum est animaduersum à venatoribus, quò se recipere consueverint, omnes eo loco aut à radicibus subruūt, aut accidunt arbores, tantum vt summa species earum stantium relinquatur: huc cum se confuerudine acclinauerint, infirmas arbores pōdere affigunt, atque vna ipse cōcidunt. idem lib. 5. qui nuntiauerint, superiore nocte,

maxima

A maxima coorta tēpestate propè omnis nauis afflicta, atque in litus eiecta esse. Liuius lib. 4. repetitumque sepius cuspide ad terram afflixit. Idem lib. 2. vt neque sustinere se à lapsu possent, nec, si qui nullum titubassent, herere afflicti vestigia suo. Idem lib. 28. vbi Marii communis & viduum sepe erigeret, & affligeret. Lucret. lib. 2. Præterea quamuis animantē grandior ictus, quam patitur natura, repente affligit, & omneis corporis, atque animi pergit confundere sensus. M. Tull. de lege agrar. translattē. Hæc, quæ procul erant à conspectu imperij, non solum affligerunt, sed etiam, ne quando recreata exsurgere, atq; erigere se possent, funditus (vt dixi) sustulerunt. Idem lib. 2. de orat. ad Qu. Fr. ita cum singuli casus humanarū miseriarum grauius accipiuntur, si dicuntur dolenter, tum afflicta, & prostrata virtus maximè luctuosa est. Idem fragmentaria: Tu tuus factus & consilij illam prouinciam afflicta crexisti, atque recreasti. Idē ad Attic. lib. 12. vt me leuaret tuus aduentus, sic discessus afflixit. Idem orat. pro C. Rabirio perduell. r. numquam profectò istam imaginem, quæ domi posita pestem, atque exitium Sex. Titio attulisset, in nostra, atque in concione attulisset: nec tuas vquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titij afflicta nauem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. Idem pro Cælio, ne adolescentiam plenam spei maxima non modo non aluisse vos, sed etiam percussisse, atque afflixisse videamini. Idem Catilin. 2. quanto tandem illum maiore afflictum esse, & prostratum putatis? P. Cornelius Tacitus lib. 28. Idē placere Annio Gallo, pauco ante dies lapsu equi afflicto miseri, qui consilium eius sciscitauerunt, reuulerant. Nihil autem me mouet vox humo. Nam humo positum pro ad humum: quemadmodum apud Virg. in illo, et clamor celo, grammatici veteres celo interpretantur, in cælum. Quòd si quis querat ex me quid intersit inter percellere, & affligere, hoc dicam interesse, quòd percello idem ferè valet, quod peruerto, euerto, prouo: affligere autem est (vt dixi) ita vehementer in terram deicere, ac prouerere, vt eo casu, id, quòd deijcitur, contundatur, neque facillè excitari queat. Ita fit vt grauius sit affligere, quàm percellere, vt licet ex hoc exemplo intelligere. M. Tull. Tuscul. 3. Existimant enim diu immortales se facilius satisfacturos, si eorū plaga percussa, afflicti se & fratros esse fateantur. Cum hæc superiore editione annotassem, quidam simium vulgatarum lectio: hæc meliorē esse probare conatus est, cum diceret, eā in vno codice manu scri. reperiri. Ego verò cum illo non pugna- bo, neque moror καλοῦθεις, & μελωνούθεις, & ἀλαζόνεις, hoc vnum asseuerabo, hanc, quam dico, in XII. libris antiquis esse à me repertam.

D I V I N E P A R T I C V L A M A V R A] animum, seu potius mentem. Virgil. Æneid. 6. Æthereum sensum, atque auræ simplicis ignem. Lucret. lib. 2. Denique celesti sumus omnes semine oriūdi. Iterū Virg. Æneid. 6. Ignem est illis vigor, & calescis origo seminum. Postremò Pindarus sic orditur sextum carmen Nem. En ἀδράων, ἐν θεῶν γέ-

νος, ἐκ μᾶς δὲ πνεῦμα ματρός ἀμφότεροι, id est, vnum vitorum, vnum deorum genus: ex vna autem matre spiramus, vtrique. Iam Plaro multis locis auctor est, animam humanam esse ἀπὸ σαοσματος, τμήμα, μορίον. τῆς τῆ παντός ψυχῆς, id est, segmentum, seu zamentum, fragmentum, particulam animæ totius mundi. At animam mundi non solum à deo creatam esse, sed etiam dei partem esse idem vobis demonstrat: & restatur Plutarchus quæst. Platon. his verbis, ἡ δὲ κόσμος ψυχὴ τοῦ μετασχοῦσα, καὶ λογισμοῦ καὶ ἀρμονίας, ὅσα ἔργον ἔχει τῶ θεῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος ἐστὶ ὑπὸ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀπὸ αὐτῆ, καὶ ἐξ αὐτῆ γίνονται: id est, Anima autem mentis, & ratiocinationis, & harmonia particeps facta, non solum dei opus est, verum etiam pars, neque ab eo, sed ab eo, & ex eo facta est. Postremò Stoici nostros animos quædam esse deorum ἀποσάσματα, id est, delibramenta, seu parteis auulsas dicunt.

A L T E R] qui tenuiter, & parcè viuunt. C V R A T A] cibo, & potione refecta, & recreata.

S V R G I T] libri aliquot manu scr. habent, surget.

A D M E L I V S] ad lautiozem, & elegantiozem victum, cultumq;.

Q V O N D A M] aliquando, olim, vel posthac, potè.

R E D I E N S] Homer. Ἐπιπλόδωρος ἐνιαυτός, vitur hoc eodem argumento Simonides apud Xenophontem in Hierōne, ad ostendendum, tyrannorum voluptates priuatorum voluptatibus minores esse, his verbis: τὸ γὰρ τῶ εἰσώτα ὑπερβάλλον, τὸτο παρέχει τὰς ἡδονὰς. διδ καὶ πάντες ἀθροστοὶ ἡδίας ἀεσοδὲρονίαι τὰς εορτὰς, πάλιν ἔχοι τυράννοι ἐκπλεῖ γὰρ αὐτοῖς εἰς παρσκευασμένην ἑδμῆαν ἐν ταῖς εορταῖς ἐπίδωσιν ἔχουσιν αὐτῶν ἀγὰ πέντα. ὥστε τῶν τῶν ἄστων τῆ εὐφροσύνη τ' ἐλπίδες μειονετῆσι τῶν ἰδιωτῶν, id est, namque vītata, & sollennia superare, hoc præbet voluptates. Iccircò etiam omnes homines diebus festis delectantur, præterquàm tyranni. eorum enim mensæ omnibus epulis semper instructæ, ac refertæ, nullū in diebus festis augendi apparatus relinquunt locum. Itaque hæc primum spei iucunditate priuatis cedant necesse est.

A D V E X E R I T] sic reperi scriptum in duob. cod. Vatic. & Faër. Nicot. Ruffard. Cleric. meo. quæ scriptura mihi mirum in modum placet. Ita autem locutus est Od. 29. lib. 4. Quod fugiens semel hora vexit.

V B I Q V E A C C E D E N T A N N I] id est, & vbi ætate fueris prouectior.

P R A S V M I S] ante tēpus sumis. ἀεσλαμβάεις, cum tam molliter, & delicatè viuas: cum tam lauto, & sumtuoso, & accurately victu, cultiq; vtaris, quis erit tibi superadi relictus locus, siue diem festum agere, siue corpus extenuatum

A reficere, siue te annis, aut morbo affectum paullo lautius tractare volēs? sic hoc verbo est vsus Virgil. *Aeneid. II. Armā parate animis, & spe praesumite bellum.* RANCIDVM APRVM ANTIQVI] rancentem aprum (inquit) antiqui laudabant, nō quidd odoratu carērent, seu quodd existimarent praestare vitiatum apponi hospiti, qui sero venisset, quāam integrum, & recentem ab edaci domino comēdi.

HOS VTNAM, &c.] vtnam primis illis temporibus quasi heroicis natus essem: vtnā inter antiquos & primos illos homines, heroica virtute praeditos, & qui minus longe aberant a diis sui auctoris, natus essem. per heroas, homines significat suae aetatis hominibus praestantibus: quales erant heroes. sic Aristot. lib. 7. de morib. ad Nicom. virtutem humana virtutis potiorē, & superiorem, heroicam, & diuinam appellat: eamque opponit θηριότητι, id est, feritati. aut eos, quos antiquos appellauit.

TELLVS ME PRIMA TYLISSET,] hoc referendum est ad eorum philosophorū opinionem, qui aliquam mundi originem & principium aliquid, terraeque nouitatem fuisse opinantur: in quibus fuit Epicurus, quem admodū etiā ex Lucretio apparet, lib. 5. *Nunc redeo ad cali nouitatem, & mollia terra Arua, nouo fieri quid primum in luminis oras Tellere, &c.* & paullo post. *Sic noua tum tellus herbas, virgultaque primum sustulit: inde loci mortalia saecla creauit, Multa modis multis, varia ratione coorta.* Eodem pertinet illud Virg. Georg. 1. *tūque d' cui prima frementem Fudit equum tellus magno percussa tridente.*

DAS ALIQVID FAMÆ? si fama cōsulendum esse putas: si famae aliquid tribuendum esse existimas: magnifici isti & sumtuosi apparatus magno sunt etiam dedecori, nō solū damno.

QVE CARM. GR. AVR. &c.] i. quae auri humanę gratior sit, quāam quoduis carne. Themistocle aiunt dixisse, cum ex eo quaereretur, quod acroama, si aut cuius vocem libentissimē audiret, eius, a quo sua virtus optime praedicaretur. bona fama autem, seu bona existimatio, quam eὐδοξία Græci nominant, a laude non admodum longē abest. Pind. *ἐὶ δ' ἰδομ.* si quis in rebus secundis benē audiat, suadet ei, ne optet De^o esse. omnia enim eum consecutum esse, quae mortalem fas sit obtinere. sic Pindarus: *εἴ τις ἐὶ πάχων λόγον ἐσλὸν ἀχέη, μὴ μάστιγε ζεύς γαλιέται. πάντ' ἔχεις, εἴ σε τῶπον μοῖρ' ἐφίκοιτο καλῶν.* Quem admodum autē honorifica, & laudis plena oratio nostris aurius grata accidit: sic contra maledicta, & contumelia nobis iram commouent. Quocirca praclare illud dictum est ab Herodoto Polyhymn. *iram in auribus hominum habitare:* quae si bona quidem audiat, oblectatione corpus complet: sin contraria, tumore. legēdum autem *Occupari* potius quāam *Occupat*. Sic enim habent libri vet.

PATR VVM] eum, cuius sub imperio es, vt

annot. supra ad Od. 12. lib. 3. INIQVVM] ininicum, & infensum, propter aegritudinem, & molestiam ex luxuria praeterita, & egestate praesente nascentem. CVM DEERIT EGENTI AS L. P.] cum tanta erit tua egestas, vt ne tantillum quidē pecuniā habeas, vnde laqueum, quo animā tibi intercludas, compares: hoc est, cum ad extremā egestatem reductus eris.

IURE (INQVIS) TRASIVS ISTIS] dices (inquit Horatius) iure ita obiurgari Trasū, hominem profusum, & sumtuosum, eundemque egerem: hominem sumtuosorem, quāam res eius familiaris ferre queat: te verō magnis vectigalibus instructum esse: & sumtus tuos censu nō esse maiores. hęc est aforti, seu luxuriosi hominis oratio, sibi in sua luxuria velleficantis, ac blandientis. Porph. legit *Trasium*: nonnulli libri habent *Tralium*. Sed nihil refert.

EGO VECTIG. MAGNA, &c.] cum his congruunt ea, quę scribit Aristot. lib. 4. de moribus ad Nicomachum, ea, quae profusionis propria sunt, nempe plus, quāam par sit donare, & minus quāam oporteat, accipere, non admodum inter se cohærere posse, neque facile amplificari: quia non sit facile, eum, qui a nemine accipiat, omnibus donare. nam celeriter (inquit) deficiunt eos facultates, qui cum priuati sint, plus equo largiuntur: qui quidem prodigi videntur esse. Reges autem (inquit eodem libro paullo antē) prodigos dicere nō solemus. Rerum enim, quas possident, vim & copiam, non videtur eis esse facile donationibus & sumtibus superare.

ERGO, QVOD SUPERAT] respondet huic aforti Horatius: esto demus te esse abundantissimum, ac pecuniosissimum: demus, te plus habere in nummis, quāam in victum, cultūque insumere queas, quantumuis sumtuosum, & luxuriosum: nihilne est, in quod id, quod tibi superest ē tuo sumtu quotidiano, melius in sumas, quāam in cenas luxuriosas, & ceteras delicias?

QVOD SUPERAT] superest. Virg. Georg. 2. *superat tener omnibus humor.* M. Tull. parad. *ὅτι μῶνος ὁ σοφὸς πλεῖστος. vter igitur est diuitiar, cui deest, an cui superat?* Idem de finib. 5. *deque eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt.*

NON EST, MELIUS QVOD] ordo est: an non est aliquid, in quod id, quod superat, melius insumere possis, quāam in epulas sumtuosas?

INDIGNVS] indignus, qui egeat: indignus egestate, seu paupertate. Atque ita explicat hunc versum Seruius, qui eum profert ad illum Virg. lib. 7. *Aeneid. Nec partem posuere suis.* sic loquitur M. Tull. lib. 4. *Tuscul. misericordiam datam esse dicunt ad opem ferendam, & calamitates hominum indignorum subleuandas.*

CVR TEMPLA RV. ANTIQ. DEVM?] Theocritus *ἐὶ δ' ἰζ.* laudans Ptolemæi Philadelphii liberalitatem, ait illum diuitias suas conferre partim ad ornāmēta templorum, partim ad munificen-

nificentiam in reges, in ciuitates, in amicos & familiaris. sic Theocr. *Οὐ μὲν ἀρεῖος γὰρ δάμα ἐνί πῶνι χερσὸς, Μυρμαίων ἀπὲ πλεῖστος αἰεὶ χέχρηται μογεόντων, Ἀλλὰ πολλῶ ἰδὴ ἔχοντι θεῶν ἐρικυδέες οἴκοι, Αἰεὶ ἀπαρχοῖσιν αὐτῶν ἄλλοισι γὰρ ἀεσσι. Πολλὸν δ' ἰσθίμοισι δαδῶρηται βασιλεύσι. Πολλὸν δὲ πόλεισσι, πολλῶ δ' ἀγαθοῖσιν ἑταίροισι.*

TANTO EMETIRIS ACERVO] id est, è tanto metris aceruo: vt annot. sup. ad Od. 7. lib. 2. venustē autē verbo *metiris* vsus est, cum de aceruo loqueretur, pro largiris, praebes, *πορῖζ* &c.

VNI NIMIRVM TIBI RECTE] vsq; adeone es stolidus, & rerum humanarum imperitus, vt speres tuas res eodem semper statu māsuras: vt speres fortunam vno semper vsu in te futuram: vt existimes te meliore esse cōdicione, quāam ceteros homines, in quorum vita magnas quotidie videmus rerum cōmutationes, magnasque fortunae varietates existere: in quibusdā libris scriptum est *recte*, quam lectionem non damno.

O MAGNVS POSTHAC] nempe vbi quippiam tibi aduersi acciderit. credibile enim non est, te vnum fortunae eximium futurum. Inrolerabile est autem ab inimicis irrideri, inquit Eurip. Medea. *Οὐ γὰρ γαλιέται τλητὸν ἐξ ἐχθρῶν, φίλων.*

VTERNE] sic reperi scriptum in omnibus Cribris manu scriptis: & ita legendum. ne autē hoc loco non interrogat: sed additur interrogatio: vt & sar. 3. *Illā rogare Quantāne?* vel ornatus causa ponitur, vel otiosum est. vt sup. sar. 10. lib. 1. *o serui studiorum, quine putetis Difficile, & mirum, Rhodio quod Pitholeonti Contigit.*

AD CASVS DVBIOS] *dubij casus, dubia res, dubia tempora*, quae sint, declarant vbiq; ex bonis scriptoribus exēpla. vide annot. ad Od. 9. lib. 4. Nam vter (inquit) in rebus dubiis, & asperis cōstantior, & meliore spe erit, hinc, qui corpus & animam assuefecerit abundantiae, & copia rerum omnium, an, qui paruo contentus vixerit: assuecit dictum pro assuefecerit: vt Virgil. *Aeneid. 6. ne tanta animis assuecite bella.* est enim illo loco hypallage pro *assuecite animos bellis*. & Georg. 3. *de hinc vbi libera colla seruitio assuevit.* potest etiam dici assuecit absolute positum esse, vt intelligamus in illis *mentem, corpusq; superbum*, ineffe hellenismum. *χτ' ὠσν, χστ' ἔστωμα.*

IN PACE, VT SAPIENS, APTIDON. B.] significat, sapientis esse in pace, & rebus secundis, ea preparare, quae in bello & rebus aduersis vsui esse possint. nihil est enim in hominū vita stabile, nihil perpetuum, nihil constans. Sapientis igitur hominis est & in rebus secundis ea arma parare, quibus te aduersis rebus dubias tege- re, ac tueri possis: & in aduersis secundam fortunam sperare, vt Od. 10. lib. 2. *sperat infestis, metuit secundis Alteram sortem benē preparatum pectus.*

INTEGRIS OPIBVS] incolumi re sua fa-

miliari. NON LATIVS] non largius, non profusus, METATO] vel metis, limitibus, ac terminis circumscripto: vel perticis, seu decempedis definito, ac terminato, seu potius dimensio: vt postea Vmbreno assignaretur, & vt Vmbrenus eius esset dominus: Ofellus autem, colonum. Vtebantur veteres hoc verbo in agrorum dimensionibus, dimensionibus, atque assignationibus. Virgil. *Diris, Pertica, quae nostros metata est impia agellos.* & Horatius Oda 15. lib. 2. *nulla decempedis Metata primatis opacam Particus excipiebat arcton.*

FORTEM MERCEDE COLON.] Ofellum nunc colonum, fortem, id est, patientem, & fortiter iniuriam temporum, atque incommodū suum fetentem, qui antea dominus erat.

NON EGO, NARRANTEM] narrantem hęc: ego non temerē edi die profesto quicquam, &c. Est autem Ofelli totus, qui deinceps sequitur, sermo.

LVCE PROFESTA] die profesto, id est, nō festo. sup. Od. 15. lib. 4. *Nosque & profestis lucibus, & sacris Inter iocosi munera Liberi, &c.*

SEV LONGVM POST TEMPVS] id est, siue longo post temporis intervallo, &c. non temere hoc positum. nam hospites, qui crebrō nos inuisant, minus inter dum oprati veniunt. contrā qui rarō, & longo intervallo nobis veniunt, eos & videre libentius, & liberalius accipere solemus. quidā hęc legi volunt *longo post tempore*. ego nihil muto. sic enim potius loqui solet Horatius, vt alibi *post paulum*, non *post paulo*.

OPERV V ACVO] cum essem ab opere solutus, & otiosus propter imbrem. sup. Od. 17. lib. 3. *Cum famulis operum solutus.*

PRIMBREM] imbris tempore: vel quādiu imbres è caelo decidebant: quādiu pluebat.

BENEFERAT] bene erat nobis, benē curabamur. sic Plautus in Menæch. *si sapiam, hinc intrō abeam, vbi mihi benē sit.* Terent. *Adelph. vxor si cesses, aut te amare cogitat, Aut te amari, aut potare, aut animo obsequi, Et tibi benē esse soli, cum sibi sit malē.* Catull. ad Furium. *Quare non tibi sit benē ac beatē?* Hor. epist. 1. *iurat benē solis esse maritis.* & lat. 8. huius lib. *sic ut mihi numquam In vita fuerit melius.* ibidem. *pulebrē fuerit tibi.* iterum Catull. ad Fur. *Est pulebrē tibi cum tuo parere.* potest & sic intelligi. benē erat vicinus, id est, benē accipiebatur. nam etiam hoc modo loquitur Plaut. in Menæch. *quid multis verbis opus est? minore nusquam benē fui dispendio.* M. Tull. epist. lib. 13. ad Att. *Quid quavis? delectatus est, & libenter fuit:* & lib. 16. *cum vnum diem Felia constrixiem: vbi quidem fui sanē libenter apud Talmam nostrum: nec potui accipi, illo absente praesertim, liberalius.* sic & Catull. in fundum. *Fui libenter in tua suburbana Villa.*

NON PISCIBVS VRBE PETITIS] apud veteres illos Romanos, lautiores & apparatus habebantur mensae piscibus, quāam carnibus, exstructa. Cic. in Pisonem. *exstructa mensae* Kk iij

A non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subran-
cida. quo loco Pisonis sordidis ostendere conatur.
CVM DVPLICE FICV.] id est, vt do-
cēt Turnebus, cui assentior, cum duplicibus ficu-
bus. sunt autem ficus duplices, maiores, & quasi
geminae, quas matricas appellant. Vegetius. lib. 1.
artis veterini. *ficus duplices viginti, rursū fasciculum.*

POST HOC LVD. ERAT CVPPA
POT.] hunc locum in omnibus ferē libris cor-
ruptum ego vna littera detracta emēdaui. cuius
emendationis spero omnem politos, & eruditos
homines approbatores fore. ab Adriano quidem
Turnebo eam magnopere olim probatam me-
mini. Horum igitur verborum hęc sententia est.
postea (inquit) nosser ludus hic erat, cuppa ma-
gistra, id est, nullo alio bibendi magistro adhibi-
to, quam ipsa cuppa, potare: nullus erat, qui bi-
bendi leges conuuiui daret: suo quisque arbitratu
bibebat, & quantum volebat, *solutus legibus insa-*
nis, vt ait sat. 6. hoc libro. De hoc more autem, &
de magisteriis, bibendiq; legibus vide annot. ad
Od. 4. lib. 1. Sic igitur hunc locum explicandum
cenſeo. Sed Turnebus mutata postea ferē senten-
tia, non ita pridem scripsit, *culpa potare magistra*,
(sic enim legitur in codicibus omnibus vulg. &
pletifq; manu scr.) ludi genus fuisse à veteribus
excogitatum, quo non magistri imperio conui-
uæ bibere cogebantur, ne in ebrietatem incide-
rent: sed vt ab ea coërcerentur, nemo, nisi qui ali-

B qua in re peccarat, calicē ducebat: vt bibere pœ-
næ & dedecoris esset, non inuitationis, aut magi-
sterij. Sic apud Plautum in Sticho, qui peccat po-
culo multatur: *vtter* (inquit) *demuta sit, poculo mul-*
tabitur. Idem Turnebus statim subiicit: legitur &
apud Flaccum *cuppa*, quod vas est potorium etiā
linguæ vernaculæ vsurpatum pro patera: & in e-
pigrammat. *sunt cuppa, calices, cyathi*. quam scri-
pturam Lambinus sequitur: vt libertatem biben-
di accipiamus poculo imperante, non bibendi
arbitro. Poculum enim non cogit nisi volentem,
cū magister etiā inuitū bibere cogeret. *Cuppa*
etiam Porphyrio agnoscere videtur. Hęc ille: ex
quibus verbis intelligere licet, ita illum à me dif-
fentire, vt tamen meam explicationem prober.

D quod mihi satis est: neque necesse habeo vulga-
tam lectionem, cuiusq; explicationem resellere.
ET VENERATA CERES] id est, & orata
Ceres, vt culmo, &c. sequitur deinceps, *Explicit*
vino contr. scr. fr. id est, seueritatem nostram exhi-
larauit, nobis scilicet libantibus, & postea com-
potantibus: vel sic, orata Ceres, & libatione fa-
cta, comotatione tristitiam discussimus, & fron-
tis rugas explicuimus. verbū *venerari* autem idē
valere, quod *orare*, & *precari*, declarasse exempla
è bonis scriptoribus producta. Plaut. in Aulul.
Lar. *Clam omnis in medio foco defōdit, venerans me,*
vt id seruare sibi. Idem Rudente, *Est deus: vene-*
ror, vt nos ex hac arumna eximat miseris, inopes, a-
rumnosus, aut aliquo auxilio vt adiuet. Idem ibid.
Venus, veneror te, vt omnes miseri lenones sient. Idem

Bacchid. *saluto te vicine Apollo, qui adibus Propin-*
quos nostris accolis, venerorq; te, Ne Nicobulum si-
nas nostrum senem prius Me conuenire, quam Sodalem
viderem Mneselechi Pithoclēron. Idem Trinum. *La-*
rem corona nostrum decorari volo. vxor venerare, vt
Nobis hæc habitatio bona, fausta, felix, fortunatūque
eueniat. Virg. Æn. 3. *Nymphas venerabar agreſteis,*
Graduumque patrem, Geticis qui præſidet aruis, Rite
secundarent viſus, omēnque leuarent. Idem cod. lib.
curſusque dabit venerata sacerdos. & lib. 4. Georg.
tu munera supplex Tende petes pacem, & facileis ve-
nerare Napaus. Namque *adunt veniam votis, irasq;*
remittent. A Cæcinnā ad M. Tull. Ciceronem lib.
6. epist. *quid irascitur ei, qui scripserit aliquid contra*
suum voluntatem, cū ignorit omnibus, qui multa Deos
venerati sunt contra eius salutem id est, qui multa
à diis precati sunt, sic Hor. infr. sat. 6. *Si veneror*
fultus nihil horum, id est, si nihil tale à Diis pre-
cor: vt suo loco dicemus.

CERES] Cererem Græci Δημήτερα appel-
lant, cuius ἔπιμορ afferet Plato in Cratylō, *Ἐπι-*
μορτα (inquit) *χρῆ τιτὸν δδον τῷ ἔδω δδης διδῶσαι*
ὡς μήτηρ, Δημήτηρ κεληδου, id est, videtur
enim propter dōnationem cibi, quæ largiatur no-
bis cibum vt mater, Δημήτηρ, quasi donans ma-
ter esse appellata.

CONTR. SERIA FRONTIS] id est, seue-
ritatem frontis: seu seuerā, feriam, & contractam
frontem. Nam contrahitur frons rebus feriis, ac
tristibus: comotationibus, conuiuiis, risu, ioco,
& similibus explicatur.

SÆVIAT ATQVE NOVOS, &c.] id
est iterum atque iterum sese nobis præbeat ini-
quam, atque infestam fortuna, novos nobis ter-
rores incutiat, novos mortus exciter: quantum po-
terit de hoc nostro tenui victu, & parsimonia
detrahere? quasi dicat, aut nihil, aut parum.

QUANTVM HINC IMMINVET?] *Quantum hinc e-*
minuet? vnde conijcere possis, legendū *deminuet*.

QUANTO AVT EGO PARC. AVT] *quanto*
posteaquam Vmbrenus nos de veterē possessio-
ne deturbauit, nobisq; eiectis agrum nostrum oc-
cupauit: quanto minus: aut ego, aut vos splendi-
dē vixistis? quanto deterior fuit nostri corporis
nitor? nihilo scilicet. Quæmadmodum ex lautio-
re, & liberaliore victu, cultūque nict corpora:
ita ex parciore, & maligniore squallent. Non dif-
simulabo lectori tamen, in quibusdam libris ca-
lamo exaratis scriptum esse, *o pueri vixistis, &c.*
quos non sequor.

HVC NOVVS INCOLA] Vmbrenum si-
gnificat. aliquot lib. manu scripti habent, *hic nou-*
inc. quam scripturam nō improbo: & fortasse re-
cta est. alij cum vulgatis consentientes, *hic*.

NAM PROPRIÆ TELLVRIS] sic M.
Tull. off. 1. *sunt autem priuata nulla natura: sed aut*
veterē occupationē, vt, qui quondam in vacua vene-
runt: aut victoria bello, vt, qui potiti sunt, aut lege, aut
passione, condicione, sorte.

A NOS EXPVLIT ILLE] ille Vmbrenus
nos agro expulit per vim: nempe facta assigna-
tione agrorum ab imperatore. Sic Arrius Virgi-
lium, vt significat in Mœride. *ὁ Lycida, vini per-*
uenimus, advena nostri (Quod numquā veriti sumus)
vt possessor agelli Diceret: hæc mea sunt, veteres migra-
te coloni.

NEQVITIES.] mollities, luxuries, libido,
profusio, ἀκολασία. Nam hominem nequā ap-
pellant Latini, inertem, nullius vsus, inutilem.

VAFRI INSCITIA IVRIS] ignoran-
tia, seu inscincia iuris callidi, & versuti, vt M.
Tull. appellat in orat. pro Cæcina. quattuor igitur
hoc loco enumerat, quibus mutatur domi-
nus, quibusque possessio rerum solī, & aliarum
amittitur: vim, per quā exactus est O fellus: pro-
fusum sumtum, & luxuriam: iuris versuti igno-
rationem: mortem. non admodum huic diffimi-
lis est locus ille epist. ad Iul. Florum lib. 2. *tanquā*
sit proprium cuiquam, puncto quod mobilis hora Nunc
prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema Per-
mutet dominos. sic Theognis, Πολλοί τοι πλυσ-
τῶσι χαροί, ἀραθοί δὲ περονται. Ἄλλ' ἡμῆς τῶ-
τοις ὁ Διὸς μετρίονεβα. Τῆς ἀρετῆς τὸν πλυστὸν,
ἐπει τὸ ἰδὲ ἐμπέδον αἰεὶ. Χρημασία δ' αὐτῶ πρό-
παν ἄλλοτε ἄλλος ἔχει, id est, multi improbi
diuitiis circumfluit: viri boni autem egent. Ve-
rūm tamen cum horum diuitiis virtutē non cō-
mutabimus. Quoniā virtus quidem fixa, & sta-
bilis est: pecunias autē aliās alius habet. Quam-
quam hos versus Plutarchus in libello, πῶς αἰ-
πὶς ὕπ' ἐχθρῶν ἀφελοίτο, ascribit Soloni, vt iam
alibi diximus. inscincia autem pro inscincia po-
situm, vt sæpe alibi.

B sit proprium cuiquam, puncto quod mobilis hora Nunc
prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema Per-
mutet dominos. sic Theognis, Πολλοί τοι πλυσ-
τῶσι χαροί, ἀραθοί δὲ περονται. Ἄλλ' ἡμῆς τῶ-
τοις ὁ Διὸς μετρίονεβα. Τῆς ἀρετῆς τὸν πλυστὸν,
ἐπει τὸ ἰδὲ ἐμπέδον αἰεὶ. Χρημασία δ' αὐτῶ πρό-
παν ἄλλοτε ἄλλος ἔχει, id est, multi improbi
diuitiis circumfluit: viri boni autem egent. Ve-
rūm tamen cum horum diuitiis virtutē non cō-
mutabimus. Quoniā virtus quidem fixa, & sta-
bilis est: pecunias autē aliās alius habet. Quam-
quam hos versus Plutarchus in libello, πῶς αἰ-
πὶς ὕπ' ἐχθρῶν ἀφελοίτο, ascribit Soloni, vt iam
alibi diximus. inscincia autem pro inscincia po-
situm, vt sæpe alibi.

C Frustrere, insanis & tustultiq; propē omnes:
Si quid Sterimius veri crepat: vnde ego mirā
Descripsi docilis præcepta hæc, tempore,
quo me

S A T Y R A 3.

SIC rarē scribis, vt toto non quater anno
Membranam poscas, scriptorum queq;
retexens,

Iratus tibi, quod vini, somnūque benignus
Nil dignū sermone canas, quid fiet? ab ipsis
Saturnalibus huc fugisti, sobrius ergo
Dic aliquid dignum promissis: incipe: nil est:

D Culpantur frustra calami: immeritūque
laborat

Iratis natus paries diis, atque poetis.
Atqui vultus erat multa, & præclara mi-
nantis,

Si vacuum tepido cepisset villula tecto.
Quorsū pertinuit stipare Platona Menædro?
Eupolim, Archilochū, comites educere tatos?
Inuidiam placare parvas virtute relicta:

Contemnere miser. vitāda est improba Siren
Desidia: aut, quicquid vita meliore parasti,
Ponēdū æquo animo, dii te Damasppe, deaq;
Verum ob cōsiliū donent tonsore, sed vnde
Tam bene me nosti: postquam omnis res mea

Ianum
Ad mediū fracta est, aliena negotia curo,
Excussus propriis olim nā querere amabā,
Quo vaser ille pedes lauisset Sisyphus are:
Quid sculptum infabre, quid fufsum durius
esset.

Callidus huic signo ponebam millia centum:
Hortos, egregiasque domos mercarier vnus
Cū lucro noram, vnde frequentia Mercuriale
Imposuere mihi cognomen compita, noui:
Et morbi miror purgatum te illius. atqui
Emouit veterem mirē nouus: vt solet, in cor
Traiecto lateris miseri, capitisq; dolore:
Vt lethargicus hic cūm fit pugil, & medi-
cum vrguet.

Dum ne quid simile huic, esto, vt liber. δ
bone, ne te
Frustrere, insanis & tustultiq; propē omnes:
Si quid Sterimius veri crepat: vnde ego mirā
Descripsi docilis præcepta hæc, tempore,
quo me

Solatus insit sapientem pascere barbam,
Atq; à Fabricio non tristem ponte reuerti.
Nam, male re gesta cū vellē mittere operto
Me capite in flumen: dexter stetit: & caue
faxis

H Te quicquam indignum. pudor, inquit, te
malus vrget:

Insanos qui inter vereare insanus haberi.
Primum nam inquiram, quid sit furere. hoc
si erit in te

Solo: nil verbi, pereas quin fortiter, addam.
Quem mala stultitia: & quemcumque in-
scitia veri

Cæcum agit: insanum Chryssippi porticus,
& grex

Autumat, hæc populos, hæc magnos formu-
la reges,

A Excepto sapiente, tenet nunc accipe, quare
 Despiciant omnes aequè ac tu, qui tibi nomen
 Insani posuere, velut siluis, ubi passim
 Palanteis error certo de tramite pellit:
 Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit: vnus
 vtrique
 Error: sed varius illudit partibus: hoc te
 Crede modo insanum: nihilo vt sapiētiōr ille,
 Qui te deridet, caudā trahat, est genus vnum
 Stultitiæ, nihilū metuēda timentis: vt igneis,
 B Vt rupeis, fluuiosq; in cāpo obstare queratur.
 Alterum & huic varium, & nihilū sapiē-
 tius, igneis
 Per mediōs, fluuiosq; ruentis, clamat amica
 Mater, honesta soror, cū cognatis, pater, vxor,
 Hic fossa est ingēs: hęc rupes maxima: serua:
 Nō magis audierit, quā Fufius ebrius olim
 Cūm lliōnā edormit, Catienis mille ducētis,
 Mater te appello, clamātibus, huic ego vulgū
 Errori similem cunctum insanire docebo.
 Insanit, veteres statuas Damaspis emēdo:
 C Integer est mentis Damaspis creditor? esto:
 Accipe, quod numquam reddās mihi, si ti-
 bi dicam: (cors
 Tūne insanus eris, si acceperis? an magis ex-
 Reiecta praeda, quā præsens Mercurius fert?
 Scribe decē à Nerio, nō est satis: adde Cicutæ
 Nodosi tabulas centum: mille adde catenas:
 Effugiet tamen hac sceleratus vincula Pro-
 tectus:
 Cūm rapies in ius mālīs videntem alienis:
 Fiet aper: modò auis, modò saxum: & cūm
 D volat, arbor.
 Si male rē gerere insani est: contrā, bene sani:
 Puidius multo cerebrum est (mihi crede)
 Perilli
 Dicantis, quod tu nūquam rescribere possis.
 Audire, atque togā iubeo cōponere, quisquis
 Ambitione mala, aut argenti pallet amore:
 Quisquis luxuria, tristive superstitione,
 Aut alio mētis morbo calet: huc propius me,
 Dū doceo insanire omneis, vos ordine adite.
 Dāda est ellibori multo pars maxima auaris:

Nescio an Anticyrā ratio illis desinet omnē. E
 Heredes StaberI summā incidere sepulcro.
 Nī sic fecissent, gladiatorum dare centum
 Damnati populo paria, atque epulum, arbi-
 trio Arri:
 Frumētī, quātū metit Africa, siue ego prauē,
 Seu rectē: hoc volui, ne sis patri? mihi, credo
 Hoc StaberI prudentem animū iussisse, quid
 ergo (saxo
 Sensit, cūm summam patrimoniū insculpere
 Heredes voluit: quoad vixit, credidit ingens F
 Pauperiem viui: & cavit nihil acrius: vt si
 Forte minus locuples vno quadrāte, perisset,
 Ipse videretur sibi nequior, omnis enim res,
 Virtus, fama, decus, diuinā, humanāque
 pulcris
 Diuitiis parent: quas, qui construxerit, ille
 Clarus erit, fortis, iustus, sapiēsnē etiam,
 & rex, (tum,
 Et, quicquid volet, hoc, veluti virtute para-
 Sperauit magna laudi fore, quid simile isti
 Græcus Aristippus: qui seruos proijcere aurū G
 In media iussit Libya: quia tardius irent
 Propter onus segnes, vter est insaniōr horū?
 Nil agit exemplum, litem quod lite resoluit.
 Si quis emat citharas, emtas comportet in
 vnum,
 Nec studio citharæ, nec Musæ deditus vlli:
 Si scalpra, & formas non sutor: nautica vela
 Auersus mecaturis: delirus, & amens
 Vndique dicatur meritū, quid discrepat istis, H
 Qui nummos, aurūmq; recondit, nescius vti
 Cōpositis, metuensq; velut cōtingere sacrum?
 Siquis ad ingentē frumenti semper aceruum
 Porrectus vigilet cū longo fuisse: neque illinc
 Audeat esuriēs dominus cōtingere granum:
 Ac potius foliis parcus uestatur amaris:
 Si positis intus Chij, ueterisque Falerni
 Mille cadis: nihilū est, tercētum millibus, acre
 Potet acetum, age, si & stramentis incubet,
 unde-
 Octoginta annos natus, cui stragula uestis,
 Blattarū, ac timearū epulæ, putrescat: marca:
 Nimirum

A Nimirum insanus paucis uideatur ed, quodd
 Maxima pars hominū morbo iactatur eodē.
 Filius, aut etiā hęc libertus ut ebibat heres,
 Diis inimice senex custodis: ne tibi desit?
 Quantulum enim summæ curtabit quisque
 dierum,
 Vngere si cauleis oleo meliore, capūt que
 Cæperis impexā fædum porrigine? quare,
 Si quiduis satis est, periuras, furrpis, aufers
 Vndiq; tur? sanus? populum si cedere saxi
 Incipias, seruosve tuos, quos are pararis:
 Insanum te omnes pueri, clamēt que puella.
 Cūm laqueo vxorem interimis, matrēque
 B veneno, (facis Argis,
 Incolumi capite es? quid enim? neque tu hoc
 Nec ferro: vt demēs genitricē occidat Orestes.
 An tu veris eum occisā insanisse parente?
 Ac non antē malis dementem actum furis,
 quā
 In matris iugulo ferrum tepfecit acutum?
 Quin ex quo est habitus malē tutæ mentis
 Orestes:
 Nil sanē fecit, quod tu reprehendere possis:
 C Non Piladē ferro violare, aufūsve sororem
 Elethram: tātū male dicit vtrique, vocādo
 Hanc furiam, hunc aliud, iussit quod splen-
 dida bilis.
 Pauper Opimius argenti positi intus, & auri,
 Qui Veientanum festis potare diebus
 Campana solitus trulla, vappamq; profestis:
 Quōdā lethargo grādi est oppressus: vt heres
 Iam circū loculos, & clauis latus, ouānsque
 Curreret, hunc medicus multūm celer, at-
 que fidelis
 D Excitat hoc pacto: mensam poni iubet: atque
 Effundi saccos nummōrū, accedere plureis
 Ad numerandum: hominem sic erigit, ad-
 dit & illud,
 Nī tua custodis, auidus iā hęc auferet heres.
 Men' vīno? vt vīnas igitur, vigila: hoc age.
 quid vis?
 Deficient inopem venæ te, nī cibus, atque
 Ingens accedat stomacho fultura ruenti.

Quid cessas? agedum sume hoc ptisanarium E
 oryza. (bus, ebeu:
 Quanti emta? paruo. quanti ergo? octo asi-
 Quid refert, morbo: an furtis, pereānque
 rapinis? (auarus?
 Quisnam igitur sanus: qui non stultus. quid?
 Stultus & insanus. quid? si quis nō sit auarus:
 Cōtinuū sanus? minime. cur Stoice? dicā.
 Non est cardiacus, Craterum dixisse putato,
 Hic ager: rectē est igitur, surgēt que negabit:
 Quod latus, aut renes morbo tētatur acuto.
 Non est periurus, neque sordidus, immolet F
 aquis (audax.
 Hic porcū Laribus, verūm ambitiosus, &
 Nauiget Anticyram. quid enim differt,
 baratbrōne
 Dones, quicquid habes, an numquam vtare
 paratis?
 Seruius Oppidius Canus I duo prædia diues
 Antiquo cēnsu, natis diuise duobus
 Fertur, & hęc moriens pueris dixisse voca-
 tis (cēsque G
 Ad lectum: postquā te talos, Aule, nu-
 Ferre sinu laxo: donare, & ludere vidi:
 Te, Tiberi, numerare: cauis abscondere triste:
 Eximui, ne vos ageret vesania discors:
 Tu Nomētanum, tu ne sequerere Cicutam,
 Quare per diuos oratus vterque Penateis,
 Tu came ne minnas: tu ne māius facias id,
 Quod satis esse putat pater: & natura cōtr-
 Præterea ne vos titillet gloria, iure- (cet. H
 Iurādo obstringā ambo: vter ædilis, fueritve
 Vestrum prætoris instabilis, & sacer esto.
 In cicere, atq; faba bona tu, perdasq; lupinis,
 Latus vt in circo spatere, aut aneus vt stes,
 Nudus agris, nudus nūmis, insane, paternis:
 Scilicet vt plausus, quos fert Agrippa, fe-
 ras tu,
 Astuta ingenuum vulpes imitat a leonem?
 Nequis humasse velit Aiācem Atrida ve-
 tas cur? (æquam
 Rex sum. Nil vltra quæro plebeius. Et
 Rē imperito: ac, si cui uideor nō iustus, multo

A Dicere, quæ sentit, permitto. Maxime regū,
Dij tibi dent capta classem redducere Troia:
Ergo consulere, & mox respondere licebit?
Consule. Cur Ajax heros ab Achille secūdus
Putrescit, toties seruatis clarus Achiuus:
Gaudeat ut populus Priami, Priamūque
inhumato:

Per quem tot iuuenes patrio caruere sepul-
cro? (Physem,

Mille ouium insanus morti dedit, in chytum

B Et Menelaum unā meū se occidere clamās.
Tu, cū pro uicula statuis dulcem Aulide natā
Ante aras, spargis que mola caput, improbe,
falsa:

Rectum animi seruas? Quorsum? Insanus
quid enim Ajax

Fecit, cūm strauit ferro pecus: abstinuit uim
Vxore, & nato, mala multa precatus Atri-
dis: (Physem.

Non ille aut Teucrum, aut ipsum uiolauit
Verūm ego, ut hærentis aduerso littore na-
ueis

C Eriperem prudens placui sanguine diuos.
Nempe tuo furiose, meo, sed non furiosus.

Qui species alias ueris, sceleris que tumultu
Permissas capiet, cōmotus habebitur: atque,
Stultitiæ erret, nihilum distabit, an ira.

Ajax immeritos dum occidit, desipit, agnos?
Cūm prudens scelus ob titulos admittis ma-
neis: (tumidum est cor?

Stas animo? & purum est uitio tibi, cūm
Si quis lætica nitidam gestare amet agnam:

D Huic uestem, ut natæ, paret ancillas: paret
aurum:

Pupam, aut pupillam appellet, fortiq; marito
Destinet uxorem: interdīcto huic omne adi-
mat ius

Prætor, & ad sanos abeat tutela propinquos.
Quid? si quis natam pro muta deuouet agna:
Integer est animi: ne dixeris, ergo, ubi praua
Stultitia, hęc summa est insania, qui scelera-
Et furiosus erit, quæ cepit vitrea fama, (tus:
Hunc circumtonuit gaudēs Bellona "cruētis.

Nunc age luxuriam, & Nomentanum ar- E
ripe mecum.

Vincit enim stultos ratio insanire nepotes.

Hic simul accepit patrimonium mille talenta:

Edicit, piscator uti, pomarius, auceps,
Vnguentarius, ac Tusci turba impia uici,
Cum scurris factor, cum velabro omne ma-
cellum, (frequentes.

Manè domum veniant, quid tum? venere
Verba facit leno, quicquid mihi, quicquid &
horum (pete, vel cras. F

Cuique dormi est, id crede tuum, & vel nūc F
Accipe, quid cōtra iuuenis respōderit æquus.

In niue Lucana dormis ocreatus, ut aprum
Cenē ego: tu pisces hiberno ex æquore ver-
ris: (aufer:

Segnis ego, indignus, qui tantum possideam:
Sume tibi decies: tibi tantūdem: tibi triplex,
Vnde vxor media currat de nocte uocata.

Filius Esopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet ut decies solidum exforberet, aceto
Diluit insignem bacam: qui sanior, ac sē.

Illud idem in rapidum flumen, iaceret ve G
cloacam?

Quinēti progenies Arrī, par nobile fratrum,
Nequitia & nugis, prauorum & amore ge-
mellum:

Luscimias soliti impēso prandere cōmitas.
Quorsum abeant sani? creta, an carbone no-
tandi?

Ædificare casas, plostellō adiungere mures,
Ludere par impar, equitare in arūdine longa H
Si quem delectet barbatur: amentia uerset.

Si puerilius his ratio esse euincet amare:
Nec quicquam differre, utrumme in pulue-
re, trimus

Quale prius, ludas opus: an meretricis amore
Sollicitus plures: quero, faciāsne, quod olim
Mutatus Polemosponas insignia morbi,
Fasciolas, cubital, focaliās? potus ut ille
Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas:
Postquam est imprāsī correpti uoce magistrī?
Porrigit irato puero cūm poma, recusat.

Sume

A Sume Cælle: negat, si non des, optat, amator
Exclusus qui distat: agit ubi secū, eat, an non,
Quod rediturus erat non arcesitus: & heret
Iuuis foribus: nec nūc, cūm me uocet vitro,
Accedam: an potius mediter finire dolores?
Exclusit: reuocat: redeam: nō si obsecret, ecce
Seruus non paullo sapientior, d here, quæ res
Nec modum habet, neque consilium, ratio-
ne, modoque

Tractari non uult, in amore hæc sunt mala,
bellum,

Pax rursum, hæc si quis tēpestatis propē ritu
Mobilis, & cæca fluitantia sorte, labore

B Reddere certa: sibi nihilo plus explicet, ac si
Insanire paret certa ratione, modoque.

Quid: cūm Picenis excerpens semina pomis
Gaudes, si camerā percussi forte: penes te es?
Quid: cūm balba feris amoso uerba palato?

Ædificante casas qui sanior: adde cruorem
Stultitiæ: atque ignem gladio scrutare: mo-
dō, inquam,

Hellade percussa Marius cūm præcipitat se,
Cerritus fuit: an commota crimine mentis

C Absolues hominem: & sceleris damnabis
eundem,

Ex more imponens cognata uocabula rebus?
Libertinus erat, qui circum compita siccus
Lautis manè senex manibus currebat. &
vnum

Quiddam magnum addens, vnum me sur-
pite morti:

Dius etenim facile est, orabat: sanus utrisque
Auribus, atq; oculis: mentem, nisi litigiosus,
Exciperet dominus, cūm venderet, hoc quo-
que vulgus

D Chrysippus ponit fecunda in gente Menenī.
Iupiter, ingentis qui das, adimisq; dolores:
Mater ait pueri menseis iam quinque cu-
bantis,

Frigida si puerum quartana reliquerit: illo
Manè dic, quo tu indicis ieiunia, nudus
In Tiberi stabit, casus, medicūve leuarit

Ægrum ex præcipiti: mater delira necabit

In gelida fixum ripa: febrimque reducet. E
Quōne malo mentem cōcussit: timore deortū.
Hæc mihi Stertinius sapientū octauus amico
Arma dedit: posthac ne compellarer multus.
Dixerit insanū qui me, totidem audiet: atq;
Respicere ignoto discet pendentia tergo.
Stoice, post damnū sic vendas omnia pluris:
Quam me stultitiā (quoniam non est genus
vnum)

Insanire putas: ego nam uideor mihi sanus.
Quid? caput abscissum demens cūm portat F
Agæue

Nati infelicis sibi tum furiosa uidetur?
Stultum me fateor (liceat concedere ueris)
Atque etiam insanum: tantum hoc edisse-
re, quo me

Ægrotare putes animi uitio, accipe: primum
Ædificas: hoc est longas imitaris, ab imo
Ad summum totus moduli bipedalis: &
idem

Corpore maiorem rides Turbonis in armis G
Spiritus, & incessum: qui ridiculus minus
illo?

An, quodcumque facit Mæcenas, te quoque
verum est,

Tanto dissimilem, & tanto certare minorē?
Absentis ranae pullis vituli pede pressis,
Vnus ubi effugit: matri denarrat, ut ingens
Bellua cognatos eliserit, illa rogare,

Quantāne? num tandem se inflans, sic magna
fuiisset.

H Maior dimidio, num tanto? cūm magis,
atque

Se magis inflaret: non, si te ruperis, inquit,
Par eris, hæc à te nō multum abludit imago.

Adde poemata nunc: hoc est oleum adde
camino:

Quæ si quis sanus fecit: sanus facis & tu:
Non dico horrendam rabiem, iam desine,
cultum

Maiorem censu, teneas Damasippe tuis te:
Mille puellarum, puerorum mille furores.
O maior tandem parcas insane minori.

A Poëta in hac satyra Damasippum quendam facit loquentem, qui aliquando exercebat signorum, & valorum antiquorum, & atque horrorem mercaturam: in qua cum rem suam minus bene gessisset, relicto lucri studio sese ad philosophiam contulerat. Ego cum esse puto, & quo M. Tullius scribit in epist. ad M. Fabium Gallum lib. 7. qui mandatu Ciceronis quaedam ei signa cernerat haud illi grata, nempe Bacchas, & Martis signum. Itaque optabat M. Tullius aut ut ea essent incerta, aut ut aliquis eorum esset seu Damasippus, seu quis alius reperiretur. verba M. Tullij sunt hæc, *sed tu men si ista mihi sunt habenda, certiorum velim me facias, ubi sint, quando arcesantur, quo genere veltura.*

B Si enim Damasippus in sententia non manebit, aliquem Pseudodamasippum vel cum iactura reperiemus. de eod. lib. 12. epist. ad Attic. si *et silius is fuerit, quæ tu putas, nec Drusus facilem se præbebit, Damasippum velim aggreiare.*

MEMBRANAM PASCAS] scribis tu quidem multa, sed quicquid scribis, retexis ac deles, neque ex aduerfariis, aut tabulis ceratis, aut palimpsesto in membranam refers. Ita raro aliquid dignum oculis, & lectione scribis, ut toto anno membranam non quater pascas, id est, ut toto anno membranam tibi a puero dari non iubeas, in quam referas ea, quæ in palimpsesto, aut tabula cerata scripseris.

SCRIPTURVM QVÆQVE RETEXENS] ea omnia, quæ à te scripta sunt, mutas, vertens, delēs. & est tralatio à tela texta, & postea retexta. *telam retexere* autem est ἀναλύνειν, dissolvere. nemini est inaudita Penelopæ tela.

VINI, SOMNIOVE BENIGNVS] id est, plus quam par sit, vino, somnoque deditus. largius autem bibens, & supra modum dormiens. dictum est quoque *vini et somni benignus, ut profusus sui, parcus temporis, largus pecunie.* benignus enim idem ferè est, quod largus, ut supra annotauimus: malignus contra parcus.

NIL DIGNVM SERMONE] sic loquitur Græci, ἔδεν ἄξιον λόγῳ. Arist. ῥητορ. β. τὸν λόγον εἶναι πρὸς διαφοράν, ὅτι οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες, ἔχουσι λόγον, ἀλλὰ ὁ λόγος ἄξιός ἐστι. τὸ γὰρ λόγῳ ἄξιον ἔχει ἀπλῶς λέγεται, id est, sermonem esse rem optimam, quia viri boni non pecunia, sed ratione aut sermone digni sunt. Nam λόγῳ ἄξιον, seu sermone dignum non simpliciter dicitur. Plato in Euthydemō: εἰθυμὲ δὴ καὶ παρὰ λαίπεδον τῶν ἀγαθῶν, ὅτι καὶ ἄξιον λόγου. cogita igitur numquid aliquid bonum prætremittamus, quod & dignum sermone sit. idem in Alcibiade i. ἔπιμέλειά τε, καὶ σοφία, ταῦτα μόνῃ ἄξια λόγῳ ἐν Ἑλληνισμῶν. id est, diligentia, & sapientia, hæc sola digna sunt sermone apud Græcos. idem lib. 1. de republ. λυσιτελεῖ μὲν ἔτι καὶ τὰ τοιαῦτα ἐάν περ λαθῆναι ἔτι δὲ ὀκνηῖα λόγῳ. id est, profunt igitur etiam talia, si quidem lateant sunt autem non digna sermone. Tit. Liuius ἄξια λόγῳ, digna dictu solet. dicere.

vt lib. 35. annal. in princip. crebra magis, quam digna dictu prælia fecit. Idem lib. 27. certamina haud satis digna dictu serabant.

SATVRNALIBVS] quæ agebatur XIII. Kal. Ianuarias: de quibus alibi dicemus pluribus verbis.

SOBRIVS ERGO] si propter vini, & somni liberaliorem usum ad scribendum tardior, atque ineptior es: nunc igitur, dum sobrius, & foccus es, profer aliquid promissis dignum.

CVLPA TVR FR. CAL.] frustra culpa in calamos confertur, quasi ad scribendum, seu pingendum minus aptos.

IMMERITVS QVE LABORAT] sic ferè Virg. Moreto, & immerito dicit conuicia fumo. Solebant veteres illi, maxime poëtae, & scriptores, parietes habere ceratos, ut, si equid fortè noctu in mentem veniret, statim in eos infunderet. paries igitur tuus ceratus immeritò abs te vexatur: iniuriatque in eum culpam confers.

IRATIS NATVS PARIES DIIS] cum tibi nihil in mentem veniat, quod in eo inscribas, videtur Diis, & poëtis iratis natus esse. sic loquitur infra sat. 7. de Prisco quodam ingenij mobilissimi. *Vertunnius, quotquot sunt, natus iniquis.* & supra satyra 5. lib. 1. debinc Gnatis Lymphis iratis exstructa. Diis iratis fieri dicitur id, quod infeliciter geritur. Hæc enim opinio semper fuit hominum animis insita, Diis iratis, aut inuitis nihil prosperè euenire, nihil feliciter geri, nihil denique bene procedere, quod Homerus confirmat cum alibi, tum ἰλ. μν. princip. vbi de muro, quæ Græci ante nauis duxerant, loquitur: θεῶν δὲ ἀέκλυτι τέτυκτο Αἰθάτων. τὸ κ' ἔτι πολλὸν χρόνον ἐμπεδὸν ἦεν: id est, Diis autem inuitis factus fuerat immortalibus. idcirco neque diu firmus & stabilis fuit. Virgil. Æneid. 2. *Hæc nihil inuitis fas quemquam fidere Diuis.* & Catull. ad Manlium, *Nihil mihi tam valde placeat Rhammusia virgo: quod temere inuitis suscipiatur heris.* id est, Diis, ex quo nata sunt hæc loquendi genera. Terent. And. nescio, *Nisi mihi Deos satis scio fuisse iratos, qui auscultauerim.* Idem Phorm. *mibi vsu venit hoc, scio, Memini relinqui me, Deo irato meo.* M. Tull. orat. pro Cælio. *Quamobrem si quem fortè inueneritis, qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore vllò, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suauitatem: huic homini ego fortasse et pauci Deos propitios, plerique autem iratos putabunt.* Plaut. Pcenulo, *Nam ego hodie infelix diis meis iratissimis Sexagenos immolauit.* T. Liuius lib. 3. *sin peruicio gaudeant, Diis magis iratis, quam hostibus bellum gesturos.* Idem lib. 9. *nec moror, quo minus in ciuitatem obligatam sponsione commissa iratis omnibus Diis, quorum eludatur nomen, redeant.* M. Tull. epist. ad Attic. lib. 4. *De Apollonio quod scribis, qui illi Dij irati homini Græco? qui conturbare quidem putat sibi licere, quod equitibus Romanis, videtur autem locus ille cum interrogatione legendus, ut dicam ὅδ' ἔπαρρηρον. qui illi Dij irati? id est, qui Dij sunt illi iratis quos ille Deos sibi ha-*

bet

bet

bet

A bet iratos? quamquam alij censent genus esse loquendi antiquum, & esse legendum enuntiatio. Persius sat. 4. *Hunc aut? hunc, diis iratis, geniog, sinistro, qui quadoque iugū pertusa ad compita figit, &c.* Diolore animi impulsus, & perturbat? dixit illud Catullus ad seipsum, *Quin te animo obfirmas, teque astringisque, reducisque, Et Diis inuitis definis esse miser?* Solent enim homines interdū perturbati impie loqui, ut Chremes ille Terentianus in Heaut. *Deos nescio.* eodem pertinet illud, quod est supra Od. 18. lib. 1. *non ego te, cædide Bassareu, Imitum quatiām.* & illud de arte poët. *Tu nihil inuita dices, facies ve Mimerua.*

ATQVI VVLTVS ERAT, &c.] atqui vultu, & fronte significabas, te præclara quædam scripturam, ac prolaturum. *minantis*, id est, promittentis: ut epist. ad Celsum lib. 1. *dic multa & pulchra minantem, Finere nec rectè, nec suauiter.* ad quem locum plura. Et verò sic *minantis* explicat Seruius ad illum Virgilij versum lib. 2. *Æneidos, Promissis vltorem, & verbis odia aspera moui.* hæc enim ille, *promissis*, per contrarium dixit, pro minatus sum: quia minamur mala, promittimus bona. Sic Horatius contra, *Atqui vultus erat multa & præcl. min.* id est, promittentis. Quidam libri veteres habent, *Atquin.*

SI VACVVM] si te vacuum, id est, omnibus negotiis, & curis solum tua villula accepisset, id est, cum te in villam tuam expeditum, & otiosū recepisset, si, valet, cum, ut alibi annotauimus. *repido recto* autem vel quòd loca tecta aperitis tepidiora sunt natura: vel *repido* propter focū luculentum, quo delectabatur Horatius.

QVORSVM PERTINVT STIPARE] quid fuit opus cum Platone Menandrum, Eupolim, Archilochū tecum deportare, si nihil lecturus, nihil tu nomine dignum scripturus eras? Quod autem Platoni adiunxerat Menandrum, Eupolim, Archilochum, ex eo intelligere debemus, consilium hoc eius fuisse, ut satyras scriberet, comitatis, & vrbanius plenas: & præterea iambo. Sed animaduertendū est, Horatiū ita dixisse, *stipare Platoni Menandro: Eupolim, Archilochum, &c.* quibus verbis significat, se coniunxisse cum Platone Menandrum, nō etiam Eupolim, neque Archilochū: quamuis hos etiam poëtas secum portarit An censebimus temere, aut frustra hoc ab eo esse dictum, & Menandrum cum Platone iunxisse, quia Menandri nomen aptè ca debat in hunc versum? Licet vratur suo quisque in hac re, ut in aliis, arbitrat. Mihi videtur Menandrum, ut nouæ comædiæ comicum, & magis moratum, & grauiorem, & (ut Græco nomine vratur) politiocerōnem, & feueriorem, quam veteres comædiæ poëtas, cum Platone, Socraticorum omnium grauisimum, porissimum copulasse, & coniunxisse. Adiuuat meam opinionem Dion Chrysostomus in ea oratione, quæ inscripta est *περὶ λόγῳ ἀσκήσεως*, his verbis, καὶ μηδεὶς τῶν σφῶν ἀπίσταται με ὡς περ κρηναὶ τὰ ἀρχαῖα

bet

bet

καμάρθια τῶν Μενάνδρου, ἢ τῶν ἀρχαίων πρὸ γῶδων τῆν εὐριπίδου. οὐδὲ γὰρ οἱ ἰατροὶ τὰς πολυτελεστάτας προφάσι σιωπῆτους τοῖς θεομύθοις θεραπεύειαι, ἀλλὰ τὰς ἀφελίμους. πολλὸ δ' ἀπὸ ἔργον εἴη τὸ λέγειν ὅσα σπὸ τούτων λέγῃσιν. ἢ τε γὰρ τοῦ Μενάνδρου μύμησις, ἀπαντος ἡθους καὶ χερίτος πάσαν ἀπὸ βιβλῆκε τὴν δεινότητα τῆ λαοῦν καμάρθια: ἢ τε εὐριπίδου, &c. id est, Neque verò me quifquam doctorum reprehendat, quòd aut Menandri comædiam nouam, veteri anteponom, aut tragedias Euripidis, antiquis. Nam ne medici quidem victum sumtuosissimum, & apparatusissimum curatione egentibus præscribunt, sed vilissimum. Difficillimū autem sit verbis consequi, quanta ex his poëtis vtilitas percipi possit. Nam & Menandri virtus quædam & facultas omnium morum imitandorum, omnisque lepōris & venustatis exprimentæ, omnem antiquorum comicorum versum superauit: & Euripidis, &c.

INVIDIAM PLACARE PARAS] Quemadmodum res secundæ inuidiā constant: ita aduerfæ extinguunt, & misericordiam commouent. Cum sit autem nihil calamitosius, nihil miserius animo vitioso, nullaque virtute ornato: credibile est, ignauiam, atque inertiam ad placandam, sedandamque inuidiam multum valere. nam contra vsu experimur quotidie, virtute præstantes viros acerima inuidia laborare, quamvis Aristoteles lib. 2. rhetor. doceat, inuidiam locū habere sapius in fortunæ, quam in animi bonis. Sed, ut cœperam dicere, non est id, quod scribit Aristot. perpetuū, neque vsquequaque verum. vno exemplo crimis contenti. quid fuit in Aristide admirabilius, quid præstantius, quam iustitia, & patientia paupertatis? attamen cum pauper esset, iustitque cognomen factis & vita consecutus esset, hoc vno nomine, non odio potentia, aut diuitiarum, exsilio illo decenniali Atheniensibus vsitato, quod δι' ὀσράνων fiebat, multatus est. rectè igitur hoc loco Damasippus ait, Horatium inuidiam placare conari ignauiam, desidia, & inertia: hoc est, virtute relicta. Notum est illud Pindari à multis posterioribus scriptoribus vsurpatum, inuidiam miseratione meliorem, atque optabiliorem esse. verba Pindari sunt hæc Pylh. εἰδ. α. ἀσπὸν δ' ἀποσὸν κρύφιον θυμὸν βαρυβίαι μάλιτ' ἐσλοῖσ' ἐπὶ ἀλλοτρητοῖς, ἀλλ' ὅμως κρείσσων οἰκτιρμῶν φθόνος. μη παρίει καλὰ, id est, ciuium autem animos occultè grauatur inuidia, cum alienas virtutes audiunt. Verum tamen melior miseratione inuidia est. ne prætermitte res præclaras. ex quibus expressum est illud epigramma Græcum lib. 1. ὁ φθόνος οἰκτιρμῶν κατὰ πύδαρόν ἐστιν ἀμείνων. Οἱ βασικηρόνδρου λάμπερον ἔχουσι βίον. τὰς δὲ λίαν ὀτυχεῖς οἰκτιροῦν. ἀλλὰ τίς εἶλε; Μήτ' ἄρα ἐν δαίμων, μήτ' ἐλεεινὸς ἐγὼ. id est, Inuidia, ex sententia Pindari, misericordia melior est. Ii, quibus inuideatur, optipare, & splendide viuunt. Eorum autem,

LI

A qui miseri & calamitosi sunt, miseremur, at quæ me esse velim? neque valde fortunatum, neque valde miserabilem. cum quibus congruunt illa Plautina in Trucul. *Mauelium mihi inimicos inuider, quam me inimicis meis. Nam inuider alij bene esse, tibi male esse, miseria est. Qui inuident, egent: illi, quibus inuidentur, rem habent.* Idem Pindarus *Νεμ. εἰδ. η.* ait inuidiam semper inuadere viros fortes, & virtute præstare: cum deterioribus autem non certare. *ἀπεται δ' ἐσλῶν ἀεὶ χειρόνεσσι δ' ὄρεϊ ἐρίξει, & Pyth. εἰδ. ια.* ἔχει τε γὰρ ἄλβος & μέγιστος φθόνος: ὁ δὲ χαμυιλὰ πένων, ἀφ' αὐτῶν βρέμει. id est, opes enim & res valde secunda, non paruum inuidiam habent: qui autem humiliaspirat, & humiliacet, obcurus fremit, cum his concinit illud *Æliani lib. 2.* ποικίλης ἴσος. ὅστις δ' ἐρεῖ φθονεῖσθαι, τῆσθε δὴ πῶς τῆς Εὐριπίδου ἀπειλῆς ἐπέσθαι ἀσπείδῃ, id est, quisquis cupit inuideri, planè (quod ait Euripides) clarus, atque insignis esse studet. Propterea autè quòd veteres existimabant, inuidiam, iis, quibus inuidebatur, esse damnosam, perniciosam, ac pestiferam, (solo enim aspectu inuidio, & maligno vsu uidos hominibus, & maxime pueris, nocuisse vsu didicerant) iccirco eam multis modis placare, atque extinguiere studebant: vt ridiculo aliquo spectatoribus obiecto, fortunæ secundæ dissimulatione, aut occultatione, casu aliquo aduerso sponte suscepto & contracto, & similibus: quorū liber mihi subijcere ex bonis auctoribus exempla. ridiculi exemplum est, mentula, seu similis aliqua res turpicula, quæ collo puerorum appendebatur ad inuidiam auertendam. Varro, *Pueris turpicula res quedam suspenditur, nequid obstat, bona scæna causa.* Nam res turpis, qualis est ea pars, quam diximus, spectatorum oculis obiecta, risu commoto inuidiam discuit, atque auertit. huc pertinent illa ex epist. 14. lib. 1. *vident vicini glebas & saxa mouentem.* fortunæ secundæ occultationis exemplum suppeditabit Catullus, *carm. ad Lesbiam, Dein cum millia multa fecerimus: Conturbabimus illa, ne sciamus, Aut nequus malus inuider possit.* Exemplum casus aduersi est apud Herodotum de Polystrate in Thalia: cui nihil acciderat, quod nollet, nisi quòd annulum, quo delectabatur, in mare sua voluntate de Amasis consilio abiecerat, vt deorum inuidiam (sic enim Herodotus) extingueret. Etiam Cunina dea puerorum cunis addita, à pueris fascinū arcebat, vt testatur Lactantius, his verbis, *Et Cumina, quæ infantibus in cunis tuetur, & fascinum summouet.* Putabat etiam eam, qui ter despueret in sinum, fascinum posse auertere, vt ille apud Theocr. *εἰδ. εκ πω.* Ὡς μὴ βασιλευσθῶ δὲ, τῆς εἰς ἐμὸν ἔπιπυσα κολπῶν. *Τὰ πάντα γὰρ ἀ γούρα με Κοτύλιαρις ἐξεδίδαξεν:* id est, Vt ne autem fascinari possem, ter in sinum meum despuerim. Hæc enim me anus Cottyrtaris edocuit. Tale ferè illud Persij sat. 2. *Ecce auia, aut metuens diuinum matertera cunis, Exemit puerum, frontemq, atque vda labella Infami digito, & lu*

stralis autè salinis Expiat, videntes oculos inbibere Eperita. Sic igitur hoc loco Damaspippus quarit ab Horatio, parètne inuidiam placare, inertia, & desidia, & virtutis derelictione.

IMPROBA SIREN.] desidiā hîc Sireni similem facit, alibi voluptates cû Sirenibus comparantur: quia vtraque & desidia, & voluptas vno ferè modo animos hominum permulcet, laetât, corrumpit, de Sirenibus plura dicemus ad epist. 1. lib. 1. ad illum versum, *Sirenum voces, &c.* Nunc autem mihi venit in mentè mirari, quam obrem M. Tull. lib. 5. de finibus, quo loco de scientia, & rerû cognitione disputat, scribat, Sirenium cantibus nihil aliud ab Homero significari, quàm discendi studium, sciendiq, voluptatem. sic enim M. Tull. *Mihi quidem Homerus huiusmodi quiddam vidisse videtur in iis, quæ de Sirenium cantibus finxerit. Neque enim vocum suauitate videntur, aut nouitate quadam, & varietate cantandî reuocare eos solite, qui prætereuebantur: sed quia multa se Sirene profitebantur, vt homines ad earum saxa discendi cupiditate adhaerescerent, ita enim inuitant Pylssem (nam verti, vt quadâ Homeri, sic istū ipsum locum.) O decus Argolicum quim puppim huc flectis Pylssem, Auribus vt nostros possis agnoscere cantus? Nam nemo hac umquā est transiectus carula cursum, quin prius astiterit vocum dulcedine captus, &c.* Haec tenus M. Tull. Ego autem hoc mihi persuadere non possum. Cum enim voluptates aliæ sint turpes, aliæ honestæ: hæc; expetendæ, illæ fugiendæ: fugiendæ profectò non sunt eæ voluptates, quæ è rerû cognitione, scientiâq; nascuntur, quippe quæ sint honestissimæ. At Vlysses, ne Sirenium cantibus caperetur, vinciri se iussit: fociosq, quibus aureis cera, ne cantus illos exaudirent, obstruxerat, vincula sibi soluere vetuit, etiam si posterior, vt id facerent, magnopere contenderet, atque adeò imperaret. Quod non fecisset, nisi in iis cantibus insignem turpitudinem, pestem, calamitatem inesse, atque ab eis magnum sibi, suisq; detrimētum importatum iri sciret. Postremò vt Sirenium cantus perniciosos, ac calamitosos fuisse facilius intelligere possis, scribit Homerus, quotquot homines Sirenibus canentibus aureis prabuissent, iis in patriam redeuntibus neque vxores, neque Hliberos obuiam lætos procedere, reditumq; gratulari: locum autem, vbi versentur, & commoretur Sirenes, hominum, qui illic contabuerint, ac putruerint, ossibus esse coopertum. Quorum omnium nihil eis, qui discendi studio ducuntur, impèdère, aut accidere solere dicendū est: nisi fortè dicat aliquis, Vlyssēm, quemadmodū immortalitati, sic & rerum cognitioni patriam, vxorisque & liberorum complexum prætulisse. Xenophon autem *Ἐπομνημ. β.* existimare videtur, in carminibus Sirenium vim quandam eorum, qui nauigabant, retinēdorum fuisse propterea, quòd sciunt illa, quibus quisque cantibus duceretur, ac delectaretur: & quòd ad eas arteis, ac virtutes, quas quisque coleret, suos cantus accommodarent, pro-

A propriisq; & conuenientibus vnumquemq; laudibus ornant. Itaque cum scirent, Vlyssēm esse vere laudis, solidæq; gloriæ cupidissimum, eo carmine vsas esse, quòd ad illius virtutem prædicandam, famâq; sempiterna celebrandam valde pertinet: alios autem Vlyssis dissimilem tali carmine neque alluci, neq; retineri vllò modo potuissent: immò verò existimatos fuisse scè à Sirenibus derideri. verba Xenophōtis sunt hæc, *Αἱ μὲν ἐν Σειρήναις ἐπὶ τὸν τῶ ὀδυσσεύ, ἡγεμόνας Ὀμήρου, ὡς ἐπὶ ἀρχῇ τοῖς δὲ πρὸς Δεῦρ' ἀγαθὴ πόλιον ὀδυσσεύ. Ταύτην ἐν, ἐφ' ἣν, τὴν ἐπὶ ὀδύνην, ὡς Σώκρατες, οὐ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις αἱ Σειρήναις ἐπέδρασαν κατὰ τὸν, ὥστε μὴ ἀπὸ τῆς ἀπὸ αὐτῶν τῶς ἐπαγωγῆς τῶς, ἀλλὰ τοῖς ἐπὶ ἀρετῇ φιλοπομῆς μὲν ὡς ἐπὶ τῶν. ἐξεδύθη λέγει τοιαῦτα, ἡγεμῶν ἐξέστ' ὡς ἐπὶ ὀδύνην, οἷα μὴ νομίζεῖ ἀκούων τῶ ἐπαγωγῆς κατὰ γὰρ ὀδύνην λέγειν.* Athen. quoque lib. 1. scribit Sirenes ea Vlyssi cecinisse, quæ ad eius ambitionem, & plurimarū rerum studium essent accommodata. sic Athen. *αἱ καὶ Σειρήναις δὲ ἐδρασαν τῶ ὀδυσσεύ τὰ μέγιστα αὐτῶν τέρψοντα καὶ τὰ οἰκία τῆ φιλοπομῆς αὐτῶ, καὶ πολυμαθῆρα λέγουσιν.*

PONENDVM.] amittendum, abijciendum, vt epist. ad Quinct. *Pone, meum est (inquit) pono, tristisque recedo.*

DITTE DAMASIPPE.] loquitur Horat. significat autem huius Damasippi, vt iam philosophi, barbam fuisse admodum magnam, & longam. iccirco ei vrbane tonforem optat, qui eius barbam ad vmbilicū fortasse, aut ad pubè, demissam radat, aut certè tondeat.

VERVM OB CONS.] rectum, bonū, an. not. infra eadem fat.

POST QUAM OMNIS RES MEA.] respondet Damaspippus hoc modo. Postquam rem male gerendo, & are alieno cōtrahendo, & versuris faciendis ad inopiam redactus sum, &c. tralatio est à naufragio, quòd fere fieri solet ad scopulos, coorta in mari tempestate. sic M. Tull. pro Sylla. *sed vt aliquis patrimonio naufragus, inimicus otij, &c.* idem Philipp. 12. *qui ex naufragio luculentij patrimonio ad hæc Antoniana saxa proiectus est.*

IANVM ADMEDIUM FR.] in Iano medio habitabat, vel magnam dei partem cōtinebant feneratores. Erat autem medius Ianus, locus, sic appellatus à Iano, deo bifronte in què locum conueniebāt mercatores & feneratores: vt declarat verba illa Ciceronis Philipp. 6. *Ianus medius in L. Antonio clientela sit: quis umquam in illo Iano inuentus est, qui L. Antonio mille nummum ferret expensum?* Erant enim duo Iani, superior, & inferior: quos summum, & imum appellat idem epist. 1. lib. 1. *hæc Ianus summum, ab imo Prodoctet.* Alij tres fuisse volunt, in quibus est Acron: idq; etiam ex Liuio intelligere licet lib. 41. *annalium.* Ianus medius igitur intelligendus est locus medius inter duos Ianos, quo in loco erant argentarij, & feneratores. Quid. *Qui puteal, Ianumque ti-*

met, celereisque Kalendas. Idem lib. 1. Fast. *Cum tot sint Iani, cur stas sacerat in vno, Hic ubi iuncta foris templa duobus habes?* hoc igitur ait Damaspippus, se postea quàm naufragium fecerit suarum fortunarum, versuris & fenore, & mercaturis, aliena negotia curare. inest autem in verbo *stas*, tralatio à nauifractione.

ALIENA NEG. C. EXC. PR.] quia nihil habeo domi, quod agam, vt pote naufragio facto toti rei meæ familiaris, aliena negotia curo. Tales homines describuntur à parasito illo Plautino in Stichos, his verbis, *sed curiosi sunt hic complures mali, Alienas res qui curant studio maximo, Quibus ipsis nulla est res, quam procurent, sua.* Talis inducitur & Dimarchus ille in Trucul. *expedito. Rem perdidit: cum re meum negotium abstulisset. Si rem seruasset, fuit ubi negotiosus essem.* Itaque scitū est illud Platonis lib. 4. de rep. *ἐπι τὸ τὰ αὐτῶν ἀράττειν, καὶ μὴ πολυπραγματεῖν διανοοῦσθαι ὅτι:* id est, res suas agere, & alienas non curare, iustitiam esse. Et Aristoteles lib. 6. de morib. ad Nicom. eo loco, vbi disputat de prudentia, & scientia, seu prudētia ciuili, quæ Græci πολιτικὴν appellan, ostendit, probabiliter dici posse, politicos homines, id est, qui tempub. tractant, atque administrant, non esse prudentes, sed potius πολυπραγματεῖς, seu φιλοπραγματεῖς, quia prudētis sit res suas agere, & suis rationibus consulere: illi autem negotiis alienis implicentur: & ad hanc opinionem confirmandam profert aliquot versus Euripidis ex Philocæta, dimidiatos, & truncatos.

VAFER SISYPHVS.] à quo prouerbiū Σισύφου μηχανά, id est, Sisyphi machinæ. de Sisypho Æoli filio vide annotata supra ad Od. 14. lib. 2. significat autem Damaspippus, sese olim studiosum fuisse vaforum antiquorum.

QVID SCVLPTVM.] ita habent duo codices Vatic. & Iannoct. Faër. Torn. Nicot. Ruf. sard. quos secutus sum. nam *sculptum* aliud est: vt sup. *sculpere terram vnguib.* sat. 8. lib. 1. id est, fodere.

INFABRE.] sine arte. cuius contrariū *aff. bre.*

QVID FVSVM DVRIVS.] quid minus eleganter constatum. contrā Virg. *Æn. 6. Excutiunt alij spirantia mollis ora.* &c. Pausan. Arcadicis scribit, Rhœcum Phieii filium, & Theod. rû Teleclei, Samios, primos æs constare instituisse, atque ex eo fuso, & constato statuas fecisse. fuit autem hic Theodorus annuli illius opifex, quo tantopere delectabatur Polyocrates Samius, & quem in mare olim à se abiectum, rursus in præcordijs piscis postea reperit, vt tradunt Herodotus in Thalia, & M. Tull. lib. 5. de finib. Antequàm autem anææ statuar sculpi, constariq; cōfpreæ essent, ex ebōno (vt ait idē Pausan.) cupressæ, cedro, omni genere quercuum, taxo, loto fiebant: Mercurij ex ea sola arbore, quam ἕβον nominant Græci, Vnde prouerb. *non ex quouis ligno Mercurius.*

A CALLIDVS HVIC SIGNO] ego quoduis signum, quanti esset, dicere noueram. ego cuiuslibet signi pretium sciebam: & in eo callidus eram, nomen est verbum adiuuans: vt si diceret, callidè sciebam: vel in eo callidus eram, quòd sciebam, &c.

MERCVRIALE] Mercurius præest mercaturis, & lucra adiuuat, vt infra eadè sat. an magis excors, Reiecta prada, quâ præfens Mercurius fert? Plaut. in Stich. Quom benè re gesta saluus conuortor domum, Neptune grates habeo, & tempestatibus, simul Mercurio, qui me in mercimoniis iuuat, lucrisque quadruplicauit rem meam. vnde Epictetio apud Græcos, pro lucro in sperato. Atque hic referendum est illud Ciceronis in epist. 23. lib. 7. ad familiares. Martis verò signum quòd mihi pacis auctor: gaudeo nullum Saturni signum fuisse. hac enim duo signa putarem mihi es alienum atulisse. Mercurij mallem aliquod fuisse, felicius, puto cum Suanio transigere possemus. Iccircò Damaspippus, qui statuas, vasa, fundos, hortos mercabatur, vt pluris reuèderet, in eoque benè rem suâ gerere putabatur, Mercurius vulgò dicebatur. Mercuriale autem excudendum curauit, secutus decem codices manuscriptos: vt intelligamus, Damaspippum cognomen Mercurium dictum esse. alij habent Mercuriali: vt significet Horatius Damaspippum Mercurialem esse nominatum.

NOVI, ET MORBI] verba Horatij. Lucri autem studium, & operam assiduam in vasis, & signis, & similibus emendis positam, morbum appellat. Iam verbum purgare cõiunxit & Liuius cum patrio casu lib. 37. quibus purgantibus tuitatè omnis facti, distique hostilis aduersus Rom. &c. In quibusdam libris antiquis scriptum est ordine verborum conuerso, Et miror morbi purg.

ATQVI EMOVIT VETEREM] respondet Damaspippus, morbum suum veterem à nouo esse depulsum. vitur hoc eodem verbo Od. 15. lib. 4. emouitque culpæ. etiam hoc loco libri veteres aliquamulti habent atquin.

VT SOLET IN COR] id est, vt fieri solet cum lateris, & capitis dolor in cor transfertur, fitq; ex pleurítico quispiam cardiacus. secutus est autem Horat. hoc loco opinionem, seu potius errorem communem in eo, quòd cardiacis cor dolere existimat. nam non est ita. καρδια enim veteres appellabât stomachum, vt docet Galenus: ex cuius affectu ac dolore καρδιακοί dicti sunt, non ex cordis. nam & Corn. Celsus lib. 3. cap. 19. morbum καρδιακόν ait esse nimiam imbecillitatem corporis, quod immo dico sudore digeritur.

VT LETHARG. HIC CVM FIT PVGIL] variè explicatur hic locus, à quibusdam sic: vt cum ego lethargo laborans fuis pugil, & phreniticus. lethargicus hic, id est, ego lethargicus, vt intelligamus, Damaspippum se demonstrare, atq; ita loquitur sat. 9. lib. 1. Hunc hominem velles si tradere, &c. hunc hominè, id est, me, δὲ τὸν κωδὸν, alij sic: vt cum aliquis lethargicus morbo com-

mutato fit phreniticus, quæ explicatio mihi magis placet. Quidam vir doctus, idemq; summum dignitatis gradum in ecclesia Ro. obtinens, mihi nuper Lutetiæ in sermone; cum huius poetæ mentio incidisset, dicebat, sibi videri, huc locum simpliciter sic esse explicandum: vt, cum hic, qui antea lethargicus erat, nunc lethargo liberatus est, fit pugil, id est, pugilatum exercet: & pugnis, castiq; dimicari: vt pugil propriè accipitur pro eo, qui ad pugilationem exercendâ, pugnòq; dimicandû aptus est: non pro phrenitico. Quòd si quis dicat, non posse verbis Horatij hanc explanationem cõuenire, propterea quòd, cum loquitur Horatius de morbo nouo, qui veterem emouet, & videatur exempla morborum veterù, qui pelluntur à nouo subijcere: exempli quidè doloris lateris in cardiacu cõuersi, satis aptè quadrat ad rem propositam: pugilis verò ex lethargico facti exemplum non item, quia pugilem esse, non fit ægrum esse: huic argumento respondebat vir ille amplissimus, Horatiu suo more, id est, satyricè, & vrbane significare, pugiles morbo animi laborare: atque ita etiam hoc exemplum ad hunc locum accommodatum esse. λήθαργος autem est pæne inexpugnabilis somni necessitas, Latine veteris, id est, mentis torpor, omnium prope modum rerum obliuionem afferens. lethargici dicuntur, à Græcis, qui tali morbo sunt affecti, quos veterinos appellat Latini.

ET MEDICVM VRGET] & medicum pugnis, & plagis insequitur, quod facere solent phrenitici: vel, si pugil propriè accipitur, vt volebat vir ille in summo dignitatis gradu locutus, quod facere & possunt, & amant pugiles.

DVM NE QVID SIM. HVIC] hunc quoque locum variè video explicari, & intelligi. alij sic: esto, vt liber, id est, per me licet sis lethargicus, & phreniticus, dum modò nihil phrenitico simile facias, ac me pugnis cædas: dum modò nihil simile facias huic, qui ex lethargico fit pugil, & ita Porph. alij sic: esto vt liber: sit ita vt dicis, dum nequid simile huic, id est, mihi accidat: dum modò in similem morbum non incidâ. quibus verbis significat, Damaspippum non esse sanum.

Ô BONE, NE TE FRVSTR.] loquitur Damaspippus.

SI QVID STERT. VERI CREP.] si quid veri loquitur, vt annot. suprâ ad Od. 18. lib. 1. Vnum est è decretis Stoicorum, stultos omnes insanire. fuerat autem hic Stertinius, philosophus Stoicus: de quo epist. ad Iccium lib. 1. Empedocles, an stertiniu deliret acumiè. & fortasse Stertinius ille est, quem cõmemorat Cælius in orat. ad populum. equis que mihi sub feminibus occisus erat: oreas detraho inspectante Lucio Stertiniu. citat Festus in voce orca. Non celabo lectorem in quibusdam libris veteribus scriptum esse, verum crepat. quemadmodum cõtrâ Od. 3. lib. 1. vbi libri vulg. habent, Nil mortalibus arduum est, &c. plerique vete-

A veteres habent, Nil mortalibus ardui est.

VNDE] à quo, vt sæpe alias. S A P. P A S C. B A R B.] barbam philosophicam, solebant enim philosophi, vt feueriore, ac tritiorè aspectu essent, barba maiore, & longiore capillo in publicum prodire. Atque etiam ceteris in rebus, ac personis, maioris, trititiæ, luctus indicium erat barba, longior, vt declarant illa apud M. Tull. Verr. 4. de iuridicundo. Heraclius ille Siracusanus, & hic Bidinus Epicrates, expulsi bonis omnibus Romam venerunt: sordidati, maxima barba, & capillo Roma prope biennium fuerunt. idem in orat. de lege Agrar. contra Rull. concio tandem expectata v. Rulli, quod & princeps erat agraria legis, & triculentiis se gerebat, quam ceteri, iam designatus alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur. vestitus obsoletere, corpore inculto, & horrido: capillatio quam ante, barbâque maiore, vt oculis & aspectu denuntiaret omnibus vim tribunitiu, & mimitari reip. videretur. Suetonius in Augusto. Ad eò namque conseruatum ferunt, vt per cõtinuos menses, barbâ, capilloque summissis, caput interdum foribus illideret, vociferans, Quin etili rare redde legiones. T. Liuius lib. 2. ad hoc promissa barba, & capilli offerauerant speciem oris. idem lib. 6. Coniecto in carcerem Manlio satis constat magnam partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum, ac barbâ promississe. Idem lib. 27. de M. Liuii Salinatore. sed erat veste obsoleta, capilloque, & barbâ promissa, præferens in vultu, habitûque insignem memoriam ignominie acceptæ. Plutarch. in Catone Vticensi. ἀπὸ κελύνης δὲ τῆς ἡμέρας λέγεται μὴτε κεφαλῆν ἐπὶ κέρασθαι, μὴτε γένεια, μὴτε σέφανον ὀπίθεσθαι. πένθ' ἔσ' δὲ, καὶ κατηφείας, καὶ βαρῦτητος, ὅτι τοῖς συμφοραῖς τῆς πατρίδος, ἐν χειμῶνι, νικῶντων ὁμοίως, καὶ νικωμένων, ἀρετὴν τελευτῆς ἀσφουδάσθαι, id est, Ab illo vero die fertur neque caput, neque barbam rotundasse: neque coronâ capiti imposuisse: luctus autem, & mororis, & tristitiæ ob calamitates patria, vnam perpetuam speciem, siue vincerent, siue vincerentur, vsque ad supremum vitæ diem, seruauisse.

B FABRICIO] pontem Fabricium, hodie Iudaicum nominant.

MITTERE OPERTO ME CAPITE] capite aperto: ἐγκαλυπτόμενος. Qui sibi mortè conciscere volebant, & quos alicuius facti valde pudebat, qui se diis manibus deuocbant, ij caput sibi operiebant. M. Tull. lib. 2. de nat. deor. vt quidam imperatores etiam seipfos diis immortalibus capite velato verbis conceptis pro rep. deuocuerint. Et qui Veris sacri voto erant obligati, liberos ad atatem adultam progressos velabant, atque ita extra sineis Agri Ro. exigebant, cum velatos antea interficere solerent. Tum qui extremo supplicio damnati erant, iis caput velabatur, seu obnubebatur. T. Liuius, lib. 1. annal. i lector, colliga manus, caput obnubito, infelicis arbori suspendito. refert M. Tullius oratione pro C. Rabirio perduel-

lionis reo.

DEXTER] opportunus, æquus, amicus, propitius. Virg. Æn. 4. Ἄσβ' ὁ, placidusque iuues, & sidera celo Dextra feras. dextra etiam Pythagorè ponebant in ordine bonorum, vt læua in malorum. Itaque tum Græci, tum Latini dextera pro bonis & commodis: læua pro malis, & incommodis vsurpant. suprâ sat. 9. Nemo dexteris fortuna est usus. epist. 7. puer hic non læuè iussu Philippi Accipiebat. epist. ad Pison. ὁ ego læuus, Qui purgo bilem sub verni temporis horam. & sat. 4. hoc lib. cum te sic tempore læuo Interpellarim.

PVDOR (INQVIT) TE MALVS VRGET.] pudore vitioso afficeris: de quo lege quæ annotata sunt ad epist. ad Quinct. lib. 1.

QVID SIT FVREB.] quidam libri manuscripti habent, quid sit furor. ego lectionem receptam retineo, præsertim aliorum libroru auctoritate confirmatam.

NIL VERBI, &c.] nihil præterea afferam: nihil loquar, quo tibi dissuadeam, ne tibi mortè conciscas: non prohibebo, quo minus forti animo moriaris.

PEREAS QV FORTITER] pereas fortiter. i. forti animo mortè oppetas: quasi fortis viri sit ob res aduersas luctè fugere, & mortè sibi cõciscere: quod negat Arist. li. 3. de morib. ad Nicom.

MALA STVLTITIA] mala, epithetû est perpetuû, nulla enim stultitia bona est: nisi forte simulata, qualis ea, quam Brutus simulauit, aut qualis Solonis furor.

ET QVEM CVM QVE] sic habent tres libri Vat. & Iann. Faër. Torn. vulgati quæcumque mendosè agit, id est, agitat, impellit, vexat.

INSCITIA VERI] inscitia, id est, inscientia: nisi forte legendum, inscientia, vt notauimus suprâ ad illum locum, sat. 1. eiusd. lib. sanctarum inscitia legum.

QVI TIBI NOMEN INS. POS.] epist. 7. Si velles (inquit) verum mihi ponere nomen.

CHRYSIPPI PORTICVS] schola Stoicæ. quod enim porticus est. Chrysiippus autè Stoicorum porticum fulcire putabatur, inquit M. Tullius lib. 2. Academ. quæstion. quamuis Zeno Citæus Stoicæ disciplinæ sit auctor, & princeps. HÆC MAGNOS FORMVLA R.] translatio à formulis prætoris.

TIBI NOMEN IN SANI POS.] libri vulgati habent, In sano posuere, &c. quam lectionem quamuis non damnem, hanc tamen malo: atque ita locutus est sat. 3. lib. 1. illi Tardo cognomen pinguis damus, &c.

VELVT SILVIS VBI PASSIM] què admodum (inquit) in siluis, & locis impeditis, ij omnes, qui à recta, seu certa via deflexerit, aquè à via aberrant, etiam si alius aliorum feratur: ita varia quidem sunt stultitiæ, atque insanis generâ, & toridem, quot vitiorum nomina: sed peratque omnes stulti, atque insani sunt. huc pertinet

A illud Simonidis, quod commemorat Plato in Protag. τὸν ἡλιθίων ἀπειρα γενέθλα, id est, stultorum infinita sunt genera.

PALANTEIS] vaganteis: quo verbo saepe vitur T. Liuius: & Lucretius lib. 2. atq. viam palanteis quarere vita.

CERTO DE TRAMITE] quidam legi volunt, recto de tramite: & verò etiam mihi ita legendum iam pridem visum est. quoniam ita legi debere contendiderim. adiuuat me locus simillimus sat. 5. lib. 2. Quam nequiere proci recto depellere cursu. Dixit tamen M. Tullius proemio actionis primæ, Habeo autem certam viam, & rationem, qua omnes illorum conatus inuestigare & consequi possim.

SED VARIIS ILLVD. PARTIB.] id est, sed error ille in variis partibus versatur, quasi luctibundus. sic Virg. Georg. 2. Cui super indignas hiemes, solèmq. potentem, siliuestres vri asidue, capreaq. sequaces illudunt.

B HOC TE CREDE MODO INSAN.] ita te insanum esse crede, vt is, qui te deridet, nihilo minus sit ridiculus, nihilòque sapientior, quàm tu.

CAVDAM TRAHAT] sibilis & risu dignus sit. natum à puerorum more. solent enim eorum, quos irrideri, sinistraòque vulgi clamore excipi volunt, tergo, animantium caudas assuere, aut alligare, iisque vsque eò acclamare, dum hi clamoris causa cognita, caudam sibi auellant. vel caudam trahat, id est, caudam à tergo habeat, vt bellua quadrupes: sit stolidus, & stultus, vt pecus.

C Taurnebus autem Caudam trahere positum esse putat pro magnificè se ostentare, sibi que valde placere, ducta translatione ab iis, qui longas vestes trahunt: vt in epist. ad Pison. traxitque vagus per pulpita vestem: & Od. 4. epod. Vidésne sacram meriente te via. Cum bis ter vlnarum toga, &c. vel à paunionibus, vt fat. superiore, quia veniat auro rera avis, & picta pandat spectacula cauda. & Persius. Ante diem blando caudam spectare popello. A quò dissentio. Mouet me genus loquendi. non enim dicit Horatius, caudam iactet, aut pandat, vt videri possit à paunionibus tractum: neque vestem trahat, vt ab iis, qui vestem longam induti, incidunt, vt in illa epist. traxitque vagus, &c. & apud Arist. lib. 7. de morib. ad Nicom. δὲ ἔλκει τοῖμαίον, ἢ αὐτὴ πονήσῃ τὴν ἄπὸ τοῦ ἀφρευ λύπην, &c. id est, qui vestem trahit nequid, in ea tollenda laboris suscipiat, ac doloris: & apud Varr. Modio. Quòd tum erant in Grecia coma promissa, rarsa barba, pallia trabentes: sed caudam trahat. Est autè longè aliud caudam trahere, quàm vestem trahere.

BST GENVS VNVM STVLTITIÆ] duo stultitiæ genera admodum dissimilia, ac diuersa proponit: vnum eius, quæ ea extimefcit, in quibus nihil periculi non est: alterum eius, quæ certissima pericula non metuit. Atque hæc multo antè à Xenophòte fuerat occupata Σπουνημ. a. his verbis, τὸν τε γὰρ μνημονεύων, τὸς μὲν εἰδὲ τὰ δεινὰ δειδέσθαι, τὸς δὲ καὶ τὰ μὴ φοβερὰ

φοβεῖσθαι, &c. id est, eorum, qui insaniunt, alios E ne horribilia quidem metuere: alios ea, quæ non sunt metuenda, metuere, &c. Ad hoc genus etiã referri possunt ij, quos commemorat Aristoteles lib. 7. de morib. ad Nicom. qui metuunt stridorè muris, & qui selem extimefcunt.

IN CAMPO] in planitie. vt supra sat. 2. vt se quis adellum In campo doceat parentem currere frenis: aliàs campi appellatio Martius intelligitur.

HVIC VARIVM] ab hoc superiore diuersum.

AMICA MATER] amica mater, vno spiritu, & sine interpunctione legendum, & scribendum est. Nam sic loquuntur & Græci, φίλη μήτηρ. Hesiod. in Theog. de Tritone, δὲ τε θαλάσσης Πυθμὲν ἔχων τὸ δὲ μητρὶ φίλη, ἢ πατρὶ δνακλῖ Νάξει γένεσα δὲ δεινὸς θεός. id est, qui maris fundum habitans apud amicam, seu caram matrem, & patrem dominum incolit aureas ædeis horribilis deus.

SERVA] caue. φυλάττω: vel serua te.

NON MAG. AVD. QVAM FVFEBR.] non magis audierit, quàm Fufus ille actor tragicus: qui, cum aliquando Hecubam Priami uxorem dormientem ageret, & Polydoros à Polymnestore interfectus Hecubam matrem, & Ilionam sororem dormientem inclamaret, ille serid dormiens, neque respondere poterit, neque exaudierit. Polydorum autem Priami filium inter-

G fecerat Polymnestor rex Thraciæ, auri vnà cum puero apud se depositi cupiditate impulsus: quod & Virgil. narrat Æneid. 3. Fas omne abrupit: Polydorum obruncat, & auro Pri. potitur. & Polydorus Euripidis in Hecuba his verbis, Κλένει με χευσὶ ἢ παλάστρον χάρην Ἐλέος κείρους. Erant autem hæc verba Polydori mortui ex aliqua vetere tragedia, fortasse Attici, quæ ponitur etiam in oratione pro Sextio, quo loco ostendit M. Tullius, quàm inuisus populo fuerit P. Clodius. sic M. Tull. de Clodio. is, cum quotidie gladiatores spectaret, numquam est conspectus: cum veniret, emergebat subito, cum sub tabulas subreperat, vt, Mater te appello, dicturus videretur. innuit autem verbis illis M. Tull. P. Clodium, in eo, quòd ita populi aspectum fugeret, & latebras assiduè quæret, cum spectatum gladiatores veniens subito è tabulis prodiret, Polydoro illi ab inferis exeunti, matremq. appellanti similem fuisse, extant duo versus integeri ad hunc locum pertinentes, quos primo libro Tuscul. profert idem M. Tull. Ecce alius exoritur è terra, qui matrem dormire non sinat. Mater te appello, quæ curam somno suspensam leuas. Neque te mei miseret: surge, & sepeli natum. Idem Acad. 2. Quid Iliona somno illo? Mater te appello Nòtne illa credit filium locutum, vt verè experrecta etiam crederet? sed quòd hoc loco Ilionam nominat Horatius, vt & in superiore loco Cicero, dicendum Hecubam Ilionam quoque fuisse nominatam. Alioqui non facile hic locus poterit explicari, cum Iliona Priami filia fuerit, Polydori

H

foror.

A foror. Iam non admodum his dissimile est illud Virg. Georg. 3. nec miseri possunt reuocare parentes.

CATIENIS MILLE DVCENTIS] Catienus Polydori parteis agebat. totius igitur huius loci hæc sententiã est. sunt rursus quidam hoc insaniam genere laborantes, vt nullum periculum extimefcant, non igneis, non rupem, non fossam: quos, si propinqui moneant, vt sibi caueant, nihilo magis audierint, quàm Fufus ille tragediarum actor, Ilionæ, aut Hecubæ personam sustinens, & somnum simulans (quæ admodum personæ, & tragediæ ratio ferebat) audiuit Catienum tragediam Polydori parteis agentem, cum hæc verba magno clamore loqueretur, Mater te appello. obscure autem, & vrbane Fufum irridet, qui cum somnum simulare deberet, serid dormicit, vino obrutus.

HVIC EGO VVLGV M ERR. SIMIL.]

B docebo, atque ostendam, vulgum, similem huic errori errorem errare, id est, simili, atque hie laborat, insaniam laborare. Insanire errorem genus loquendi Horatianum, qualia sunt illa, currere cursum, ludere ludum. Terent. Eunuch. & quia consimilem luserat Iam olim ille ludum, &c. Plaut. Mostell. sub extrem. scis solere illam atatem taleis ludos ludere. vbi tamen vulgo legitur tali ludo. M. Tull. pro lege Agr. ad Popul. Quòd si Alexandria petebatur, cur non eisdem cursibus hoc tempore, quos L. Cotta L. Torquato Coss. cucurrerunt? Ita infra eadem sat. legendum censeo Quam me stultitiam (quoniam non est genus vnum) Insanire putas?

C INSANIT, VETER. STATA.] fateor Damasippum non esse sanum, qui tanto statuarii emendarum studio ducatur: sed Damasippi creditori longè insanior est, qui spe cæcatus ci ho mini credat, qui numquam sit id, quod creditum est, soluturus. insanus est emtor: venditor insanior, qui Damasippi fidei credat. integer mentis autem ex eo genere est, quod supra collegimus ad Od. 22. lib. 1. integer vita, maturus aui, &c.

ACCIPERE, QVOD NVM QVAM, &c.] si te accipere iubeam, quod numquam reddas mihi, vtrum tu insanus eris, si accipias, an potius insanus, si prædam æquo Mercurio oblatã reijcias? PRÆSENS] æquus, fauens.

SCRIBERE DECEM A NERIO, &c.] sic habent codic. duo Vatic. & Card. Raiinur. Iann. Tornef. Russard. Clericanus, & Nicotianus. Nerium, & Cicutam feneratoros accipio, hoc modo: Scribat debitor se à Nerio feneratoro accepisse decem: decem Nerio ferat accepta, id est, caueat Nerio per syngrapham, vel per argentarium scripturam, se pecuniam ei certam debere. non est satis. accedant centum tabulæ Cicutæ feneratoris nodosi, id est, supra modum diligentis, & acris in nominibus, & syngraphis faciendis: qui debitores multis cautionibus, & percriptionibus, & litteris, veluti nodis quibusdã obstrin-

D gebat. adde mille cautiones, & formulas, & iuris laqueos, quibus debitor cõstrictus teneatur: hæc

omnia vincula tamen hic perficissimus debitor E effugiet. ita futura sunt inanes, atque inutiles creditori omnes illæ tabulæ, formulæ, cautiones, scripturæ. Cicutæ tabulas intellige, litteras, & syngraphas, quibus sibi caueri iubebat Cicuta, cum pecuniam feneratoratur. Iam verba illa, scribe decem à Nerio, sic accipiendã sunt, quasi dicentur debitori ab ipso Nerio feneratoro. nam scribere dicebatur debitor, qui mutuum sumebat, cum vel ipse, vel argentarius eius nomine ferebat acceptum creditori: & idem rescribere dicebatur, cum as alienum dissoluebat, id est, pecuniã mutuatam reddebat vel per se, vel per argentarii scripturam, qui in codicem suum referebat, as alienum à debitore creditori esse dissolutum. Alij Nerium & Cicutam iurificosultos fuisse volunt. F Seruius hunc locum profert ad illum Virgilij versum Æneid. 7. Et tua Dardaniis transcribiscepra colonis.

PROTEVS] tergiuerfatorum, & fugacè debitorum cum Proteo comparat, qui, vt est apud Hom. δδ. δ. modò leo, modò pardalis, modò aper, modò, quicquid voles, fiebat. vide annot. ad epist. 1. lib. 1. similis igitur erit Proteo debitor Damasippus, cum vocabitur in ius. ex omnibus enim cautionibus, & formulis, & syngraphis, & tabulis elabatur.

CVM RAPIES IN IVS MALIS RID. A. L.] sic legendum esse, non vt vulgò, Cym rapies in iura malis rid. &c. admonui iam antea in commentariis Lucretianis. quod antea fa-

C cere me fugerat, quamuis in vno atque altero libro ita scriptum reperissem, dum scilicet aliis curis, cogitationibusque suspensus ac distractus in lectione recepta nihil vitij inesse arbitror. sumtum autem est, & fere expressum ex illo Homeri versu ἰλ. υ. Οἱ δ' ἦδη γνοσθῶσι γαλώων ἀλ-οτελοισιν: id est, illi autem malis iam ridebant alienis. Iam verò malis alienis ridere, est id, quod dixit, Oda 11. lib. 3. vultu inuito, seu potius, nò ex animo, quo modo rident, qui lætitiã simulant. vultum enim componunt illi quidem ad risum, & risus vestigia in vultu præbent, sed ita vt facile appareat, risum esse quasi alienis maxillis cõ-

H fictum, & conformatum. Talis est & risus Argyrrippi illius apud Plautum in Afin. Arg. Hem, aspecta. vide. Dem. P. inani male qui mihi volunt, sic rideant. Huius autè loci restituit, nequid dissimulem, Simeoni Bosio Lemouici debetur. Ille enim Auratum admonuit per litteras, ita se reperisse scriptum in optimo, & antiquissimo cod. cademque opera, se animaduertisse sumtum esse ab Homero: quod subindicat & Porphirio. Auratus autem, qui sciret, hoc mihi gratissimum futurum, cuius hoc scire in primis ineresset, mihi impertiuuit. Quod cum ego item cum Turnebo collega meo in sermone, vt fit, communicassem, & iam cuidam loco meorum in Lucretii commentariorum, aspersissem, ita probauit, vt in caput 3. 23. libri aduers. retulerit.

A R A P I E S I N I V S] quãobrem rapies? nam nemo in ius rapi, id est, manu iniecta & inuitus & per vim in ius trahi potest, alioquin iniuriarũ actionem habebit in eum, qui rapuerit. respondeo vel inuitum in ius duci posse eum, quẽ ad uersarius vadatus sit, id est, vadibus acceptis in ius vocarit, si ille se ad diem nõ sistat in iudicio, & si aduersarius amtestatus sit, id est, prehensa auricula aliquem ex præsentibus testem sumserit. vt supra, fat. 9. lib. 1. & licet amtestari? ego vero *Oppono auriculam: rapit in ius.*

P V T I D I V S M V L T O, &c.] multo stolidior, atque infanior est Perillius, qui id credit alteri, quod ille nunquam sit dissoluturus. *dicere* est creditoris. dicitur enim creditor, cum iubet scribere, sibi quẽ acceptum ferre debitorem: vel cum dicitur argentario nomen suum, vt per scribat ille in codice suo nomina creditoris, & debitoris. fat. 7. eiusd. *Non dices hodie quorsum hæc tam putida tendant, Furcifer?*

R E S C R I B E R E] reddere per argentarij codicem, & scripturam.

T O G A M C O M P O N E R E] toga composita attendere: sc ad audiendum parare.

A R G E N T I P A L L E T A M O R E] epist. 19. lib. 1. *Quod si pallem casti, &c.*

C A L E T] astuat. tralatio ducta est à morbis corporis, & maximè à febri. supra transfuit ad amorem, morbum animi tæterimum Od. 11. lib. 4. *Non enim posthac alia calebo Femina.*

V O S O R D I N E A D I T E] vos, qui morbis animi affecti estis, suo quisque ordine ad me accedite.

D A N D A E S T E L L E B O R I] significat, auaros omnium, qui animo laborant, infanissimos esse, auaritiãque, maximam esse infaniam.

N E S C I O A N A N T I C Y R A M] amplificatio est. non solum hoc dico, multo maximam ellebori partẽ auaris esse dandam: verum etiam existimo totam Anticyram, in qua nascitur elleborus, iis esse tribuendam. epist. ad Pison. de arte poet. *si tribus Anticyris caput insanabile numquã Tenfiori Licino commiserit.* Sic Pers. *Anticyras melior forberere meracas.*

H E R E D E S S T A B E R I J, &c.] Staberij heredes iussi sunt à testatore incidere in eius sepulcro, quantum ab illo ex testamento accepissent: quod nisi fecissent, damnati sunt ab eodem testatore Staberio, centum paria gladiatorum populo Ro. dare. sic autem concipi solebant verba testamentorum: hoc, vel illud faciat heres meus: si non fecerit, hoc, vel illud dare, seu facere damnas esto.

S V M M A M I N C I D È R E S E P.] incidunt, iussu testatoris scilicet, in sepulcro summã pecuniam, seu bonorum, quã ex illo testamento acceperant.

A T Q V E E P V L V M] & damnati sunt epulum præbere populo Ro. arbitrato Artij hominis sumtuosi, & luxuriosi: & item maximam vim

frumenti. **F** R V M. Q V A N T. M. A F R.] dixit ὑπερβολικῶς *Frumenti quantum meriti Africa.* fuisse autem Africam frumenti feracem, ac frumetolosam, notauimus ad illum locum Od. 1. lib. 1. *Quicquid de Libycis verr. ar.*

S I V E E G O P R A V E, S E V R.] Staberium loquentem facit.

N E S I S P A T R V S M I H I] ne me reprehende. vide annot. ad Od. 12. lib. 3.

C R E D O H O C S T A B E R I P R. A.] id est, credo Staberium hoc prudenter iussisse. *iussisse* autem legendum est, aut *voluisse*: non *vidisse*, vt vulgò scriptum est. sic enim loquebatur veteres: eiusque rei existant complura apud scriptores exempla. Cicero accus. lib. 2. *herede status iussum esse in foro ponere: nisi posuisset, Veneri Ericina esse multa.* Caius tit. de legat. & fideicom. lib. 30. Pandect. *Et si æquo pretio emere, vel vendere iusserit testator, adhuc vtile legatum est.* Iulianus eodem lib. *si sempronius Titium heredem instituerit, & ab eo post biennium fundum dari iusserit Maenio.* Paulus lib. 31. *si testator dari quid iussisset, aut opus fieri, &c.* Idem lib. 32. *præterea si sine liberis Hermippus moreretur, aliam possessionẽ dari iusserat. licet legere & voluisse: quod hoc ipso loco confirmari potest, semel ibi siue ego prauẽ, seu rectẽ, hoc volui.* iterum infra cum summam patrimonio insculpere saxo Heredes voluit.

De altera autẽ scriptura dubitaturũ arbitror neminẽ in probatis linguã Latinã auctoribus versatũ, quin sit incepta, & corrupta. nã ita quidẽ loquimur, *plus vidit, multũ vidit*, pro his, intelligẽtior fuit, valdẽ intelligẽs fuit: *prudens vidit* autẽ, numquã dicitur Latini, quod sciam. Cum autẽ ita dicimus, *hoc vidit*, simile est, vt si diceremus, hoc intellexit. quã sententia huic loco non conuenit. Nam hæc verba, *credo hoc stab. pr. anim. iuss.* referuntur ad illa superiora, quã dixerat Staberius, *siue prauẽ, siue rectẽ: hoc volui*, id est, hæc est mea vltima voluntas, siue sit praua, siue recta. respondet nunc Damaspippus, siue quis alius. credo Staberium id, quod iussit, ac voluit, rectẽ voluisse, prudentẽq; iussisse: sed quid sensit, cum, &c. id est, quid spectauit? quã fuit eius mens? quã sententia? &c. Animaduerte autem, animum Staberij prudentem, pro eo, quod est, Staberium prudentem, positum esse. quod genus alibi notauimus.

Q V O A D V I X I T] quoad, hoc loco, vnus syllabã est, vt apud Lucret. lib. 5. *sensit enim vim quisque suam, quoad posuit abui.* ibid. *Et simul equã sit finis, quoad mœnia mundi.* Et taciti motus possint hunc ferre laborem.

C R E D I D I T I N G. P A V P. V I T.] qua in re magnopere fallebatur. Non est enim paupertas ea vitio vertenda, quã à Deo immortalis in nos profecta est, quãq; nulla nostra ignauia, aliã ve culpa nobis accidit. Itaque vetat eam Hesiodus maledicti loco alteri obijcere, aut exprobare, tanquam Dei munus, his verbis, Μηδέποτ' ἔλω-

ιδόσω

A ἰδίω πενήτω θυμοφθόρον ἀνδρὶ Τέτρας' ὀνδύσειν μακρὰν δόξαν εἰν ἔόντων: quos versus interpretati sumus ad illum locum Od. 24. lib. 3. *Magnum pauperis opprobrium, &c.* sic & Theognis, Μηδέποτε τοι πενήτω θυμοφθόρον ἀνδρὶ γολαθεῖς, Μηδ' ἀζημιουσίωυς ἔλοιμ' ἰδίω πωφερε, id est, ne vquam animi pestem paupertatem cuiquam maledicti loco obijce, neque pecuniam pauperum perniciosa.

E T C A V I T N I H I L A C R I V S] quãm paupertatem. acrius, id est, vehementius.

V T, S I F O R T E] aded, vt si forte vno quadrante minus diues mortuus esset, &c. *perisset* excudendum curauit, secutus auctoritatem duorum Vatic. & Rain. card. Iann. Tornef. Ruffard. Nicotiani.

O M N I S E N I M R E S] hæc dicuntur ex persona Staberij, hominis auarissimi. his autem Horatianis non est dissimile admodum Theognidis illud, nullam aliam vulgò virtutem haberi, nihilque aliud esse opinionẽ hominum laudabile, & gloriosum, quã diuitias: ceteras res inutileis duci, etiam siquis Rhadamanthum contententia, & aequitate vincat, Sisypho scientia antecellat. sic Theogn. Πλήθει δ' αἰθ' ῥόπων ἀρετῆ μὲν γνεται ἰδίω, Πλεστην, τὸν δ' ἄλλων ἔδειν ἀπ' ἰὼ ὄφελος, Οὐδ' εἰ σωφροσύνην μὲν ἔχοις Ραδαμάνθους αὐτῆ, Πλείωνα δ' εἰδείης Αἰολίδου Σισύφου, sic Eurip. Phœniss. ait, pecuniam ab hominibus plurimĩ fieri, maximãq; vim habere rerum humanarum. Τὰ ζήματα ἀνθρώποισι πμώταται, Δύω μιν δὲ πλείω τὸν εἰ ἀνθρώποις ἔχει. Hesiodus autem pecuniam mortalibus animam dicit esse, Χρήματα γὰρ ψυχῆ πέλειται δειλοῖσι βροτοῖσι. adde his illud, πλεῖστον δ' ἀρετῆ, καὶ κούδος ὄνηδ' εἰ. id est, diuitias virtus & gloria, seu decus comitantur.

Q V A S Q V I C O N S T R V X E R I T, I L L E &c.] falsa sententia, ex auari sensu, & iudicio, nõ de poetã sententia pronuntiata. Nam sic ipse poetã, fat. 1. lib. 1. *Ar ni id sit, quid habet pulchri constructus aceruus? Et Oda 2. lib. 2. Nullus argento color est, auaris Abdita terris inimice lamne.* &c.

S A P I E N S E, E T I A M E T] sic habent omnes libri manu scripti. sed in aliis post particul. ne, scripta est interrogatio nota: in aliis nõ item. itaq; dicendum est vel eam vacare, aut certẽ ornatus causa adiectam esse, vt fat. x. lib. 1. *o feri studiosorum, qui ne putetis Difficile, & mirum, &c.* & sæpe aliã: vel interrogandi vim habere. sed ego arbitror ornatus causa adiectam esse. In lib. Card. Rain. non erat copulatio & ante rex.

Q V I D S I M I L E I S T I G R A E C. A R I S T I P P.] M. Tull. de inuent. rhet. lib. 2. *Et pecunia in mare deijcere, inutile: at non eo consilio, quo Aristippus fecit.* Laërtius in Aristippo, τῶ θεράποντος εἰ δὲ ὁ βασιλεὺς ἄγχιον, καὶ βαρυνόμενος, ἔσπεχε (ἔσπε) τὸ πλεόν, καὶ ὅσον δύνασαι, βάραιε. id est, cum feruus eius in via argentum portaret, eoque onere grauaretur, abijce (inquit) quod vireis tuas superat: & quantũ potes,

gere. Idem ferẽ de Crate Thebano ferunt. Tradit E quidem idem Diogenes scriptum esse à Diocle quodam, persuasisse ei Diogenem Cynicum, vt agros suos incultos relinqueret, & quicquid pecuniaz haberet, in mare proijceret.

P R O I C E R E A V R V M] epistol. de arte poet. ad Pison. *Proicere ampullas, & sesquipedalia verba.* ἄγγιέου, dicunt Græci.

N I L A G I T E M P L V M, L I T E M Q.] nihil prodest: inane, & inutile est exemplum, quod æquẽ in cõtrouersiam vocari potest, atque id, de quo dubitatur. nam quod cuiusmodi est, lite priore diremta, ac dissoluta, nouam ex se gignit. at dubia debet apertis, & certis, & incontrouersis doceri, demonstrari, ac declarari: quod hic nõ fit. nam vt Staberius vitiosus est, qui pecuniam rebus omnibus anteponat, ita & Aristippus, qui eam contemnat, & in mare abijciat. Aristippum laudat epist. 17. lib. 1. nõ lógẽ à principio. Significat autem, vtrumque in fanire, & eum, qui aurũ ita consecatur, & amplectitur, vt bonis quæritis vti non audeat, & eum, qui sua bona profundit, dissipat, pro nihilo putat. Sic loquitur & M. Tull. lib. 3. de oratore. *Ar enim cum à natura profecta sit, nisi naturam moueat ac delectet, nihil sanẽ egisse videtur.*

S I Q V I S E M A T C I T H A R A S, &c.] totus hic locus videtur ex Oeconomico Xenophõtis petitus in principio, vbi multis verbis docet, ζήματα, id est, pecunias, non esse ζήματα ei, qui nesciat vti, quemadmodum neque tibias ei, qui tibias canere nesciat, esse vitiles. sic Xenoph. ὡσπερ γὰρ αὐλοὶ τῶ μὲν ἔπισημαίνω ἀξίως λόγους αὐλεῖν, ζήματα δὲ τῶ δὲ μὴ ἔπισημαίνω, ἔδειν μᾶλλον, ἢ ἄζητοι λίθοι, εἰ μὴ ἔσποδιδότο γὰρ αὐτῆς, id est, quemadmodum tibias ei quidem, qui scit probẽ tibiam canere, vni vitiles: ei autem, qui nescit, nihilo magis vitiles sunt, quã lapides inutileis, nisi forẽ eos vendat. Semper vsum bonorum partorum suadet & commendat Horatius: vide annotation. ad illum locum fat. 1. lib. 1. & tanquam parcere sacris.

S I S C A L P R A, E T F O R M A S] scalpra, à scalpendo dicta sunt. cultri sunt sutorij, qui duas habent acies, vnã inflexam, & incuruam: alteram rectã procurrentem.

A D V E R S V M M E R C A T.] abhorrens à mercaturis. Oda 4. lib. 2. *Sic lucro auersam potuisse nasci, &c.*

Q V I D D I S C R E P A T I S T I S, Q V I N.] in diuitiis semper vsum desiderat Horatius, vt fat. 1. lib. 1. *Nescis quò valeat nummus, quem præbeat vsus? Pavis ematur, &c.* vsum autem diuitiarum præclare Pindarus in eo situm esse ait Νεμ. εἰδ. α. non, vt aurum domi conditum, atque in terram desossum serues: sed vt tibi in primis benedẽ facias, primũsq; fruare: secundo loco, vt egentibus amicis largiens benedẽ audias. Verba Pindari sunt hæc, Οὐκ ἔραμαι ποσὶν ἐν μεγάρῳ πλεστον κατακρύψας ἔχειν, ἀλλ' εὐόντων εὐτε παθεῖν, καὶ ἀκρῶσιν φίλοις ἐξάρκων, sunt &

A alia quædam ab ipso Horatio posita in superiore fatyra, quæ cum his conferat studiosus lector. **NESCIVS VTI COMPOS.**] nesciens vti bonis quæstis, paratis, congestis, & conditis. *epi. 1. lib. 1. Condo et compono, quæ mox depromere possum tranflatè posuit. propriè Od. 17. lib. 3. dum potes, aridum compone lignum.* aliter fatyra 9. lib. 1. *Omneis compesisti.*

MET. QVE, VELVT CONT. SAC.] sic fat. 1. lib. 1. *congestis undique saccis indormis inhians, et tanquam parcere sacris Cogeris, et tanquam pictis gaudere tabellis.*

PORRECTVS] stratus, iacens, extensus, vt fat. superiore: *Porrectum magno magnum spectare, et c. et Oda 10. lib. 3. Porrectum ante fores, et c.*

FOLIIS AMARIS] non oleribus hortensibus, sed agrethibus, & iccirco amaris.

NIHIL EST] nihil est mille optimi vini cadodos domi conditos habere.

VNDE OCTOGINTA] tmesis, vnde octoginta enim dicimus, pro lxxix. vt vnde viginti, pro xix. & similia.

BLATTARACTIN. EP.] fragula vestis à blattis, & tincis cotrosa. quidam scribi volunt hoc nomen hoc modo, *blattis*, & non *blattis*, à verbo *ελάττειν*.

FIL. AVT ETIAM HÆCLIB.] sic suprâ Od. 14. lib. 2. *Absumet heres Cecuba dignior servata centum clavibus, et vero Tinguet pavimentum superbum Pontificum potiore cenis.* Tales homines heredibus quidem sunt diuites, sibi autem pauperes, vt indicat Græcorum epigramma. *Πλῆστον μὲν πλοῦτος ἔχει, ψυχὴ δὲ πένης. Ὡ τοῖς κληρονόμοις πλῆστος, σοὶ δὲ πένης,* id est, *Diuitias locupletis habes, animum sed egentis. O miser heredi dimes, inopsq; tibi.* Sic autem vertit Thomas Morus Anglus, seu Britannus.

DIIS INIMICE] θεοῖς ἐφ' ἑρῆ. Diis iniuste. Nam Dij immortales grauissimè offenduntur tua immoderata parsimonia, vel credibile est, te iniustum esse Diis immortalibus, seu tibi iratos esse Deos, qui ita miser sis. sic enim loquuntur Græci: *Demosth. ἐπεὶ δὲ σφοδρῶς ὁ δὲ παμπόνηρος, καὶ θεοῖς ἐχθρὸς, καὶ βλάσφημος ὄντως.* id est, omnibus vitiiis cooperatus, & diis inimicus, & planè improbis sycophanta.

CVSTODIS?] hinc est scribenda interrogatiois nota. duo enim quarit, vtrum sua custodiat, vt absumat heres, an, ne sibi quippiâ desit.

QUANTVL. ENIM SVMMÆ CVRT.] quantum de summa, & de acervo deminet vnusquisque dierum, si paullo mundiore, & liberaliore victu, cultuque vtêris?

OLBO MELIOR E] oleo meliore, quàm foles: non tali, quali vtēbatur Auidiens ille, nempe odoris terretissimi, & quem nemo perferre posset. vide fatyra superiore de Auidiens Cane, & faty. 6. lib. 1. de Natta, qui oleo lucernario, seu de lucernis detracta vngēbatur.

PORRIGINE] porriginem putant quidam

à porrigendo dictam, propterea quod porrigi ac dilatarî solet, nisi maturè curetur: alij à porrōlendo. morbus est capitis furfuribus, & quasi farina obstiti. nascitur autem inter pilos, vt in capillo, idque sapius: in barba autem, & supercilio rarius: surgunt in locis porrigine affectis squamulæ quædam (vt scribit Corn. Celsus lib. 6.) cæq; à cure resoluuntur, & interdum madent, multo sapius sicca sunt, repurgatur hic morbus sæpe pectendo, & medicamentis leniter reprimētibus, vt aceto cum oleo, & similibus. In vno codice calamo exarato ego scriptum reperi *pririgine*: quam scripturam tamen non damnem, alterâ tamen ei antepono. vitur ea voce Lucill. lib. 30. *Triste, et corruptum scabie, et porrigine plenum.*

QVARE, SI QVID VIS SATIS EST, PERIVR.] quamobrem si quouis victu, & quantumuis tenui, sordidòque cultu contentus es, omnia facis, & patris, vt rem augeas? cur peieras, furaris, eripis undique?

PERIVRAS] hoc verbo etiam Plautus vtitur A sinaria. *pernegabo, atque obdurabo, periurabo denique.* & Mercat. *nolim quidem: verum homo periurabit.* & Penulo. *Perge, optumè hercle periurus.* & in Clitell. *Periurare me patière?* V sitatius tamen peierandi verbum.

PARARIS] paraueris, emeris. notauimus alibi.

CUM LAQVEO VXOREM, & C.] credibile est, quempiam hinc ab Horatio tacito nomine describi, qui vxorem laqueo exstinxerit, vt dote potiretur: quemadmodum & aliū, qui matrem veneno necarit, vt pecunia materna citius frueretur.

INCOLVMI CAPITE ES?] sanus ne es? sana ne mentis es?

QVID ENIM? NEQVETV HOC F. & C.] ridicula auari scelerati, atq; impij defensio, dedita opera ab Horatio cōficta, vt ostendat statim, eius insaniam cum Orestis furore esse comparandam: immò verò esse acriorem & grauiorem. dices te (inquit Damaspippus) non esse impium, neque insanum, quia neque Argis matrem tuam interfeceris, neque ferro, quomodo Orestes. malim autem ita legi, *quidni? neque enim hoc facis Argis*, quam scripturam probant doctis viri, & ratio tuetur ac confirmat. respondet enim pro aduersario ridiculè, hoc modo, quidni incolumi capite sis? Neq; enim Argis matrem interficis, vt Orestes. significat autem, eum aquè matricidam, & insanum esse, atque Orestem, cum locus matricidium non distinguat.

GENITRICE OCCIDIT ORESTES] Ita nota est Orestis, & Clytemnestræ ab Oreste necatæ historia, vt supra uacane operæ sit plura hac de re annotare. Præterea ex Euripide, si quis eam ignorat, petere licet. verumtamè hæc ascribam ad hunc locum, quæ non sunt fortasse cuius notissima: Orestem, cum pater eius interficeretur,

A retur, annum ætatis decimum tertium agentem, vt vult Pherecydes, à nutrice Laodamia, vt Pindarus ait *ἐξ δ. ια. Πρω.* ab Arsinœa, ex oculis, & manibus Clytemnestræ sublatum, atque creptū fuisse: deinde (id quod omnibus est notum) corroborata iam atate, A pollinis iussu patris vlciscendi causa supplicium de matre sumfisse: postremò non solum diuina, sed etiam deæ sapientissimæ sententia esse liberatum, vt ait M. Tull. in orat. pro Milone, & Demosthenes *ἐν τῷ χεῖρ Ἀριστοκράτους λόγῳ.*

AN TVRERIS EVM] existimāsne (inquit) matre demum à se necata insanisse Orestè, & non antequàm facinus admitteret, dementè, atque insanum fuisse: vult, Orestem, antequàm materno sanguine manus contaminaret, insanū fuisse, nò ex scelere insaniam natam esse, vt poetæ fabulantur: qui faciunt Orestem, Athamantè, & ceteros matricidas, in tragœdiis à Furiis agitari, earumque tædis ardentibus perterrerî. sed M. Tull. in orat. in L. Pisonem, & orat. pro Rosc. Amerino negat illa esse credenda de Furtis, ac facibus, atque sua quemque fraude, suo facinore, suo scelere, sua audacia, de sanitate, ac mente deturbari: hæc esse impis assiduus, domesticusque Furiis: hæc esse impiorū flammæ, tædæ, & facies, sic ferè Æschines orat. *χ' Ἰμάρχῃ, in extrema. Μη γὰρ οἴεσθε, ὦ Ἀθλωνοῖ, τὰς τῶν ἀδικημάτων ἀρχὰς ἐπὶ θεῶν, ἀλλ' ἔχ' ὑπὸ ἀπ' ἑαυτῶν ἀσελγείας γινέσθαι, μὴδὲ τὴν ἠσθενηκότα, καὶ ἀσθενῆ, καὶ τὸ μὴδὲν ἰκανὸν ἠγείσθαι, τὰυτὰ πληροὶ τῶ ληψήρια τὰυτὰ ἐπακροσθήματα ἐμβιβάζει. τὰυτὰ ὅτιν ἐξέσθω πρὶν ἢ τὰυτὰ ὄψεσθαι τοῖς νόμοις, σφάττειν τὴς πολιτίας, ὑπηρετεῖν τοῖς τυράννοις, συλχεταλέειν τ' ἀθῆμον.* id est, *Nolite enim existimare, Atheniensium, iniustorum, et audacium facinorum principia à Diis, non à petulantibus hominum improbitate nasci: neque impios, et sceleratos homines Furiarum tædis ardentibus agitari, atque excruciarî, sed profusa et prorupta corporis libidines, ac voluptates: astra, et immensa cupiditates, hæc sunt, quæ terras omnes latronibus, et grassatoribus complent, hæc nauibus piraticis maria infesta reddunt: hæc ab unoquoque pœnas repetunt, hæc inuentum impellunt, atque hortantur, vt ciuicis trucidet, vt tyrannis inferuiat, vt populi libertatem opprimat, et c. ex tragico- rum fonte manauit illud Virgilianum lib. 4. Æn. Aut Agamemnonius scenis agitur Orestes Armata facibus matrem, et serpentes atris Cum fugit, ultriciesque sedent in limine Diræ.*

B & ceteros matricidas, in tragœdiis à Furiis agitari, earumque tædis ardentibus perterrerî. sed M. Tull. in orat. in L. Pisonem, & orat. pro Rosc. Amerino negat illa esse credenda de Furtis, ac facibus, atque sua quemque fraude, suo facinore, suo scelere, sua audacia, de sanitate, ac mente deturbari: hæc esse impis assiduus, domesticusque Furiis: hæc esse impiorū flammæ, tædæ, & facies, sic ferè Æschines orat. *χ' Ἰμάρχῃ, in extrema. Μη γὰρ οἴεσθε, ὦ Ἀθλωνοῖ, τὰς τῶν ἀδικημάτων ἀρχὰς ἐπὶ θεῶν, ἀλλ' ἔχ' ὑπὸ ἀπ' ἑαυτῶν ἀσελγείας γινέσθαι, μὴδὲ τὴν ἠσθενηκότα, καὶ ἀσθενῆ, καὶ τὸ μὴδὲν ἰκανὸν ἠγείσθαι, τὰυτὰ πληροὶ τῶ ληψήρια τὰυτὰ ἐπακροσθήματα ἐμβιβάζει. τὰυτὰ ὅτιν ἐξέσθω πρὶν ἢ τὰυτὰ ὄψεσθαι τοῖς νόμοις, σφάττειν τὴς πολιτίας, ὑπηρετεῖν τοῖς τυράννοις, συλχεταλέειν τ' ἀθῆμον.* id est, *Nolite enim existimare, Atheniensium, iniustorum, et audacium facinorum principia à Diis, non à petulantibus hominum improbitate nasci: neque impios, et sceleratos homines Furiarum tædis ardentibus agitari, atque excruciarî, sed profusa et prorupta corporis libidines, ac voluptates: astra, et immensa cupiditates, hæc sunt, quæ terras omnes latronibus, et grassatoribus complent, hæc nauibus piraticis maria infesta reddunt: hæc ab unoquoque pœnas repetunt, hæc inuentum impellunt, atque hortantur, vt ciuicis trucidet, vt tyrannis inferuiat, vt populi libertatem opprimat, et c. ex tragico- rum fonte manauit illud Virgilianum lib. 4. Æn. Aut Agamemnonius scenis agitur Orestes Armata facibus matrem, et serpentes atris Cum fugit, ultriciesque sedent in limine Diræ.*

C aut Agamemnonius scenis agitur Orestes Armata facibus matrem, et serpentes atris Cum fugit, ultriciesque sedent in limine Diræ.

A CTVM] agitatū: impulsulum: vt oda 6. epod. *Agam per altas aure sublata niueis.*

QVAM IN MAT. IVG. FERR. TER.] id est, quàm matrem ferro necauit. sic Virgil. lib. Æn. 9. *atro tepesctta cruore Terræ, torisque madent.* ibid. *et fixo ferrum in pulmone tepesct.* Ad hæc rem pertinet nescio cuius poetæ versus, quem profert Carisius lib. 1. vbi de cōmunibus syllabis

disputat. *Tūne Clytemnestra scdasti viscera ferros?* **E** MALÈ TVTÆ MENTIS] parum tutæ mentis, id est, furioso. non enim tutum est sese furioso committere.

VOCANDO HANC FVRIAM] hanc videlicet Electram. hic locus sumtus est ex Euripide in Oreste. *Μέθες μὲ ὄσα τῶν ἐμῶν Εὐρινύων. Μέσον μὲ ὄχμαλζεις, ὡς βάλῃς εἰς τέρταρον.* id est, *omitte me tu, quæ vna es mearum furiarum. Medium me tenes, & portas, vt in Tartarum deijcias.*

HVNC, ALIVD] hunc autè, videlicet Py-ladem, alio nomine appellat, quo nomine bilis atra eum appellare iussit.

SPLENDIDA] referendum ad atræ bilis naturam, quæ splendida est, vt docet Galenus *ἀπὸ αἰτίας συνπιπλω. β. γ. Μέλαινα χολή φιληνότερα αὐτῆ τῷ αἵματος ὄσιν, ὡσπερ καὶ ἡ ἐκ νεκρῶς θαλάττης ἀσφάλτος, ἢ ἰσθαλίῳ ὀνομαλζοσιν,* id est, *atra bilis splendidior est ipso sanguine: quemadmodum & bitumen, quod ex mari mortuo nascitur: quod Iudaicum nominat. Idem lib. 4. ἀφορ. xiii. Μέλαινα αἵματι μεμελασμένη ὀξυπλήσια φέρεται, ἀσφόντοτα τῷ κεχύσθαι καὶ μὴ πεπηγέσθαι, καὶ ἀσφένειο. Μέλαινα δὲ χολή καὶ τῷ κεχύσθαι χωρὶς τῆς πεπηγῆς, καὶ τῷ φίλῳ τὸ μέλαν, ἐπὶ δὲ δακρυώδες εἶναι, καὶ ἀσφένειος, ἀσφένειον τε καὶ ζυμοῦ τῷ γλυκῶν ἔσθαι ὑπάρχει τοῖς μέλαισιν.* id est, *atramenta ei sanguini, qui niger factus est, similia dicuntur esse: cum eo differant, quòd fundantur, neque con crescant, quomodo sanguis. Atra bilis autem his in sanguine nigro differt, & quòd ita liquida sit, vt non concrecat, & quòd splendida sit, & mordax instar aceti: prætereaque terram glubat, ac fermentet: quorum nihil in atramentis inest.*

PAUPER OPIMIVS] hominis auari ingenium sub Opimij cuiusdam persona pulchrè describit, pauperem autem argenti dicit, quia eo vti vel nequibat, vel non audebat, ne quid de acervo detraheret, nève deminueret, sic Od. 16. lib. 3. *Magnas inter opes inops.*

POSITI INTVS] domi conditi: *ἔδδον κειμένους.* **VEIENT ANVM]** vinum tenuissimum, viliissimum, pessimum denique à Veiento oppido.

CAMPANA TRVLLA] fictili poculo: alij æneo. suprâ faty. 6. lib. 1. *Campana supellex.* trulla genus est vasis, seu poculi vinarij, vt declarat hic locus apud M. Tull. quarto lib. accus. *Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi, trulla excavata cum manubrio aureo.* vide Varron. lib. 4. de ling. Lat.

LETHARGO] veterno, vt sup. diximus.

HVNC] Opimum lethargicum, seu lethargo oppressum, seu veternosum.

ERICIT] veterno oppressum, atque afflictu excitat.

ADDIT ET ILLVD] addit orationem ad factum medicus. nam nihil sanè locutus erat. sic

A infrà eadem faty. & unum Quidam magnum ad- dens, unum me supposito morti, &c.

HÆC AVFERET] sic habent omnes libri veteres: vulgati autem, hoc.

MEN' VIVO?] Mene vivo, auferet heres? (inquit Opimius ager.)

HOC AGE] in hanc curam incumbere (inquit medicus): huic rei da operam assiduam: totum studium tuum ede confer, vt conualefcas, & viuas. nam hæc verba, hoc age, cam, quam dixi, vim habent, vt & alibi ostendemus.

QVID VIS?] quid vis faciã? (inquit Opimius.)

DEFICIENT INOP. VENATE] destituent te inopem (inquit medicus) venã, nisi cibo vireis relictis, & recreabis. Lucret. lib. 4. Hic igitur vireis rarefcit corpus, & omnia subruuntur natura, dolor quam consequitur rem. Propterea dicitur cibum, vt suffulciat artus, Et recreet vireis interdatus, atque patiente per membra, ac venas vt amor obturet edendi. in vno cod. manuscripto legitur Destituent inopẽ, quam scripturam non sum secutus, vt suppositã.

SYME HOC PTISANAR. ORYZÆ] πτωσαν, seu πτωσαν geminatio & pulvis genus est ex farina hordeacea. veritatem fit & ex aliis frugibus. docent autem medici, hordeaceam omnium esse saluberrimam, atque ad concoquendum facillimam. nam quæ ex oryza constat, cum copiosius alar ægrum, quam plerunque vires ferre queant, tum ventriculum prægravare solet. ptisanarium nomen est & πτωσαν à ptisana, quasi pusilla ptisana. Accipiendum est autẽ ptisanar nomen hoc loco, non pro oryza succo, qui in potionẽ præbeatur, cuiusmodi hodie fieri cõsuevit ex hordeo, in qua nihil inest præter aquã, & hordei cremorem: sed pro pulve, in qua solidæ partes ipsius oryzae maneat, quæ detur in cibũ.

QVANTI ERYTAE?] quærnt Opimius quanti emta sit oryza, morbo & fame moriturus potius, quam affeis octo in salutem, & vitam æquo animo infumtus. emta autem patrij casus est, numeri singularis.

OCTO ASSIBVS] octussis numero singulari, & asses octo, vnum sunt, aut certè idem valent. itaque sic loquuntur Latini, ptisanam octusse emi, numero singulari, id est, octo assibus. Quod si quis ita loquatur, emi octussibus numero multitudinis, ineptè loquatur, nisi cum hac adiectione, verbi gratia, duobus, tribus, quattuor, &c. octussibus. duo octusses autẽ sedecim assis valent, & ita deinceps. Tccirco scripturam vulgatã reiici, vt corruptam, & ineptam. mihi suffragantur aliquot veteres cod. in quibus in nomine octussibus u non vacabat litura. ex qua feci coniecturam, scriptum fuisse initio off assibus: deinde ab aliquo audaciore, quam doctiore, factum esse octussibus. as autem principio nummus erat libralis æreus, & per L scriptum notabatur, valebãtq; quattuor nostros Turonen seis: vnum Marketum Venetum. Itaque felterius, qui duos assis & semissem valet, per duo LL & S à veteribus nota-

batur hoc modo LLS, vel iis litteris linea trauer E sa notatis: vel sic, ILS. vt pluribus verbis ostēdemus annot. ad illũ locum, Dum sep̃e donat sfer-tia, ep. 7. lib. 1. non vt hodie, idq; insciēter, LLS

EHEV: QVID REPERT MORBO, &c.] quid refert (inquit Opimius) vtrũ morbo, nempe lethargo, pereã, an furtis, ac rapinis? mul- to certè mihi optabilis esse debet morbo perire, quã furtis, & rapinis: quasi hoc significet Opimius, tãti emere oryza, esse sua furto amittere, suisque bonis spoliari. sine igitur me, ò medice, (inquit Opimius) morbo extingui, & interire. tantam enim impensam æquo animo ferre nõ possum. morte mihi longè grauius, atq; acerbis est, mea sic diripi, & compilari videre.

PEREA MQVE RAPINIS] ita reperi scri- ptum in quattuor codicibus calamo exaratis, vno Vatic. Rain. Card. Iann. Tornef. non, vt in vulgatis, pereã me?

QVID? SI QVIS NON SIT AVARVS,] nunc incipit docere alios præterea esse stultos, & insanos, quã avaros: neque eum, qui non sit avarus, continud esse sanum: quem admodum non efficitur ex eo, si quis non sit cardiacus, vt benè valeat, cum sint alij quamplurimi corporis morbi. vnã autem colloquitur Horat. & Damaspus hoc loco. quærnt enim Hor. respõdet Damaspus?

NON EST CARDIACVS] qui sunt cardiaci, supra abhinc non longè, diximus.

CRATERVM] medicum, de quo M. Tull. lib. 12. epist. ad Att. commouet me Attica, est assen- tior Cratero. & Persius saty. 3. venienti occurrit morbo. Ecquid opus Cratero magnos promittere mōteis? hu- ius seruum scribit Porphyrius Tyrus lib. 1. & Σποχης τὸν ἐμφύλιον, morbo inusitato affectũ, cum medicamenta non prodesse, vipera piscis in formam figurata, & ab eo vorata, sanum factũ.

Verba Tyrj hæc sunt, Κρατὴρ τὸ ἰατρικὸν οἰκίτης ἔξω ἔειπεσάν γνησματο, τὸν σαμβὸν Σπίτρασιν λαβύσων ἐκ τ' ὄσαν, τοῖς μὲν φαρμακίοις ἀφέ- ληται ἔδεν ἰχθύος δὲ τρῶσων, ἐχίϊ σκευαδέν- πι, καὶ βρωθῆντι διεσώθη, τ' σαρκος συσκευαθεισης. i. Crateri autẽ medici seruus nouo & inusitato morbo affectus, nempe carne ab ossibus diuulsa ac distracta, pharmacis quidẽ nihilo melius se habuit: sed vipera in piscem conformata, & comesta conualuit, carne de integro conglutinata.

RECTE EST IGITUR] i. valẽne igitur hic ager, & cardiacus nõ sit: & de lectulo surget?

NEGABIT] medicus Craterus.

QVOD LATVS, AVT RENES M. T. A. C.] ep. 6. lib. 1. silatus aut renes morbo tetatur acuto. morb' acut' est, aut quia vel citò hominẽ exanimat, vel citò periculo vacat: aut quia tãquã gladius, seu telũ, corpus ægri dolore quasi tráfluerat: ex quo etiam à Latinis telũ appellatur. Sciremus. Est ea vis morbi, quod telum nominatur. Cum subito dolor insanus furit incitus astu. ὀξεία νόσος etiam à Græcis appellatur. Celsus lib. 4. cap. 6. sed interdum id malum intra dolorem est, sique modò tardè

A tardè modò celeriter soluitur: interdum ad perniciem quoque procedit, oriturq; acutus morbus, qui pleuriticus. [al. πλευριτις] à Græcis nominatur. De renũ morbis legito eundem Cels. eod. lib. cap. 10.

I'MMOLEAT AVTIS HIC P. L.] qui nõ est periur' .i. qui periurio rem nõ auget, neq; fordidus est, videtur habere deos Lares sibi propitios, æquos, amicos, placatos. Quare meritò debet eis, vt ab infania liber, porcũ immolare, gratiasq; agere: verũ est ambitiosus, &c. Porcũ ab infanis, & furiosis immolari solitũ esse, declarat iocuos Plautinus Menæchm. quibus hic pretiũ venient porci sincere? nummum à me accipe. iube te priari de mea pecunia. nam equidem insanum te esse certò scio. iam à Laribus Larũ dicuntur, à laruis laruat, id est furiosi atque insani. Ob hanc fortasse causam infani Laribus sacrificare iubebantur, vt eum placarent. Alij hanc causam afferunt. Mania Larum mater, aut aua est, siue à Manibus dicitur, qui idem sunt & Lares, siue Σπὸ τοῦ μά- νεσθαι, quod est insanire, siue, Σπὸ τῆς μάου, quod est rarum, & remissum, siue ἀπὸ τῆς μανῆ- θου, quòd solitudine delectentur. Cũ igitur Larum mater sit Mania, quæ infania dea est, atque iccirco Lares & Mania templum commune, aramq; communem habeant, non immeritò etiam sacra habent inter se communia, & ab infanis cõmuniter placantur. Porcus autẽ potissimum Laribus immolabatur, quia Lares, Grundales dicebantur, Romãq; publice Grundales erant cõstituti, & cõsecrati ob eam porcã, quæ triginta pepererat, vt docet Nonius. Arnobius lib. 1. aduersus Gẽteis, Melioris fuit causa qui Grũ duleis adorant Lares. Sios locutios, Libentinos, quã sumus nos omnes, qui deũ colimus rerum patrem? &c.

B] de mea pecunia. nam equidem insanum te esse certò scio. iam à Laribus Larũ dicuntur, à laruis laruat, id est furiosi atque insani. Ob hanc fortasse causam infani Laribus sacrificare iubebantur, vt eum placarent. Alij hanc causam afferunt. Mania Larum mater, aut aua est, siue à Manibus dicitur, qui idem sunt & Lares, siue Σπὸ τοῦ μά- νεσθαι, quod est insanire, siue, Σπὸ τῆς μάου, quod est rarum, & remissum, siue ἀπὸ τῆς μανῆ- θου, quòd solitudine delectentur. Cũ igitur Larum mater sit Mania, quæ infania dea est, atque iccirco Lares & Mania templum commune, aramq; communem habeant, non immeritò etiam sacra habent inter se communia, & ab infanis cõmuniter placantur. Porcus autẽ potissimum Laribus immolabatur, quia Lares, Grundales dicebantur, Romãq; publice Grundales erant cõstituti, & cõsecrati ob eam porcã, quæ triginta pepererat, vt docet Nonius. Arnobius lib. 1. aduersus Gẽteis, Melioris fuit causa qui Grũ duleis adorant Lares. Sios locutios, Libentinos, quã sumus nos omnes, qui deũ colimus rerum patrem? &c.

NAVIG. ANTICY.] vt purgetur veratro, seu elleboro. inuirt ambitiosum alio genere insaniam in sanum esse, quã avarum: quia hic nunquam vtatur bonis quã sitis: ille sua largiatur, & profundat, vt honores à populo obthineat.

QVID ENIM DIFF. BARATHRONE] quantum ad insaniam attinet, nihil interest, vtrũ quis sua profundat, an suis abstineat, vt alienis, aut sacris. Vterque enim est insanus. barathrum locum fuisse altitudine immensã, in quem nocẽtes, & malefici demittebantur, notum est.

CANVS I] Canusij, oppidi nomen est, de quo supra fat. 5. lib. 1.

NATIS DIVISSE DVOBVS] corrupe- rant hunc locum insolentes, & audaces quidam homines, supposituerantq; didisse, planè vitiosè, & contra auctoritatem codicum non solim anti- quorum, & calamo exaratorum, verũ etiam typis excusorum melioris notæ. diuisse autem rectũ est, dictumq; vt promissè apud Carullum. Aut facere ingenua est, aut non promissè pudica, Anstlema, fuit. & apud Terent. produxe, & similia exempla bonis scriptoris vitata: ex quibus collegimus nonnulla supra ad faty. v. lib. 1.

TVNOMENTANVM] Tu Aule, ne No-

mentanum sequerere, verus sum . Erat autem E Calsius Nomentanus profusus nepos: vt supra diximus ad faty. viii. lib. 1.

TVNESEQUERERE CICYT.] tu Tiberi, ne sequerere Cicutam, sordidissimum, atque auarissimum, cumini sectorem, & feneratorum:

QVAREPER DIVOS OR. VTER- QVY PEN.] sic epist. 7. lib. 1. Quod te per Genium dextramq; deosq; penateis, Obsecro &c.

TVCAVENE MIN. TV, &c.] hic Oppidius duos habebat filios dissimileis admodum moribus, & natura: in Aulo enim indoles quãdam inerat præsignificatrix largitionis futura, & profusionis: Tiberius contrã ad parsimoniam, atque auaritiã natura factus videbatur. Pater igitur vtriusque ingenio perspecto, & cognito, vtilia vtrique præcepta dat, quibus naturæ vitium temperare, atque ad mediocritatem inflectere queat. Aulum monet, ne rem à patre acceptam largitione, & profusione minuat: Tiberium, ne immoderata parsimonia, & nimio lucri studio augeat. Cephalus ille apud Platonẽ lib. 1. de rep. quærnti à se Socrati, qualis fuisset χρηματισ- ης, id est, quantum studij adhibuisset in pecunia quærenda, & in faciendã re, respondet se mediũ fuisse χρηματισ- ην inter auum, & patrem. Aũ enim tanto ferè patrimonio à maioribus suis accepto, quantum ipse nunc possideat, multo mai' fecisse, atque auxisse: Lysaniam autem patrem rem, quam acceperit, aliquanto minorem, quã nunc sit, fecisse: sibi verò satis esse, si liberis non pauciora quidem, sed aliquantulo plura, quã acceperit, relinquat. verba Platonis sunt hæc, si quis forte magis delectatur Græcis, quã Latinis, præferim nostris. μέσος τις γάρ ονα χρηματισ ης τῆς πάτρως, καὶ τῆς πατρως, ὁ μὲν γὰρ πάτωος τῆ, καὶ μὲν ἀνομοσ ἐμοῖ, χεδόντι, ὁ σὸν ἐγὼ νῦν ἔσταν κείνημει, καὶ βραχύνων, πολ- λάκις ποσάτην ἐποίησε. Λυσανίας δὲ ὁ πατῆρ, ἐπὶ ἐλάττω αὐτῆν ἐποίησε τῆ νῦν ἔσται. ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ, ἐάν μὴ ἐλάττω καταλίπω τῆ τοῖσιν, ἀλλὰ βραχύνει πινὶ πλείω, ἢ παρέλαβον.

NATVRA COERCET.] quia modico cõ- tenta est. H

TITILET] ne vos gloriæ dulcedo alliciat ad petendos magistratus. μὴ ὑμῶς γὰρ γαλιζῆ- tralatio est.

AMB0.] antiquũ pro ambos. sic M. Tull. epist. ad M. Fabium Gallum lib. 7. præter duo nos, loqui- tur isto modo nemo. nam ita habent codices emen- dati, tum excusũ, tum calamo scripti. sic & Virg. Æn. xi. si duo præterea tales Idæa tulisset Terra vi- ros. sic supra faty. vii. lib. 1. duo si discordia vexet inerteis.

INTESTABILIS] Intestabilis est is, cui nemo iure cogitur testimonium dicere: cui testeis nulla sua in re adhibere licet. nam cui Rom. in- columi capite, & fama licebat testimonium iis denuntiare, quos sciret aliquid compertum ha-

A bere earum rerum, de quibus quæreretur, aut cōtrouersia esset. licebat ei & testeis omnibus in rebus, quas agere vellet, adhibere: ex quo natus est iocus ille apud Plautum in Curculione. *semper curato nescis intestabilis. Quid amas, ama testibus presentibus.* intestabilis illo loco, valet sine testibus. Sed ambigē dictum est. propter eā autem quod testamentum non nisi aliquot testibus presentibus fieri potest: iccirco, qui sunt intestabiles, testamentum facere non possunt, cum eis testeis in suis rebus adhibere non liceat. Atque eadem ratio ne ad testamentum quidem, quod quis alius facere velit, adhiberi possint: quod auctoritate Vlpiani comprobatur. Nam id senatusconsultum, quo decretum est, vt damnatus ob carmen famosum, sit intestabilis, sic interpretatur, vt dicat, ei neque testamentum facere licere, neque ad testamentum ab altero adhiberi.

B SACER] exsecrandus. vt sup. Od. vii. epod. *sacer nepotibus crnor.*

IN CICERE, A TQVE FABA] ædiles & ambitiosi homines solebant Florilibus, vel in annonæ caritate id genus legumina vel populo vititum metiri, vel vulgò spargere. M. Tull. *frumētaria nunquam tam grati hi se quimodij, Qu. Hortensii fuissent: quos tu, cum ad mensuram tam exiguam rationem populo Ro. in capita descripsisses, gratissimum omnibus fecisti. Caritas enim annonæ faciebat, vt istuc, quod re paruum videbatur, tempore magnum videretur.* Ego tamen hæc Horatii verba de iis, quæ spargebantur in vulgus, & de missilibus accipiēda esse arbitror: quauis traditum sit Milonem tria amplissima patrimonium in delinienda plebe consumsisse, & P. Craſsum populo Rom. epulum præbuisse, ac treis minas in singula ciuium capita distribuisse. sed hæc Horatiana, sunt referenda ad superiora tempora.

LATVS VT IN CIRCO SPATIERE] vt sis ædilis, vt præsis ludis, vt in Circo multis antē euntibus, & turbam summouentibus, ambulans. sup. Od. xvi. lib. 2. *Non enim Gazæ, neq. consularis summouet liberos miseros tumulis Mentis &c. Latrus autem excudendum curam quinque codicum auctoritate fretus, duorum Vatic. Ian. Fabr. Tor. nesiiani, Clericani, Nicotiani, & aliorum: interpretorque ita, vt dixi, listoribus turbam summouentibus. alij referunt ad togæ latitudinem, at amplitudinē, vt sup. Od. 4. epod. *cū hūter vlnarū togæ.* AVT AENEVS VT STES] aut vt tibi statua anea ponatur. sic loquuntur &, Græci. *ἱστῶσθαι χαλκῆν*, statuæ aneæ honore affici: & *ἱστῶσθαι χαλκῆν*, erigere alicui statuum aneam.*

NVDVS AGRIS, NVD. P. I.] spoliās te agris, & pecuniis à patre acceptis p.

SCILICET VT PLEVSVS] scilicet vt populus Rom. tibi eodem modo applaudat, quo modo Agrippæ applaudere solet.

ASTVTA INGENVVM VVLPES IMIT. E.] quid tā dissimile, quàm vulpes leonibus: Illa imbecilla, hic valentissimus: illa dolis, hic

viribus confidit, plerique tamen vbi pellis leonina non satis valet, vulpinam adhibent, nitunturque & viribus & dolis. quod fecisse L. Syllam accepimus, eique benè processisse videmus. Sed insigniter ij stulti sunt, qui cum ingenio, & solertia locum aliquem inter suos ciuicis obtinere possint, viribus simulatis, potentiaque specie ostentata, cum superioribus, atque illustrioribus viris malunt contendere.

NE QVIS HVMAſSE VELIT] Inducitur nunc nouus dialogus, nouaq; disputatio inter priuatum aliquē, & plebeium, & Agamemnonem: cuius hæc summa & sententia est, reges, & principes, & huiusmodi personas claras, & illustres ob speciem gloriæ inanem multa quotidie peccare, immania scelera suscipere, denique vehementer insanire. Totus autem hic locus ex

Sophoclis *Aiace* adumbratus est, apud quem, cū *Aiacem* sua ipsius manu interfectū *Teucer* tollerere, vt sepeliret, conaretur, interueniens *Mene-laus* Agamemnonis iussu, verat *Aiacis* corp⁹ loco mouere propter eā, quod (inquit ille) cū speraretus eum belli adiutorem, & nobis amicum vnā nobiscū venisse dūmo, comperimus re quartā inimicum nobis fuisse Troianis ipsis acriorē: qui vniuersi exercitus cædem meditatus, noctu nos adortus est, vt armis opprimeret. Quod si quis Deus hūc eius conatum non compressisset, (inquit) nos in eius locum indignissima nece affe-

cti iaceremus: iste autem viuere. at nunc Deus immortalis istius contumeliam, petulantiamque à nobis in oueis, & greges auerit. Quapropter nemo est quantumuis viribus præstans, & pol-lens, qui corpus eius sepultura afficere audeat: sed omnino in arena proiectus, ac prostratus mergis, & reliquis auibus maritimis escam suo corpore, pabulumque præbebit. Sed præstat Sophoclis versus ascribere. *Μεν. Οὐτος σε φωνῶ. πῶνδ' ἔνεκρον χερσῶν Μὴ σπυριμύειν, ἔλλ' ἔαν ὅπως ἔχει. Τεῦ. Τίνος γάρ ἐν ποσσὶδ' ἀνήλωσας λόγον; Μεν. Δοκῶντ' ἔμοι, δοκῶντα δ', ὅς κ' ἄρα κεν σπῶντ'. Τεῦ. Οὐκ ἔν' αὖ ἐπτοίς, ἰούτῃ ἀπίου παρθεῖς: Με. Οὔ γ' ἔνευ' αὐτὸν ἐλπίσαντες οἰοσθεσθαι Ἀγεῶν Ἀχαίους ἑυμμελῶν τε καὶ φίλων, Ἐξέυρομεν ἑγὼ τῶντες ἐχθρῶν Φρυγῶν. i. M. Heus tu: te appello, hoc cadaver ne manib⁹ humo tollito, sed vt est humi positus, relinquito. T. quam-obrem tantam orationem consumsisti? M. Ita mihi visum est, ita à toto exercitu decretum est. T. Non igitur dices quæ vos causa impulerit? M. Quia, &c. reliqua supra sunt à nobis Latine red-dita. Idem facit postea Agamemnon: cui fortiter in os aduerfatur, & resistit *Teucer*, quoad *Vlysses* clamore, & iurgio exaudito adueniēs mitigatus iam, ac placatus in *Aiacem* mortuū, *Agamemnonem* quoq; flexit, atq; exorauit, vt *Aiace* sinneret sepeliri. *Atrida* autē hic casus vocatiuus latin⁹ est, alioqui produceretur: vt *Anchisa* apud *Virg.* lib. 3. *Æn. Coniugio Anchisæ veneris dignate superbo.* ad quem lege *Seruium*.*

H

A REX SVM] rex sum, inquit, *Mene-laus*. Quare licet mihi pro meo iure, quicquid libet, & iubere, & vetare: & pro ratione, mea est voluntas. describit personā *Regiæ*, orationēq; imitatur. talia sunt illa, si te se secundo lumine hic offendero. Præter rogatum si loquar: seu non loquar.

NIL VLTRA QVÆRO PLEB.] verba sunt eius, qui quæres hæc dixerat, *Ne quis humasse velit, &c.* cui cum *Agamemno* nihil aliud respondisset, quàm se regē esse, neq; causam facti sui attulisset: sic vicissim excipit ille, nihil vltrā quæro, ego, qui plebeus sum. Itaq; ab iis dissentio, qui hic legi volūt, nil vltrā quære plebeius, quasi etiā hæc verba sint *Agamemnonis*. *Agamemnon* tamē, quasi orationē perpetuā, subiugit. *Equam rem Imperitio* &c. proinde quasi dicat, non solum quia rex sum, id, quod feci, probari debet, verum etiam, quia rem æquam impero.

DI TIBI DENT CAPTA, &c.] hæc sunt ex *Homero* ferè expressa *ἱλιάδ. a. Ὑμῶν μὲν θεοὶ δῖον ὀλύμπια δώματ' ἐχούσας. Εκπέρουσσι Πριάμοιο πόλιν, ἐδ' οἴαδ' ἰκέσθαι.* hic igitur plebeius primū *Agamemnoni* bene precatur, & quidem illi precatur, & exoptat id, quod scit ei esse optatissimum: deinde rogat, liceatne quædam ex eo quærere: postremò quærit quæ putat esse querenda. *redducere* excudēdem curauit omnibus fere codicibus antiq. fretus.

ERGO CONSVLÈRE, ET MOX RESP. LIT. C.] id est, ergo licebitne mihi & interrogare, & responderē? Videtur tractari ab iis, qui iurifconsultos consulēbant, & ab eorum more. solebant enim ita ab illis quærere, licet consulere?

CVR AIAX HER. AB ACH. SEC.] Cur *Ajax* vno *Achille* inferior iacet insepultus, qui toties Græcos in maximas angustias redactos seruauit? *Homerus* *ἱλιάδ. β.* *Aiacem* *Telamonium*, de quo nunc verba facimus, testatur omnium Græcorum fuisse longè fortissimū, quamdiu *Achilles* iratus prælio abstinebat. Illū enim *Aiaci* præstitisse, sic *Hom.* *Ανδρῶν δ' αὖ μέγ' ἄριστος ἔην τελαμώνιος Αἴας, Οὔφ' Ἀχιλῆος μῦθον ὁ γὰρ πολὺ φέρτατος ἦεν.* Erat igitur ab

D *Achille* secundus. Quin etiam ipse *Vlysses*, cū apud inferos idduo. λ. *Aiacis* vmbra vidisset solam, aliarūque cœtum fugientem, & etiam tum indignantem, atque iratam propterea, quod *Græci* *Achillis* arma *Vlysi* potius, quàm sibi ad iudicassent, optat vt, si fieri possit, ne in illo certamine superior *Aiace* fuerit, quia talis vir propter eam victoriam excesserit è vita, qui & forma corporis, & rebus gestis (inquit *Vlysses*) ceteris *Græcis* omnibus antecellebat, vno *Achille* excepto. sic *Vlysses*, cuius grauissimum testimonium esse debet. *Αἴαντ' ὅς περὶ μὲν ἑδός, πέριδ' ἔργα πέτυκτο τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμείνονα Πηλεΐωνα.* Idem *Vlysses* cadē de *Aiace* prædicat apud *Sophoc.* his verbis. *Ἀλλ' αὐτὸν ἔμπασις ἔτ' ἐγὼ ποιοῦνδ' ἔμοι Οὐκ ἔν' ἀπιμάσασμι αὐτ', ὥστε μὴ λέγειν Ἐν' αὐτῷ ἰδῆν ἄριστον Ἀργείων, ὅσοι Τροίην ἀφικόμεσθα, πλὴν Ἀχιλ-*

λέως. id est, *Veruntamen* nolim *Aiacem*, quamuis mihi inimicum atque infestum, huiusmodi contumelia afficere, vt negem eum vnū à me visum esse omnium Græcorum, qui ad bellum Troianum venimus, fortissimum, *Achille* excepto. Eodem pertinet illud *Pindari* *Νεμ. ἐδ. ζ.* de *Aiace*, *δν κρᾶτιστον Ἀχιλλῆος ἄτερ, μάχα ξανθῷ Μενελάω δὲ μαρταρομίμοισι βούσι ἐν ναυσι πῶρευσαν εὐθροσῶν Ζεφύροιο πομπῶν παρῶς Ἰλίου πόλιν.* id est, quæ præclarissimum ac fortissimum *Achille* excepto *Zephyri* recta regione flātis (spiritus) profœquentes ad vrbem Troiam nauibus celeribus detulerunt, vt flauis *Meneclai* vxorem prælio recuperaret, atque in patriam referret.

PUTRESCIT] *πύθεται.* *Hom.* *ἱλ. λ. πύθεται: οἰωνοὶ δὲ αὖτις πλέεις, ἠδὲ γυναικῶν:* id est, *Putrescit*, aues autem circū eum plures sunt, quàm mulieres. *Putrescit* autem, id est, iacet insepultus, neque humatur, neque ei terra iniicitur. Hac de re lege, si tibi commodum est, quæ supra à nobis annotata sunt ad illum locum oda 28. li. i. *licebit* *Iniecto* ter pul. curras. quibus hæc adde ex *Ennio* in *Cresphonte*: *Neque terram iniicere, neque cruentam Conuestrice mihi corpora licuit, Neque misera lauere lachryma salsum sanguinem.*

TO TIES SERV. CLAR. ACH.] Cū alibi, tum in defensione nauium maxime virtus *Aiacis* apparuit, atque enituit: qui ceteris ferè *Græcis* omnibus metu perterritis, atque in fugā versis, solus *Hectotis*, & Troianorum impetum tardauit, ac repressit. quod narratur ab *Hom.* *ἱλ. ο.* Præterea apud *Sophoclem* in ea, quam dixi, tragædia, præclara *Aiacis* à *Teucro* exponuntur facinora his versibus. *Οὐ μνημονεύεις Σοκράτ' ἔδδεν ἦν ἴχα. Εργῶν ποθ' ἡμᾶς ἔπος ἐγκληλῆσ- μύθους Ἡ' δητὸ μὲν δὲν ὄντας ἐν τρωσπῆ δδρὸς Ερρύ- σαιτ' ἐλθὼν μῆνος; &c.* quorū hæc ferè sententia oblitū sine eis illius temporis, cū vos intra munitiones, & vallū inclusos, profligatos iam, & in extremum discrimen adductos, ac verfa solus hic liberauit, ac seruauit, transtris quidem nauium iam incendio conflagrantibus, irruptente autem in nauis, fossis superatis, *Hectore*? quis hæc propulauit? nonne hic erat, qui has res gefsit, quem ais ne pedē quidem visquam contulisset? **H**

GA V D. V T P O P. P R. P R.] expressum ex *Homer.* *ἱλιάδ. a.* *Ἐκεν γηθήσασσι Πριάμοιο, Πριάμοιο τε παῖδες, Ἀλλοιο τε τῶος μέγα κεν κερχραροῖατο θυμῶ. tale est & Virgillanū illud sub persona *Sinonis*. *iam dudum sumite pænas. Hoc Ithacis velit, & magno mercentur Atrida.* Iterum *Hom.* *ἱλ. β.* *Οὐτῶο δη οἰκόν δὲ φίλων ἐς πατρίδα γαῖαν Ἀργεῖοι φεύζονται ἐπ' εὐρέα νᾶ τα θαλάσσης? Καθ' ἔδκεν εὐχολῶν Πριάμοιο, καὶ τῶσσι λίπτοιεν Ἀργεῖων ἔλθων, id est, itane domum in patriam terram fugientem *Græci* nauigantes? gloriandi autem materiam *Priamo* & Troianis relinquent *Argiuam Helenam*? &c. quæ exempla eod maxime valent, quod omnes, qui modò sapiunt ac prudenter sentiunt, operam dare solēt, ne quid admittant, quod & inimicis voluptatē**

A afferat, & amicis acerbum sit, atque iniucudum. quod sibi euenisse lamentatur Theognis. Οἱ μοι ἐγὼ δὲ φιλῶς, καὶ δὴ κατὰ χροῖα μὲν ἐχθροῖς. Τίς δὲ φίλοισι πῶτος, δεῖλὰ παθὼν, γενόμευ. id est, hec mihi, infelix ego homo: ludibrio & laticitiae fui inimicis: amicis autē dolori calamitate accepta. Et Aristoteles rhetor. i. καὶ ὄλως δ' οἱ ἐχθροὶ βόλωνται, ἢ ἐφ' ᾧ χαίρουσι, πᾶν τι πῶτος ἀφίλιμους φωνεῖται· δι' δ' εὐερίται: ἢ κεν γιθῆσαι παρὰ μὲν, id est, Et omnino contrarium eius, quod inimici volunt, aut quo latentur, utile videtur. Quapropter pulchre illud ab Homero dictum est, Gaudeat haud dubie Priamus. Et Demosthen. in orat. περὶ τῶν ἀποπροσβ. oracū quoddam profert, quod monet, nihil esse committēdum, quamobrem gaudeant inimici. φησὶ δὲ γε ἢ καλὴν αἰεὶ δῖον, ὅπως μὴ χαίρουσιν οἱ ἐχθροὶ, ποιεῖν, eodem pertinet illud Hesiod. ἐργ. καὶ ἡμ. Πᾶσι μάλ' ἀμοιβῆς ἰδῶν, μὴ γένοιτο χροῖατα γήμης, id est, omnia valde circumspiciēs, ne vicinis laticitiam praebeas vxorem ducens: seu ne vxorem ducas, ex qua vicinis, qui te oderunt, laticitiam praebeas.

M I L E B O V I V M] hac dicuntur hic ab Agamemnone. eadem loquitur Menelaus apud Soph. quem locum supra produxi: & item Vlyses his verbis, Εφθαρμέναι γὰρ ἀρτίως ἐρίσσοιο ἀεὶ ἀπάσας, καὶ καλῆς αἰσῶν ἰδῶν. Εκ χάρους, αἰσῶν πομπῶν ἔπιτάταις: id est, pecora omnia modò interfecta, & necata reperimus vnā cum pecorum magistris, mille ouium, autem, id est, mille oueis. talia sunt illa, quae profertur Gellius lib. 1. cap. 16. & Macr. lib. 1. Saturn. ex bonis & probatis scriptoribus, M. Tullio, Quadrigario, Lucilio, mille hominum, mille nummum, mille passuum.

I N S A N V S] Cū in iudicio illo, & disceptatione armorum Achillis nemo prater Vlysem cum Aiace contenderet, ceterique ei omnes cederent, Aiace in iudicio discessisse ab Vlyse victum, armāque Vlysi adjudicata fuisse, atque ex ea iniquitate Aiace in credibili animi dolore affectum in furorē incidisse cum multi auctores litteris, & memoria prodiderint, tūm ea de re pulcherrima extat ea, quā saepe iam commemoravi, Sophoclis tragædia, quae inscribitur

D Αἷς ματινοφόρος, Pindarus quoque Nem. εἰδ. η. ostendens, quanta vis sit callida, & artificiosa orationis, dicit, Græcos eloquentia Vlysis, non aequitate, aut veritate rei adductos Vlysem Aiace prætulisse. Εχθρὰ δ' ἀρα παρφασις ἐν καὶ πάλαι, ἀμύλων μύθων ὀμοφυτος δολοφραδῆς κακοποιὸν ἐνείδης· ἀ τὸ μὲν λαμπρὸν βίαται, τὸν δ' ἀφάτων κούδος αὐτῶν ἐσθρόν. id est, Sed nimirum odiosa olim quoque eloquentia erat, bladorum sermonum socia, fallacium cogitationum plena, opprobrium maleficum: quae id quidem, quod clarum & splendidum est, per vim deprimunt: eorum autem, quae sunt obscura, decus victum attollit.

I N C L Y T V M V L Y S S E M] in eadem tragædia Ajax Palladi, quid fecerit, roganti, respō-

det se Vlysem domi habere vincum eo confilio, vt eum domus interioris columnæ astrictum, flagellis ad necem cadat.

E T M E N E L. V N A M E C V M] eo ipso in loco Ajax percunctanti Palladi non solum fatetur, verum etiam, vt gloriosum quiddam prædicat, se sanguine Græcorum ferrum tinxisse: in eis autem Agamemnonem, ac Menelaum interfecisse. Αἴη. ἢ καὶ τὸ εὖς Ἀπελάσασιν ἢ χμασαι χέρα; Αἰ. Ὡς ἔπατ' Αἰατ' οἰδ' ἀπὸ μῶσιν ἐπὶ Αθῆν. Τεθνασιν αὐδρες, ὡς τὸ σὸν ζυῶν ἐγὼ.

T V C Ū M P R O V I T V L A] Verba plebeij. Cū Græci Aulide detinerentur aduersa tempestate, neq; vlla eis nauigandi facultas daretur, Agamemnon partim Chalcantis responso adductus, partim ambitione impulsus filiam suā Iphigeniam simulatione nuptiarum domo ar. F

conficitat Dianā immolare instituit: quam Diana ad Tauros vsque ductam, cerua in eius locū substituta eripuit. Agamemnon apud Euripidem in ea tragædia, quae Iphig. in Aulide inscribitur, sic de hoc Chalcantis responso, suoque consilio loquitur. Ηθροισμὸς δὲ καὶ ζυῶντος στρατῶ ἠ' μὲν ἀπὸ λῶας, ῥεθῶν δὲ καὶ Αὐλίδας, Χάλκας δ' οὐ μόντις ἔπαρσι κεχρημένος Ἀνείλεϊ Φιγόνειαν, ἐν ἑσφῶ ἐγὼ, Ἀρτεμίδι θυσαί τῆ τὸδ' ὀκῆσιν πέδον. Καὶ πλὴν τ' ἐσοθῶν, καὶ κατὰ σπῆρα φρυγῶν Θύσαισι, μὴ γύσαισι δ' ἐν εἰναί τῆδε. id est, congregato autem, & vnū in locum contracto exercitu, sedebamus, nauigandi facultatem non habentes ad Aulidem. Chalcas autem vates, consilij inopia laborans, respondit oportere me Iphigeniam, filiam meam, Dianā, quae huic solo praefertur, immolare: quod si Iphigeniam immolaremus, & nauigandi facultatem nobis fore, & Phrygum euerfionem: sin minus, ea, quae nunc sunt. Apud Sophoclem autem in ea tragædia, quae Electra inscribitur, Clytemnestra ab Electra accusata, quod virum suum interfecerit, sic respondet, atque hac sui facti defensione vitur: quia ille filiam suam solus Græcorum mactandam praebere nō dubitavit. verba Sophoclis sunt haec. Ὡς ἐξ' ἐμῶ τῆτηκεν, ἐξ' ἐμῶ, καλῶς ἔξοιδῶ, τὸν δ' ἀμύτως ὄρε ἐν ἐστὶ μοι. Η γὰρ δὴ καὶ νῦν εἶλεν. ὄρε ἐγὼ μόνῃ ἠ' ῥεθῶν σ' ἀρῆγεν, εἰ φρονεῖς σ' ἐπίχρατες. Ἐπεὶ πατὴρ ἕτος σῶς, ὃν θρηνεῖς αἰεὶ, τῆν σὴν ὀμῆμον μῆνιος Ἐλλήνων ἐτλη Θύσαισι θεοῖσιν. id est, me interfecitum esse praclarè scio, neque negare possum. Iustitia enim eum de medio sustulit, non ego sola: cui te opitulari oportebat, si saperes. Nam pater iste tuus, quem semper luges, tuam sororem solus Græcorum diis ausus esse immolare. At Pindarus, quasi res in dubium veniat, quærit vtrumne dolor ex Iphigeniae filiae nece susceptus Clytemnestram, vt virū interficeret, impulserit, an nocturnae adulteri blanditiae: his verbis. πῶτερον νῦν ἀρ' ἰφίγνεια ἐπ' ἐρίπρω σφαχθῆσαι τῆλε πατρῶας ἐκνισε βαρυπάλαμον ὄρσαι χόλον, ἢ ἑτέρω λέχει δαμαλιζομένην ἔνυχοι πατρῶων κοίταις.

Lucretius

A Lucretius lib. 1. Iphigeniae mactandae causam in religione confert, his versibus. Aulide quo patto Triniā virginis aram Iphianassai turparunt sanguine sadē Ductores Danaūm delecti: prima virorū. Sequuntur illa deinceps aliquot versibus interpositis, Nec misera prodesse in tali tempore quibat, quod patrio princeps donat nomine regem. Nam sublata virum manibus, tremebundaque ad aras Deducta est, non vt solenni more sacrorum Perfetto, posset claro comitari Hymeneo: Sed casta incestu nubendi tempore in ipso Hostia concideret mactatu mastra parentis, Exiuit vt clasi felix faustusque daretur. Tantiū religio potuit suadere malorum. M. Tull. item stultam Agamemnonem religionem reprehendit. lib. 3. off. his verbis. quid Agamemnon? cum denouisset Diana, quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolauit Iphigeniam, quae nihil erat eo quidem anno natum pulchrius: promissum potius nō faciendū, quam tam tætrum facinus admittendū fuit.

M O L A S A L S A] farre cum sale. Fest. Mola vocatur etiam far tostum, & sale sparsum, quod eo molito, hostia aspergantur.

R E C T V M A N I M I] τὸ ὀρθόν, id est, τὴν ὀρθότητα. rectitudinem diceremus, si esset vsitata. rectum animi, id est, sanitas & constantia. sup. sat. 1. lib. 1. rectum vsurpauit nullo alio adiuncto. sunt certi denique fines, quos vltra, citraque nequit consistere rectum. rectū animi seruus? igitur, id est, tunc mentis compos es? tunc sanus es?

Q V O R S V M I] inquit Agamemnon.

I N S A N V S] quem insanum dicis fuisse. verba sunt plebeij.

V E R Ū M E G O, V T H A E R E N T E I S] hunc locum paullo antè ex Euripide, & Lucretio illustrauimus. eodem pertinent & illa ex eadem tragædia, quae respondet Agamemnon filiae mortem deprecanti. Ὁρᾶθ' ὅσον στρατεύμα ναύφρακτον τὸδε· Ἰ Καλλέων ὅπλων ἀνακτες Ἐλλήνων ὄσοι. Οἷς νόστος ὄρε ἐτ' Ἰλίου πύργους ἐπι. Εἰ μὴ σε θύσας, μαντιῶς Κάλκας λέγει. id est, vide quanta sit haec classis: quā multi Græcorum duces: quibus non licet ad Troiam nauigare, nisi te mactem, vt vaticinatur Chalcas.

D Sed quod diximus supra, Euripidem, & Eustathium secuti, Iphigeniam ad Dianā fuisse liberatam, ac sublatam, non immolatā, Pausanias quoque in Arcad. narrat ab Arcadibus idem vulgo dicitari, praeterea testatur Hesiodus Iphigeniam non esse mortuam: sed Dianae beneficio, ac munerē inferorum esse Deam, quam Hecaten appellamus. haerentis autem, id est, a ventis aduersis impeditas, & in litore iacentis.

P R V D E N S] sciens, iudicio ac voluntate: vel prudenter.

Q V I S P E C I E S A L I A S V E R I S, &c.] ex iis duobus, quae Agamemnoni plebeius, seu priuatus obiecerat, videlicet eum & diuos placasse suo, id est, filiae suae sanguine, & furiosum in eo fuisse: prius illud falsum est Agamemnon: hoc posterius negauit, se furiosum propterea fuisse.

Nunc igitur probare conatur plebeius quod ille negauerat, hoc modo. Sed mihi prius admonendus est lector, hūc locum in omnibus libris, quos quidem viderim, tum excusis, tum calamo exaratis esse corruptum: à me autem vnus litterarū adiectione restitutum. Cū enim antea ita legere, tur, Qui species alias veri, &c. ego sic emendauit, Qui species alias veris, meam coniecturam doctis omnibus approbantibus, & quod caput est, ipsa veritate, ac sententia hāc scripturā postulare. species autē aliae veris, seu aliae à veris (vtroque enim modo loquitur Latini, vt mox dicem⁹) sunt species à veris differētes, species falsae: quibus nobis occurrētibus decepti falsae, & praua pro rectis, & veris sequimur, expetimus, probam⁹. sic M. Tull. off. 3. de Regulo. Is cum Romam venisset, utilitatis speciem videbat: sed eam, vt res declarabat, falsam iudicauit. ibidem. apud superiores, utilitatis species falsa ab honestatis auctoritate superata est. eadem ratione, falsa visa idem M. Tull. nominat in Lucullo, quae cū habeant quandam veri similitudinem, nos inducunt, vt falsa pro veris habeamus. Iam verò hoc genus loquendi, aliud verò, aut aliud à vero, Latini est vsitatum: vt docuimus in annotationibus nostris in lib. 1. Aristot. de morib. ad Nicom. ex quibus licet (opinor) nobis exempla in hunc locum transferre. M. Brut. epist. ad M. Tull. lib. 2. Nos ab initio spectasse vtrum, nec quicquid aliud à libertate communi quassisse, exitus declarat. aliud à libertate, id est, diuersum, discrepans, & differēs à libertate. Tibull. lib. 3. eleg. 4. Hoc tibi coniugium promittit Delius ipse, Felix: hoc alium desine velle vtrum. hoc alium, id est, alium ab hoc, alium quā hunc. sic enim & emendat, & explicat M. Muretus mihi assentiens. Atque ita loquuntur Græci. Plato in Menone. ἄλλο ἐπισημῶς, aliud à scientia. Aristot. rhetor. 2. τὸ γὰρ δεινὸν ἕτερον ἔλεγεσθαι. id est, horribile enim aliud est à miserabili. & de morib. ad Nicom. lib. 10. ὁ φίλος ἕτερος ὢν τῷ κολακῶς. id est, amicus cū sit alius ab assentatore, &c. Idem lib. 5. ἢ γὰρ τὸ δίκαιον ἐστὶ σωφροσύνη, ἢ τὸ ἐπιεικὲς ἔχει, εἰ δικαῖος ἄλλος, ἢ εἰ ἀμφοῖν σωφροσύνη, ταύτων ἐστὶ. id est, aut enim iustum non est bonum, aut æquum non, si aliud est à iusto: aut si ambo iusta sunt, idem sunt. Item Plato in Parmenide. ὅπως εἰδ' ἐν ἑτῶς εἶη ὁ, περὶ ἐστίν, ἐν, ἀλλ' ἕτερον ἐνός. id est, itaque ne sic quidem fuerit vnū, quod est, sed aliud ab vno. & in eodem dialogo iterum, ac sepius. Idem in Sophista. ὁμοιωρία ἕτερον ἀρετῆς. id est, improbitas aliud est à virtute. & Horat. epist. ad Quintilianum lib. 1. Ne ve putes alium sapiente, bonoque beatum. Idem ad August. lib. 2. Edicto vetuit ne quis se, prater Apellem, Pingeret, aut alius Lyfippo duceret ara. Ita igitur probat, Agamemnonē furiosum esse. Qui species alias veris, id est, vt diximus, à veris differētes, seu non veras, & praeterea sceleris tumultu permistas, id est, cum scelere coniunctas capiet, commotus habendus est, & furiosus. at tu secutus es speciem religionis falsam, &

A cum scelere coniunctam, tum cum filiam tuam Diis immolare instituiti, quasi eos eius sanguine placaturus, & tuae classis secundum exitum, faustamq; nauigationem ab illis impetraturus. furiosus igitur fuisti. Porphirio quidem quamuis aliquantulum sit corruptus hoc loco, vt & multis aliis locis, meam coniecturam, meamq; interpretationem adiuvat, & confirmat. sic enim ille, *qui concipit animo species falsas, et vera non videt, is vemens est.* Postremò in cod. Tornef. quamuis hic locus sit itidem corruptus, tamen his verbis explicatus est: *species veritati dissimileis.* Quòd autem simius quidam, indignus, qui à me nominetur, nuper scripsit, nihil hic esse mutandum & quia scriptum sit in omnibus libris manuscr. *alias veri*: & quia tale sit hoc *alias veri*, quale apud Lucr. *aliena salubris*, nã ille valde desipit. Nam primum lōge dissimilis significatio est vocis *alienus*: deinde longè alia structura. dicunt enim Latini, *alienus vero*, à vero, *veris*: & *alius vero*, *alius à vero*: nunquam autè *alius veri*. Tum verò *aliud à vero*, seu *aliud vero*, est id, quod est vero dissimile, seu quod non est verum: *alienum à vero* autem, quod est contrarium & inimicum verò: quemadmodum apud Lucretium, *aliena salubris*, dicuntur inimica salutis, pestifera, & letalia: apud Horat. autem *species alia à veris* dicuntur, aliæ quàm veræ, differentes à veris, & ita non veræ: & apud eundem in illo versu, *Néne putes alium sapiente, bonoque beatum*: *alius sapiente*, & bono dicitur is, qui alius est, quàm sapiens & bonus: seu alius præter sapientem, bonumq;. Denique non potest dici aliud iis de rebus, de quibus alienum, neque alienum de quibus aliud, in eandem sententiam. Verbi gratia, consuetudo aliud quiddam est à natura, non tamen alienum est à natura. Vulgò enim dici solet, consuetudinem esse alteram naturam. Ars aliud est à natura: sed non est alienum à natura. dicere enim solemus, artem imitari naturam. Equum & bonum, id est, ἰδὲ πικρὸς, aliud est à summo, seu scripto iure, non est tamen alienum à summo iure: sed est melius, quàm summum ius. Sexceta alia exempla similia proferre possum. Sed hæc pauca sint instar multorum. Fui autem ea causâ paullo longior, vt comprimerem quorundam impudentiam, qui cum sint in lingua Latina peregrini atq; hospites, quasi Romæ cum Varrone, ac Cicrone vixerint de hac lingua magno supercilio sententiam pronuntiant, & ceteros, qui in ea bonam partem ætatis consumserunt, arroganter & fastidiosè tertio quoque verbo damnant.

A I A X, I M M E R I T O S D V M O C C.] licet legere huc verum sine interrogatione, vt sit concessio, hoc modo: demus, Aiace desipere interea dum agnos immeritos occidit: tu cum scelus admittis, id est, cum filia sanguine manus tuas cruentas ob titulos inanis, sanæ mentis es? & videtur argumentum esse à minori, hoc modo: si Ajax infanus habetur eò quòd agnos iugu-

lauerit: quanto tu infanior, qui filiam tuam maculaisti ambitione adductus: licet & interrogando pronuntiare. Aliquot libri veteres habent, *cum occidit*. quam scripturam magnopere probo.

S C E L V S A D M I T T I S.] filiam occidit. scelus enim eadem semper aliquam, aut impietate continet, vt alibi admonuimus. patriam prodere: parentes violare: Deos contemnere: hominem, qui non læsit, & ciuem occidere, scelus est.

S T A S A N I M O I.] idem valet, quod illud superius, *Rectum animi seruus?* Esne compos mentis? minimè verò.

E T P V R V M E S T V I T I O.] expers vitij, mendosè nonnulli cōiungunt nomen vitio cum voce tumidum. purum iunxit cum patrio casu Oda. 22. lib. 1. ibi *scelerisque purus.*

C V M T V M I D V M E S T C O R P.] tale est illud M. Tullij Tusc. lib. 3. *Itaque non insitit Heracleotes Dionysius ad ea disputat, que apud Homerum queritur Achilles, hoc (vt opinor) modo. Corque meum penitus turgescit tristibus iris, cum decore, atque omni me orbatum laude recorder. Nam manus affecta rectè est, cum in tumore est? aut num aliquod membrum tumidum, ac turgidum non vitiosè se habet?* sic igitur inflatus & tumens animus in vitio est. Sunt autem verus illi Homerij, quos M. Tullius Latinos fecit, ex ἰλ. 1. *Αλλά μοι οἰδὲν περὶ κραδίη χόλωρ, ὅσπ' ὅτ' ἐμὲ ἐν Μνήσομαι, δὲ ἀσφίλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξε.*

S I Q V I S L E C T I C A.] aliud argumentum à minori.

P V P A M, A V T P V P I L L A M.] sic habet nonnulli codices calamo exarati, quos ego secutus sum. nam vulgata quidem scriptura, *Rufam, aut pusillam*, quæ reperitur etiam in nonnullis veteribus cod. mendosa est, cum prima syllaba nominis *pusillam*, sit breuis. circumfertur & hæc *Rufam, et Rufillam*, quam non improbo. pupus autem idem; quod puer: ex quo pupulus & pupillus. Catull. ad Caton. *Deprendi modo pupulum puellæ Trusantem.*

I N T E R D. H V I C O M N E A D I M. I V S P R.] prætor ei interdicit suorum bonorum administrationem, tanquam furiosus, & det curatorem bonis. sed quid opus est prætoris interdicto, cum lex ipsa interdicit, vt mox dicemus?

E T A D S A N O S A B E A T T V L. P R.] tutelam posuit pro curatione. nam prætorie tutelam appellant iuriconsulti, qui dantur pupillis: curatorem, qui puberibus, vsque ad ætatem 25. Datur etiam prodigis, & furiosis curator: sed nõ ita, vt puberibus. bonis enim eorum datur, non ipsis, seu personis, quemadmodum ex pandectarum libris intelligere licet. vestabant autem XII. tabulæ furiosum dominum esse rerum suarum. earumq; curatio ad illius gẽtileis, & propinquos pertinebat. Cornificius lib. 1. ad Herenn. *si furiosus exsistit [aliàs esse incipit,] agnatorum, gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto.* Columella lib. 1. cap. 3. scribit, Catonem dicere solitum, eum, qui

A agrum coleret nec salubri cælo, nec fertilem, velut commotæ mentis ad agnatos, ac gentileis esse deducendum. sic & Varro lib. 1. de re rustica. *Qui salubrem locum negligit, mente captus est, atque ad agnatos, et gentileis deducendum.* Iustinianus Institutionum iuris ciuilibus lib. 1. Tit. de curat. furiosis quoque, *et prodigi, licet maiores vigintiquinque anni sint, tamen in curatione sunt agnatorum ex lege duodecim tabularum.* Quòd si desint propinqui, dantur curatores à prætorè, vt supra epist. 1. lib. 1. *Nec medici credis, nec curatoris egere. A prætorè dati.*

Q V I D ? S I Q V I S N A T A M.] sic legendum est, & ita habent libri calamo exarati, non, vt vulgati, *quòd si quis,*

M V T A.] ἀλόγως, vt idem saty. 3. lib. 1. *Mutum et turpe pecus*, homines significans quasi mutos, id est orationis & rationis expertes ante inuentura sermonis vsum.

I N T E G E R E S T A N I M I.] vt supra ead. sat. *Integer est mentis.* &c.

H I C S Y M M A E S T I N S A N I A.] sic restitui ex libris manuscr. Nam vulgati omnes habent, hęc est summa inf. planè inconcinne, atque incompositè.

Q V I S C E L E R A T V S.] qui sceleratus erit, idem & furiosus erit.

Q V E M C E P I T V I R. F.] qui fama populari ducitur, quæ fragilis, & leuis est, hic & furore concitatus est. Vitream posuit pro fragili: Od. 17. lib. 1. pro pellucida, aut splendida, aut marina, quia vitri color, aquæ coloris similis sit.

H V N C C I R C V M T. G A V D. B E L L. C R.] id est, hic infanus & mente captus est. *Circumtonnit*, id est attonitum reddidit, seu ἐμβρόσιντος. Nam interdum tonitru homines de gradu, & statu mentis deturbat. Bellona Martis soror, sacerdotibus suis, & suorum sacrorum cultoribus bonam mentem adimebat, ita vt destitit gladiis cruenti circumcurrerent. Festus. *Bellona dicebatur dea bellorum, ante cuius templum erat columella, quæ bellica vocabatur: supra quam, hastam iacebant, cum bellum indicebatur.* significat, Agamemnonem populari fama adductum & bellum Troianis intulisse, & filiam suam mactauisse, ideoque furiosum esse.

N V N C A G E.] nunc docet, luxuriosos quoque, & asotos insanire.

V I N C I T E N I M, S T V L T O S R A T.] sic loquitur saty. 3. lib. 1. *Nec vincet ratio, tantumdem vt peccet, idemque,* &c. Nonnulli libri veteres habent, *Vincet.*

H I C.] Nomentanus, aut quiuis alius ei similis.

E D I C I T, P I S C A T O R V T I, P O.] edicere est palam, & clarè, & veluti pro imperio dicere. Terent. *Enucho. miles, nunc adeò edico tibi: Ne vim facias vllam in illam.* Virg. *Æn. 3. sociis tunc, arma capestant. Edico.* Itaque dicitur edicere pretores, & consules, cum proponendum in publico, vel publicè prædicandum, ac proclamandum, curant quid sint obseruaturi, vel quid fieri ve-

lint, vel aliud simile. hic igitur luxuriosus nepos E simul atque amplissimi patrimonij heres factus est, atque hereditatem adiit, edicit vt piscatores, aucupes, vnguentarij, coqui, cupediarij, lenones, scurræ, & id genus deliciarum, ac libidinum ministri, sibi præstò sint, domumq; veniant. Ad hæc quæ hinc ab Horatio dicitur, pertinet illud, quod dicebat Diogenes Cynicus, prodigos & nepotes sicibus in loco edito & præcipiti natis esse similes, quia, quemadmodum harum fructibus non homines vescuntur, sed corui & vultures: ita & profusorum ac nepotum bonis non viri boni, sed assentatores, lenones, meretrices, & tales pestes fruuntur.

T V S C I T V R B A I M P I A V I C I.] homines, qui emunt, vt pluris reuendat, id est, παλιπλάστοι. Plaut. in Curculione, *in Tusco vico ibi sunt homines, qui ipsi sese venditant.* turbam Tusci vici impiam, id est, periuram, sceleratã, Deorũ contentricem, nominat, propterea quòd hoc genus hominum nihil proficiat, nisi strenuè mentiat, & peieret, alij lenones malunt significari, qui omnium maximè sunt periuri, atque impij, quod videtur verius. sequitur enim mox *Verba facit leno.* Iam vnde appellatus sit vicus Tulsus, docet T. Lilius lib. 2. & Varro lib. 4. de ling. Lat. & Seruius ad illum locum Virg. *Æn. 5. Tres equitum numero turrima vbi hunc locum profert.*

C V M S C V R R I S.] scurræ sunt ζωολόχοι, parasiti, qui risum mouet diuitibus pabuli causa.

F A R T O R.] à faciendo factores appellati, qui sarcimina sciunt.

C V M V E L A B R O.] Velabrum, locus Romæ à vehendo dictus, quòd cum paludibus mons Auentinus à reliquis esset distinctus, eò ex vrbe, quadrante soluto per paludes illas aduehebantur. Alij à velis, propterea quòd viam, quæ è foro ad hippodromum ferebat, velis obtendere solebãt. In eo habitabãt vnguentarij, vt vult Porphyrius.

M A C E L V M.] macellum dictum vel à voce Græca μάγειρος paucis litteris immutatis, vel à Macello quodam, qui exercebat in vrbe latrocinia: quo damnato censores, Æmilius, & Fuluius, statuerunt, aut vt in domo eius obsonia venderentur: aut vt ex eius pecunia locus publicus obsoniis vendendis accommodatus extrueretur. sic fere Varro lib. rerum Romanorum, & Plutarchus quæstion. Róm.

A C C I P E Q V I D C O N T R A.] quidam libri veteres habent, *Accipe quid contra hæc et c.* Accipe autem, id est audi, seu cognosce. sic Virg. lib. 2. *Æneid. Accipe nunc Danaum insidias.* notat Seruius ad illum locũ, *da Tityre nobis, in Tityro.*

Æ Q V V S.] placidus, facilis, assentans huic lenoni, æquissimo animo orationem lenonis audiens. est enim hæc vis huius nominis interdum, vt sæpe antea admonuimus.

I N N I V E L V C A N A.] alloquitur venatorem, dormis sub dio, ἀστροκοιπέτης. supra Od. 1. lib. 1. *manet sub Ioue frigidus Venator.*

A T V P I S C E I S] hęc oratio habetur ad piscatorem.

H I B E R N O E X A Q V O R E] ex mari piscis euerris tempore hiberno. hieme piscaris, quo tempore difficilior, laboriosior, periculiosior denique est piscatio. Scriptura, quam in quattuor codic. manuscriptis, vno Vatic. Rain. cardin. Iann. Tornes. reperi, *hiberno ex aequore verris*, ita mihi, & omnibus viris doctis, quibuscum communicauit, probata est, vt temperare mihi non poterim, quin ita excudendum curarim: quamquam vulgatam *vellis* non damno. à verbo verendi autem euerriculum esse nominatum, retis genus, quod, quicquid piscium nactum fuerit, euerrit, docet Nonius: citatq; locū illum Cicer. ex orat. de signis. *quod vnaquam iudices, huiusmodi euerriculum illa in provincia fuit?*

D E C I E S] decies centena festerium nummum millia.

T I B I T R I P L E X] triplum: & ita fortasse legendum. lenonem alloquitur.

M E D I A D E N O C T E] supra epist. ad Maecenatem 2. lib. 1. *media de nocte caballum Arripit.*

B I L I V S A E S O P I] Clodius Aesopus, Clodij Aesopi tragœdi filius, luxuriosus nepos: cui Aesopum patrem histrionem ducentes festerium reliquissē constat. Dignus planē fuit pater filio, siquidem illius patina sexcentis festeriis fuit aestimata, filius autem margaritas deuorauit.

D E C I E S] id est decies centum millia festerium nummum.

S O L I D V M] integrum, non comminutum, vno haustu.

D I L V I T] aceto macerauit, & liquefecit.

B A C A M] vnionem, margaritam. sup. Od. 8. epod. *Nec sit marita, que rotundioribus Onusta bacis ambulet.* Tradit Suetonius C. Casarem Caligulā similiter portentosissima ciborum genera esse commentum, vt pretiosissimas margaritas aceto liquefactas obforberet. Tale quiddā & de Cleopatra narrat.

N E Q V I T I A , E T N V G . P R A V O R . E T A M . G E M .] nequitia, (id est luxuria, & profuso vitæ genere) & ingenij leuitate, & studio rerum malarum simillimum. vide annot. ad illum locū,

D ad cetera pene gemelli. epist. ad Fuscum Arist. li. 1. malē enim Porphirio, si modō eius oratio est, putat gemellum positum esse pro gemellorum. Iam nequam homines dicuntur libidinosi, luxuriosi, lurcones, & voluptatibus liquefacti homines, ad nullam rem vitales, vt alibi diximus.

L V S C I N I A S] hic fit *σωφροσύνης* duarum vocalium i & a, vt alibi docuimus. hoc idem fecitasse Aesopum histrionem tradidit Plin. lib. 10. his verbis, *In patina posuit aueis cantu aliquo, aut humano sermone vocales sex nummis singulas coemtas nulla alia inductus suauitate, nisi vrin his imitationē homini manderet.*

I M P E N S O C O E M .] impensio pretio coemtas: magno pretio comparatas.

Q V O R S V M A B E A N T S A N I ?] id est, E nonne sit absurdum, si iudicentur, aut censentur sani?

C R E T A , A N C A R B O N E N O T A N D I ?] laudandine sunt, an vituperandi? in tribus cod. antiquis scriptum reperi, *Quorum abeant sani, vt creta, an carbone notati?* vt fortasse ita legendum sit *Quorum abeant? creta, vt sani, an carbone notandi?* verum iudicet lector potius. Vnum testabor, in omnibus libris antiquis scriptum esse notati.

A E D I F I C A R E C A S A S] hęc solent à pueris factitari. Tibull. lib. 2. elegia 1. *Turbidū vernarum saturi bona signa coloni Ludet, & ex virgine exstruet, arte casus.* Conatur autem ostendere, puerilius esse amare, viro barbato, quam hos ludos puerileis ludere.

P L O S T E L L O] plostellum, pusillum plastrum: sic sup. dixit *plustra ducenta.*

A M E N T I A V E R S E T] id est, is dicendus sit amens, vel non dubium fuerit, quin cum amētia agitet. duo cod. calamo exarati habent *amentia vexet*, quæ scriptura non est reiicienda: neque tamen admodum refert vtro modo legas, quod ad sententiam attinet.

S I P V E R I L . H I S R A T I O E S S E E V I N .] admonitum lectorem velim, libros omnes vulgatos esse corruptos, in quibus hęc scriptura inuenerunt: sic puerilium: cum legendū sit, *si puerilius his ratio esse vincet am.* vt habet quattuor cod. antiqui, vnus Vatic. Iann. Fabr. Tornes. & item Clericanus & Nicotianus. Hoc igitur sentit Horatius, si doceo, ac peruenio rationibus & argumentis firmissimis, puerilius & stultius esse homini barbato amare, quam edificare casas, & similia: nec quicquam interesse, vtrum talem nūc, barbatus, & grandis natu scilicet, ludum ludas, qualem olim ludebas, cum puer esses trium annorum, an meretricis amore captus plores: quero ex te, si sine facturus, quod olim fecit Polemo, qui, cum antea mollissimē, ac dissolutissimē viueret, assiducq; in conuiujs, & lustris versaretur: posteaquā à Xenocrate philosopho Academico reprehensus & obiurgatus est, omisso priore illo viuendi genere, dicitur sese totum ad sapientie studium contulisse?

T R I M V S] puer trium annorum. coniugendum est autem nomē *trimus* cum aduerbio *prius*, hoc modo, vtrumque in puluere talem nunc opus ludas, quale prius ludebas, cum trimus eras. itaque tollenda est distinctionis nota, quam habent vulgati codices post vocem *trimus*, & post nomē *puluere* locanda.

P O L E M O] hanc rem sic Laërtius, *καὶ ποτε συνθέμενος τοῖς νέοις ἐσθραμαιμένος, καὶ μεθύων εἰς τὴν Ξενοκράτους ἦλθε σχολῆν, ὃ δὲ ἔδεν διατραπέσι συνεῖρε τὸ λόγον ὁμοίως. ἦν δὲ περὶ σωφροσύνης. ἀκρόν δὲ τὸ μεράκιον, κατ' ὀλίγον ἐθηράθη, καὶ ἔπεισ ἐγένετο φιλόσοφος, ὡς ὑπερβαλλόν τῶν ἄλλων, καὶ αὐτὸν διαδέξαται σχολῆν.* id est, *Et aliquando te cum iuuenibus constituta,*

A stituta, coronatus, & ebrius in Xenocratis scholam venit. Ille autem oculis immotis, similiter orationem connecebat: eratque sermo de temperantia. Adolescens autem audiens paulatim captus est: & vsque adeo fuit industrius studioque ac labori deditus, vt ceteros superaret, & magistro in schola successerit.

I N S I G N I A M O R B I] deliciarum, & amoris indicia, ornamenta amatoria: quæ statim enumerantur.

F A S C I O B A S] quibus coronæ præligabantur, seu quibus crura vinciebantur. M. Tull. lib. 2. epist. ad Attic. & Epicratem suspicor (vt scribit) lascium fuisse. etenim mihi caligæ eius, vt fascia cretata, non placebant. Idem in orat. de Harusp. ref. pō. P. Clodius à crocōta à mitra, à muliebribus soleis, purpureisque fasciis, à strophio, à psaltrio, à flagitio, à stupro est factus repente popularis. Idem in oratione in Clod. & Curionem. *Tūne cum vincerentur pedes fasciis, cum calanticam capiti accommodares, cum strophio accuratē præcingerere?* &c. Græcivocāt. tenias. Ita apud Platonem in symposio intēruenit Alcibiades ebrius, coronatus, & fasciis redimitus. verba Platonis hęc sunt, *καὶ ἐπισηνω ἔπι τὰς ἵσρας ἐσθραμαιμένον αὐτὸν κατ' ἴσιν στροφῶν δακτύλων, καὶ ταινίας ἔχοντα ἔπι τὴ κεφαλῆς σάβαν πολλὰς, &c.* & Archytas apud Stobæum declarat, fasciarū vsū ad mollitiē pertinere. *διὰ τὸ τοῦ ἔδαμῶς ἔσλδν ἔτε ἐσθῆσι πολλὰς κατασκέπειν τὸ σῶμα, ἔτε ταινίας κατελάειν.* id est, iccirco nullo modo honestum est, multis vestibus corpus tegere, neque fasciis inuoluere. Vtebantur etiam fasciis homines infirma valentidne, & qui ex morbo surrexerant, & conualuerāt, necdum satis firmi erant.

C V B I T A L] sic legendum, non *cubitale*. quāuis enim vtrumque sit Latinum, tamen *cubitale*, non patitur carminis lex. nam prima nominis focalia syllaba producitur, cum à faucibus sint appellata. est autem cubital à cubito nominatum. erat enim puluinus, cui innitebantur inter cenādum: quamquam hęc tegmentum brachiorum potius significat, quod *περιβραχιόνα*, seu *περιβραχιόνιον* Græci appellant. focalia autem solita erant adhiberi ab imbecillis ad arcendum frigus à collo, & faucibus. eisdem utebantur mulieres, mollesq; & voluptarij homines, paulum à mulieribus differētes. Quintil. lib. 11. cap. 3. *Palliolum sicut fascias, quibus crura vestiuntur, & focalia, & aurium ligamenta, sola excusare potest valetudo.*

C O R O N A S] quibus utebantur in conuiujs & comotationibus, vt alibi ostendimus. Plaut. in Menæchm. *Non ego te modō hic ante adeis cum corona floreā vidi Asture?* Idem Amphit. *spectatores, vobis spectantibus Capiam coronam mi in caput: asinulabo me esse ebrium.* Idem Afinar. *Posis, si forte accubantem tuū virum conspexeris, cum corona amplexū amicum si videas cognoscere?* lege annotata ad locum illum necēdendis apium coronis. Od. 11. lib. 4.

C O R R E P T V S] libri aliquot veteres habēt

correctus. quod magis probō: & ita excudi iusse. Eram. potest tamen recepta scriptura ferri.

M A G I S T R I] Xenocrates, M. Tull. de finib. lib. 5. *Hic Xenocrates, hic eius auditor Polemo.* Fuit autē Xenocrates, continentissimus: de quo cum Lais meretrix aliquando sponsonem fecisset, *ne eum ad suos amplexus pelliceret, atque adeo perperelleret, & sub noctem metu simulato ad eum confugisset, vt apud illum totam noctem manendi, & cum eo cubandi causam probabilem, seu necessariam potius haberet: ille eam quidem domum recepit, & secum cubare passus est: sed ne tantillum quidem cōmotus est. qua re comperta cum ij, qui cum ea sponsonem fecerant, quasi sponsonem victa, pecuniam stipulatam flagitarent: repondit illa, se de homine, non de lapide, sponsonem fecisse.*

P O R R I G I S I R A T O P .] confert iterum amatorem cum puero.

A G I T V B I S E C V M , E A T , A N N O N] totus hic locus ex Eunuchō Terēt. ferē ad verbū expressus est, vbi sic Phædria, *quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem cum arcessor vltro? an potius ita me comparāem, non perpeti meretricum contumelias?* Exclusit, reuocat. *redeam? non si me obsecret.* imitatus est & Persius saty. 5. *Nunc ferus & violens: at si vocet, haud mora, dicat. Quidnam igitur faciam? nec nūc cum arcessor, & vltro supplicat, accedam?* in versū Horatij, *Exclusit, reuocat, redeam? non si obsecret:* subintelligendum est, *me, vt sit integra oratio, qualis est apud Terent. non si me obsecret. agit porro restitui auctoritate nouem codic. antiq. adductus, vnus Vaticanus, Rain. Card. Tornes. 2. Nicot. 2. Russard. Cleric. mei: agit secum autem, id est, loquitur secum. nam qui loquitur, agit, vt infra annot. ad epist. 2. lib. 2. versū 3. *Tibure vel Gabijs, & tecum sic agat.* &c.*

Q U E R E S N E C M O D V M H .] sic Terent. *Here, qua res in se neque consilium, neque modum habet vllum, eam consilio regere non potes, &c.*

S I B I N I H I L O P L V S E X P L I C I T] Terent. *Nihil plus agas, quam si des operam, vt cum ratione insanas.*

P I C E N I S] saty. proxima, *Picenis cedunt pomis Tiburria succo.*

G A V D E S , S I C A M E R A M] Quid? (inquit) cum tu excerpens semina ex pomis Picentinis, gaudes si quo casu camerā. i. testum in curuitate formatū, vt exponit Festus, percussisti? *penes te est?* id est, *ēsne mētis cōpos? professō non es, gaudes, igitur, nempe quasi ea res significet, omnia tibi læta, & secunda in amore euentura. Atque hunc locum ita esse intelligendum argumento erit id, quod à Iulio Polluce lib. 8. cō capite, in quo conuiuiorum lusus enumerat, traditum est. Epi. τὸ γυναικῶν τὸ σπέρμα τῶν μιλίων, ὅσα ἐγκριται τοῖς μίλοις ἐθδῶν, ἀκροῖς τοῖς σπέρματις τῆς δεξιάς δύο διακλύοις συμπίεζοντες ἐπι διάβροχον καὶ ὀλιθῆρον δι' εἰ τῶς ὑψος πηδύσειον, ἐσθμει-*

H

A ποτο τοῦτω τῶν εἰνοῖα τῶν ὀδῶν τῶν παιδικῶν, &c. id est. Præterea semē malorū, seu pomorū, quod inest in intimis eorum partibus, summis primis duobus manus dexteræ digitis cōprimentes adhuc madidum, & lubricum, si ad laquear, aut cameram subsiliisset, ex eo significari putabant, puellarum suarum erga se benevolentiam, &c. Alij simpliciter intelligunt, significare Horatium, sani hominis non esse, tempus contemere ita mittendis, & exprimendis in cameram feminibus: quod ferè facere solemus cūm cerasa edimus: neque tamen iccirco extra mentis potestatem esse dicimur, maximè si in regno nostro id faciamus: aliud agere fortasse, & operam ludere videri possimus.

B Quid? CUM BALBA] hypallage est. erat enim recta locutio, Quid? cūm balbis verbis anonum palatū feris, & verberas, id est, cūm grandis natu iuuenū more puellam blandè appellas, quā sanior es eo, qui casas ædificat: feris autem reperi scriptum in quinque cod. vet. vno Vatic. Ian. Torn. Clericano, Nicotiano. alij libri habent, feris quod tamen non damno.

ADDE CRVOREM STVLTITIÆ] accedat (inquit) ad stultitiam amatoris, scelus, caedes, cruor, vt sæpè fieri solet, nempe cūm miscetur cum amore odium. Tum scilicet malum in grauefcit: tum fit insanabile, ac mortiferum amoris vulnus.

ATQVE IGNEM GLADIO SCRVTARE] idem dicit, sed obcursius, & Pythagorcorum more, ἀλλήλοφρονία, & συμβολικῶς, amor ignis est, si quis ad amoris insaniam scelus addat, dici poterit ignem gladio scrutari.

MODO (INQVAM) HELLADE PERC.] Marius quidā HELLADem impotenter amabat: à qua cūm se sperni, & contemni putaret, eam interfecit. quo facto incredibili mærore & ægritudine affectus, atque afflictus, sese è sublimi præcipit demisit. en tibi cruor cum stultitia coniunctus. Marij igitur exemplo ostendit plerumque homines ab amore ad caedem, & scelus progredi.

CERRITVS FVIT, AN] id est, fuitne furiosus & insanus, an sceleratum quidem fuisse iudicabis, & tamen insanum negabis, & sanum fuisse dices: perinde ac si dicat: quo pacto potest esse sanus, & sceleratus? an hoc dices, Mariū non fuisse insanum, sed sceleratum, distinguens sceleratum ab insano, & suo quamque rem nomine volens appellare: quod quidem ineptum, & absurdum est. nam satis probatum est, eum sanum non esse dicendum, qui sit sceleratus, & caede pollutus, καὶ μαιφῶτος; Cerritus dictum quasi Cerritus, id est, à Cerere percussus, Δημιτρεϊακῶς, νυμφόλαπτος. Itaque duæ syllabæ breues, ce & re in vnam longam coierunt. Plautus Amphit. quæso, quim tu istanc iubes Pro Cerrita circumferri? Idem in Pænulo, Ne tu opinere, haud quisquam hodie nostrum curret per vias: Neque nos populus pro Cerritis inscctabit lapidibus. Idem in Rudente, Elleborosus

D sum. G. at ego Cerritus: hunc non mittam tamen. Non. E. Marcel. Cerritos, & laruatōs dici malefanos, & aut Cereris ira, aut laruarum incurratione vexatos ait. Sed ne quis miretur, me Cerritus excudendum cutasse, liquidò confirmo sic esse scriptum in omnibus libris antiquis. Oblata occasione nō pigebit me lectori indicare Simeonis Bosij Lemouicis cōiecturā de quodam Ciceronis loco in epist. 5. lib. 8. epist. ad Attic. non longè à principio: vbi sic legitur in nostra editione, vt & in vulgata, nisi quodd versum Græcum emendauimus. Et si solet eum, cūm aliquid furiosè fecit, panitere. numquam autem [al. tamen] certior fuit, quā in hoc negotio. Nam, quod ad te non scripsissem, postea audivi, à tertio miliario tum eum esse; Πολλὰ μάλιστα κερδέσθην ἐς ἡέρα. Ἰουλιανῶσι. &c. Ille igitur pro certior fuit, legendum censet certior fuit, id est, insanior: & pro eū esse, enomuisse, &c. Versum etiam Græcum immutandum censet: in quo ab eo dissentimus. Sed hac de re aliās.

F LIBERTINVS ERAT, QVI] nunc ad superstitiones veniamus: vel, vt quidam volunt, ad eos, qui supra modum mortem extimescunt. verūm tamen potius de superstitionis sermonem nunc haberi puro, præsertim cūm testetur Porphir. libertinos ab Augusto his sacris præfuisse, & ex eo Augustaleis esse dictos.

CIRCVM COMPITA] in quibus erant Lares ab Augusto positi. Immò verò ante Augusti tempora Compitalia sunt appellati dies festi Laribus attributi. Ouid. lib. 2. Fast. qui compita seruant, Et vigilant nostra semper in ade Lares.

SICCVS] ne quis dicat eum vino madidum, & ebrium fuisse.

LAVTIS MANÈ SENEX MANIBVS] oraturi manus lauabant. præterea Hesiodus verrat illotis manibus Ioui manè libare: quoniā (inquit ille) non audiunt, sed respuunt preces. μηδέποτε ἐξ ἡγῶ. Διὶ λέβηθ' ἀποπαθῶν. Χερσὶν ἀνιπτοῖσι. μὴ δ' ἄλλοις ἀθανάτοισι. Οὐ γὰρ τοῖγα κλύουσιν ἀποπύουσιν δὲ τ' ἀθά.

ET VNUM QVIDDAM M. AD.] ad illa superiora hoc addebat, quod sequitur. addebat ad facta, hæc verba, quibus Deos orabat, vt solus à morte vindicaretur. quid potest autem mortalis à Diis petere maius, quā immortalitatem? Quidam libri manu scripti habent, & vnum, Quid tam magnum? addens: vñū me, &c. quæ scriptura sicui probabitur, videtur hæc eius esse sententia, & orabat deos his verbis, vñū me, me (inquam) vnum, morti surripite, id est, à morte vindicatem, quid tam magnum est, quā immortalitatem consequi vel sic distingue: quid? tam magnum? id est, quid? estne hoc tam magnum à diis immortalitatem consequi, cūm diu omnia possint? Diis etenim facile est, &c.

VNUM ME SURPITE MORTI] me vnum ab inferis & Orco vindicare. me vñū immortalitate donate: vel me vnum aliis omnibus superstitem esse iubete, his verbis superstitionis describi-

A describi putabat Simeo Bosius, quia quemadmodum parentes, qui totos dies deos orabant, vt sibi filij essent superstitiosus, iccirco superstitionis dicti sunt: ita hic, qui se vnum omnibus superstite esse exoptat, superstitionis est appellandus, à quo differtio. surpire autem dictum pro surripite, id est, subducite, eripite.

DIIS ETENIM FACILE EST] ex his intelligimus, hunc libertinū superstitionis fuisse. sed non videtur mihi omittendum, aut dissimulandum, quod quidam vir doctus mihi dixit aliquando in sermone: hunc libertinum non cōponi ab Horatio, vt nobis superstitionis exemplū suppediter: sed potius vt hominis nimium mortem extimescētis, mouebatur autem verbis illis, vnum me surpiti morti. Iam ne hoc quidem dubitū est, quin mortem supra modū horrere, vitiosum, & vituperabile sit. ego nihil pronuntio, & suum cuique liberum iudicium relinquo.

SANVS VTRISQVE AVR. A. O. M.] sanus toto corpore quiddē ille, sed mente nō item.

MENTEM, NISI LITIGIOSVS, EXCIP. D.] id est, mentem autem dominus in vendendo, exciperet, id est, exciperet, nisi litigare vellet, vel nisi liteis amaret. Vt hic locus autem planius intelligatur, sciendum est, venditorem mancipij, qui in vendendo, serui vitia, quæ scire debuit, & quæ non sunt in promptu, tacuit, præstare edicto adilium: videlicet, si non sit sanus siue corpore, siue animo, si fugitiuus, si fur, qua de re vide annot. ad illum locum, In scabis latuit metuens pend. hab. epist. 11. lib. 2. sed quæret aliquis, quid poterat hic à domino venire, aut omnino do minum habuisse, cum esset libertinus, vt hic dicitur: nam libertini numquam seruiant seruitutem, quippe qui essent liberti filij. (loquor autem ex eorum sententia, qui volunt inter libertos, & libertinos discrimen fuisse.) Puto respōderi posse, aut libertinum pro liberto hic esse positum: itaque cūm seruus esset venditus: ab emtore, cui vēditor in lege mancipij receperat, esse sanū corpore, & furtis, noxiisque solutum, fuisse manumissum. aut Horatium, siue potius Damasippum non dicere, hunc libertinum aliquando fuisse à domino venditum: sed hoc tantūm, si hic libertinus, seruus esset, & à domino suo vēderetur, dominum fuisse in vendendo, mentem excepturū, id est, hoc serui vitium emtori dicturum ac pronuntianturum, videlicet non esse sanæ mentis: nisi ab emtore redhibitoria actionis periculū sibi impendere vellet. Itaque significat Damasippus superstitionis non esse sanus animo: quod verum timore deorum, appellant Græci, scripsit libellum vtilissimum Plutarchus.

C hoc quoque vulgus] nempe superstitionis, vt omnes ferè intelligit: vel, vt quidam, mortem nimium extimescētis.

FÆCVNDA IN GENTE MENENI] credibile est hunc Menenium fuisse ætate Ho-

ratij quendam mente captum omnibus notum. Alij quia Dionys. Halicarnassens scribit lib. 9. in gente Menenia, fuisse consulem quendam Menenium non satis sanæ mentis, iccirco per Menenios stultos significat, alij stultos, Menenios dictos, vel à verbo Græco μέμνη, i. insanio: vel à nomine μέμνητος, i. iræ impotēs, & iracundia elatus, vel à μέμνητος: id est, frenis & habenis parēs, vt quadrupes. Ego existimaui, aliquando per gentem Meneniā, stultos idē significari, quia quæ admodum gens Menenia, fuit facunda Romæ, & multarum familiarum, ita stultorum maxima est multitudo, & vt vulgò dicimus, numerus infinitus. Sed siue hoc, siue illud, aut illud probemus, hoc dicit Horatius: hoc quoque vulgus, id est, superstitionis ponit Chrysippus in numero stultorum, qui numerus est multiplex, atq; ad eō infinitus.

I V P I T E R I N G E N T I S] alterum exemplum superstitionis.

FRIGIDA] aptissimū epithetum. nam hæc febris ab atra bili oritur, quæ frigida est. Febris autem quartana depellendæ rationem miram, & paucis fortasse inauditam, quam, cūm in Italia essem, à quodā Vmbro accipi, hic referre volo. Sumatur totum id lotium, quod æger febre vigente, seu παραχρησμού tempore semel effuderit. hoc lotio in locum aquæ, tantum farina, quantum satis sit ad exiguum panem conficiendum, temperetur, subigatur, ac pinfatur: panisq; fiat, & coquatur: coctus & refrigeratus cani masculo, esurienti, si æger sit masculina; si femina sit, præbeatur: idque ter fiat. hoc facto æger conualefcet, canis febris quartana corripierit.

ILLO MANE DIE, QVO] id est, die Iouis. Iupiter enim non alio die, quā suo, ieiunium indicit. Est autem loquendi genus poeti cum: pro eo, quod est, illo die, quo Consules, aut alij magistratus ieiunium in honorem Iouis indicunt. T. Linius lib. 36. Eorum prodigiiorum causa liberos Sibyllinos ex S. C. decemviri cum adissent, renuntiarunt ieiunium instituentum Cereri esse: & id quinto quoque anno seruandum.

CASVS, MEDICVS VE LEV.] id est, siue casus aliquis, siue medicus hunc puerum morbo leuarit, ac liberarit. in cod. Iann. Tornes. & vno Vatic. legitur casus, medicusque. non probo.

EX PRÆCIPITI] ex periculoso & ancipiti morbo: quamuis Cornelius Celsus scribat, quartanam neminem iugulare.

MATER DELIRA NEC.] mater stulta puerum existimans Iouis beneficio conualuisse, atque iccirco fevoti religionie obstrictam esse: vt se voto exsoluar, ac liberet, eum in Tiberi nudum statuet, ac necabit in Tiberi autem nudum statuet, vt puer aqua prætereūte ablutus, & viuo flumine perfusus, & ita purus, & ad sacra accedat. Virg. Encid. 2. Me bello è tanto degressum, & cade re ceteri Attrahere nefas, donec me flumine viuo Abluero QVONE MALO MENTEM CONC.]

A quo malo commota, & concitata mente: respondet, *timore deorum*. vim nominis Græci expressit, *δεισιδαιμονίας*, nam, quam superstitione appellat Latini, eam *δεισιδαιμονία* nominant Græci. quam illi pietatem, eam hi *εὐθείαια*. sed nos Galli pietatem, *δεισιδαιμονία*, id est, timorē numinis diuini appellamus, *crante de Deo*, Iudæos fortasse secuti. Iam illud, *conculsa mentem*, hellenismus est, qualia sunt illa *suspensi oculos, crineis religata*. Virg. *Æn.* 1. *Os, humerisque deo similis*, & sexcenta alia. nonnulli hæc verba, *quone malo*, ita explicant, *quoniam malo*. alij putant illud *ne abudare*, & à veteribus ornatus causa nominib. adijci solitum esse, vt *fat.* 10. lib. 1. *O scri studiū, quine puteus Difficile, & mirum, &c.* alij seruire negationi, vt hic, & inf. ead. *lat. Quantāne?*

HÆC MIHI STERTINIUS SAPIENT. OCT.] septem duntaxat numeratur totius Græciæ sapientes nobiliores, & clariores. Horatius sub persona Damassippi, Stertinium irridēs, quasi magnam, ob sapientiam, laudem meruerit, octauum ei in sapientibus locum tribuit.

DIXERIT INSANVM QVI ME, TOT. A V D.] verus dictum, & Terentianum in Andr. *si mihi pergit ea, quæ uolts dicere, ea, quæ nō uolts, audiet*. Sed superior Terentio Sophocles, hanc sententiam sic expresserit in Aiace, *Εγώ γάρ αὐδρι συγνώμην ἔχω Κλῆοντι φλαβρά, συμβαλεῖν ἐπι κείνῳ*. id est, ego enim ei ignosco, qui cum mala audierit, mala regerat. Homerus autem omnium antiquissimus sic, *ἰλ. β. Οπ ποῖον κ' ἐπηδά εἶπος, παῖόν κ' ἐπακύσους*. id est, Quale verbum mihi dixeris, tale & audies. & Hesiod. *Εἰ δὲ κακὸν τ' εἶποις, πείρα κ' αὐτὸς μείζον ἀκύσους*. id est, Si autem male dixeris, citò & tu ipse peius audieris.

ATQVE RESP. IGNOTO, &c.] id est, audiet sua peccata: uel discet sua peccata, quæ in posteriore mantica: condi solent, respicere. *Ælopus* dicebat duas vnumquemque nostrum manticas ferre, alteram à tergo, alteram à fronte: atque in ea quidem, quæ ante nos est, aliena peccata reponere: in posteriore, nostra. Hæc sic legitur Græcè apud Stobæum, *Αἰσωπος ἔφη δύο πηρας ἔλασεν ἡμῶν φέρειν, τὴν μὲν ἐμπροσθεν, τὴν δ' ὀπίσθεν: καὶ εἰς μὲν τὴν ἐμπροσθεν ἀποτιθέτω τὰ τῶν ἄλλων ἀμαρτημάτων, εἰς δὲ τὴν ὀπίσθεν τὰ ἑαυτοῦ. διὸ ἔδὲ καθορώμεν αὐτά*. Ca tull. ad Varū, *sed nō uideamus, mantica quod in tergo est*. STOICE POST DAMN. SIC] Stoice (inquit Horatius) sic tibi post damnatum quaestiofa eueniat mercatura, sic est benè precantis, vt annotauimus sup. ad Od. 3. lib. 1.

QUA ME STULTITIA] sic omnes quidem habent, quos uidi, libri. Sed iis inuitis legendum censeo, *quam me stultitiam*, &c. sic loquitur sup. ead. *fat.* huius ego vulgum Errori similem cunctis insanire docebo.

QUID CAPVT ABSQ.] quid? (inquit Damassippus) existimāsne te continuò sanum esse, si

tibi uideris sanus? Agaue, quæ Pentheum filium E discerpit, eiq; caput præcidit, sibi ne tum furiosa uidebatur? minimè uerò. sic tu tibi uideris sanus, cum sis tamen insanus, ac furiosus.

NATI INFELICIS] Penthei, quem diripuerunt, ac dilacerarunt mulieres Thebanæ bacchantes (in quibus erat & Agaue mater) propterea quòd ille ex arbore, uel (vt alij uolunt) ex edito saxo, eas sacrificatè prospicere ausus erat. Quod autem ait hic Horatius matrem Agaue caput eius abscissum tulisse, id confirmat Theocrit. *ἐῖδ' ἄγ. quod inficitur Δίνοι, ἢ Βάκχου Μάτης μὲν κεφαλῆ μνησθετο ποικίλος ἐλοιῶσα. Ὅσον περ ποικίλος τελεῖται μύκημα λεῖψης. Ἴνῶ δ' ἔρονξεν αὐτὸ ἀμοπλάτα μετὰ ἰώνμον Ἀδῆς ὅππ' ἄρα τὰ βασιλῆα. Ἄντονος ῥήμους αὐτὸς, Αἰ δ' ἄλλοι τὰ πειλοῦσα κρέα νομοῦτο γυνώκεις, Εἰς Θήβας δ' ἀφ' ἀφίοντο πεφυρμένα ἄματι πᾶσαι, Εἰς ἔρεος πένθημα, καὶ Πειθῆα φέρουσα. cetera petat lector ex ipso Theoc. atque ad eò totū eidyllion legat. quod si faciet, non mediocrem voluptatem ex lectione capiet. sed tamen superiores illos Græcos uersus totidem Latinis interpretabor. Corrupto nam capite ingentem edit Agaue rugitum, grauida quantus solet esse leona. Ino autem magni ossa humeri candentia frangit, Calcibus in ventrem insultans, quam deinde secuta est Autonoo: ast alie matres depascere carnis Reliquias, Thebasque ire omnes ore cruento, Ex illo luctum, non Penthea monte ferentes.*

EDIFICAS] ædificas sumtuosè, insolenter, magnificè.

LONGOSIMIT.] allegoria est: diuites, & opulentos, & potenties viros imitatis, cum sis tenuis, & obscuro loco natus. Erat autem Horatius parua quidem corporis statura, sed non ita humili tamen, vt ad bipedalem magnitudinem non perueniret, quod hic dicit. per breuitatem igitur staturæ, tenuitatem, & angustias rei familiaris significat, si conferantur cum opibus Macenatis & aliorum principum ciuitatis.

TURBONIS] gladiatoris: quem aiunt breui corporis statura fuisse, eundemque animosum, & pugnacem.

SPIRITVM] φρόνημα. spiritus numero multitudinis dicere solet M. Tullius.

QUIRIDICVLVS MINVS ILLO:] vel subintellige es, hoc modo, & tu idem, Turbonis spiritum & incessum corpore maiorē rides. qui minus illo ridiculus es: vel potius coniungendum uerbo *rides*, hoc modo, & tu idem rides Turbonis corpore maiorem spiritum & incessum: qui minus ridiculus, illo rides? minus ridiculus, ὧν subintell. testificor tamen me in cod. Nicot. & meo reperisse es.

VERVM EST] æquum est, par est, rectum est: vt epist. ad Macen. 2. lib. 1. *Meiri se quemque suo modulo, ac pede uerū est*. sic suprà ead. *fat.* *Dij te Damasppe, Deaque Verum ob consilium donent tonsore*. M. Tull. orat. pro Murena, *Negat uerū esse alli-*

A ci benevolentiam cibo. Idem ad Att. lib. 2. *Quid uerius, quam in iudicium venire, qui ob rem iudicandam, pecuniam acceperit?* T. Lilius lib. 32. *Ceterum & sociorum audiri postulata uerum esse*. Virg. lib. 12. *Æn. me uerius unum Pro uobis facis luere, & decernere ferro*. Terent. Andr. *Idem uerum est? immò id genus hominum est pessimum*. Homer. *ἰλ. μ. Ἄλλ' ἔχον ὄσπε πάλαντα γυνῆ χειρῆσι ἀληθῆς: Ἡ τε γαῖμὸν ἔχουσα καὶ εἰρίον ἀμφὶς ἀνέλακε*: id est, sed ita erant, seu ita se habebant, vt mulier manu uictum quærens, uera, [id est, iusta] Quæ pondus & lanam tenens, libram suspendit, seu sustollit. horum igitur uerborum hæc sententia est: an si Macenas ædificat, te quoque ædificare, & cum eo certare par est, qui tanto ei dissimilis, & tanto eo inferior es, si cum eo certes?

ABSENTIS RANÆ PVLLIS] rana exemplo, quæ sese inflando uituli magnitudinē imitari, atque assequi conabatur, deterret nos, ne potentiorum, ac superiorum cultum, magnificentiam, & splendorem æmulemur.

DENARRAT] de auget vim uerbi: vt sup. *desauit, delitigat*. & apud Terent. *de amare, de uerberare*. Sic Plaut. Trucul. *numquam Ædopol mihi quicquam homo mortalis posthac suarum uerum credidit, Ni ego uostrā hero amara facta denarrauero*.

COGNATOS] συγγενείς, fratres: quod tamē uideret *ἄκουρον*. dig uigiter, vt Porphyrio, secum natos, congeneratos.

QUANTANÆ?] rogabat tātane esset, quantā ipa esset. quidā legunt *Tantane*, quæ scriptura longè expeditior esset. eam tamen nullis in libris reperi. alij *Quantane* dictū uolunt, pro *quantānam*, vt & suprà, *Quone malo mentē conculsa?* id est, quōnam malo, quemadmodum illi explicant. alij *ne abundare*, ait ornatus causa positum dicūt: quod probabilius est.

NVM TANDEM SE INFLANS, &c.] aliquot libri manu scr. habent, *num tandem sufflans, &c.*

SIC] δεικτικῶς, vt Od. 11. lib. 2. *Cur non sub alta uel platano? uel hac Pini iacentes sic temere, &c.*

MAIOR DIMIDIO] respondet pullus.

D NVM TANTO:] subaudi, maior est: ait mater.

NON, SI TERUPERIS] non, si distumparis. *διαρραγῆναι* dicunt Græci. Demosth. orat. *πεὶ ἐσθραῖε. ἐπειδὴ ποίνω ἐκ τῆς εὐβοίας δ' φιλιστοπος ἐξηλάθη, τοῖς μὲν ὀπλοῖς ὅφ' ἡμῶν, τῇ δὲ πολιτείᾳ καὶ τοῖς νόμοις μασι, καὶ διαρραγῶσι πινες τῶν, ὅσ' ἐμῶν*. id est, posteaquam igitur eiecūs ex Eubœa Philippus, armis quidem à uobis: consilio autem Reip. administrandæ, & decretis, (etiam si quosdam istorum disruptum iri uideam) à me, &c. Virgil. in Melibœo, *inuidia rumpantur ut ilia Codro*. Propius autem ad hunc locum accedit exemplum illud ex epist. ad Macen. 3. lib. 1. *Rupit Hiarbitam Timagenis amula lingua*. Martialis, *Rumpitur inuidia quidam carissime Iuli, &c.* Sed idem Martialis lib. 10. hanc eandē

de boue & rana fabulam ad stultā cuiusdam Otacilij imitationē, ita vt Horatius, facetissimè accommodauit hoc epigrammate. *Ad lapidē Torquatus habet prætoriam quartum: Ad quartum breue rus emit Otacilius. Torquatus nitidas uario de marmore themas Exstruxit: concumam fecit Otacilius. Dissosuit daphnosa suo Torquatus in agro: Castaneas centū senit Otacilius. Consul Torquatus: uici fuit ille magister: Nec minor in tanto uisus honore sibi. Grandis ut exiguum bos ranam ruperat olim: Sic (puto) Torquatus rumpet Otacilius.*

OLEVM ADDE CAMINO] oleum camino addere, est malum alio malo cumulare, atque augere: aut malum satis graui per se materiam, ac pabulum præbere. Notat hic Porphyr. *uisus est uulgari prouerbio, oleum in incendium*. significat itaque Damassippus, Horatium suapre natura insanire: & ad eius naturale insaniam poemata accedere, tanquam pabula, quibus illa amplificetur, & maior fiat.

QUÆ SI QVIS SANVS FECIT, S. F.] si quis vquam sanus fecit uersus, tu quoque sanus facis uersus: sed nemo sanus fecit vquam uersus: nemo enim poeta sanus. Ergo, &c. alij sic. demus, aliqueñ sanum poetam reperiri: nō continuò tu quoque sanus es, cum uersus facis, non continuò sequitur, si quis sanus aliquando uersus fecit, te quoque sanum uersus facere. & hoc sensu hæc legenda sunt interrogando. sed nō est reticendum, in sex libris manuscriptis ita legi, *Quæ si quis sanus facit, & sanus facies tu.*

NON DICO HORRENDE. RAB.] prætermitto iracundiam tuam, cū rabie comparandam. sic M. Tull. lib. 4. *Tusc. Q. definitione fortitudinis aperta, quis est, qui aut bellatori, aut imperatori, aut oratori querat aliquid, neque eos existimet sine rabie quicquam fortiter facere posse? ibidem. atq; hi collocuti inter se, priusquam manum conferrent, leniter & quietè, nihil, ne in ipsa quidem pugna iracundè, rabiosè fecerunt. Quidam libri ueteres habent, Non dicam.*

IAM DESINE] uerba Horatij sua uicia à Damassippo inuitè audientis, hoc modo. Define Damassippe in me tot maledicta congerere, aut tot mea uicia enumerare.

CULTVM MAIORM CENSVM] continuans orationem Damassippus, omitto (inquit) cultum maiorem censu. significat autem his uerbis, Horatium sumtuosius & uiuere, & uestiri, quam censum eius ferat. Non dubium est autem, quin Horat. dum sibi parum parcat, aliorum uicia urbane notet, atque infectetur. huc pertinet illud epist. 17. lib. 1. *Gloria quem supra uires, & uestit, & unguis, &c.*

TENEAS DAMASIPPE TVIS TE.] id est, tuis te uitiis contineto: aliena autè ne tangito. satis multa habes uicia: noli esse in alienis exquirendis, & aperiendis curiosus. habes domi, quod agas.

MILLE PVLLARVM] Hæc quoque Nn

A sunt Damasippi Horatio libidinem, & insanos amores obijcientis. nam repetendū est *ἄνο κωμῶς* non dico.

O MAIOR TAND. PARC. INSANE] tertio Horatius iubet Damasippum finem face- re sui obiurgandi, ac reprehendendi, hoc modo: ὁ Damasippe, quæso desinas tandem tu, qui me insanior es, mihi minus insano maledicere: par- cius me obiurgato, cum tu sis me vitiosior, stul- tior, atq; in sanior. tale ferē est illud ex sat. 3. lib. 1. quid tu? Nullane habes vitia? immo alia, & fortas- se minora.

S A T Y R A 4.

VNDE, & quod Catius? non est mihi tempus, auenti

B Ponere signa nouis præceptis: qualia vincant Pythagoran, Anytique reum, doctumque Platona.

Peccatum fateor, cum te sic tempore leuo Interpellarim: sed des veniam bonus, oro. Quod si interciderit tibi nunc aliquid, repe- tes mox:

Sive est naturæ hoc, sive artis, mirus utroq; Quis id erat curæ, quo pacto cuncta tenere: Ut pote res tenuis, tenui sermone peractas.

C Ede hominis nomen: simul & Romanus, an hospes.

Ipsa memor præcepta canā: celabitur auctor. Longa quibus facies ouis erit, illa memento, Ut succi melioris, & ut magis alba rotundis, Ponere. namque marem cohibent callosa vi- tellum.

Cole suburbano qui siccis creuit in agris, Dulcior, irriguo nihil est clutius horto. Si vespertinus subito te oppresserit hospes: Ne gallina malum responset dura palato,

D Doctus eris vinam misto mersare Falerno. Hoc tenerā faciet, pratensibus optima fungis Natura est: alius male creditur, ille salubreis Æstates peraget, qui nigris prandia moris Fimiet, ante grauem quæ legerit arbore solē. Ausidius forti miscbat mella Falerno: Mendose: quoniam vacuis committere venis Nil, nisi lene, decet, leni præcordia mulso Prolueris melius, si dura morabitur alius:

Mitulus, & viles pellent obstantia conchæ, E Et lapathi brevis herba, sed albo nō sine Coo. Lubrica nascentes implent conchyliū luna. Sed nō omne mare est generose fertile testa. Murice Baiano melior Lucrina Peloris. Ostrea Circeis, Miseno oriuntur ecbini. Pectinibus patulis iactat se molle Tarentū. Nec sibi cenarum quibus temere arroget artem,

Non prius exacta tenui ratione saporum. Nec satis est cara pisceis auerrere mensa, Ignarum quibus est ius aptius, & quibus assis Languidus in cubitū iam se conuina reponet. F Umber, & iligna nutritus glande, rotundas Curuat aper lanceis carnem vitantis inertē. Nam Laurens malus est, vliis, & arundine pinguis.

Vinea summittit capreas nō semper eduleis. Fæcundi leporeis sapiens se stabitur armos. Piscibus, atque aibus quæ natura, & foret atas,

G Ante meum nulli patuit quæ sita palatum. Sunt, quorum ingenium noua tantum cru- stula promit.

Nequaquam satis in re vna cōsumere curā: Ut si quis solū hoc, malane sint vīna, labore, Quali perfundat pisceis securus oliuo. Mafica si caelo supponas vīna sereno: Nocturna, si quid crassi est, tenuabitur aura: Et decedet odor nervis inimicus: at illa Integrum perdunt lino vitata saporem.

H Surrentina vaser qui miscet fæce Falerna Vīna, columbino limum bene colligit ouo: Quatinus ima petit, voluens aliena vitellus. Tostis marcentem squillis recreabis; & Asra

Potorem cochlea, nam lactuca innat at acri Post vinum stomacho: perna magis, ac magis hillis

Flagitat in morsus resciri, quim omnia malit, Quæcumque immūdis feruet allata popinis. Est opera pretium duplicis pernoscere iuris Naturam, simplex è dulci constat oliuo:

Quod

A Quod pingui miscere mero, muriāq; decebit: Non alia, quā, quā Byzantia putruit orca. Hoc vbi confusum sectis inferbuit herbis: Coryciōq; croco sparsum stetit: insuper addes Pressa Venafrae quod bacca remisit oliuæ. Picenis cedunt pomis Tiburtia succo. Nam facie præstant. Vennucula conuenit ollis.

Rectius Albanam fumo duraueris vīnam. Hanc ego cū malis, ego fæcē primus, & alec, B Primus & inuenior piper album cum sale nigro

Incretum, puris circumposuisse catillis. Immane est vitū, dare millia terna macello: Angustōque vagos pisceis vrgere catino.

Magna mouent stomacho fastidia, seu puer vinctis Tractauit calicem manibus, dum furta li- gurrit:

Sive grauis veteri crateræ limus adhæsit. C Vilius in scopis, in mappis, in scobe quantus Consiit sumtus? neglectis, flagitium ingens. Ten lapides varios lutulentæ radere palma:

Et Tyrias dare circum illota toralia vesteis, Oblitum, quanto curam, sumtumq; minorē Hæc habeant tanto reprimi iustius illis, Que, nisi diuitibus, nequeant contingere mensis? Docte Cati per amicitiam, diuosque rogatus, Ducere me auditum, perges quocumque, D memento.

Nam quamuis referas memori mihi pecto- re cuncta:

Non tamen interpres tantumdem iuueris. adde Vultum, habitumque hominis: quem tu vi- disse beatus

Non magni pendis, quia contigit: at mihi cura Nō mediocris inest, fonteis vt adire remotos, Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ.

VNDE, ET QV D] sic orditur Phædrum Pla- to. φιλὲ Φαῖδρε ποῖ δὴ, καὶ ποῦ; id est, care Phædre, quod, & vnde?

CATIUS] Catius philosophus Epicureus Insuber: de quo M. Tull. epist. ad Cassium lib. 11. Nam, ne te fugiat, Catius Insuber Epicureus, qui nuper est mortuus, quæ ille Gargetius, etiam ante Democritus ἐδωλα, hic spectra nominat. Idem eodē libro, eun- dem Catiū, & Amafanium, [seu Amafinum,] malos verborum interpretes appellat. Hunc inducit Horatius apud se quærentem, & cogitatem qui- bus nominibus vtatur in interpretandis, & Lati- nē exprimentis Epicureis quibusdam præceptis, quæ ad artem culinariam, conuiuij apparatus, obsonia, condimenta, & similia pertinet. Itaque interroganti Horatio vnde veniat, quod eat, re- spondet, se esse occupatissimum in appellandis, E & exprimentis iis, quæ dixi, præceptis.

NON EST MIHI TEMP.] non est mihi tempus vacuum: non sum vacuus, dum cupio lit- teris & memoriæ mādare noua quædam præce- pta Pythagoreis, Socraticis, Platonicis potiora.

AVENTI PONERE SIGNA] cupienti impohere nomina nouis præceptis, numquam à quoquam traditis, eadēque litteris mandare. signa interpretor nomina, & vocabula rerum. no- mina enim sunt rerum notæ, & σημεῖα, id est, si- gna, vt docet Aristoteles. Iccirco ea appellat Ho- ratius indicia epist. de arte poet. si forte necesse est Indiciis monstrare recentibus abdita rerum. eodem pertinet illud in ead. epist. licuit, semperque licetie signatū præsentē nota producere, seu (vt alij legūt) procludere nomen. licet etiam interpretari signa po- nere, litteris mādare. Nam etiam litteræ sunt no- tæ, & signa rerum. Vir quidā doctissimus, idēq; amplo sacerdotio præditus dicebat, per signa si- gnificari imagines, quæ adhibebantur ab iis, qui artificialem memoriam colebant. quam senten- tiam quamuis non improbem (nam vt litteris, ita & imaginibus memoria adiuuatur, & conser- uatur: præterea vtræque ad res significandas com- paratæ sunt, quemadmodum & vocabula) tamē signorū appellatione mihi magis placet, voces, & nomina aut litteras, quàm imagines hoc loco intelligi, maximè cum constet, hunc Catiū no- minibus, & vocabulis Latinis disciplinam Epi- cuream explicuisse, litteris que mādasse, vt supra ex M. Tullio ostendimus. H

QUALIA VINCANT PYTH. ANYT.] id est, quæ talia sunt, vt Pythagoræ, Socratis, Pla- tonis disciplinam vincant: vel simpliciter, cuius- modi præcepta vincere possint, &c. in cod. Iann. scriptum erat vincant: itaq; postea scriptum re- peri in Nicotianis, & Clericano, & duobus aliis: in Russardinis duobus, & tribus aliis vincant: in vulg. vincunt, ego vincunt non improbo. vincant tamen malo. Verum tamen iudicent docti.

TEMPORE LÆVO] tempore inopportuno: in tempestiuè, cuius cōtrar. dextro tempore. sat. 1. huius lib.

INTERCIDERIT] è memoria interea ef- fluxerit. hæc enim vis est huius verbi: quemad- modum interceptæ litteræ dicuntur, quæ interea

N n ij

A dum afferuntur ad eum, ad quem datae sunt, ab alio capiuntur.

REPETES MOX.] vel memoria repetes, vel simpliciter retrahabis, & recoles.

SIVE EST NAT. H. SIVE ART. M. V.] qui, siue memoria natura constet, siue arte, utroque mirum in modum excellit: vel ita: qui, siue hac res, in qua tu occupatus es, sit naturæ, siue doctrina, in utraque præstas.

QVINID ERAT CVRÆ] immo (inquit Catus) hoc ipsum agebam, quemadmodum omnia memoriæ mandarem. Itaque non erit mihi molestum, neque alienum à meo instituto, & cõsilio, tibi illa narrare, sic enim facilius memoriae insigam.

RES TENEBIS] res subtilis, tenuiterque limitatas, & quæ sub aspectum non cadunt: tantum cogitatione comprehenduntur.

B LONGA QVIB. FAC. OVIS] Primum, quid hac de re tradiderint probati scriptores, proponam: deinde sententiam Horatij (si id consequi poterò) explicabo. Aristoteles igitur ita scribit lib. sexto de histor. animal. ἔτι δὲ τὸ μὲν μακρὰ, καὶ ὀξεία τῶν ὠῶν, θήλειά τε δὲ σφόδρὰ γύλα, καὶ ἀεὶ φέρονται ἐχθρὰ καὶ τὸ ὄξυ, ἀρρενεῖα, id est, ea quidem ova, quæ longa sunt, & acuta, feminam excludunt: quæ autem rotunda, & obtusa ab ea parte, quæ acuta solet esse, marem. Plinius autem lib. 10. cap. 52. planè pugnantiâ tradit his verbis, feminam educit, quæ rotundiora gignuntur: reliqua marem. Columella lib. 9. cap. 5. cum Plinio cõgruit his verbis, cum volet quis quam plurimos mares excludi, longissima quæq; acutissima ova subiciet; rursum cum feminam, quam rotundissima.

C Veniamus nunc ad Horat. qui non videtur à Plinio, & Columella discrepare. hoc enim dicit, mea quidem sententia: ova, quibus longa est figura, seu forma, meliorem sunt succo, & candidiora, quam rotunda. ea igitur memento apponere potius, quam rotunda. nam hæc, quæ dico, longa, cum sint veluti callo obducta, id est, dura, marem vitellum continent. at ea, quæ marem vitellum continent, iis meliora, & salubriora sunt, quæ feminum. Immo fortasse hoc potius sentit Horatius, & cum Aristotele consentit: hoc modo, namque marem cohib. call. vit. ova enim callosa, id est, rotunda, vitellum marem cohibent: quæ autem talia sunt, minus salubria sunt, quam feminæ, & longa: quia scilicet, nimis calida sunt.

D PONERE.] id est, apponere: ut sat. 2. lib. 1. positum sic temperare nolit.

IRRIGVO] qui irrigari solet. sat. 1. huius lib. Irriguumque mere sub noctem corpus habento.

COLE SVBVRB. QVI SIC. CR.] ordo verborum, & sententia hæc est: caulis, seu collis, qui creuit in agris siccis, id est, minimè irrigatis, dulcior est suburbano, ut pote qui creuit in hortis irriguis, quid ita? quia hortus suburbanus, qui crebro irrigari solet, multum perdidit de naturali soli bonitate. in quibusd. libris antiq. legi-

tur Cole: quos secuti sumus. nam vulg. ferè habet omnes Caule.

SI VESPERTINVS SVBTO] id est, si vesperi te imparatum occupaverit: si improvisò aduenerit hospes, &c. vesperinus dictum pro vesperi. nomen pro aduerbio, ut sup. Od. 16. epod. Nec vesperinus circumgemit vrsus ouile. & Virg. de lupo, Georg. 3. nocturnus obambulat.

NE GALLINA MALVM.] ne gallina dura malè responderet palato, id est, aduersetur, & ob duritiem ingrata sit palato. tralatio est in verbo respon. sandi. respondent enim, qui ferociter & asperè alteri compellati respondent. epist. 1. lib. 1. An qui fortuna te respondere superba Liberii cretum, &c. & sat. 7. huius lib. Respondere cupidinibus, contemnere honores.

DOCTVS ERIS VIVAM] licet & alia ratione quavis carnis duras, reddere teneras, ad vescendum aptas, atque ad mandandum facileis. sume, quodlibet lapathi genus. hanc herbam in ollam, in qua gallinam, seu quas alias carnes coquere cogitabis, imponito. hoc teneras faciet.

MISTO] aqua diluto. quidam legunt misto, quam scripturam minus probo. verumtamen iudicet lector.

ALIIS MALE CRED.] id est, alij non sunt tuti: alii non est tutum vesci. tralatio est in verbo creditur.

QVI NIGR. PRAND. MORIS FIN.] non dicit Catus, eum salubris ætates tracturum, qui, posteaquam se obsonio expleuerit, prædium moris claudet, ac terminabit: (mea quidè sententia) sed, qui nihil præter mora nigra, & matuta manè ex arbore decepta, in prandio commedet. Nam perspicuè Galenus docet, mora esse principid apponenda.

ANTE GRAVEM SOLEM] quæ legerit antè quàm solis ardor ingrauecat: quod est manè.

AVFIDIVS FORTI MISC.] Aufidius (inquit) mulsum ex Falerno, quod est austerum, & ex melle conficiebat: mense: quia nihil nisi leone venis vacuis committendum est. austeritas autem illa vini Falerni etiam in mulso remanebat.

FORTI] austerum. erat enim vinum Falernum austerius, ut scribit Athen. Itaq; illà austeritatè veteres melle lenire, & mitigare, ex eoque mulsum melle addito conficere solebat. verum tamè non ita poterat ea austeritas minui, neque temperari, ut vini Falerni, seu mulsi ex eo cõfecti potus in primis poculis salubris esset, ut quidè ait Catus: Vel dic epithetum austerum eò additum esse, quòd erat & alterum Falerni genus dulce, ut idem Athen. tradit.

MISCEBAT] eoque ita temperato, & mulso, quod ex eo vino, & melle constaret, utebatur in primis poculis.

LENE] quod cõtrarium est austero: cuiusmodi est vni genus Falerni, quantumvis melle temperetur.

A LENI PRÆC. M.] leni mulso: cuiusmodi esse non poterat id, quod esset ex vino austero, & melle temperatum.

PROLVERIS] supra sat. 5. lib. 1. Multa prolutus vappa nauta, atque viator.

MITVLVS] Apud Athen. lib. 3. si locus est emendatus, hoc nomen ita scribitur μίτλος, verba Athenæi sunt hæc, τὴν τελλίαν λεγομένην ἴσως ἀπλοῖ, ἢ Ρωμαῖοι μύτλον ὀνομάζουσι, id est, fortasse tellinam, quæ nominatur, significat, quam Romani mutlum appellant. ego autem locum esse mendosum arbitror, legendumque; apud Athenæum adiecto ἰώτα μύτλος: vel potius translatis litteris μίτλος. nam utrumque reperitur in libris calamo scriptis, & mutulus, & mitulus: quorum utrum sit verum, non est facile, mihi quidem, pronuntiare: apud Martialem lib. 5. ita scribitur hoc nomen, mytulus: quod idem est, ac si mutulus scriptum sit. nam y, & u, idem valent.

Versus Martialis sunt hi, Ostrea tu sumis stagno salutatæ Lucrino: sumitur in eis mytulus ore mihi. Sed ego hanc quoque scripturam vitiosam esse puto. Quidam mitulos arbitrantur eisdem esse, atque mufculos: quos Græci μύλας appellant: de quibus Aristoteles lib. 4. de hist. animal. & Athen. lib. 3. quos videtur satis refellere Athen. nam perspicuè τελλίαν ἀπὸ τῶν μύλων, id est, mitulos à mufculis distinguit his verbis, τῶν τελλίαν λεπτότεραι μύλῃ εἰσὶν αἱ βασιλικαὶ, διαχωρητικαὶ τε καὶ κερφαί, ἐπι δὲ τῶν πρόσφιμοι: αἱ δὲ ποταμιαὶ γλυκύτεραι: αἱ δὲ μύλας μέστω εἰσὶν πρόσφιμοι, διαχωρητικοί, ἔρητικοί, &c. id est, mitulorum tenuiores sunt quidem regij, & aluum mouent, & leues sunt, tum præterea valde alunt: fluuiales autem sunt dulciores: ac mufculi mediocriter alunt, mediocriterque; aluum, & vrinam mouet. ex his igitur verbis Athenæi perspicuum est inter mitulos, & mufculos aliquid interesse.

CONCHÆ.] concharum nomè generale est, & quidem Græcum: κόγχαι autem videntur esse appellatæ ὠστὴ τὸ καλυμέναι, quod est, hiare.

ET LAPATHI BREV. HERBA] lapathum rumericum vocant Latini: quem laudat Lucilius apud M. Tull. lib. 2. de finibus, non quòd eius suauitas in ciborum deliciis locum habeat, quod quidam existimauit: sed quòd frugalitatè, & parsimoniam in victu luxuria præstabiliorum esse ducat. sic Hesiodus malum laudat, & aphrodelum, herbas parabileis, plebeias, & vileis, significans idem, quod Lucilius, tenuem, ac modicum victu sumtuosis, & opiparis diuitum cenis esse anteponendum. dictus autem lapathus ἀπὸ τῆς λαπάξου, quod est exinanire, ut supra notauimus ad illum locum, Aut herba lapathi prata amantis, &c. Oda 2. epod. Addidit autem hic epithetum breuis, per breuem lapathum, rumericem minorem significans, quem ὄξυλαπαθον vocant Græci.

LVBRICA NASC. IMPL. CONCH.]

cur lubrica? an quia aluum leuant, molliunt, & lubricam reddunt: an, ut alij volunt, quòd sunt intus læuia, & polita?

GENEROSÆ TESTÆ] conchyliorum generosorum: quæ sunt ὄστρακὸδάρματα, id est, ut scriptores Latini recentiores appellant, testacea.

LVCRINA PELIDRIS] peloris, oftrei genus chama maius, ut ait Eustathius. διδὸν πελωρίς λέγεται ὠστὴ τὸ μέγιστος, iccirco (inquit) peloris propter magnitudinem appellatur. cum quo congruens Athen. lib. 3. ita scribit, πελωρίδες ὀνομάσθησαν ὠστὴ τὸ πελώριον. μέγιστον γὰρ ὄστῃ χήμις καὶ περιηλαγμένη ἢ πελωρίς. Pelorides nominatæ sunt à voce πελώριον, quod significat magnū, seu ingens. maior enim est chama peloris, & aliquanto ab ea differt: magnitudine. Varro lib. 4. de lingua Lat. in conchyliis (inquit) aliqua ex Græciis, ut peloris, oftreæ, echinus. Lucrinam autem intellige in lacu Lucrino captam.

MISENO ORIVNTR ECHINI] de Echinis sic Athen. lib. 3. Echinos autem tum terrenos, tum marinos, aduersus eos, à quibus captantur, esse munitissimos, atque vndique; septos, spinas suas, tamquam vallum, opponentes, testatur Ion Chius his verbis. At in terra quidè Leonis arteis laudo, sed magis echini, quamuis miseris: qui cum aliorum valentiorum in se imperit sensit, conuolutu spinoso vndique corpore; rotundus iaceat aduersus morsus, & tactus omnium animantium tutissimus. verba Græca retulimus ad Od. 4. epod. Echinorum autem marinorum cum plura genera sint, scribit Aristoteles, vnum genus esse, quod in cibum apponi possit, ac debeat, illud videlicet, in quo insunt ea, quæ oua magna nominantur. verba Aristot. sunt hæc lib. 4. ζῶων ἰσθρ. ἐν ἔχινον γένος ἐσθιδέρον. τὸ τὸ δ' ὄστῃ ἐν τῷ καλύμνω ὠστὴ μέγιστον, καὶ ἐσθιδέρον. Misenum autem, seu Misenum potius, Baiarum portus est. Plin. lib. 3. cap. 5.

PECTINIB. PATVLIS] Pectines pisceis, etiam κτένας appellant Græci. Athenæus lib. 3. τῶν κτένων ἀπαλώτεροι μόνον εἰσὶν οἱ λευκοί. ἀβρωμοὶ γὰρ καὶ εὐκόλλοι: τῶν δὲ μελάνων, καὶ πυρρῶν οἱ μέγιστοι * εὐσθμοὶ. κοινῶς δὲ πάντες εὐσθμοὶ, εὐπεπτοὶ εὐκόλλοι λαμβανόμενοι μετὰ κυμίνων, καὶ πεπτεῖων, id est, Pectinum ij quidem sunt teneriores, qui albi sunt. saluginem enim non olent. ex nigris autem & rufis, qui sunt maiores * gustatu sunt gratiores. Communiter verò stomacho sunt accommodati, faciles ad concoquendum, aluo viles, si sumantur cum cumino & pipere.

PATVLIS] cur pectines patulos dicat, ex Aristot. lib. 4. intelligere licet, vbi sic scribit: τὸ δὲ δούρον τὰ μὲν ὄστῃ ἀνάπτουσα οἶον οἱ κτένες, καὶ οἱ μύλας, &c. id est, eorum, quæ duabus testis continentur: alia sunt patula, ut pectines, & mufculi, &c.

MOLLE TARENVM] epistola 7. lib. 1. imbelles Tarentum.

cur lubrica? an quia aluum leuant, molliunt, & lubricam reddunt: an, ut alij volunt, quòd sunt intus læuia, & polita?

GENEROSÆ TESTÆ] conchyliorum generosorum: quæ sunt ὄστρακὸδάρματα, id est, ut scriptores Latini recentiores appellant, testacea.

LVCRINA PELIDRIS] peloris, oftrei genus chama maius, ut ait Eustathius. διδὸν πελωρίς λέγεται ὠστὴ τὸ μέγιστος, iccirco (inquit) peloris propter magnitudinem appellatur. cum quo congruens Athen. lib. 3. ita scribit, πελωρίδες ὀνομάσθησαν ὠστὴ τὸ πελώριον. μέγιστον γὰρ ὄστῃ χήμις καὶ περιηλαγμένη ἢ πελωρίς. Pelorides nominatæ sunt à voce πελώριον, quod significat magnū, seu ingens. maior enim est chama peloris, & aliquanto ab ea differt: magnitudine. Varro lib. 4. de lingua Lat. in conchyliis (inquit) aliqua ex Græciis, ut peloris, oftreæ, echinus. Lucrinam autem intellige in lacu Lucrino captam.

MISENO ORIVNTR ECHINI] de Echinis sic Athen. lib. 3. Echinos autem tum terrenos, tum marinos, aduersus eos, à quibus captantur, esse munitissimos, atque vndique; septos, spinas suas, tamquam vallum, opponentes, testatur Ion Chius his verbis. At in terra quidè Leonis arteis laudo, sed magis echini, quamuis miseris: qui cum aliorum valentiorum in se imperit sensit, conuolutu spinoso vndique corpore; rotundus iaceat aduersus morsus, & tactus omnium animantium tutissimus. verba Græca retulimus ad Od. 4. epod. Echinorum autem marinorum cum plura genera sint, scribit Aristoteles, vnum genus esse, quod in cibum apponi possit, ac debeat, illud videlicet, in quo insunt ea, quæ oua magna nominantur. verba Aristot. sunt hæc lib. 4. ζῶων ἰσθρ. ἐν ἔχινον γένος ἐσθιδέρον. τὸ τὸ δ' ὄστῃ ἐν τῷ καλύμνω ὠστὴ μέγιστον, καὶ ἐσθιδέρον. Misenum autem, seu Misenum potius, Baiarum portus est. Plin. lib. 3. cap. 5.

PECTINIB. PATVLIS] Pectines pisceis, etiam κτένας appellant Græci. Athenæus lib. 3. τῶν κτένων ἀπαλώτεροι μόνον εἰσὶν οἱ λευκοί. ἀβρωμοὶ γὰρ καὶ εὐκόλλοι: τῶν δὲ μελάνων, καὶ πυρρῶν οἱ μέγιστοι * εὐσθμοὶ. κοινῶς δὲ πάντες εὐσθμοὶ, εὐπεπτοὶ εὐκόλλοι λαμβανόμενοι μετὰ κυμίνων, καὶ πεπτεῖων, id est, Pectinum ij quidem sunt teneriores, qui albi sunt. saluginem enim non olent. ex nigris autem & rufis, qui sunt maiores * gustatu sunt gratiores. Communiter verò stomacho sunt accommodati, faciles ad concoquendum, aluo viles, si sumantur cum cumino & pipere.

PATVLIS] cur pectines patulos dicat, ex Aristot. lib. 4. intelligere licet, vbi sic scribit: τὸ δὲ δούρον τὰ μὲν ὄστῃ ἀνάπτουσα οἶον οἱ κτένες, καὶ οἱ μύλας, &c. id est, eorum, quæ duabus testis continentur: alia sunt patula, ut pectines, & mufculi, &c.

MOLLE TARENVM] epistola 7. lib. 1. imbelles Tarentum.

A NEC SIBI CENAR. QVIVIS] in cod. Rain. Card. & r. Vat. scriptum est, *quisque*: ex quo feceramus olim *quisquam*, quod quamvis valde probabile sit, malui tamen re diligentius considerata, sequi lectionem receptam, *quius*, præsertim multo plurium antiquorum codicum auctoritate confirmatam. Superiora illa pertinent ad præcepta de ferculis ante cenam: nunc de iis, quæ cenæ fercula dicuntur.

EXACTA] exquisita, explorata. Virg. Æn. i. *scitisque exacta referre*. idem lib. 4. *tempus secum ipse modumque exigit*.

CARA PISC. AYERR. MENSA] mensa, ubi exponitur venales, ut vult Acron. non est satis (inquit Catus) pisces è macello magna impensa comere, & quasi euerriculo ad te transferre, nisi scias, quibus piscibus quod ius conueniat, & qui pisces assii, qui elixi, sint meliores.

B Quidam putant per mensam caram, mensam diuitem significari, ut sit hic sensus, non est satis eos pisces emere, qui diuitibus solis apponi solent, & pisces diuitibus destinatos præcipere pretio persoluto, & ita ab eorum mensis auertis in tuam transferre, à quibus dissentio multis quidem de causis, sed èo maxime, quod illi legunt, ut vulgè *auertere*, & ita eis necessariò legendum. Ego autè auctoritate complurium librorum manu scriptæ *auerrere*. Itaque sic hunc locum explico, nec satis est pisces caro pretio cemptos è macello in tuam domum conuertere: sed præterea tenendum quibus piscibus ius cõueniat, id est, qui pisces in patina iure meriti apponi debeant, & qui assii.

IGNARVM QVIBVS EST IVS] id est, ignarum qui pisces debeant cum iure in patina apponi: (patinarios appellat Plautus in Asinaria) & qui assii.

ET QVIB. ASSI. LANG. IN CVB. SESE C.] id est, & qui pisces assati ita sint conuiuii suaues, & grati futuri, ut illi etiam cibo, vinoque conferti, ac saturi, & penè dicam, nauseantes, in eum tamen corporis situm sese de integro componant: quo situ esse solent conuiuiæ tantisper dum cibum capiunt. qua de re tametsi sup. Od. 27. lib. 1. non nihil diximus, ad illum locum,

D Et cubito remanente presso, tamen, ut hunc locum explicemus, pauca quadam præterea nobis dicenda sunt. Hoc igitur in primis sciendum est, inter prandendum & cenandum, non sedisse veteres illos Romanos, sed accubuisse. Accubebant autè singulis in lectis terni, aut quaterni, hoc modo (nam eadem opera huius verbi vis aperietur) superiore parte corporis modicè inflexa, capite leuiter erecto, tergòq; aliquantùm subleuato; nempe ceruicalibus, aut puluicibus subiectis: reliqua parte corporis in lectos reclinata, & iacente, in cubito altero nitentur: atque vtramque manum quidem ad epularum & poculorum usum adhibebant, sed maxime dexteram. fingamus igitur treis lectos esse discumbitorios, & in singulis quaternos conuiuias discumbere, & mensam rotundam

dam mediam inter treis lectos esse collocatam: ita sient duodecim conuiuiæ, ex vna mensa communi cibum capientes. iam singulorum lectorum conuiuiæ, quos quaternos esse posuimus, hoc modo discumbebant, ut eius, qui summus accumberet, pedes ponè secundum porrigerentur, & secundi ponè tertium, & ita deinceps: rursus eius, qui secundus accumberet, occiput ad vmbilicū, aut pectus primi obuersum esset: & sic deinceps ceteri accubabant. Quoad igitur vescebantur, & potabant, eo corporis situ manebant. ubi verò cibum capere vel desierant, vel intermiserant, tum dorso spinam, quæ antea erat inflexa, & ad epulandum composita, reponebant, & caput in ceruicalem reclinabāt. nonnumquam etiam sedentium instar erigebant. Itaque supra Oda illa 27. lib. 1. quam paullo antè commemorauimus, vnus è conuiuiis sodales suos Lápitharum, ac Centaurorum in morem tumultuantis, atque inter se decettare parateis, corpore iam ad pugnam composito, & expedito, hortatur ut cubito presso remaneant, hoc est, ut se eo corporis situ cõtinèat, quo esse, & bibere possent, non quo dimicare.

Hæc igitur verba, quibus assii Lang. in cub. & sic explico, (dicendum est enim sapius) & qui pisces assii futuri sint conuiuii gratiores, quam si essent patinarij, & elixi, eosque quamuis iam cibo languidos, de integro ad epulandum inuitantur. Quod autem hic à Catio præcipitur de piscibus quibusdam assandis, Athenæus item lib. 3. scribit pisces quosdam esse, quos assari cõueniat potius, quam elixari.

VMB. ET ILIGNA NYT. GL.] aprum ex Vmbria, & glande iligna nutritum laudat: Laurentem improbat, hoc igitur dicitur, qui carne pingui non delectatur, seu qui abhorret à carne pingui, suas patinas implendas curat frustis aprini in Vmbria capti, & iligna glande pasti.

CVRVAT] implet, onerat. verbo curuandi pondus exprimere voluit. in quibusdam codicibus vulgaris impressum est, *Curuet*. cod. duo Vatican. & Iann. Fabr. Torn. habent *Curuat*. sed parum refert.

LAVRENS] in agro Laurenti caprus, & in locis illis palustribus natus, ac nutritus. Laurentum Latij est oppidum, Ostia vicinum.

VLVIS] herbis maiusculis, quæ in paludibus nascuntur. Virg. Georg. 3. *Nec vesces salicum frondeis, vluamque palustrem, sed frumenta manu carpes sata*. Idem Æn. 2. *Limosque lacu per noctem obscurus in vluâ Delitui*.

VINEA SYMM. CAPR.] locus, in quo inueniuntur vites, suppeditat capreas non semper ad edendum vtilis. neque verò dubitandum est, quin caprea animalia sint intelligenda hoc loco. Virg. Georg. 2. de vite, *Texenda sapes etiã, & pecus omne tenendum est: Præcipue dum frons tenera, imprudensque laborum, cui super indignas hietes, solèmq; potentem, siluestres vri assidue, capreaq; sequaces Illudunt, pascuntur oues, avidaq; iuuenca*. Quod autem dicit

A dicit, capreas à vineis summitti, id est, suppeditari, aut præberi, non est intelligendum eas ibi nasci, sed è siluis vicinis pabuli causa progressas, in vineis capi. alij capreolos significari putant, qui sunt vitium cincinnati intortii.

FÆCVNDI LEP. SAP. SECT. ARM.] sapiens id est, cui palatū sapit fortasse magis, quam cor. cuiusmodi homines in consuetudinem victus recipere nolebat M. Cato, qui Celsorius dictus est, quod refert Plurarchus in eius vita his verbis, *Τὸν δὲ φιλοδιδῶν τῶν βαλθόμενων αὐτῶ σωεῖναι, παραγέμενος ἔφη μὴ δύνασθαι ἔχει μετ' αὐτῶσιν ἢ καρδίας τὴν ὑπερβαίον ἐπαδῶντο τῶν ἔχοντος*. id est, *voluptarium quendam, qui cum eo vivere volebat, recusans Cato, dixit se cum eo vivere non posse, cui palatū magis, quam cor sapiat*. quamquam M. Tull. lib. 2. de finibus, negat sequi, *ut, cui cor sapiat, sei non sapiat palatum*. significat autè,

B leporeis armos reliquis partibus esse palato gratiores, & suauiores. iam quamobrem leporem fecundum appellet, ex Aristotelis, & Varronis, & Plinij lectione intelligere licet. Plinius sic lib. 9. cap. 55. *Lepus omnium præda nascens, solus præter dasypodem, superferat, aliud educans, aliud in vtero pilu vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter*.

PISCIBVS, ATQVE AVIBVS] ait se ita subtili esse palato, ut piscium, atq; auium naturam & ætatem hinc à Catio cognitam habere possit: quod neminem è veteribus, quamuis ei rei operam dederit, consequi potuisse.

NVLLI PATVIT Q] à nullo cognita fuit, quamuis quaesierit.

CRVSTVLA] placentas, & cetera pemmata ex farina, melle, oleo, lacte, seu casco confecta. vitur fat. 1. lib. 1. *dant crustula blandi Doctores, elementa velint ut discere prima*.

QVALI FERF. P. SECVRVS OL.] non admodum sollicitus, seu non curans, quo oleo piscis condiat.

MASSICA SI CÆLO] si vina Massica (inquit Catus) caelo sereno subijcias, & totam noctem sub caelo puro & nitido maneat, si quid in eis crassi est, extenuabitur & liquecet aura nocturna. idem ferè tradit Athen. lib. 1. his verbis, *οἰνοποιητῶν δὲ αὐτῶν (τὸν ἀλβανὸν, καὶ τὸν φαλέρνον, καὶ τὸν ἀδριατὸν) ἀπὸ τῆς πρῶτης, καὶ εἰς ἀναπνεύματα τὸ πολὺ ἢ δυάμαως*, id est, facienda autè sunt ea vina (videlicet Albanum, Falernum, Adrianium) ante certum quoddam tempus, & in aperto loco, id est, sub dio ponenda, ut vis eorum multa exspirando minuatur. videtur tamen aliud hoc loco à Catio dici, nempe si quid in sit crassi in vino Massico, aura nocturna extenuari, & odorem neruis aduersarium decedere. De vino Massico diximus ad Odam 1. lib. 1. *Est qui nec veteris pocula Massici, &c.* Quidam libri veteres habent *suppones*, quos sequor. alij *supponas*, iique pauciores.

AT ILLA INTEGRVM PERD.] at illa, videlicet Massica, colo lineo extenuata, saporem amittunt naturalē. existimabant autem veteres colo, seu sacco lineo, vina crassiora extenuari: quod declarat versus ille Mart. lib. 12. *Turbida sollicito transmittere Cæcuba sacco*. Lucret. lib. 2. *Et quamvis subito per colum vina videmus Persuadere at contra tardum cunctatur olium*.

SURRENTINA] vina Surrentina fuisse admodum laudata, declarant hi versus Marcial. lib. 14. *Surrentina bibis nec mirrhina picta, nec aurii sume dabunt calices hæc tibi vina suos*. Totius autè huius loci hæc sententia est, Quæ Surrentina vina cum Falerna facie miscet, fortasse ut vinum Surrentinum ex facie Falerna aliquid boni contrahat, & combibat, & hoc pacto melius & suauius fiat: vitello columbino in cadum coniecto facem collectam, atque in vnum cõducam, ab eo, quod liquidius est, secernit, & ita vinum turbidum, liquidum & sincerum reddit: quoniã vitellus suapte natura in fundum decedens, quicquid est à liquido vino alienū, vnà secum trahit. Sic igitur fiet ut & sapor vini Falerni cū vino Surrentino commisceatur ac confundatur, & quicquid est turbidi, vi vitelli ab eo, quod est liquidum, secernatur, idque sine colo vinario. Atqui ego contra didici ex iis, qui vina vendunt, sumenda esse sex aut septem oouorum albumina; (non vitellos) quæ primùm in dolium conijcienda: dein de virga, aut bacillo vinum, quod est in dolio, esse aliquamdiu agitandum: nihil præterea. nam post illam satis longam, verbi gratia, vnius horæ agitationem, facem, & quicquid est alienum, subfessurum.

QVATINVS] quoniam, ut fat. 3. lib. 1. *quatinus excidi penitus vitium ira, Cetera item nequeunt stultis herentia*. Lucret. lib. 3. *Quatinus est vnum inter se, coniuuētque res est*, annotatum alio loco.

ALIENA] aliena à natura vini, turbida.

TOSTIS] assis, aut frictis, à torrendo.

MARCENTEM] languentem, cibo & portione confertum.

SQVILLIS] *καρίδας* nominat Græci. quarum Aristoteles lib. 4. de histor. anim. plura genera esse tradit, & refert in numerum *μαλακῶσ πέδιων*, id est, eorum piscium, qui crusta mollii turgentur, quos Gaza crustatos appellat. Paruas squillas scribit Athen. lib. 3. reperiri in conchis patulis pinnarum custodes, ut & paruos cancores, & M. Tull. lib. 2. de nat. deor. *Pinna verò (sic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis cū paruis squilla quasi societatem coit comparandi cibi*. Idem eadè ferè lib. 3. de finib. Hunc admirabilem duorum piscium consensum, atque has operas mutuas pulchrè describit Oppian. lib. 2. *ἀλευτ. Ὀστρακον αὖ βυθίας μὲ ἔχει πλάκας, εἰ δὲ οἱ ἰχθύες Πίννη ναπηταὶ κεκλήμενος, ἢ μὲν ἀγαλκίς, ὄστρετι κηπίσσομαι ὅτις καταται, ἔτε τι πέζου. Ἄλλ' ἄρα οἱ ἑωὴν τε δέμον, ἑμῶν τε καλύπτειν Καρκίνος εἰναι, φέρβει δὲ μιν, ἵδὲ φυλάσσει*. Nn iij

A Τῶ χαῖ πιννοφύλαξ κικλίσεται, &c. id est, resta autem profundas habet crustas, habitat autē in ea piscis, qui pinna appellatur: quæ est imbecilla, neq; quicquam providere, aut facere potest. sed cancer communem cum eo domum, & commune rectum incolit, pasçitque eam, & custodit. Quocirca pinnophylax, id est, pinnae custos appellatur.

R E C R E A B I S] ad edendum ac potandum innouabis, ac redintegrabis.

C O C H L E A] cochlearum genera omnia vno nomine appellat Aristoteles lib. 4. histor. anim. τρομβώδης, id est, vt Gaza vertit, turbinata.

N A M L A C T V C A I N N A T A] occupatio est. poterat enim quispiam dicere, lactucam ad eandem rem valere. hoc autem per occupationem refellit, cum dicit, lactucam post epulas, & largiorem potum sumtas, stomacho innatare, neque subsidere: quæ res concoquendi vim debilitat, atque obrundit, quia ore ventriculi laxo & patete, calor innatus, qui ad cibi & vini concoctionem necessarius erat, non continetur, sed diffipatur, ac diffilatur. Itaque nos quoque hodie lactucas in prima mensa apponimus, easque primas omnium gustare & esse consecuimus, siue crudas, siue coctas. hæc pertinet Martialis distich. lib. 13. *Claudere quæ cenas lactuca solebat auorum, Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?*

P E R N A M A G I S, E T M A G. H I L L.] hoc dicit, coniuua languens & naufeas, in morsus

C reficiendus est, id est, ad epulas de integro excitandus perna, & hillis, id est, tenuissimis intestinis fartis, potius, quam lactuca. *hilla ab hilo, id est, à minimo dicta*, inquit Varro lib. 4. de ling. Lat. Festus autem *hillam diminutiue dicta esse ab hira, quod est intestinum ieiunum*. Nonius porro, *hillas, intestina veteres esse dixerunt. Vnde Bobilla oppidum in Italia, quod eo bos intestina vulnere trahens aduenerit. Iam in morsus duæ sunt voces, non vna, vt quidam volunt, qui legunt immorsus pro eo, quod est, impransus: quod nomen non reperitur in tota lingua Latina. in morsus igitur idem valet, quod ad morsus. appellant autem Græci hanc (vt ita dicam) in morsus refectioem, atque instaurationem, ἀναστροφή, id est, relaxationem. Athenæus*

D lib. 4. ἐχθάντο γὰρ οἱ παλαοὶ καὶ τοῖς εἰς ἀναστροφῶν βρώμασιν, ὡσπερ τοῖς ἀλμασίν ἐλαίαις, εἰς κολυμβάδα καὶ χυλοῦσιν, id est, vtebatur enim veteres etiam cibus ad irritandam ac redintegrandam edendi cupiditatem accommodatis, vt oleis sale conditis, quas natatrices, seu urinatrices appellant. Idem paullo post, Εἰς τὸν δὲ καὶ τῆριζας, καὶ κέρια παρὰ ἀναστροφῶστος χερσίν, id est, comedebant autem & cicadas & cercopas aperiendæ aut redintegrandæ appetitionis cibi gratia. Idem paullo post ex Nicandro probat, ad eundem vsum rapas aceto, & sinapi maceratas adhiberi solitas. Nam ἀναστροφή idem ferè valet, quod aperire, & laxare. Diphilus apud eundem Athen. eodẽ libro, τῷ ἀνασβυτέρων γὰρ ταῦτα

τῶν ἡδυσμάτων ἀναστροφῶν τὰ χερσίν τῷ ἀσθμητῆρι τῷ τε ναχαρῶδες καὶ χερσημβλωιδῶν Εὐσεδάσε, καὶ ποίνην ἡδῶς φραγῆν, id est, vetera enim hæc condimēta laxat celerim eas partem, in quibus inest vis sentiendi: languorem, & quicquid est obtusum in appetitione, discutiunt, edendique cupiditatem, ac iucunditatem redintegrant. Euripides in Cyclope, εὐρείας φάρυγγος, ὃ Κύλων, ἀναστροφῶν τὸ χερσίν, ὡς ἐπιμασίν Εὐφῶ καὶ ὠπῆα, &c. id est, lati gutturis, ὃ Cyclos, aperi labrum. nam in tibi parata sunt elixa & assata.

I N M O R S U S R E F I C I.] sic dictum ab Horat. in morsus refici, vt à Virg. Æneid. II. refecit, ad prælia mentes.

Q V I N O M N. M A L. Q V E C. I M M.] F immo (inquit) ne mireris, me dixisse superiora illa adhibenda esse ad excitandam edendi cupiditatem, tamquam futuris conuiujs gratiora, & optatiora, hoc dico amplius, illis placitura magis, quæcumque coquantur in popinis, quæ solent esse immundæ, quam escas optimas, ac laucissimas.

A L L A T A] allata è popinis. quidam libri typis excusi habent *illata*, qua ex scriptura suspicatus sum aliquando legēdum *illora*. omnes autem veteres partim *adlata*, partim *allata*: quos sequor.

E S T O P. P R E T. D V P L. P E R N. I V R.] duo proponit iuris genera: vnum simplex, quod ex solo oleo constat: alterũ duplex, quod ex oleo, vino, muria, herbis concisis, croco, cõflatum est.

Q V O D P I N G V I] his, quæ deinceps, sequuntur, iuris duplicis naturam describit. Sed quid sibi vult hoc, *pingui mero*? cur non dixit, *simplex è pingui cõstat oliuo*: quod dulci miscere mero, &c. Nã vt pingue, epithetum est oleo accommodari, Virg. Æn. 6. *Pingue superque oleum fundens ardeat*. extis: idem Daphnide, *Craterasque duos statuas tibi pinguis oliuina*: ita & dulce, vino. Horat. Oda 12. lib. 3. *Neque dulci mala vino lanere*. idem Oda 13. eod. lib. *Dulci digne mero*. quin pinguitudo in vino, vitium est. An hoc dicemus, ad hoc ius, quod duplex ab Horatio appellatur, componendũ, vnum pingue esse aprius, quam purum & liquidum, atq; (vt ita dicam) siccum? dulce autẽ oliuũ ab Horatio esse dictum, quod Lucretius appellat *inolens*, id est, *doctum*, seu odoris expers, cui opponitur tætrum, & graue, seu grauis & tætri odoris oleum: quemadmodum aqua dulcis à Latinis, ὕδωρ γλυκὺ à Græcis vocatur, aqua non amara, aut non salsa? an Simeoni Bosio, Lemouici affentimur, qui sic legendum ex vno antiq. cod. existimat? *Quod pingue immiscere mero, muriaq; decedit*: id est, quod oleum pingue, decedit mero immiscere, & muria? vel, vt ille mauult, quod ius pingue, id est, duplex, quamquam idem ait, in suo co dice esse dilucidẽ scriptum, *St pingue immiscere, &c.* atque ita *pingue* interpretatur, ius duplex: à quo dissentio.

N O N A L I A, Q V A M, Q V A B Y Z.] nõ quali-

A qualibet muria, sed ea, quæ facta sit ex orca Byzantia. Quidam autem medosẽ legunt *qua*. nam necessariò *quã* legendum est: & ita habent codices calamo scripti. *Byzantia orca* porro sunt numeri singul. recti casus, hoc modo: non alia muria ius illud miscere, id est, temperare decebit, quam ea, quã, orca Byzantia, verbi causa, thynnus Byzatius putrit, hoc est, liquefactus est. laudabatur enim muria ex thynno Byzantio liquefacto: sed longè erat laudatissima ex scombris, quæ proprio nomine garum appellabatur. *Orca* (inquit Plin. lib. 9. cap. 6.) *infesta balenis belua: cuius imago nulla representatione exprimi possit alia, quam carnis immensa dentibus triculenta*.

C O R Y C I O] Cilicio. Corycus, Ciliciae, seu Pamphiliæ mons est: à quo Corycaei speculatores, & exploratores appellati.

S P A R S V M S T E T I T] *sparsum* iunxit cum casu sexto, vt fatyra vlt. huius lib. *Membra grauis sparsis sale multo*. & Od. 20. lib. 3. *sparsum odoratis humerum capillis*. sic & verbum *spargo* Od. 6. lib. 2. *Debita sparges lacryma famillam Vatis amici*. stetit autem, id est, propemodum, concreuit.

I N S V P. A D D. P R E S S A V E N A F R.] id est, addes præterea oleum Venastranum, oleũ ex bacca Venastrana expressum. Præstitisse ceteris oleum Venastranum declarat hoc distichon Martialis, *Hoc tibi Campani sudauit bacca Venastri: Punguentum quoties sumis, istud olet*. Horat. sat. 8. huius lib. *His mistum ius est, oleo, quod prima Venastri præstit calla*. & sup. Od. 6. lib. 2. laudans agrũ Tarentinum, *ubi non Hymetto Mella decedunt, viridique certat Bacca Venastri*.

P I C E N S E C E D V N T M A L I S] ab hoc loco enumerantur secundæ mensæ fercula. secundas autem mensas etiam apud veteres fuisse alibi ostendimus.

V E N N V C V L A] vua Vennucula melius in ollis conseruatur, quam si ex ea fiat vua passa.

R E C T. A L B A N. F V M O D V R.] vua Albana melius seruatur, & diutius permanet, si fumo duretur, & fiat vua passa. vide Plin. lib. 14. cap. 2.

H A N C E G O] vnam Albanam. ordo verborum hic est. Ego primus inuenior circumposuisse puris catillis vnam Albanam, cum malis: facem, & alec, & piper album cum sale nigro incretum. **A L E C**] genus est liquaminis ex pisciũ intestinis sale colliquefactis, & tabefactis. fiebat etiam alec ex muriae faece. Nonius Marcell. in voce *alec* testem citat hunc dimidiatum versum, *ego facem primus, & halec*, siue *alec*. infra sat. 8. *siser, alec, facula, coa*. quamquam Priscianus hunc versum proferens, ait esse genus piscis.

P R I M V S E T I N V E N I O R] sic habent omnes libri manuscripti, & ij, quos Romæ, & ij, quos in Gallia consului: quos secutus sum: quamquam Nonius Marcellus in voce *halec* videtur legisse *inueni*, vt est in vulgatis. sic enim ille. *halec genere neutro*. Plautus Aulul. *Qui mihi olera cruda*

ponunt, halec danunt. Horat. lib. 2. serm. *ego facem E primus & halec Inueni*.

E T P I P. A L B.] piper aliud est album, aliud nigrum: quorum nigrũ candido suauius esse tradit Dioscorid. lib. 2. cap. 189.

I N C R E T V M] incerniculo purgatum. est autem incerniculum cribri genus, ab incernendo nominatum.

C I R C V M P O S V I S S E] id est, singulis conuiujs apposuisse, vt singuli coniuua singulos haberent catillos sibi appositos: vel circum catillos posuisse, vt alij malunt. mihi magis illa altera explicatio placet. circumposuisse dixit fortasse propterea quòd mensæ erat rotunda.

I M M A N E S T V I T I V M, &c.] reprehendit eos, qui in obsonijs quidem coemendis magnum faciunt sumtum: in supelleçtili autẽ comparanda, in patinis, lancibus, catinis, cantharis, & similibus conquirendis, neque vllam curam adhibent, neque infumere quicquam volunt. magnum (inquit) vitium est, tria millia festeritium infumere in pisces emendos: pisces autem illos grandeis, & caros angustis patinis coercere. par est enim, si grandes sint pisces, grandeis quoque patinas esse. Nonnulli arbitrantur hęc sumtum duntaxat reprehendi, hoc modo, Indignum est facinus, sumtus ingentes facere in coemendos pisces, vt in angustis patinis apponantur, & edantur, qui suapte natura liberè vagari solent. ego priorem explicationem huic antepono.

V R G E R E] quasi in angustias redigere, & contrahere. quidam libri vet. habent *urguere*.

M A G N A M O V E N T S T O M. F A S T.] nunc præcepta dat, quæ ad munditiam, nitorem, elegantiamq; pertinent. magnam (inquit) nauream mouent hæc, siue puer poculũ, aut calicem tractauerit manibus vnctis, dum carniũ frusta suffuratur, & ligurrit: siue crater limo sit oblitus, danda igitur opera est, vt pueri, ac ministri sint mundi, loti, politi, culti, à sordibus, omnĩq; deformitate vacui, ad omnem munditiem & hilaritatem speciosam assuesacti, atque eruditi.

D V M F V R T A] libri aliquot veteres habent *dum frustra ligurrit*, quos malim sequi. *frustra* autẽ, H carniũ & piscium intellige.

L I G V R R I T] sic habent omnes cod. manu scripti. quo de verbo supra ad sat. 3. lib. 1.

V E T E R I C R A T.] & tanto pretiosiori. nã pocula antiqui artificij laudabantur: vt priore fatyra. *Quo vaser ille pedes lauisset Sisyphus ere*. & sat. 3. lib. 1. *catillum Euandri manibus tritũ*. in aliis cod. est *cratera*, in aliis *crateri*. vtrumque est vitatum.

V I L I B. I N S C O P. I N M A P P. I N S C.] danda est opera, vt pauimentum sit mundum: vt coniuatori mapparum mundarum copia suppetat, quæ distribuuntur conuiujs ad manus vnctas tergendas: vt patinæ, & cetera vasa scobe defricata sint, ac splẽdeant. quantulus enim sumtus inest in scopis, mappis, scobe? certè minimus, alij (in quibus est Turnebus) putant, scobem hęc

A commemorari ad lacunas pauimenti explendas, ex humore effuso natas, vt humor omnis scobe inaspero exciscentur: quod probabilius est. talem munditiam, qualem hic desiderat Catus, se studiosè adhibiturum in ea cena, ad quam Torquatum inuitat, pollicetur Horatius epist. 5. lib. 1. *Hæc ego procurare & idoneus imperor, & non Inuitus, ne turpe toral, ne fordida mappa Corruget nareis: ne non & cantharus, & lanx ostendat tibi te.*

TEN LAPID. VAR. LVTYL. R. P.] præcisâ locutio est, vt illa Od. 8. epod. *Rogare longo putidam te saculo, &c.* subintelligendum est enim verbum aliquod, oportet? verum est? par est? aut aliud simile. Tale est illud Virgil. 1. *Æneid. mène incepto desistere victam?* lege quæ annotata sunt ad illum locum, *Rogare longo, &c.* quibus adde illud ex Plauto Casina, princip. *Non mihi licere meam rem me solum, vt volo, loqui, atque cogitare, sine redarbitro?* Sed, antè quàm huius loci sententiam explicemus, videndum est, quid significet per varios lapides, quid per palmam. Ego arbitror, per varios lapides significari pauimenta marmorea versicoloria. erant enim quædam marmora vari coloris, vt ex Plinio intelligere licet. palmam autem scopam ex palma accipio. Martialis lib. 14. *In pretio scopas testatur palma fuisse.* Itaque hæc erit horum verborum sententia, Tene decet munditiam negligere, vt triclinium marmore pauimentatum, palma lutulenta verri patiaris: pauimenta autem solita esse fieri marmorea ex M.

Tullio, & ex M. Catone cognoscere licet. M. Tullio. lib. 2. de leg. *Equidem, qui nunc primum huc venerim, satiari non queo, magnificasq. villas, & pauimenta marmorea, & laqueata testâ contemno.* Idem paradox. *vt. illi autem testâ in villis, & sola marmorea facienti, fructus ad summum exiguus est.* Cato in ea orat. quam habuit, ne quis consul bis fieret. *dicere possim quibus villa atque ades adicitate, atque expolita maximo opere, citro atque ebore, atque pauimentis Pœnicis stent.* pauimenta autem Pœnica marmore Numidico constrata intelligenda sunt, vt docet Festus. & Horat. sup. Od. 14. lib. 2. *& mero tinget pauimentum superbum pontificum potiore cenâ.* superbum nos Porphyriionem secuti, marmoreum explicauimus. quamquam idem Porphir. alteram

D illius loci explicationem posuit, vt ibidem retulimus. Lucillius, *quam lepide lexes composas? vt teserula omnes Endo pauimento, atq. emblemate vermiculato?* sic enim emédauit hos versus, quamquam licet etiam legere emblemata vermiculata, vt quidam malunt, pro emblemate vermiculato.

ET TYR. DARE CIRC. ILL. TOR.] locus est obscurus, & variè explicatus. Quidam sic: & circum toros dare, id est, circumdare toris illota toralia, videlicet vesteis stragulas purpureas illoatas? & ita toralia, & vesteis Tyriæ vnum erunt. quam explicationem non probo. plerique per Tyrias vesteis, significari putât coniuinarum vesteis, hoc sensu, & tene oportet committere, vt coniuar vesteis suas Tyrias toralibus illoatis, at-

que immundis inquinant? sed errant. nam primùm verba Horatii non recipiunt hanc sententiam. quod cum sit perspicuum, nõ est, quòd eos pluribus verbis refellam. Deinde veteres non solebant cenare purpurati, sed albatii potius, vt alibi docuimus. Omnia purpureas vesteis inter cenandum, & dum accumberent, non habebant. Contrâ autem lecti, in quibus discumbebant, & in quibus dormiebant, stragulis vesteibus textilibus, aut purpureis insternebantur. M. Tull. lib. 5. Tuscul. q. collocari insit hominè in aureo lecto, strato pulcherrimo textili stragulo magnificis operibus picto. Catull. de Pel. & Ther. nupt. *Hæc vesteis priscis hominum variata figuris, Heroùm mira virtutes indicat arte.* ibidem, *Purpureæve tuum consernent veste cubile.* T. Liuius lib. 34. annaliu. *Et, cum tibi viro liceat purpura, in veste stragula, vti matrem familiâs tuam purpureum amiculum habere non sines?* Lucret. lib. 2. *Nec calida citius decedunt corpore febres, T extrilibus si in picturis, ostroque rubenti lactæris, quam si plebeia in veste cubandum.* Virg. *Æneid. 1. Arte laborata vesteis, ostroq. superbo.* ibid. *stratq. super discubitur ostro.* Horat. sat. 6. infra, *ponit uterque in locuplete damo vestigia, rubro vbi cocco tincta super lectos candèret vesteis eburnos.* quo loco perspicuè vestem intelligit eâ, qua lecti insternebantur: vt & ibidè, *Ergo vbi purpurea porrectum in veste locavit Agrestem.* & Plautus in Bacch. lectos stratos appellat. *Animaduertite, Anesilochè, & tu Pistocle: iam facite in biclinio cum amica sua uterque accubitu eat: Ita negotium est. atque ibi in lectis stratis potetis citò.* Ego autem putabâ, hæc potius ita intelligi posse, vt toralia, & Tyriæ vesteis, duo sint: nempe vt tori primùm toralibus insternebantur, deinde toralia illa purpureis vesteibus, seu stragulis operirentur ornatus gratia. nam primùm toral, stragulum est, quod toro iniicitur, vt docet Festus: deinde verba hanc sententiam ferre posse mihi videntur, hoc modo, Tene decet Tyrias vesteis toralibus illoatis circumponere, & circumdare? vt sit hic ordo verborum, dare Tyrias vesteis circut ill. tor. pro eo, quod est, circūdare, & circumijcere Tyrias vesteis toralibus, id est, tororum inuolucris, illoatis? quam explicationem magis probat Turnebus, eamq. nuper quadriennio post quam hæc scripsissem, in Aduersaria sua retulit: & his Ouidianis versibus confirmavit, *in medio tori est de molibus vltis Impositus lecto sponda, pedibusque salignis Vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo Sternere consuerant.*

OBLITVM] participium oblitum coniungendum est cum prouocabulo re. tene illa facere oblitum, quanto minorem curam, sumtumq. munditia desiderat, tanto iustius reprehendendum, si negligatur: magisque adeo, quàm si nõ adhibeatur magnificus ille, & sumtuosus apparatus, què nulli, præterquam diuites, adhibere possint? nequeant autem edendum curauit veterum libroru auctoritatem secutus, pro quo vulgati habent, nequeunt, minus rectè.

DOCTE

A DOCTE CATI] iocatur Horatius, & vrbane hunc Catiu deridet.

NON TAMEN INTERPR. TANTVND. I V.] id est, non tamen renutiando, & referendo, quæ ab illo audiuit, tantum mihi profuerit, quantum magister ipse loquens. notu prouerbiu *ζώσης φωνής μελλω ἐνέπρωται εἶναι.* & illud Elchimis de Demostene, *τι αὐτὸ ἢ τῶ ὄντις ἤκωνδατε.* id est, quid si bestiam audiuissetis?

NON MAGNI PENDIS] id est, non magni facis. tractum ab antiquorum consuetudine, qui ante vsum signata pecunia, as & argentum pendebant.

QUA CONTIGIT.] nam bonum, quo fruimur, ferè minoris facimus: neque tam attendimus aut sentimus, quantum insit in eo fructus, cum fruimur, quàm cum caremus. Itaque verè illud à M. Tullio disputatum, & demonstratū est in oratione, quam habuit ad Quirites post reditum, non longè à princip. nos carendo magis, quàm fruendo, quid quæque res habeat voluptatis, intelligere. sic ille. *Res familiaris sua quemque delectat: reliqua meæ fortuna recuperata plus mihi nunc voluptatis afferunt, quam tunc incolumi tota afferebant. Amicitia, consuetudines, vicinitates, clientela, ludî denique & dies festi quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quàm fruendo, &c.*

B FONTEIS VT ADIRE REMOTOS] fonteis vltimos, & capita fontium vltima, vt definam riuulos cōsectari, & ab ipsis fontibus hauriam, id est, vt ipsum auctorem, & inuentorem huius disciplina, horumque præceptorum adire possim, atq. ab ipso præcepta vitæ beate sumere. est autem totus hic sermo vrbanitatis & satyricæ irrisionis plenus.

C

SATYRA 5.

HOC quoque, Tiresia, præter narrata, petenti

Responde: quibus amissas reparare quæ res

D Artibus, atque modis. quid rides? iam me doloso

Nõ satis est Ithacæ reuechi: patriosq. Penateis

Aspicere? ò nulli quicquã mentite, vides, vt

Nudus, inopsq. domum redeam te vate: neque illic,

Aut apotheca procis intacta est, aut pecus. atqui

Et genus, & virtus, nisi cū re, vilior alga est.

Quando pauperiem misis ambagibus horres:

Accipe, qua ratione queas ditescere, turdus,

Sine aliud priuū dabitur tibi: denolet illuc,

Res vbi magna nitet domino sene: dulcia E poma,

Et, quoscumque feret cultus tibi fundus honores,

Ante Larè gustet venerabilior Lare diues,

Qui quauis perivurus erit, sine gente, cruetus

Sanguine fraterno, fugitiuus, ne tamen illi

Tu comes exterior, si postulet, ire recuses.

Vine tegam spurco Damae latus? haud ita Troiæ

Me gessi, certans semper melioribus. ergo

F Pauper eris. fortem hoc animu tolerare iubebo.

Et quondam maiora tuli, tu protinus, vnde

Diuitias, ærisque ruam, dic augur, acervos.

Dixi equidè: & dico: captes astutus vbi que

Testaneta senū, neu, si vaser vnus, & alter

Insidiatorem præroso fugerit hamo:

Aut spem deponas, aut artè illusus omittas:

Magna, minorve foro si res, certabitur olim:

Viuet vt er locuples sine natis, improbus vltro

G Qui meliorem audax vocet in ius: illius esto

Defensor, fama ciuem, causâ que priorem

Sperne, domi si natus erit, faciendâue coniu.

Quinte puta, aut Publi (gaudent prænomine molles

Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amicū.

Ius anceps nõ uir: causas defendere possim:

Eripiet quiuis oculos citius mihi, quàm te

Contemptum cassa nuce pauperet. hæc mea

H cura est,

Ne quid tu perdas, neu sis iocus, ire domū,

atque

Pelliculam curare iube, si cognitor ipse.

Persta, atq. obdura: seu rubra canicula findet

Infanteis statuas: seu pingui tentus omaso

Furius hibernas cana niue conspuet Alpeis:

Nõne vides, aliquis cubito stantem propè

tangens

Inquiet, vt patiens? vt amicis aptus? vt acer?

Plures annabunt thymni: & cetaria crescēt.

Sicui præterea validus malè filius in re

Præclara sublatus aletur: ne manifestum

A Celibis obsequium nudet te: leniter in spem Arrepe officiosus, vt scribare secundus Heres: & si quis casus puerum egerit Orco, In vacuum venias, perrare hæc alea fallit. Qui testamētum tradet tibi cūque legendū: Abnuere, & tabulas à te remouere memento, Sic tamē, vt limis rapias, quid prima secūdo Cera velit versu, solus, multisne coheres, **B** Scriba ex quinque uiro coruū deludet hiantē: Captatorūque dabit risus Nafica Corano. Num furis: an prudens ludis me, obscura canendo? O Lærtiade, quicquid dicam, aut erit, aut nō. Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo. Quid tamen ista velit sibi fabula, si licet, e de. Tēpore quo iuuenis Parthis horredus ab alto Demissum genus Enēa, tellure, marique Magnus erit: forti nubet procerā Corano Filia Nafica metuentis reddere soldum. **C** Tum gener hoc faciet: tabulas socero dabit: atque Vt legat, orabit, multum Nafica negatas Accipiet tandē: & tacitus leget, inuenietq; Nil sibi legatum, præter plorare, suisque. Illud ad hæc iubeo: mulier si forte dolosa, Libertusve senem delirum temperet: illis Accedas socius: laudes, lauderis vt absens. Adiuuat hoc quoq;: sed vincit longē prius, ipsum Expugnare caput, scribet mala carmina recors? **D** Laudato scortator erit: caue te roget: vltro Penelopam facilis potiori trade. putāsne? Per duci poterit, tam frugi, tamque pudica, Quam nequiere proci recto depellere cursu? Venit enim magnū donandi parca inuentus. Nec tantum Veneris, quantum studiosa culina. Sic tibi Penelope frugi est: quæ si semel vno De sene gustarit, tecum partita lucellum: Vt canis, à corio nūquā absterrebitur vincto.

Me sene, quod dicam, factum est, anus impro- **E** ba Thebis Ex testamento sic est elata: cadauer Vinctum oleo largo nudis humeris tulit heres: Scilicet elabi si posset mortua: credo, Quod nimium insulterat viuētī, cautus adito: Neu desis operæ: nēve immoderatus abūdes. Difficilem, & morosum offendet garrulus. vltro Non etiam si leas, Dauus sis comicus: atque Stes capite obstipō, multum similis metuenti. **F** Obsequio grassare: mone, si increbuit aura, Cautus vt i velet carū caput, extrahere turba Oppositis humeris, aurem substringe loquaci. Importunus amat laudari: donec obre iam Ad cælū manibus sublatis, dixerit, vrge: Crescēt em tumidis infla sermonibus vltrem. Cū te seruitio longo, curaque leuarit: Et certum vigilans, quartæ sit partis Vlyffes Audieris, heres: ergo nunc Dama sodalis Nusquam est: vnde mihi tam fortem, tamque fidelem? Sparge subinde: & si paulum potes, illacrymare, est Gaudia prodentem vultū celare, sepulcrum Permissum arbutio, sine sordibus exstrue, funus Egregiè factum laudet vicinia, si quis Forte coheredum senior male iussit: huic tu Dic, ex parte tua, seu fundi, siue domus sit Emtor, gaudētē nummo, te addicere, sed me Imperiosa trahit Proserpina: viue, valeque. **H**

Hac satyra describit sub Vlyffis persona infidiatores, & captatores hereditatū: quorum magna quidem iā erat turba ætate Horatij, sed longē maior postea exstitit, dominantibus Romæ impotentissimis, sceleratissimis, flagitiosissimis, impurissimis tyrannis. Ad hanc rem pertinent illa, quæ sunt epist. 1. lib. 1. Frustris [seu Crustis] & romis viduas venentur auaras, Excipiāntq; senes, quos in vinaria mittant, facit autē Tiresiam Vlyffis consulenti apud inferos, quibus rationibus, atque artibus damna præterita sarcire, & ditescere possit, respondentem, nullam esse rei faciendæ viam breuiorem, atque expeditiorem, quàm senes diuites vel orbos, vel quibus liberi sint parum fir-

ma va-

A ma valetudine, omni studio, atque officio profecti, aucupari, captare. Hoc quoque Tiresia.] proinde quasi multa alia inter se locuti sint, & quasi non sit hoc sermonis principium, à media quodammodo narratione orditur: quo in genere frequentes sunt comici. Terent. And. quid igitur sibi vult pater? cur simulat? & ibid. Ita pot quidem res est, vt dixit, Lesbia. ibid. Mitte orare, &c. Sciendum est autem, Horatium alludere ad ea, quæ finxit Homerus de Vlyffis ad inferos descensu, quæ sunt ὄδου κ. vbi Circe Vlyffis omnibus precibus obsecranti, vt sibi in patriam redeundi potestatem faciat, viamq; ostendat, respondet, illi per se quidem reuerti licere: sed non antè id fieri posse, quàm ad inferos descendit, Tiresiamq; vatem consuluerit: quem ait numquam labi, numquam errare: cui soli Proserpinam etiam mortuo prudentiam, sapientiamq; dedisse: ceteros verò vmbas esse, atq; huc & illuc vagari, ac volitare. Homeri verba sunt hæc, Ἀλλ' ἄλλω γῆρ ὀρώτων ὄδον τέλος, καὶ ἰκέομαι εἰς Αἴδαο δόμους, καὶ ἐπιγῆς Περσεφονείας, Ψυχὴν χρῆσιμόν τις θηβοῖς Τειρεσίῳ Μάρπρος ἀλάει, τὸ τε φρένας ἐμπέδι εἶσι. Τῷ καὶ τεχνειώτῳ νόον παρὲρ Περσεφονεία, Οἷῳ πεπνυσαί. τοὶ δὲ σιωπῆ ἀίσωσι. cum quibus congruunt illa Pindarica εἰδ. ἐκείῳ ἰδμ. Τειρεσίαο πυκνωῖς βουλαῖς. id est, Tiresia prudentiam consiliis. **C** AMISSAS REP. QV. RES.] iacturas præterita sarcire possim. omnium autem damnorū, quæ fecit Vlyffes, grauissimum fuit illud, quod ei accidit ob solis boues ab eius focis violatos, ac mactatos. Nam propter huius facinoris culpam, focios omnes suos amisit, ipse vix nudus ligno vno nauis nixus ad Calypsonem peruenit: quæ narratur ὄδου κ. & nos attigimus annot. ad epist. 5. lib. 1. **D** OLOSOS.] noti quidem sunt Vlyffis doli vel pueris, & diximus sup. quiddā hac de re ad Od. 6. lib. 1. sed non me pigebit tamen locos duos ex Homero proponere lectori, quibus ingenium Vlyffis tale fuisse declaratur. Nestor ὄδ. γ. ipfius Vlyffis filio Telemacho Vlyffem fallaciarum, atque astutiarum omnium varietate, & multitudine Græcis omnibus antecelluisse dicit, his verbis, Εἰς ἑπίσσι ποτε μὴτιν ὁμοιωθῆναι αἴτιω Ηἰθελ, ἐπεὶ μάλα πολλὸν ἐνέκα δῖος ὄδουσεὺς Παντοίοισι δόλοισι, πατήρ τεός. id est, Vbi nemo vniquam consilio & sollertia cum eo se comparare vellet, quoniam multo superior erat Vlyffes pater tuus variis dolis. & Pallas ὄδου κ. posita pastoris, cuius similitudinē & ornatum sibi sumptis, persona, astutissimum, & callidissimum omnium futurum esse ait, qui vltro astutiarum genere Vlyffem superare queat, etiā si Deus ei obuiam fiat. Κερδύλεός κ' εἶν, καὶ ἔπι κλοπός, ὅς σε παρέλθοι. Εν πάντεσσι δόλοισι, καὶ εἰ θεός αἰπάσει, Σχέτιλιε, ποιηλόμντα, δόλων ἀτ, ὄδου κ. ἑμελλες ὄδου κ. εἰ σὴ περ' εἰν γαίη λή-

Ξεν ἀπατόων, Μύθων τε κλοπίων, οἵ τοι παδὸν Φίλοι εἰσίν. id est, A stutus sit ille, & valde fallax, qui te omnibus dolis prætereat, etiam si deus tecum ceteret. infelix, seu miserabilis, variorum consiliorum artifex, dolis inexplabilis: ergo ita futurum fuit, vt ne in tua quidem patria fallaciarū, sermonūq; doloform, qui tibi natura soli cari sunt, modum constitueres?

ΙΑΜΝΕ ΔΟΛ. ΝΟΝ ΣΑΤΙΣ ΕΣΤ ΙΤΗ. REV.] Iamne dolofo Vlyffis (inquit Tiresias) non satis est, in patriam nauibus reuerti, patriamq; aspicere: Verum tamen Ithacam vt videret, patriam suam, vir ille sapientissimus immortalitatem scribitur repudiasse, ait M. Tull. libro 2. de legib. & Homer. ὄδου κ. αὐτὸρ ὄδουσεὺς Τέλεμος καὶ χαπὸν Σπορῶσιοντα νοήσας Ης γαίης, θαλασσαν ἰμείρεται. id est, At Vlyffes cupiens etiam fumum patriæ suæ exsilientem aspicere, mori exoptat.

ὈΝΥΛΛΙΟΥ ΚΥΙΚΟΥ ΜΕΝΤ.] sic Sophocli. in OEdip. tyranno de Tiresia, Τὸν θεῖον ἡδὴ μόνον ὠδ' ἀγῶσιν, ὃ Τάληθες ἐμπέφυκεν αἰθρῶσφ μόνον, id est, huc iam diuinum vatem adducunt, cui homini soli verum est insitum.

ΑΡΟΤΗΕΑ.] Σπορῶσιν locus, vbi quippiam cōditur, vt vinum, arma, fruges. apotheca vinarie, frequentes voces apud Plinium, & Columellam. M. Tull. Philipp. 2. apotheca totæ nequissimū hominibus condonabantur.

ΑΥΤΡΕΚΥΣ.] primo libro ὄδου κ. queritur Pallas, procos Penelope, oucis, & boues Vlyffis mactare. οἱ τε οἱ αἰεὶ Μῆλ' ἀδινὰ σφάλλεσι, καὶ εἰλίποδας, ἑλικας βῆς. & eodem libro Telemachus, οἱ δὲ φηγῶσσι εἰδούτες Οἴων ὄμιον: ταχά δ' ἡμε διαρροασοσι καὶ αὐτῶν. i. h. autem domum meam comedentes absumunt: fortasse verò etiam me ipsum interficiunt. in quibusdam libris scriptū esse penus, quidam, qui habetur doctus, mihi dicebat Roma, & ita legendum vero vultu contendeat.

ΑΛΓΑ.] sup. Od. 17. lib. 5. & alga littus inutili Demissa tempestas ab Euro sternet. Virg. Melibœo, Horridior rusco, procieta vilior alga.

QVANDO PAUPER M.] Quoniam igitur (inquit Tiresias) omissa longa verborum circuitione, paupertatem pertimescis, ac reformidas: audi, & cognosce ex me, qua ratione possis rem facere, & locupletari.

SIVE ALIVD PRIV.] priuatum, proprium: vt epist. 1. lib. 1. quem ducit priua triremis. Siue, hoc loco non geminatur, vt nec Od. 6. lib. 1. Cantamus vacui, siue quod vrimur Non præter solitum leues. siue turdus (inquit) siue quid aliud proprium tibi supperet, mittatur illico ad diuitem senem. Priuum est proprium vniuersaliu iufque: vnde & res priuata, inquit Nonius. aliàs priuum idem valet, quod singulare, seu singulū, vt loquebantur veteres.

DE VOLB.] deferatur illuc, idq; quàm pri-

Οο

A mùm, & celerrimè. verbo accommodatissimo ad nomen, *turdus*, quod antecedit, vsus est. NITET] nitor domus significat copiam, & diuitias: vt nitor corporis, victum mūdum, lautum, & elegantem. sic Lucret. lib. 1. & item alibi, fruges nitidas appellat, significās, pingueis, opimas, & vberes.

DVLICIA POMAE] Virgil. Tityro, *sunt nobis mitia pomae*.

HONORES] optimos quosq; fructus, atque adeo primos, quibus significes, te optimè de eo existimare, benèq; ei cupere.

VENERABILIOR LARE] quem prius & potius venerari debes, quàm Larem, si quidem quàm primùm ditescere velis. Lares & Penates, dii, qui à quoque domi colebantur: quibus è cena libare, & fructuum primitias consecrare solebant, vide annot. ad epist. 7. lib. 1.

B SINE GENTE] vt pote libertus, aut libertinus, gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiores nulli seruitutem seruiuerunt, vt definit Scauola. Inter gentem autè, & familiam, tātūdem interest, quāntum inter genus & stirpem. Nam quemadmodum latius patet gens, quàm familia: ita & genus plus cōtinet, quàm stirps, denique familiæ multæ possunt esse vnus gentis, vt in gēte Valeria erant Maximi, Messalla, Leuini, Flaccii: in Cornelia Scipiones, Cinnæ, Lentuli, Sullæ. Itaque si de hereditate aliqua controuersia sit, propiores, ac priores sunt agnati, quoniam eiusdem familiæ sunt, quàm gentiles, qui duntaxat eiusdem sunt gentis. qua de re quod inter Marcellos, & Claudios patricios, litigatum esse scriptū reliquit M. Tullius lib. 1. de oratore ad Qu. Frar. cūm Marcelli ab liberti filio, stirpe: Claudij patricij, eiusdem hominis hereditatem gente ad se reddisse dicerent: non dubito, quin ea hereditas à centumuiris fuerit Marcellis adiudicata. ius enim stirpis, & familia, iure generis, & gentilitatis potius, atque interius est. gentem igitur eorū fuisse, qui eiusdem nominis essent, quorūque maiores seruitutem non seruiuerant: familiam autem eorum, qui eiusdem nominis essent, & cognominis, inter omnes cōuenit. Itaque sine gēte erant liberti, libertini, libertinorū filij, tametsi hi, quos vltimo loco posui, essent ingenui.

D CRUENT. SANG. FRAT.] fratricida. Virg. lib. 1. Æneid. *primo quæ prodita somno Tydides multa vastabat cæde cruentus*. Cruentus autem & hic, & apud Virgil. idem valet, quod, cōtaminatus & inquinatus. sanguis enim inquinat. Itaque qui occiderunt aliquem, impuri sunt. Ex eo cruentum pro impuro vsurpatur, vt à Lucretio lib. 6. de nat. rer. *An calū nobis vltro natura cruentum*, &c. vbi vulgò corruptum legebatur.

FUGITIVVS] id est, seruus. nam seruū, fugitiuum appellabant per contumeliam, ab affectu Terent. Eunuch. *fugitiue prodi, malè conciliate*. Interdum etiam liberum ab effectu, atque euen-

tu, vt idem Heautont. *quamobrem me rogat? homini fugitiuo dabo?* nam ibi de Clinia loquitur. Omnino fugitiui propriè serui appellatur. ex quo in edicto ædiliū curulium titulus est seruorum fugitiuorum, *si quis fugitiuus, errore sit, noxæve solutus non sit*.

EXTERIOR] inferior: vt cūm eo ambules, & iter facias minus honorato loco: vt incedas ab eius sinistro latere: vt ei claudas, & tegas læuum latus. quod declarat proximus versus. translatio autem ducta est à circulis, quorū ij, qui sunt exteriores, sunt posteriōres: interiores autem, priores. Sic igitur qui in ingressu dextram partē obtinent, interiore circum, & iccirco minorem faciunt: qui læuam, exteriorē, & maiorem.

VITNE TEGAM] sic habent cod. 2. Vatic. & Iannoct. Faern. Tornef. Russard. cuius lectiois elegantiam quidam non intelligentes supplerant, *Prisne tegam*. Nam sic loquitur boni scriprores: in his Lilius lib. 4. *Illine vt impune primò discordias ferentes concissent finitima bella? deinde, &c.* Horat. Od. 16. epod. responf. Canid. *Inultus vt tu riseris Cotytia Pulgata, sacrum liberi Cupidinis? & fortasse M. Tullius lib. 4. accusation. ita locutus est nō longè à princip. mutata scilicet interpunctione, Quid si magnitudine pecunia persuasum est? verisimile non est. Pr ille homo tam locuples, tam honestus religioni suæ, monumentisque maiorum pecuniam anteponeret? nam hæc legi coniuncte, veri simile nō est, vt ille homo tam locupl. &c. non placet. quamquam non sum oblitus, me nuper, cūm M. Tullij opera omnia edidi, paulo aliter hunc locum legendum esse putauisse.*

DAMÆ] seruii genere nato. sup. sat. 6. lib. 1. *Tūne Syri, Damae, Dionysi filius, audeis Dejcere è saxo ciuies?*

CERTANS SEMP. MELIORIB.] vt cū Aiace, participium *certans* cum dandi casu coniunxit, vt solet similia.

FORTEM HOC ANIMVM TOLER. I V B.] mihi, meoque animo imperabo, vt præter meam consuetudinem, meamque dignitatē, Dammam, & infimum quemque hominem colam rei faciendæ, & ditescendi causa. Alludit autem ad illud Homericum, quod dicit Vlysses ὀδυρ. *Τέτρατι μοι κραδίη, καὶ κούτερον ἄλλο ποτ' ἔτλης*, id est, dura & perfer mihi anime: & etiam grauius aliud aliquando pertulisti.

R V A M] eruam, effodiam, cōparem: vel dicruam acernus, id est, corruam, colligam, construā. tale illud est sat. 1. lib. 1. *diues, vt metiretur nummos. eodem pertinet illud ex ead. sat. Et ni id sit, quid habet pulchri constructus acernus?* tralatio est.

INSIDIATOREM] te captatorem hereditatis: insidiatorem bonorum.

PRÆROSO FVÇ. HAMO] translatum à piscibus, qui plerumque homo vnà cum esca vorato, vel certè esca circumfamo, effugiunt manus piscatoris. huc pertinet distichum illud Martialis de captatore lib. 6. *Mūnera magna quidem misit, sed misit*

A misit in hamo, Et piscatorem piscis amare potest? AVT S P E M D E P.] profert hunc locum Priscian. lib. 1. *spem deponas* autè, id est, desperes; spem abijcias.

AVT ARTEM] τέχνην, captandi scilicet: ILLVSVS] ab eo, què captabas. Ars omnino incerta est, & in coniectura posita. Quare nō debet artifex, si quando præceptis artis minus respondet euentus, artem desinere: sed aliam viā experiri, & tamen præcepta, quibus ars ea, quam tractat, constat, accuratissimè seruare.

MAGNA, MINORVE, &c.] id est, siue de magna, siue de parua re olim disceptabitur, litigabitur, iudicio contendetur: eius, qui sit auidax, improbus, & sceleratus, causam, & patrocinium suscipito, si modò sit locuples, & sine liberis: alterum autem, qui sit vir bonus, deserito, si liberos habeat. verbum *certabitur* hoc loco personale est (vt appellant) ὁ ἀγωνιστὸς, sic Liu. lib. 35. *Tribuni plebis multam M. Postumio dixerunt. cuius certande cum dies aduenisset, &c.*

O L I M] posthac: vt epist. ad Iul. Florum lib. 1. *Ne, si forte suas repetitum veneris olim Grex auium plumas, &c.* Od. 10. lib. 2. *non si malè nunc, & olim sic erit.* & epist. ad Pufc. Ariftiū. *vt calcem olim si pede maior erit, subuertet: si minor, vret.* Virgil. Æn. 1. *Hunc tu olim calo spoliis orientis onustum Accipies securā, & 4. gentique mea data mania cernam, Cognatas urbes olim, populosque propinquos.*

C VLTRO] qui non laesit, non laesus, nulla iniuria, nullòque damno affectus, virum se multo meliorem in ius vocet: quod est improbi hominis.

FAMA CIVEM, C. q; PR.] ciuem, cuius sit & fama melior, & causa verior.

QVINCTE, PVTA, ET PVBLI] instituit, & docet captatorem Tiresias, qua se oratione ad aureis, & amicitia diuitis sit insinaturus. Nemini autem inauditum est, Romanos illos veteres ingenuos, tribus appellationibus esse nominatos, habuisseque prænomen, id est, nomen commune: nomen, quod erat gentis: cognomen, quod erat familiae nomen. Prænomena erant exempli causa Caius, Cn. Dec. Hostus, L. M'. id est, Manius, M. Num. Post. Proc. P. Q. Ser. Sextus, Sp. Tib. Titus, &c. quamquam nonnulla ex his longo pōst tempore pro cognominibus cæpta sunt vsurpari. sed de his Carol. Sigonius, & Onofr. Panuinius, viri doctissimi, sunt consulendi.

GAUDENT PRÆNOMINE M. AVR.] prænomina enim maximè erant ingenuorū propria. Quin serui prænominibus carebant. Vnde longè honorificentius erat prænominibus salutare, quàm nominibus, aut cognominibus. cōtrā familiaris, & communius cognominibus salutare, vt salue Casca, salue Pulcher, Cicero, Cæsar.

TIBI ME VIRTVS TVA F. A.] virtus tua, non pecunia tua.

MOLLE] quæ delectantur assentatione: libertate orationis offenduntur.

I V S A N C E P S] M. Tul'. *ius varium* in oratione pro Cæcina: pro Murena *ius controuersum nominat*: id est, ius ambiguum, & quòd in vtramque partem trahi potest.

ERIP. QVIVIS OCVL. CIT.] prouerbialiter dixit. nam etiā ita loquimur, tu mihi carior es his oculis. Carull. ad Quinct. *Eripere ei noli, multo quod carius illi est oculis, seu quid carius est oculis.* idem ad C. Licin. Caluum, *Ni te plus oculis meis amarem lucundissime Phæde, munere isto Odifsem te odio Patimiano.* Iccirò Phædromus ille apud Plaut. in Curculione, amicæ suæ ostium oculisimè appellat, id est, carissimum.

CASSA NVCE] inani. cassum idem valet, quod inane, & vacuum: ex quo, *lumine cassi* appellantur mortui. Virg. Æneid. 2. *nic cassum lumine lugent.* Lucret. lib. 4. *Nam nihil esse potest aliud, nisi lumine cassus Aer id, quod nos umbram perhibere suemus.* idem lib. 5. *Nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur.* ibid. corpus, quod cassum lumine semper. Idem lib. 3. *Sollicitamque geris cassi formidine mentem.* Iterum lib. 4. *illa tibi est igitur verborum copia cassi.* Pacuuius de testudine, *Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguinem cassum.* M. Tullius lib. 5. Tuscul. *vt omne, quod honestum nos, & laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam, & inanis vocis sono decoratum esse dicant.* Plautus Aulul. *virginem habeo grandem, doctè cassam, atque inlocabile.* Idè Pseud. *Te amatorem inuentum esse inanem, quasi cassam nucem.* Idem in Rud. *Cassam glandem.*

PAUPERET] pauperem, seu pauperiorem reddat. vitur hoc verbo & Plautus Mil. gloriofo. *merx, quæ improba est, pro mercis vitio, dominum pretio pauperat.* Idem in Pseud. *nam boni viri Me pauperant, improbi alunt: augent rem meam mali.*

NEV SIS IOCVS] id est, nève sis cuiquā ludibrio: nève te quisquam habeat pro delectamento. sic loquitur Carull. in quandam, *Tocum me putat esse macha turpis.*

IRE DOMVM, ATQVE, &c.] superiora illa intelligenda sunt esse dicta à Tiresia, quasi orationem captatoris præscribente, qua hic sibi diuitis benevolentiam conciliet: & captatoris orationem imitante: Nunc autem loquitur Tiresias ex sua persona.

PELLICVLAM CVRARE] cibo & potione se explere: inuitare se liberaliter, & laurè: molliter & delicatè viuere: sibi benefacere. infra epist. 2. lib. 1. *In cute curanda plus aquo operata inuentus.* & epist. ad Alb. Tibull. *Me pinguem & nitidum bene curata cute vises.*

FI COGNITOR IPSE] Cognitor est is, qui iura alterius habet cognita, eaque alios docet, quos scire illius interest. hoc autè differt cognitor à procuratore, quòd hic est absentis, ille presentis. M. Tull. pro Qu. Rosc. com. *in hæc rem me cognitorem dedisti.* Idem pro Cæcin. de Æbutio. *cognitoris viduarum, defensoris nimium litigiosi.* legèdum autem est non *sis*, vt habent libri vulgari, sed *si*, vt manu scr. quod cūm indicasset mihi Io. O o ij

A Daniel Aurelianus in vno codice, ita reperi potest in sex aliis: itaque memini scriptum esse in iis fere omnibus, quibus Romae usus sum. Vtitur eodem imperativo & Plautus Curculione, *sequere hac Palmure me ad foreis. si mi obsequens.* ibidem paullo post. *Potare, si te mihi volentes propitia.* idem Persa: *Age, si benignus subueni.* & Cn. Matti⁹ apud Nonium lib. 16. Iliad. *Nunc scy, nunc si te viri.*

SEV RVBRA CANICVLA, &c.] siue aestas erit, & anni tempus ardore solis immoderato aestuosum, siue bruma, & caelum perfrigidu. rubra Canicula nominat, quia calida, & ignita rubent. post Caniculae autem ortum acerrimi solent esse totius anni temporis calores. supra Ode 13. lib. 1. *Te flagrantis atrox hora Canicula Nescit tangere.* & Od. 17. eiusdem lib. *Hic in reducta valle Caniculae Vitalis aestus.*

SEVPINGVI TENTVS OMASO] Furium Bibaculum poetam vrbane, satyricoque infectatur, & irridet: & ex eo, quod vilibus obsoniis sese expleret, ac faginaret, cõtemtum significat: qui, cum brumae tempus describeret, hoc versu fuerat usus, *Iupiter hibernas cana nive consumit Alpeis.* Huius tamen Furtij versus aliquot profert Macrobius lib. 6. Saturn. cap. 1. non malos: quippe quos Virg. mutatus sit: vt 6. annal. *Quod genus hoc hominum Saturno sancte create?* & 1. Intro. *Oceani linguens Euroa cubile.* & 10. *Rumoresq; ferunt varios, & multa requirunt.* ibid. *Confirmat dictis simul, atque exfuscitat acris Ad bellandũ animos, reficitque ad praebia mentis.* Profert & hos A. Gellius lib. 18. cap. 10. *sanguine diluitur tellus, cana terra lutescit. Omnia noctescunt tenebris caliginis atra.*

C *Increpant animi, vivecit vulnere virtus. sicut Fulca lenis, volitat super aquora classis. Spiritus Eurore vireidis cum purpurat undas. Quo magis in patriis posint opulescere campis.* Iam omasum bubulu commemorat Plinius lib. 8. cap. 46. *damnatus est a populo Rom. die dicta, qui cocubino procaci rure omasum edisse se negante, occiderit bouem, atq; in exsilium, tanquam colono suo interemto.* Nonius, *Pracisum & omasum partes carnis & viscerum.* significat Horatius, hunc Furium hominem fuisse obefum, & pinguem.

NõNNE VIDES, ALIQVIS] dicit aliquis de te, vel diuitem illum, vel alium sibi proximum cubito tangens, non vides, vt patiens, id est, quo modo, vel quam sit patiens, & laboriosus Vlysses: quam officiosus, & vilis, & opportunus amicus? quo modo, seu quam acer, id est, quam acriter in eo, quod susceperit, perseverans? vel quam fortis, ac diligens? *Nõnne vides* autem principium versus, à Lucretio terq; quaterque iteratum.

PLVRES ANNAE. THYNNI] allegoria est. per thynnos, senes diuites sine liberis significat. captatorem autem cum piscatore comparat. Thynnium Athenas libro 7. scribit appellatum esse *αγρὸ τῶ θύνει τε, καὶ ὀρυμνῶν*, id est, imperij facere, irruere. huc piscem enim admodum con-

citatum & celere esse, propterea, quod certo anni tempore stimulum, seu aestrum quoddam habeat in capite, à quo concitetur, atque impellatur: quod item scribit Aristoteles lib. 8. cap. 19. his verbis, *οἱ δὲ θύννοι, καὶ οἱ ξιφίαι οἱσρῶσι αἰετὸν κινῶντες ἔπι τοῦ λυγροῦ, ἔχουσιν γὰρ ἀμφοτέρω τινικαῦτα ὡσαύτῃ τὰ πτερυγία, οἷον σκαλαχίαι, τὸ καλὸν μὲν οἱσρῶν ὁμοίον μὲν σιορπίδι, μέγιστος δὲ ἴσον ἔραγγυ. τούτῳ δὲ ποιεῖ αὐτοὺς ἐξ ἀλλοειδῶν, ὅτε ἑλπίσιν τῶ δελφίνος: καὶ τοῖς πλείοις πολλὰς ἐμπύσσεισι, id est, Thynni & gladij concitantur aestro quodam, seu asilo, circiter ortum Caniculae. habent enim tum ytrique ad alas, seu pinnas tanquam vermiculum, qui aestrum, seu asilum appellatur, scorpio simile, magnitudine autem araneo aequale. Hoc autem ita eos vrit, & cruciat, vt exsiliant, & subsiliant non minus quam delphinus. Tum saepe in nauigia irruunt. Idem auctores tradunt, thynnus oculi dextri aciem acriorem esse, quam laui.*

CETARIA] vel vasa, in quibus grandiores pisces sale conditi seruantur: vel stagna, in quibus viui aluntur.

VALIDVS MALE] parum firmus, infirma valetudine, & ita non vitalis.

SVBLATVS ALETVR] tolli dicuntur pueri, qui, cum in lucem editi sunt, studiosi, & magna cura dantur alendi, vt adolefcant, & ad aetate florem, ac pubertatem perueniant, natum ex eo, quod patres si filios sibi natos alere vellent, eos humi iacentes, tollere, & complecti solebat: sin nollet, exponi iubebant: exponi autem, id est, domo exportatos in loco publico, vt in via publica, aut in littore maris, aut in ripa fluminis, aut in silua aliqua ponere, & fortunae committere, ac permittere. nam parentibus licebat liberos nuper natos vel exponere, ac necare, vel tollere, id est, aledo, ad pubertatem, & adultam aetatem perducere. Terent. in Andr. *nam, quod peperisset, insit tolli.* & Heaut. *meministi me esse grauidam, & mihi te magnopere interminatam, si puellam parerem, nolle tolli?* Chr. scio quid feceris. *sustulisti. ibid. sed hic erat anus Corinthia haud impura. ei dedi exponendam.* ibidem, *Nam iam primam, si imperium meum exsequi voluisses, interemtam oportuit.* Idem Adelph. *Tu illos duos pro re olim tollebas tua, quod satis putas tua bona ambobus fore.* Virgil. lib. 9. *Aeneid. Non ita me genitor bellis affuetus Opheltis Argolicum terrorẽ inter, Troiaq; labores sublatum erudit.* Et poeta quidam vetus apud M. Tull. Ciceronem lib. 3. Tusc. *quæst. nisi forte Cicero ipse vertit ex Eurip. Ego cum genui, tum moriturum scivi, & ei rei sustuli.* Notum illud eiusdem Ciceronis dictum ambiguum in Octavianum *ornandum, & tollendum adolescentem.* quod ipsum Octavianum Caesarẽ esse questum scribit D. Brutus ad Cicer. epist. lib. 9. & refert Paterculius libro poster. & Suetonius in Augusto.

IN RE PRÆCL.] in re familiari lauta, & ampla.

NE MA-

A **NE MANIFEST. CALIB. OBSEQV. NV D.]** id est, ne cultus senis calibis tam apertus, ac manifestus declaret, te esse captatore hereditatis, nudet te, id est, prodat te: paullum tuum aperiat, ac patefaciat: tuam artem & fallaciam, quam tegi expediat, retegat.

LEN. IN SPem ARR.] sensim ad spem hereditatis accede: officiis tuis paullatim assere, vt iam sperare audeas, fore, vt secudus heres scribaris. sic dixit Horat. *arrepere in spem,* vt M. Tull. in Frumentar. *arrepere ad amicitiam. quibus rebus non sensim, atque moderate ad istius amicitiam arrepserat, sed breui tempore totum hominem possederat.*

B **SECUNDVS HERES]** secundi heredes dicebantur à veteribus iurifconsultis, qui substituebantur primis heredibus, ita fortasse dicti, quia in secunda cera scribebantur, id est, secunda parte cere, seu in secundis tabulis: vel in secundo gradu.

EGERIT ORCO] ad Orcum egerit, id est, ad inferos: de medio sustulerit: è numero viuorum expulerit.

IN VACVVM VENIAS] in vacuũ, mortuo filio primo herede, locum subeas.

PERR. HEC AL. FALL.] id est, perrard hic euentus frustratur, tractum à cubis, in quibus fortuna quidem dominatur, sed tamen non nihil ars adiuuat, & digitorum mobilitas, & cetera, quae tenent callidi aleatores.

QVI TEST. TR. T. CVM QVE] quicumq; testamentum tibi tradet, &c. tmeis.

AB NVERE, ET TABVLAS] id est, memento id recusare, & tabulas abs te reicere, ita tamen, vt raptim, & limis, hoc est, obliquis oculis inspicias, quid prima cera, id est, prima tabula testamenti, in qua scribuntur primi heredes, contineat, vt scias, vtrum solus sis heres institutus, an tibi dati sint coheredes. Sciendum est autem, in prima cera scribi solitos primos heredes, in secunda secundos, & ita deinceps.

QVID PRIMA SECVNDQ] in primo versus, testatoris nomen: in secundo, heredis, aut heredum scribebatur. neq; verò iis assentior, qui secundo versus interpretatur secundo gradu. nam, qui secundo gradu erant instituti, secundi heredes dicebantur, quos etiam substitutos appellat. praeterea hic vnus est gradus dumtaxat, non plures. Iam verò in tabulis ceratis scribere consueuissent antiquos, constar. itaque sic loquebatur, *prima cera, media cera, vltima cera.* quo genere loquendi significabant primam, mediam, vltimam partem, seu tabulam testamenti. Sueton. in C. Iulio, *sed nouissimo testamento tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octavianum ex dodrante, & L. Pinarium, & Q. Pedium ex quadrante: reliquos in ima cera.* Idemq; de aliis tabulis sententiũ. M. Tull. libro Accul. I. *deinde in codicis extrema cera nomen infimũ in flagitiosa litura fecit.* Plaut. Curcul. *Dum scribo, expleui totas ceras quattuor.* Idem Asinar. *Aut, quod*

illa dicat peregrinallatam epistolam: Ne epistola quidem vlla sit in adibus: nec cerata adeo tabula. Et paucis verbis post, *Ne vlla sit cera, ubi facere possit litteras.* Idem Bacchid. *cedo tu ceram, ac limum acturum. age oblige, obfigna cito.* Idem ibidem, *Cera quidem haud parca, neque stilo: sed quicquid est, perlegere est certum.*

VELOCI PERC. OC.] celeriter perlegito tacitus.

PLER. PECOCT. SCRIBA] Coranum significat, qui ex scriba quinqueuiratũ adeptus, mox ex quinqueuero, scriba iterum factus erat. Ita dicuntur autem quinqueuiri, vt duumviri, triumviri, decemviri, & similes. Recoctum igitur scribam appellat, vel quod ex quinqueuero refectus erat scriba, quod munus ante quinqueuiratum gesserat: vel quia hic Coranus, quamuis aliquantum esset aetate prouecta, ita firmus erat tamen, & validus, vt recoctus esse videretur: vel quia erat callidus, atque astutus, multis in negotiis exercitatus, tritus, ac versatus: vel per recoctum, simpliciter atque grandem significat. quod videretur Seruius velle, qui hunc locum profert ad illum Virgilij locum lib. 11. *Aeneid. solidum nodis, & robore cocto.* Nora autem est omnibus de Aëlo ne à Medea recocto fabula: itemq; de Pelia, quã sic explicabat Diogenes Cynicus, vt diceret, *Medeam non fuisse veneficam, sed eruditam & sapientem feminam. illam enim sumere solitam homines molles, & desidã, luxuria, voluptate fractos: eosque labore & exercitatione fatigare, atque ita validos & robustos efficere.* vnde hanc opinionem, famãmque de ea fluxisse, illam hominum carnibus coctis, eos iuuenes reddere confueuisse. Plaut. in Pseud. *Quia forbitione faciam ego te hodie mea, item vt Medea Peliam concoxit senẽ: quem medicamento, & suis venenis dicitur Fecisse ex senẽ adolescentulum.* M. Tull. in Catone maiore, *quod quidem me proficiscẽtem haud sanẽ quis facile retraxerit, nõne tamquam Peliam, recoxerit.* Varro Marcip. *Peliam Medea permisse, vt se vinum degluberet, dummodo puellum redderet.* Ita Catullus Sufsecium quemdam, senem recoctum dicit, quasi iterum iuuenem factum. *Quod si per recoctum, vafrum, & callidum intelligemus, erit translatio.* H

sententia autem huius loci hæc est: Saepè accidet, vt senex aliquis diuus, & astutus à captatore insidiis appetitus, eius spem fallat, vt Coranus Nafcam deludit. Simile exemplũ commemorat Cornelius Tacitus lib. 13. *Annalium de Pomponio Siluano, repetundarum accusato, & ab soluto Idquens, v alũq; pecuniosa orbitate & senectũ: quam vltra eorum vitam produxit, quorũ ambitu euaserat.*

CORV. DELVD. HIANTEM] captatorem inhiantem, & insidiantem hereditati deludet, ac frustrabitur.

DABIT RISVS] præbebit risus, præbebit argumentum ridendi.

NVM FVRIS, AN] Vlysses non satis intel-

ligens, quid sibi velit Tiresias, quærat, vtrum su-

A rat, vt solent vates: aut prudens, & sciens cum ludificet. Plato in Timæo scribit, neminem mentis compositem vaticinium diuinum ac verum attingere: sed aut in somnis prudentiæ facultate impedita, aut morbo affectum, aut diuino aliquo afflatu concitatum. Verba Platonis sunt hæc, *ἡ δὲ εἰς ἄλλ' ἢ κατ' ὑπνον τῶν φρονήσεως περικύβητος δύναμις, ἢ τῶν νόσων, ἢ τιν' εἰδυσίασμιον, ἢ θεῶν ἀδελφῶν.*

QUICQVID DICAM, AVT] videtur diuinatores, & vaticinia irridere, atque ad eum ipsum Apollinem: si intelligamus, hoc eum dicere, diuinos, & vates ambigua loqui, & quæ in hanc, vel in illam partem trahi possint. Alij nõ putant esse iocum, sed serid dici à Tiresia, quicquid dicitur sit, id aut fore, aut non fore: fore, si fore dixerit: non fore, si negarit fore, qui fortasse falluntur. Nam Horatius, ubique sui similis est: id est, comis, factus, & vrbanus. Verum tamen vtatur suo quicquid iudicio.

DIVINARE ETENIM] ridiculum erat, quod iam iam dixerat, iuxta priorem explicationem, magis ridicula est ratio: quasi verò magnæ diuinationis sit, id dicere, quod sit vel futurum, vel non futurum. nonnulli tamen, vt iam dixi, superiorem verum sic explicant, quicquid dicam, id est, quicquid dicam futurum, id eueniet: quicquid non futurum, non eueniet: vt nullus in sit in his verbis iocus, nullaq; irrisio.

SI LICET, EDE] sic habent omnes libri vulg. cum quibus cõsentiant plerique manuscr. pauci quidam discrepantes habent, *si licet, edam.* quam scripturã si quis fortè probabit, ea sic mihi videtur explicanda. sed tamen (inquit Vlysses) quid sibi velit ista fabula, subintellige, *ede.* cui respondens Tiresias, *edam,* inquit. Tale est illud apud Ciceronem de P. Victorij sententia lib. 4. epistol. ad famil. epistola 11. postea se à Marcello ad me missum esse, qui hæc nuntiaret, & rogaret, uti medicos. *Coegi, & e vestigio, &c.* sic enim legèdũ putat vir ille doctiss. ex auctoritate codicis antiquissimi: non, vt vulgò, *uti cogere medicos.* Nam verbum *cogere* dicit ille natum esse ex annotatione, atq; subintelligendum.

TEMP. QVO IUVENIS PARTHIS] Augustum significat, quo imperium obtinente Parthi signa, quæ Crassus, & Antonius amiserat, vltro Romam remiserunt, epistol. ad August. lib. 2. *Et formidatam Parthis te principe, Romam.* his verbis autem tempus notat.

FORTI NVB. PROC. COR.] Nafica socer caprabat Corani generi testamentum: Coranus gener à Nafica socero captabatur, dolisque petebatur. Iã verò propterea quod Vlysses multis sæculis ætatem Augusti antecessit: cum Vlysse autem Tiresias apud inferos verba facit, iccirco inducitur Tiresias hæc narrans non tanquã præsentia (cũ tempora repugnent) sed tanquam multis post annis euentura.

MET. REDD. SOLD.] id est, non libenter reddentis, à reddendo abhorrentis. *metuentis* enim idem valet, quod *φύλατ' ὀμνέει*, id est, cauentis, fugietis, vt sæpe iam admonuimus. significat, hunc Naficam, fuisse fraudatorem, & infitiatorem lentum, neque bona fide, neque ad diem æs alienum dissoluere consueuisset. *solidum* accipio solidum ac alieni, siue dote debet, siue quid aliud. sic loquitur M. Tull. pro C. Rabirio Post. *ita bona veniant, vt solidum summi cuique soluantur.*

GENER] Coranus: cui Naficæ filia nuptura est. **S**O CER O] Naficæ, Corani captatori, & infidiatore bonorum.

MVLTVM NEGATA] quas multum & sæpe negauerit se inspicere velle.

PRÆTER PLORARE] id est, præter ploratum, & fletum, propterea quod sp̄ sua deciderit. *οἰμῶν* iubent eum Græci, cui malum & damnum precantur. annot. sup. sat. vlt. lib. 1. *Demetri, tæque Tigelli Discipularum inter inbeo plorare cathedras.* vide & quæ annotauimus ad illum locum, *o multa fleturum caput.* ad Od. 5. epod.

ILLVD AD HÆC IYBBO.] Alia ditescendi ratio, quam Vlyssi præscribit Tiresias, quæ tamen ad idem genus refertur.

MVLIER SI FORTE] mulier vel vxor, vel concubina.

TEMPERE] regat. Nam hoc proximo modo locutus est Od. 24. lib. 3. *Nec dotata regit virum vxor.* altero Od. 3. eius lib. *qui mare temperat.*

LAVD. LAVD. VT ABS.] laudes mulierem, aut libertum, absentem scilicet: (immò presentem, magis enim hoc assentatori & captatori cõuenit) vt vel ab hoc, vel ab illa lauderis absens. Non temere autem hoc dictum, nam nemo absentem laudat, qui non amet. quocirca si te absentem laudet mulier, aut libertus, dubitare non debes, quin ab eis amaris. tam hamus ad capiendum amicum efficacissimus est, laus, quam muis eam assentatores valde suspectam reddiderint, vt oleum, vnguentarij. Quemadmodum enim hi oleum: sic illi laudem, ad decipiendum alterum corrumpunt. Quare vt vino, sic laude modicè vtendum est, ne & hic veritatis, & illic temperantiæ fineis transcamus. Minimè igitur præsentem laudare debet is, qui & verus amicus esse, & verum amicum parare studet, sed absentem potius. Neque verò existimanda est laus absentis minus valere ad eius, qui laudetur, amicitiam conciliandam, quam præsentis. Immò verò cõtrà se res habet. Quemadmodum enim acrius feriunt, qui è longinquo loco iaculantur, quam qui è minus propinquo: sic magis hominũ amorem beneuolentiãque commouet atque excitat, qui absenteis, quam qui præsentis laudat.

ADIVVAT] συμβάλλεται, συνεργεί, cõfert, conducit.

SED VINC. LONGE PR. IP. EXP.] sed longè præstat, senem ipsum capere. tralatio ab expu-

A ab expugnatione oppidorum. sic sat. 9. lib. 1. *velit tantummodo: quæ tua virtus, Expugnabis.* Eodè ferè simili vsus est Themistius iunior oratione tertia his verbis, *ἡρωικὸν δὲ ὄρα αὐτῶ μόνω τῶ θηρεῖο μὲν ὡς τῶ μηχανῶν, ἀλλὰ καὶ κείνοισι, οἱ ἡρωικότες ἑπιβατοὶ ἡμῶν ἔργον ποιήσαντι:* id est, admouendæ autem sunt machinæ non ei soli, qui captatur, seu oppugnatur, sed etiam illis, qui antè capti rem nobis facilem ad ingrediendum reddent. qui locus ad hæc Horatiana maxime accommodari potest, vt intelligamus, maxime esse optandum, senem ipsum expugnare: secundo loco, eos, qui facilem aditum ad eum capiendum præbeant.

VEGORS] excors, stultus: quasi mali cordis, inquit Festus.

CAVE TE ROGET] posteriorè syllabam verbi *caue* cortripuit, vt & epistol. 13. lib. 1. *Vade, vale, caue ne titubet, &c.* non celabo lectorem tamè, me in quibusd. libris manuscriptis reperisse scriptum *cauea roget.*

VLTR O] noli expectare dum rogeris, sed vltro, id est, non rogatus, *ἀντεπαγγέλτος*, vxorè ei tuam trade, vt potiori.

PERDVCI P. T.] poteritne percelli ad hoc flagitium Penelope, tam frugi, & tam pudica? persuaderine ei poterit, vt adulteretur, mulieri tam temperanti, & pudicæ? à verbo perducèdi, perducitores sunt appellati, qui mulieribus nobleis vel promissis inductas, vel vi, & minis coactas ad potentiores viros perducunt. Cic. 1. lib. accus. *le nonum, aletorum, perducitorem nulla mentio fiat,* quã quã docti quidam *productores* illo loco legèdũ censerunt, vt Latinũ Græco respõdeat, *ἡραγωγούς.*

TAM FRVGI, TAMQVE PVD.] pudicitiam Penelopæ omnes ferè scriptores prædicant, Homerum secuti: qui eam passim hac pudicitia laude afficit, pudicissimamque, describit, vsque ad eum, vt neque ex eius oratione, neque ex factis vel tenuissima impudicitia suspicio in eam iure constitui, aut commoueri possit. Occurrit mihi locus ille δδ. σ. in quo Eurynomam anum hortantem, vt loto corpore, facieque vnguento, seu oleo perfusa in conspectum filij prodeat, & cum eo loquatur, malè accipit verbis: atque formam suam, posteaquã Vlysses ad bellum Troianum profectus sit, deflorauit, atque exaruisse: itaque sibi talem mundiciam esse negligendam: quæ verba locuta, ancillas euocari iubet, vt sibi præstò sint: nam se solam in cœtu viroũ prodire nolle. sic Hom. *τὴν δ' αὖτε ἡραγωγὴν Πηνελόπειαν Ἐυρύνομον, μὴ τῶντα παραύδα κηδὸν ἡ περ, Χρῶντ' ἀπονίπτεσθαι, καὶ ἑπιπέσειν ἐλάσθω.* & eodè libro Eurymachos vnè è procis formam ipsius laudanti, atque affirmanti, si ab omnibus Argiuis, & Græcis spectata esset, multo plureis in eius adibus procos epulatos: respondet, formam suam defluxisse post initium belli Troiani. quod si Vlysses domi sit, maiorem suam gloriam futuram ex viri præ-

sentia, quàm ex forma. Sed Pausanias Arcad. narrat sua ætate postquam quandam *Θεσπρωτὶδα* inscriptam exstitisse, in qua scriptum esset, Penelopam Vlyssi ex Troia reuerfo filium perperisse nomine Ptoliporthum. addit & illud, Mantinenses vulgò dicere, Penelopam ab Vlysse domo eiectã, & sibi suas res habere iussam, quod viros à se quæstos, & accessitos domum intromissit: atq; illam quidem primò Lacedæmonem se cõtulisse: deinde relicta Lacedæmonie Mantineam profectam esse, ibique diem suum obiisse.

QUAM NEQ. PR. &c.] quam proci corrumpere, & labefactare non potuerit: quam ad adulterium impellere nequieverunt.

RECTO DEPELL. CVRSV] ex hoc loco illum puto esse emendam, qui est sat. 3. eiusd. lib. *Palanteis error certo de tramite pellit: & legendum, recto de tramite.*

VEN. EN. MAGNVMDON. P.] Respondet Tiresias. atq; hæc sunt subintelligenda aut similia quædam, *Quid mirum, procos nõ potuisse vxorem tuam ad stuprum perducere? Venit enim, &c. i. i. venerunt enim ad eam iuuenes illiberales, & parci ac restricti in magnũ donado. proci Penelopæ non admodum effusè, nec largè donabant: parce & illiberaliter donabãt: fortasse quia donandi facultatem nõ habebant; non quod donare nollent. De largitione procorum vnus mihi duntaxat locus succurrit, qui est δδ. σ. eo loco mittit quisque suum ad Penelopam manuculã*

PER PVERUM: Antinous vestem muliebrem elegantissimam duodecim fibulis aureis nexam: Eurymachus monile aureum, electro intertextum, affabre factum, ac perpolitum: Eurymachus duo auriam ornamenta pulcherrima, summòque artificio elaborata: Pylander torquem: alij aliud. Verba Homeri sunt hæc, *Δδρα δ' ἄρ' οἰσμήναι ἡραγωγὴν κήρυκα ἑκάστος. Ἀντιόω μὲν ἔνεκε μέγαν περικαλλέα πέπλον Ποικίλον, εἰδ' ἄρ' ἔσαν περόνας δυοκχάδεκα, πᾶσαι Χρύσειαι, κλημισιν ὑγνὰ μῆποις ἀραρυγῶν. Ὀρμον δ' Εὐρύμαχῶ πολυδάμδαλον αὐτῆν, εἴνεκε Χρύσειον ἠλέκτροισιν ἔερμίδιον, ἠέλιον ὄσ. Εργματα δ' Εὐρύμαχου δύο θεράπωντες ἔνεκεν Τρίγυλιναι, μορβέντα. χάρης δ' ἐπελάμπετο πολλή, &c.* Sed non celabo lectorem, Simeonem Bosium Lemouicem, virum doctum, quem iam antea sæpe commemoravi, Aurati olim contubernalem conuictorem & discipulum, existimare hic esse legendum, *Venit enim magno, donandi parca iuuenus:* vt sit hæc sententia, Penelope magno venalis est, id est, non nisi magno pretio emi, seu non nisi magna mercede conducit potest: at iuuenus, parca est donandi: id est, at proci Penelopæ, sunt illiberales & restricti in donando: non donant liberaliter.

NEC TANTVM VEN. QVANT. S TVD.] multis locis commemoratur ab Homero procorum prandia, cenæ, compotationes, epulæ: exempli causa, δδ. β. sic queritur de pro-

A corum conuiuus Telemachus in cōtione, *Οἱ δ' εἰς ἡμέτερον πολέμῳ ἡμᾶτα πάντα*. B' εἰς ἰερεῖοντες, καὶ εἰς, καὶ πῶνας ἀγῶας. *Εἰλαπνίδα* (8. σιν, πῖν' ὅσι τε οἶνοπα οἶνον *Μαυιδίας*. id est, si autem domi nostræ assidue versantes, boues immolantes, & oueis, & pingueis capras epulantur, & vinum rubrum bibunt, &c. & ὁ δ' ὕ. Pallas Vlyssi eandem procorū in ædibus alienis intemperantiam, insolentiam, ac luxuriā narrat ipsi Vlyssi, *Ἀνδρῶν μνηστῆρων, οἵ τοι βίῳτον χρετέδ' ὄσι*.

SIC TIBI PENEL. FRVGI EST] id est, quia p'oci pauca munera largiuntur, & quia studiosiores sunt poculorum, & obsoniorum, quām rerum Venerarum, iccirco tibi Penelope casta & pudica est, alioqui ceterarum mulierum similis futura.

QUAE, SI SEMEL VNO] si semel munerata ab vno senē accepertit, lucro tecum communicato: si semel experta sit, quantus in sit fructus in consuetudine senis diuitis: numquam poterit ab hoc quaestu demoueri. *de senē gustarit* autem videtur ē Græco imitatum, *τὸ γέροντος γεύσῃται*. Significat, mulieres ferē omnēis, quantumuis castę, ac pudicę habeantur, muneribus capi, & labefactari solere.

VT CANIS, A' GORIO NYMO] pro uerbium est, quod in eos cōuenit, qui posteaquam rem aliquam iucundam, & optabilem gustarunt, ab ea ægrē auielli, aut deterri possunt. sic autem effertur Græci, *χαλεπὸν μαγεῖσαι κύνων*. **C** σκλυτοῦ γαίν. id est, periculosa res est canis, quæ corum rodere didicerit. Theocritus paullo aliter *εἰδ' ἰ. χαλεπὸν χορίων κύνων γεύσῃται*. id est, periculosum est, canem de intestinis gustauisse.

EX TESTAMENTO] iussu, aut voluntate ipsius. testatix ipa sic se voluerat efferi.

ELATA] elata ē domo ad rogum. Terent. Andr. *Effertur, imus*. Plautus A sinar. *Prinam sic esse ramur*. Idem Mostell. *vidi efferrī mortuū*. M. Tull. epist. ad Att. lib. 15. epist. 1. *Cn. Lucullus familiaris noster matrem efferebat*. Etiam Græci *ἐκφάρεσθαι* dicunt, ex quo *ἐκφάρεθαι*.

SCILIC. EL. &c.] si forte anus illa mortua ex humeris heredis elabi possit.

CREDO QVOD NIMIVM INSTIT.]

Dcredo (inquit Tiresias) iccirco anum illam voluisse se ita efferi ab herede, quia is fuerat supra modum in ipsam officiosus: quia odiosē, & molestē viam coluerat: nimio officio eam profectus fuerat. Monet igitur hoc exemplo Vlyssēm Tiresias, vt in officio senibus, aut vetulis præstādo, operāq; dāda, modum seruet, videatq; ne sedulitate peccet, neve, dum officio, & studio, senis, aut anus diuitis gratiā aucupatur, offendant, atque abalienet. credibile est autem, verbis testamenti hoc fuisse expressum, ne captator ille ab anu institutus heres, & iustus corpus eius oleo perfusum nudis humeris ad rogum ferre, heres esset, si corpus excederet: aut sub ea condicione institutum esse, si testatix corpus oleo multo

perfusum nudis humeris portaret.

NE DESIS OPERAE, NEVE] cauetō ne officio tuo desis, neve supra modū sis officiosus, id est, ne superes modum in opera tua præstāda, atque obtundenda. Nam (vt ait alibi) *sedulitas, stultitē quem diligit, urget*.

DIFFICIL. ET MOROS.] difficilem, *χαλεπὸν, δυσόρεστον*, morosum, *δυσόροπον*, supra Oda 9. lib. 1. senectutem morosam appellat. morosi enim ferē sunt, senes: & item difficiles. epist. ad Pison. *Difficilis, querulus, laudator temporis æti*.

OFF. GARRVLVS. VLTRO NON] si illam distinctionem, & lectionem probamus, *garrulus vltro*, hæc sententia est: qui vltro garrit, id est, qui non prouocatus, aut interrogatus loquitur, idque supra modum, offendet. sin, vt hic scriptum est: *vltrō* pertinēbit ad ea, quæ sequuntur, *Non etiam sileas*. Sed quid erit, *Non etiam vltro sileas*? arbitror, eum *vltrō* silere dicendum, qui appellatus, aut interrogatus, aut alioqui ad loquendum prouocatus, tacet. ab eo enim siletium oritur: & ipse sine causa tacet: immo cum causam nactus sit loquendi à diuite oblatam, tacet. Itaq; vltro silet. Verat igitur Tiresias Vlyssēm captatorem vltro silere, id est, causam & originem siletij esse. Et verō mediocritatem seruare iubet. Nam primūm monet, vt garrulitatē viter: deinde deterret à nimia taciturnitate, qualis est eius, qui ad sermonem prouocatus tacet. In cod. I. ann. & Tornesij scriptum reperi *vltrā*. quam scripturā si quis probabit, interpretabimur vltro quāmsatis est, vltro modum. Nam inest etiam hæc in hoc loco difficultas, quod in aliis cod. interpunctio notā post nomē *garrulus*: in aliis post vocē *vltrō*, siue *vltrā*, locatur. iudicet igitur lector.

DAVVVS SIS COMICVS] talis esto, qualis inducitur Daus in comedijis, nempe (seruili-ter, & timidē cum domino loquens, etique non nisi ad rogata respondens, neque cum interrogare audens. talis etiam ab ipso Horatio inducitur sat. 7. inf. *Iam dudum ausculto: & cupiens tibi dicere seruus pauca, reformido*.

CAPITE OBSTIPO] incuruato, inflexo, inclinato: qui gestus est hominis animū demittē. **H**tis, & ad palpandū parati. M. Tull. in Arato, *obstipū caput*. *& tereti ceruice reflexum, obtinū in caudam maioris figere dicas*. Lucret. lib. 4. *Denique vt in fabrica, si praua est regula prima: Normaque si fallax rectis regionibus exit: Et libella aliqua si ex parti claudicat hylum: Omnia mendosē fieri, atque obstipa necessum est, Præua, cubantia, prona, supina, atque absona testæ, quem Lucretij locum testem producēs Festus, legit *obstipa*, in voce *obstipium*. sed puto, Festū eo loco esse mendosum, & legendum, *obstipium*, & *obstipa*. nam aliud est *obstipium*, aliud *obstipium*. Sueton. de Tiberio, *Incedebat ceruice rigida & obstipa, adducto ferē vultu*.*

OBSEQVIO GRASSARE] *grassari*, vt Nonius Marcellus docet ex Næuio & Afranio, idem ferē valet, quod ambulare, & iter facere. Festus

CARVM CAPVT] *φίλων κεφαλή*. Omnia quæ in homine præcipuum vim habent salutis & vitæ conseruandæ, aut quæ summam præbent voluptatem atque vtilitatem, cara dicuntur à poetis Græcis, vt *φίλη ψυχή*, *φίλον κῆρ*, *φίλος θυμός*, *φίλα γούνατα*, *φίλη κεφαλή*, *φίλα ὕμματα*, *φίλοι ὄφθαλμοί*, *φίλη πατρίς*, *φίλος οἶκος*, vel *φίλα οἶκία* in numero multitud. *φίλη μήτηρ*, *φίλα τέκνα*, &c. id est cara anima, carū cor, carus animus, cara genua, carū caput, cari oculi, cara patria, cara domus, seu caræ domus, cara mater, cari liberi, &c.

EXTR. TVRBA OPPOS. HVM.] ne quis eum in turba iactet, aut impellat. *oppositis humeris*, tuis scilicet, *παρῶν τῶν ὀμῶν σθ.* obiectis humeris, tamquam scuto aduersus pulsum multitudinis & turbæ. Theophrastus ἡθικ. *χορηγεῖται* in describendo assentatore etiā hoc argumentum commemorat non admodum dissimile, καὶ τὸς ἀπαπῶντας ἠτιπῶν κελύσαι ἕως αὐτῶν παρέλθῃ: id est, & proprium est assentatoris iubere eos, qui obuiā eunt, consistere, donec ille praterierit.

AVREM SVBSTR. LOQ.] si tibi res est

A Festus autem ait antiquos *grassari* posuisse pro *adulari*: præterea *grassari latrones dici vias obsecrantes. gradū siquidem ambulare est. vnde tractum grassari, videlicet ab imperu gradiendi*. quod item ex Sallustio probari potest, pro cæmio belli Iugurth. *sed dux, atque imperator vita mortalium, animus est: qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens, potensque, & clarus est, neq; fortuna eget*. & ita Liviū lib. 10. *consilio grassandum, si nihil vires iuuarent, rarus*. Idem lib. 45. *Etiam apud vos fuisse audiui, qui assentando multitudini grassantur*. Itaque hæc verba obsequio grassare, hanc sententiam videntur cōtinere, Obsequio, opera, officio aditum tibi ad diuitem patefacito: nulla alia ratione, aut via diuitem capta, quā obsequendo: insidiare diuiti obsequio. nam grassari valet interdum insidiosē, & dolosē ambulare. vnde grassatores sunt nominati, qui vias obfident, vt repente viatores inierant, neque satis instructos, ac paratos adoriantur, vt paullo antē ex Festo ostendimus.

SI INCREBRUIT AVRA] hæret etiam nunc in nonnullis libris impressis hæc mendosa scriptura *increbruit*: vsque ad eodē difficile est inueterata vitia exstirpare. Nos autem multis verbis docuimus eī *παράφω* in annotationibus. ad lib. Aristot. de moribus, ad Nicomach. hoc verbum sic esse scribendum, non, vt vulgō, *increbruit*. libri autem calamo exarati alij habēt *increbruit*, vt & nos curauimus excutere: alij *increpuit*, quæ scriptura corrupta est. *increbruit aura*, id est, si venus factus est actor, ac vehementior. sic loquitur & M. Tull. lib. 7. epist. ad Trebat. *venus increbruit cura vt valeas*. & Virgil. lib. 3. *Æneid. Crebrescunt optata aura, portusq; patescit, iam propior*.

CAUTVS] valetudini consulens, sibi cauēs ab iniuria cæli.

CARVM CAPVT] *φίλων κεφαλή*. Omnia quæ in homine præcipuum vim habent salutis & vitæ conseruandæ, aut quæ summam præbent voluptatem atque vtilitatem, cara dicuntur à poetis Græcis, vt *φίλη ψυχή*, *φίλον κῆρ*, *φίλος θυμός*, *φίλα γούνατα*, *φίλη κεφαλή*, *φίλα ὕμματα*, *φίλοι ὄφθαλμοί*, *φίλη πατρίς*, *φίλος οἶκος*, vel *φίλα οἶκία* in numero multitud. *φίλη μήτηρ*, *φίλα τέκνα*, &c. id est cara anima, carū cor, carus animus, cara genua, carū caput, cari oculi, cara patria, cara domus, seu caræ domus, cara mater, cari liberi, &c.

EXTR. TVRBA OPPOS. HVM.] ne quis eum in turba iactet, aut impellat. *oppositis humeris*, tuis scilicet, *παρῶν τῶν ὀμῶν σθ.* obiectis humeris, tamquam scuto aduersus pulsum multitudinis & turbæ. Theophrastus ἡθικ. *χορηγεῖται* in describendo assentatore etiā hoc argumentum commemorat non admodum dissimile, καὶ τὸς ἀπαπῶντας ἠτιπῶν κελύσαι ἕως αὐτῶν παρέλθῃ: id est, & proprium est assentatoris iubere eos, qui obuiā eunt, consistere, donec ille praterierit.

AVREM SVBSTR. LOQ.] si tibi res est

cum loquaci senē, aureis tuas, si fieri potest, com- E prime, vel obtura, vt ne eius loquacitate offendaris: sed potius, vt cum, quamdiū ei videatur, loquentem perferre, ac perpeti possis. aureis tuas ei præbe verberandas, atque obtundendas: verūm tamen ne te loquacitate sua obtundat, & exsurdet, eas substringe, & supprime, vt minus molestē & sine periculo surditatis eius garrulitatem ferre possis. Sic mihi videtur hic locus esse explicandus, non, vt Acr. & Porphir. *aurem admoue, & intende*. Iam qui aureis suas obturant, facilius quemuis clamorem, sonitum, strepitum, fragorē excipiunt, ac perferunt, neque vllō pacto commouentur, quemadmodum Satyrus ille Clazomenius apud Aristot. problem. *τρυμν. γ.* quod esset ad maledicendum promptus ac propensus, cum sibi in iudicio causa dicenda esset, ne ad maledicendum aduersario, si eum audiret, impelleretur, ac potius vt de re ipsa diceret, aureis sibi obturauit. Ita dicimus clausis oculis periculum adire, id est, sine vllō metu, ac dubitatione, propterea quod, qui clausis oculis, vt Andabata illi, seu Antanabata potius, sese periculo offerūt, aut laborem aliquem suscipiunt, facilius vtroque defunguntur, quā si periculi, aut laboris magnitudinem oculis cernāt: & ægri, qui sunt reueriores, pharmaca solent clausis oculis deuorare. Sic apud Platon. in Gorgia, Socrates probat, vnum quemque, qui aliqua in re peccarit, vltro ad iudicem ire, atque ad pœnam à lege cōstitutam sub- G eundam occurrere, & quodammodo clausis oculis, & fortiter sese vrendum ac secundum medicum præbere oportere. verba Platonis hæc sunt, *παρέχων μύσαντα καὶ ἀδραείας ὄσπερ τέρμενεν καὶ χέμεν ἰατρῶν*. vt igitur ad Horatium reuertar, sic hunc locum explico, aurem, videlicet tuā, substringe loquaci senī, id est, aure tua substricta & compressa, sine senem istū loquacem, quamdiū volet, verba fundere: aureis tuas ei præbe totum diem, si ei libebit, lōgis & odiosis narrationibus tundendas, ac verberandas. Atque ita in codice quodam manu scr. ad oram ascriptum vidi, *substringe aurem*: id est, præbe auxē. Licet etiā dicere, quod mihi hac secunda editione venit in H mentem, *aurem substringere*, possum ab Horatio pro aurem velle, quod est admonere: vt sit hæc sententia, aurem substringe loquaci, id est, senem paullo loquaciorem, & quædam fortasse expromētem, vel euulgantem, quæ taceri præstabat, & quædam effundentem, atque efferētem, quorum enuntiatō ei periculum sit allatura, admone, vt linguæ temperet: vel sic, multitudine verborum eos, qui ad sunt, offendentem, nullamq; loci, neque temporis, neque personarum rationem habentem, admone vt modum orationi constituat. Ita aurem substringere, idem atque aurem velle, valore dicemus: quo vsus est Virg. Sileno, *Cum canerem reges & prælia, Cyathibus aurem vellit, & admonuit, &c.* idem in Copa, *Mors aurem vellēs, & uiuē, ait, venio*. Adr. Turnebus autem vir singulari

A doctrina præditus, aliter hunc locum explicandum putabat, nempe hoc modo: *aurem substringe loquaci*: id est, aurem senis loquacis leniter tracta, seu prehende, vel molliter attinge: quod faciabant qui adulabantur, & qui se amare simulabāt. Ego meminī, apud Plautū *prehendere crineis* & *auriculis*, esse amatoris, & blādē aliquē delinire, & permulcere: sed *substringere aurē* fortasse nō idē valet. Verūtamen iudicet lector eruditus.

IMPORTVNVS AMAT LAVDARI:] si in eo est importunus, quōd cupit laudari: si asidue vult laudari, &c. Importunus is est, (vt alibi annotauimus) qui numquam conuiescit, neque aliis conuiescendi potestatem facit. si igitur tali ingenio est, vt suis laudibus supra modū delectetur, tamdiu eius laudes persequere, donec, manibus ad cælum sublatis, dixerit fatis esse.

MANIBVS SVBLATIS] gestus latantis, & Diis immortalibus gratias agentis, vt Dionys. Halicarn. lib. 3. de patre Horatorū tergeminoꝝ, ὁ δὲ πατήρ, ὡς ἐμίθετο τῶν δίανοιαν αὐτῶν, περιχαρὴς γενόμενος, καὶ τὰς χεῖρας ἀναχθὼν εἰς τὸν οὐρανὸν, πολλάς ἐφη χεῖρας εἰδέναι τοῖς θεοῖς, ὅτι πᾶσι δὲ εἰδὼσαν αὐτῶν γενέσθαι καλῶς, καὶ ἀγαθῶς. id est, Pater autem vt eorum sententia cognouit, lætitia elatus, & manibus sublatis in cælum, magnam se diis habere gratiam dixit, quōd sibi hoc beneficij deditissent, vt filij sui essent pulchri & fortes. est etiam orantis gestus, vt docuimus ad Od. 23. lib. 3. itēque ad epist. ad Loll. 2. lib. 1. admonebimus.

ET CRESC. TVM. INFLA] ingenium hominis inanīs, qui supra modum cupit laudari, quōq; assentatione nimis delectatur, expressit. Itaque cuiusmodi quidem ingenium cum vtre comparuit: assentatoris autem orationem ad huiusmodi homines infandos valere declarauit.

CVM TE SERVITIO LONGO, &c.] cum moribundus iam in lecto decubuerit, tēq; heredem instituerit ex quadrante.

ET CERTVM VIGILANS] & tu certō vigilans, non somnians audieris, &c. solent enim plerumque, qui quippiam magnopere exoptant, id in somnis cernere. Virgil. in Pharm. *Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?* & piscator il-

D le pauperculus apud Theocritū *εἰδ. κε. somniat procerum quandam, & grandem piscem ad hamū decurrisse. quem admodum* (inquit) in somnis canis omnis prædam vaticinatur. sic Theocritus, καθεζόμενος δὲ δόκειον ἰχθύας, ἐκ καλάμων δὲ πλάγον κατέσειον ἐδαδάν: Καὶ τις τῶν τεραφερῶν ἀρέξατο, καὶ γὰρ εἰ ὑπνοῖς Πάσσα κῶν ἄρσαν μαντεύεται, ἰχθύα κ' ἠγῶν. id est, sedens piscis excipiebam, seu captabam: ex calamo autem fallacem escam concutiebam. Atque aliquis ē piscium pinguium numero escam appetiuit. Namque in somnis omnis canis prædam vaticinatur: sic & ego piscem. *certum vigilans* igitur valet id, quod dicunt Græci vno verbo, ὑπαρ. cuius contrarium est κατ' ὄναρ. Plato lib. 2. de

repub. in extremo, ἢ τ' ἀλλῶς ἐξαπατῶ ὁ θεός, ἢ τε καὶ φαντασίαις, ἢ τε καὶ λόγῳ, ἢ τε καὶ σμικροῖν πομπῶν, ἢ ὑπαρ, ἢ τ' ὄναρ. id est, neque alios decipit deus neque per visiones, neque per sermones, neque per signorum missiones, neque vigilantibus, neque in somnis.

QVARTÆ SIT PARTIS, &c.] ordo verborum est, cum tu certō vigilans audieris hæc verba: quartæ partis heres sit Vlysses. sic supra locutus est Ode 25. lib. 1. *audis minus & minus iam, Me tuo longas pereunte nocte, Lydia dormis? quidam libri veteres habent, quarta esto partis, &c.*

ERGO NVNC DAMA SOD.] sic dices voce flebili, & queribunda, itane est? ergo sodalis meus, quicum mihi erat mensa, victusque cōmunis, mihi ereptus est, & interiit? Dama autem, nomen est Seruile.

NVSQVAM EST?] id est, periit? Hellenismus est, οὐδὲ μὲν ἔστι, ὁδὲ ἔστι

VNDE M. TAM FORT. TAMQVE] ordo est, *sparge subinde*, id est, deinde subiūge iterans hæc verba, vnde mihi tam fortem, ac fidellem amicum parabo? solemus autē oratione præcisa vti in comminationibus, conuersionibus, obiurgationibus, & similibus animi motibus, vt infra lat. 7. *vnde mihi lapidem? vnde sagittas?* Terēt. in Eunuch. *Egōne illam? quæ illum? quæ me? quæ non? sine modo: mori me malim.* Germanus Valens autē hæc verba, *sparge subinde*, referenda esse putat ad veterum consuetudinem in funeribus procurandis: in quibus præter alia, quæ facitare soliti erant, flores spatgebant. Virg. lib. 6. *Æn. in anibus, date lilia, plenis Purpureos spargam flores: animamque nepotis Hæc saltem accumulem donis.* Idem Daphnide, *spargite humum foliis, inducite fontibus, [aliās frondibus] umbras: afflores: mandat fieri sibi talia Daphnis: Et tumulum facite, &c.*

EST GAVDIA PRODENTEM] est, vt Græci, ἔστιν, ἔξ ἔστιν, id est, licet animi lætitiā frōte tegere: nihil vetat, quo minus quis vultum lætitiæ indicem, dissimulatione & fictis lacrymis eclare possit. notus versiculus ille ex mimo Publ. *Hereditus stetus sub persona risus est.*

PERM. ARBITRIO] tuo. interdum testatores, quæ post mortem suam fieri volunt, ea permittunt arbitrio vel heredis, vel legatarij: quæ verba eandem vim habent, ac si arbitrio boni viri res esset permissa. secutus sum autē libros omnēs veteres, qui habent *permisum*, non, vt vulgati, *commisum*: & recte. committere enim fidei dicimus potius, permittit potestati, & arbitrio. Hor. Od. 9. lib. 1. *Permitte diuis cetera: qui simul, &c.* Idem lib. 1. epist. 18. *Arcanum neque tu scrutaberis vilius vniquam, Commisumque reges.* idem lat. 4. *Commisissa tacere Qui nequit.*

SINE SORDIBVS] magnificē, splendidē, non fordiddē.

MALÉ TVSSET] tussi graui, & periculosa laborabit, quam βηχὴ nominant Græci. malē hoc loco valet, grauius, valdē.

A HVICTV DIC EX P. T. &c.] id est, huic coheredi dic, si fundum, aut domum, quæ tibi ex testamento obtuenerit, habere cupiat: te ei libentissimē venditurum, & quanti velit, addiditurum, atque ad eō, si videatur, donaturū *nummo*, id est, pretio vilissimo. Atque ita ferē omnes hunc locum explicant: quam explanationē adiuuans Porphitio, scribit, si quidē eius verba sunt, legem fuisse, quæ veteret, quicquam testamento acceptum alteri donare. Itaque qui donare volebant, & tamen contra legem committere nolabant, aut non audebant, venditionem simulabāt: & quod erat, verbi gratia, ceterum millibus festertium mummum æstimabile, nummo addicebāt. Sed Germanus Valēs, hæc putat esse nugatoria, & *nummo* coniungendum esse cum participio *gaudentem*, hoc modo, *Dic te gaudentem nummo*: id est, malentem nummum, quā fundum, addice: B ei fundum pecunia. quam explicationem ego magis probō.

PROSERPINA] Proserpina mortis, & vitæ arbitra est, vt supra diximus ad Od. 28. lib. 1. imperiumque in primis habet in mortuos, quod & Homerus ostendit ὀδυσεύ. Η ἦ μοι, εἰδωλον τὸ δ' ἀγαθὸν Περσεφόνηα. Ὡς τῶν δ' ὄφρ' ἐπιμύλων ὀδυρόμενος στεναχίζω, id est, aut quid ad me hoc simulacrum impullsum misit Proserpina? an vt magis ac magis lamentans gemam? Tibull. lib. 3. *At mihi Persephone nigram demunit horam.*

C Immerito iuueni parce nocere Dea. Virg. *Æn. 4. Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem Abstulerat, stygiōque caput damnauerat Orco.*

SATYRA 6.

HOC erat in votis: modus agri non ita magnus, Hortus vbi, & tecto vicin' iugis aquæ fons, Et paullū siluæ super his foret. auctius, atque Dij melius fecere. bene est. nihil amplius oro, Maia, nate nisi vt propria hæc mihi munera

D faxis: Si neque maiorem feci ratione mala rem: Nec sum facturus vitio culpæve minorem: Si veneror stultus nihil horū: o si angulus ille Proximus accedat: qui nūc denormat agellū: O si vnam argenti fors quæ mihi monstret: vt illi, Thesauro inuento qui mercenarius agrum Illum ipsum mercatus arauit, diues amico Hercule: si, quod adest, gratum iuuat: hæc prece te oro (ter Pingue pecus domino facias, & cetera, præ-

Ingeniū: vt q; soles, custos mihi maxim' adfisi. Ergo vbi me in monteis, & in arcem ex vrbē remoni:

Quid prius illustrē satyris, Musaq; pedestri? Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus Auster,

Auctumnusque grauis, Libitina quæstus acerba.

Matutine pater, seu Iane libentius audis, Vnde homines operum primos, vitæq; labores Instituant (sic diis placitum) tu carminis esto Principium. Romæ [sponsorē me rapis: eia,

Ne prior officio quisquam respōdeat, vrges: Siue Aquilo radit terras: seu bruma nivalē Interiore diem g yro trahit: ire necesse est.

Post modō, quod mi obsit, clarē, certumque locuto,

Luctandum in turba, faciendā iniuria tardis. Quid vis insane? & quas res agis? improbus vrget

Iratis precibus, tu pulses omne, quod obstat, Ad Mæcenatem memori si mente recurras. Hoc iuuat: & mellis est: non mentiar, at si mul atras.

Ventū est Esquilias: aliena negotia centum Per caput, & circa salūtis latus, ante secundā Roscius orabat sibi adesses ad puteal cras.

De re cōmuni scribæ magna, atque noua te Orabant hodie meminisses Quinte reuerti. Imprimat his, cura, Mæcenas signa tabellis:

Dixeris, experiar? si vis, potes, addit: & instat Septimus octauo propior iam fugerit annus,

Ex quo Mæcenas me cæpit habere suorum In numero: dūt taxat ad hoc, quæ tollere rbeda Vellet iter faciens: & cui concedere nugas

Hoc genus, hora quota est? Thrax, an Gallina Syro par?

Matutina paru in cautos iam frigora mordēt: Et, quæ rimosa bene deponuntur in aure. Per totum hoc tempus subiectior in diem, & horam

Inuidiæ: moster ludos spectauerat vnd: Lusurat in campo, fortuna filius, omnes.

A Frigidus à rostris manat per compita rumor?
 Quicumque obuius est, me consulit: ò bone
 (nam te
 Scire, deos quomā propius contingis, oportet)
 Numquid de Dacis audisti? nil equidem.
 vt tu (tent me:
 Semper eris derisor. at omnes dij exagi-
 Si quicquam, quid? militibus promissa,
 Triquetra,
 Prædia Casar, an est Itala tellure daturus?
B Iurantem me scire nihil, mirantur, vt vnum
 Scilicet egregij mortalem, alt lq̄ silenti.
 Perditur hæc inter misero lux, nō sine votis.
 Orus, quando ego te aspiciā: quandōq̄ licebit
 Nunc veterum libris, nunc somno, & in-
 tibus horis
 Ducere sollicitæ incunda obliuia vitæ?
 O, quando faba Pythagoræ cognata, simulq̄
 Vincta satis pingui ponentur obuscula lardo?
 O noctes, cenæq̄, deūm: quibus ipse, metque
 Ante Larē propriū vescor: vernasq̄, procaces
C Pasco libatis dapibus, prout cuiq̄, libido est,
 Siccata mæqualeis calices conuiuia, solutus
 Legibus insanis: seu quis capit acria fortis
 Pocula: seu modicis vnescit lætius, ergo
 Sermo oritur nō de villis, domibusve alienis:
 Nec male, necne Lepos saltet: sed, quod mag-
 gis ad nos (vtrūmne
 Perimet, & nescire malum est, agitamus:
 Diuitiis homines, an sint virtute beati:
 Quidue ad amicitias, vsus, rectūmne trahat
 nos: (eius.
D Et quæ sit natura boni: summūmque quid
 Ceruius hæc inter vicinus garrir anileis
 Ex re fabellas, nam siquis laudat Arelli
 Sollicitas ignarus opes, sic incipit, olim
 Rusticus vrbaniū murē mus paupere fertur
 Accepisse cauo, veterē vetus hospes amicū,
 Asper, & attētus quæsit: vt tamen arctum
 Solueret hospitii animū, quid multa? neq̄, illi
 Sepositi ciceris, neq̄, longæ inuidit auenæ:
 Aridū & ore ferēs acinū, semesāque lardi
 Frustra dedit, cupiens varia fastidia cena

Vincere, tangētis male singula dente superbo: **E**
 Cum pater ipse domus palea porrectus in
 horna
 Effet ador, loliumq̄, dapis meliora relinq̄s.
 Tandem vrbanus ad hunc, quē te iuuat, in-
 quit, amice,
 Prærupti nemoris patientem viuere dorso?
 Vm tu homines, vrbemque feris præponere
 siluis? (quando
 Carpe viam (mibi crede) comes: terrestria
 Mortaleis animas viuunt sortita: neq̄, vlla est **F**
 Aut magno, aut paruo lehi fuga, quo, bone,
 circa,
 Dum licet, in rebus incundis viuere beatus:
 Viue memor, quam sis aui breuis. hæc vbi
 dicta
 Agrestem pepulere: domo leuis exsilit, inde
 Ambo propositū peragunt iter, vrbis auentes
 Mænia nocturni subreperere iamq̄, tenebat
 Nox medium cæli spatium, cum ponit vterque
 In locuplet domo vestigia: rubro vbi cocco
 Tincta super lectos canderet vestis eburnos: **G**
 Multaq̄, de magna superessent fercula cena:
 Quæ procul exstructis inerat hesterna ca-
 nistris.
 Ergo, vbi purpurea porrectū in veste locauit
 Agrestem: veluti succinctus cursitat hospes:
 Continuāq̄, dapes: nec non vernaliter ipsis
 Fūgitur officii, prælabēs omne, quod affert.
 Ille cubans gaudet mutata sorte: bonis que
 Rebus agit lætum coniuia, cum subit ingens **H**
 Valuarum strepitus lectis excusit vtrumq̄,
 Currere per totū pauidi conclauē: magisque
 Exanimis trepidare, simul domus alta Mo-
 losis (vita
 Personuit canibus, tum rusticus, haud mihi
 Est opus hac, ait: & valeat, me silua, cauusq̄,
 Tutus ab insidijs tenui solabitur eruo.

HOC ERAT IN VOTIS] hoc erat in optatis: hoc optabam.
MODVS AGRĪ] agrū optabam breuibus, & paucis decempedis mensum: agrum non admodum larum. modus in agro significat longitudinem ac latitudinem descriptam, ac dimensam
 extat

A exstat titulus in pandectis iuris ciuilibus, si mensor
 fulsum modum dixerit. M. Tull. in orat. pro Flacco,
 voluisti magnum agri modum censeri. Cælius lib. 8.
 epist. de signis, & tabulis, de agri modo, de ere alieno
 acerrime agere. Plautus Aulul. prologo, Agri reli-
 qui ei non magnum modum.
IVGIS AQVÆ FON[S.] fons aquæ perem-
 nis. sic M. Tull. dixit aqua de iugi puteo haustā.
SVPER HIS.] ὄντι τῆτοις, ad hæc, vel præ-
 ter hæc.
AVCTI[V]S] amplius, benignius, cumulatius.
MAIA NATE] Mercuri. Oda. 2. lib. 1. siue
 mutata inuenem figura *Mes in terris imitaris alma*
Filius Maia. & Oda 10. eiusd. *Mercuri facunde, nepos*
Atlantis. &c. Mercurium appellat, quia creditur
 amplificationem rei familiaris, & lucra adiu-
 uare, & fortunare. vide annot. ad sat. 3. huius
 libri.
PROPRĪA] fixa, stabilia, perpetua. vide an-
 not. ad illum locū, si proprium est, quod quis libra,
 &c. epist. 2. lib. 2. infra.
SI NEQVE MAIOREM, &c.] sic preca-
 tur Horatius. Si neque rem meam auxi per cuiusquam
 iniuriam, aut per dedecus, aut turpitudinē, neque sum
 imminuturus nequitia, & luxuria: si non opto iis, quæ
 habeo, plura, aut maiora, neque agrum vicinum con-
 cupisco, neque thesaurum inuenire auco, seu inuen-
 turio: si denique iis, quæ mihi suppetunt, contentus
 viuo: te oro,
C vt, &c. solebat autē preces cum condicione concipi
 à veteribus. sic Thetis apud Homer. lib. 2.
 Iliad. Ζεῦ πάτερ, εἴ ποτε δῆ σὺ μὲν ἀθανάτοισιν
 ὄνησαι ἠέπει, ἢ ἔργω, τὸ δέ μοι κηλέων ἐλ-
 δω. p. id est, Iupiter pater, si quando te inter im-
 mortales iuuai aut verbo, aut factō: hoc, quod pe-
 to, mihi perficito. sic Horat. Od. 18. lib. 3. *Faune*
Nympharum fugientium amator Per meos fines,
apr. &c. si tener pleno, &c.
RATIONE MALA] turpitudine aliqua,
 iniuria, vt lenocinio, impudicitia, cade, & simili-
 bus. Pindarus ἐλδ. η. Νεβ. ait, diuitias honestis ra-
 tionibus, & cum Diis volentibus partas, stabili-
 res esse. sic Pind. σὺδ θεῶ γάρ τοι ψευτεῖς; ὄλ-
D βοῶ ἀδύρωτοι παρμονώτερον.
SI VENER. STVLT. NIHIL H O-
 RVM] id est, si huiusmodi vota, quæ statim se-
 quuntur, non facio: si talia non opto. suprā ad il-
 lum locum, *Et venerata Ceres,* &c. sat. 2. huius li-
 bri; ostendimus, venerari interdum idem valere,
 quod precari, & vota facere. precari autem Græci
 εὐχασθαι dicunt: quod non solum à diis ali-
 quid precib⁹ expetere significat, ἀπὲν τῆς θεῶς,
 vt loquitur Plato in Euthyphr. sed etiam optare.
 itaque, quæ Latini optata, Græci εὐχῆς quo-
 que nominant, vt sciunt Græcè docti. sic igitur
 hunc locum explicandum censeo, si nihil horum
 opto, seu, si quis malit, si nihil horum à Diis pre-
 cor, non vt Erasmus, qui legendum putat, *veneror.*
 Iam *veneror stultus,* sic dicitur, vt illa, *parce mali-
 gnus,* Od. 28. lib. 1. & nō te negliget horridum, Od. 21.

lib. 3. & similia, quæ collegimus ad Od. 8. lib. 3. **E**
 Existimabant autem veteres illi, diuitias, & cete-
 ra bona fortunæ à Diis immortalibus donari, &
 ab iisdē in cōmodo, damna, & egestatem homini-
 bus importari, quod & Theog. approbat, Ὁ δὲ εἰς
 κέρει ἀπὸ τῆς κέρειος ἀπὸς αὐτὸς, Ἀλλὰ θεοὶ τῶ-
 τω δάτορες ἀμφοτέρων. id est, Nullus est, Cyr-
 ne, detrimenti & lucri sibi ipse causa: sed Diij ho-
 rum vtriusque sunt donatores. Itaque quemad-
 modum bona à Diis votis, omnibusque expete-
 bant, ita mala & aduersam fortunam deprecab-
 antur.
 ò SI ANGLVVS ILLE, &c.] talia sunt
 auarorum vota, atque optata. ò si, optatis, & pre-
 cantis est. Virg. Æneid. 8. *o, mihi præteritis referat*
si Iupiter annos. & si. vt Æneid. 6. *et sic forte preca-*
tur, si nunc se nobis ille aureus arboræ ramus ostendat
memore in tanto: vt apud Græcos, εἰ εἰ γένοιτο.
 vtinam accidat. vtinam mihi contingat. & ita Eu-
 rip. Oreste, Εἰ γὰρ γένοιτο, Φωκῆων δ' ἔλθοι πτό-
 λω. & τὸ solum. Idem Virg. lib. 5. Æneid. *nec vin-*
cere certo (quamquam ò.)
DENORMAT AGELLVM.] Denormat
 legunt Porphir. & Acro, & ita reperi scriptum
 in omnibus ferè codicibus calamo exaratis, &
 nonnullis vulg. eamq̄, scripturam, præsertim à
 vitis doctis comprobata, secutus sum. denor-
 mare autem idem valet, quod denormem, & in-
 æqualem, & normæ expertem efficere. huc per-
 tinet, quod scribit Aristot. lib. 1. de arte dicendi,
 ea, quæ nobis defunt, etiam si parua sint, nobis
 esse bona, & optabilia, καὶ ἀ ἐλλείπειν οἰόνται,
 καὶ αὐ μὲν ἢ αἰρετοί.
FORS] fortuna, vt sup. annot. ad sat. 1. lib. 1.
 QV] aliqua via, aliqua ratione, aut aliqua par-
 te potius. quidam libri veteres tamen habent *qua.*
AMICO HERCVLE.] æquo, & propitio
 Hercule. beneficio Herculis diues factus, nam &
 Hercules eorum rem familiarem fortunare, atq;
 augere credebatur, qui bonorum suorum deci-
 mas ad eum detulissent. Alij dicunt eum præesse
 thesauris. Alij hoc referunt ad fabulam de quo-
 dam rustico, cui visus est Hercules in somnis lo-
 cum, vbi esset thesaurus, demonstrasse. Herculem
 autem thesauris, & lucris in speratis, itē vt Mer-
 curium, idēd præesse volunt, quod Hercules di-
 uitias & bona externa viribus & virtute adeptus
 est. hunc locum imitarus est Perius sat. 2. & ò
 si sub rastro crepet argenti mihi seria dextro Hercule.
THESA VRO INVENTO] thesaurum sic
 definit Paulus iurifconsultus lib. 41. digestor. tit.
 1. de acquir. rer. domin. *Thesaurus est quedam ve-*
rus depositio pecunie, cuius non exstat memoria, vt iam
dominum non habeat. sic enim fit eius, qui inuenit,
quod non alterius sit. alioquin siquis aliquid vel lucri,
vel metus, vel custodie causa consideret sub terra, non
est thesaurus: cuius etiam furtum fit.
SI, QVOD ADEST, GRATVM INVAT:]
 id est, si, quod mihi suppetit, gratum, & iucundū
 est: si eo, quod adest, delector & contentus sum.
 Pp

A nomen gratum coniungendum est cum verbo iuuat, hoc modo, gratum iuuat, id est, cum sit gratum, iuuat: χαρισμόν, ἢ ἀρεπιδόν τέρπει, gratum est enim id, in quo acquiescimus, quo contenti sumus.

HAC PRECETEORO.] sic loquitur epist. ad Vinn. A. scil. lib. 1. oratus multa prece nitere porro.

PRATER INGEN.] nam ingenium pingue, id est, hebes, neque laudabile, neque optabile est.

VT QVE SOLES] nam poetæ omnes sub Mercurij tutela sunt, quos sup. Od. 17. lib. 2. viros Mercuriales appellat: vbi Faunum, Mercurialium virorum custodem dicit.

ET IN ARCEM] in locum editum, qui mihi arcis loco esse possit: vel villam suam significat, vbi rex est, & in quam se recipit, tamquam in arcem, longè à strepitu vrbanò, longè à negotiis vrbanis.

MVSA QVE PEDESTRI.] Musam pedestrem, versus, quibus vitur in satyris, & in epistolis appellat, quia soluta orationi sunt simillimi. infra epist. ab August. in extrem. nec sermones ego mallet exereis per humum, quam res componere gestas. & Ode 12. lib. 2. historias pedestris dicit, quæ sunt oratione soluta conscriptæ, tuque pedestribus Dices historias prælia Cæsaris, Mæcenus, melius πεζον λόγον appellant Græci.

MALA ME AMBITIO] mala epithetum est ambitionis perpetuum: vel distinguit ambitionem honestam, & laudabilem, à turpi & vituperanda. vide Aristot. lib. 4. de moribus ad Nicomach. vbi de ambitione disputat, quam φιλοδομίαν nominant Græci.

NEC PLUMBREVS AVST.] infalubris, pestilens, & quo corpora ingrauescunt. M. Tull. per translationem sermonis plumbeos appellat, tardos & hebetes lib. 1. Tuscul. nisi plane plumbei sumus in philosophicis, vel refer ad colorem oris, & corporis, quæ efficiuntur pallida Austri flatu. supra Ode 14. lib. 2. Frustra per autumnos nocentem Corporibus metuemus Austrum. Aristoteles problem. lib. 2. τμημ. κτ. quærit cur Austri sit δυσώδης, id est, fætidus, & tætri odoris: & responderet, fortasse eò fieri, quòd humida, & calida corpora efficiat. hæc enim maximè putrescunt, significat autem fortasse Horatius, se continentia, & frugalitate consequi, vt à tempore anni minus salubri, nõ offendatur sua valetudo. Nam & Socratem ferunt ita continentem in victu, cultuq; fuisse, vt sæpe Athenis orta pestilentia, multisque vi morbi absumtis, solus intactus, & integer à peste fuerit. Vel dic, quòd rectè valeat anni tempore infalubri, id eum loco ascribere, & cælo.

LIBIT. QVÆST. ACERBÆ] quia Austro flante complures in morbum incidunt, atq; intereunt. Libitina, Dea funerum, à qua dicti Libitinarj, qui in funebus procurandis sunt occupati. Plaut. senes decrepitos libitinarjos appel-

lat in Bacchid. Blandula, faceta, pulchra: incuruos, libitinarjos, veternumos senes illorum traheret patres. Ode 30. lib. 3. magna que pars mei vitabit Libitinam. Dionys. Halicarn. lib. 4. scribit, Venerem nescio quam à Romanis appellatam esse Libitinam. & item Plutarchus Παυδαίοις.

AVDIS] appellaris, vt epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. rexq; paterq; Audisti ceram.

MATVTIME] à Iano diei, & anni principium ducitur. de quo vide Plutarch. πομπαιοίς, & Macrob. lib. 1. Saturn. Seruius ad illum Virg. versus lib. 7. Æneid. sunt gemina belli porta, &c. notat, Ianum apud aliquos bifrontem, apud aliquos quadrifrontem esse non mirum est. Alij enim eum diei dominum esse volunt, in quo est ortus & occasus: Horat. Matutine pater, seu Iane libentius audis: alij anni totius, quem in quatuor tempora constat esse diuisum. F. Anni autem esse deum illa res probat, quòd ab eo prima pars anni nominatur. Nam à Iano Ianuarius nuncupatus est. M. Tull. lib. 2. de nat. Deor. Cùmque in omnibus rebus vim haberent maximam prima & extrema, principem in sacrificando Ianum esse voluerit, quòd ab eundo nomen est ductum: ex quo transitionis peruia Iani, forsque in liminibus profanarj adium, ianua nominatur. Incipit hinc narrare Ianus totius diei actiones à tempore matutino ad vespèram.

VND E] à quo, vt sup. sat. 3. vnde ego mira Descripsi docilis præcepta hæc. ibid. Vnde vxor media surgat de nocte vocata.

ROMÆ SPONSOREM] cùm Romæ sum, inquit, sponsorem me rapis. Sponsorem iurisconsulti recentiores Paullus, Vlpianus, & ceteri, fideiussorem appellant. infra epist. 2. lib. 2. Hic sponsum vocat.

RAPIS] verbum rapis significat necessitatē, non illam quidem vi impositam, sed ab officio natam: quæ plurimum valet apud viros bonos. rapisigitur, id est, cogis me ex officij ratione. spondere autem pro altero, graue onus esse, declarat prouerbiū Græcum ἐγρία, ἡδὲ δ' ἄτα, id est, sponde: at propinquum est damnus.

EIA, NE PRIOR OFFICIO] si legemur vrge, vt habent omnes libri vulgati: horum verborum hæc mihi videtur fore sententia. eia (inquit Horatius) Matutine vrge, atque impelle me acriter ad hoc officium spondendi alicui amico præstandum, ne quis me officiosior existat, atque hanc mihi laudem præripiat. Sin, vt nonnulli libri manu scripti, vrges: quam scripturam ego magnopere probò: huius loci hæc erit sententia: tu Matutine me sic hortando vrges: eia Horati noli committere, vt quiquam officio satisfaciat prior, quàm tu. potest & sic explicari, seruata vulgata, & communis scriptura, vt intelligamus, Horatium seipsum hortari, eia: vrge quod agis, vrge officium tuum, nequis te sit officiosior. sed ego vrges legi malo.

SIVE AQUILORAD. TERR.] siue fiat Aquilo, &c. sed cur terras dicit ab Aquilone radi, cùm hic ventus à superiore parte spirer, vt docet

A docet Aulus Gell. lib. 3. cap. 30? fortasse responderi potest, radendi verbo usum esse Horatium non quòd significet, per extremas maris, aut terræ partes hunc ventum spirare, sed vt eius vim exprimat. sic de Euro dixit Od. 16. epod. vt neque largis Aquosus Euro arua vadat imbribus.

SEV BRVMA NIVAL. INTERIORE] id est, suis dies totius anni sunt frigidissimi, ac breuissimi, niuib; denique infestissimi, &c. Interiore gyro, id est, breuiore circulo, nam cõpluribus ab vno communi puncto medio descriptis circulis, interiores, sunt breuiiores, seu minores. neque tamen hoc ita accipiendum est, quasi dicantur solis circuli parallelos, id est, æqualiter inter se distantes, quos quotidie motu cæli sol efficit, hieme, quàm vere, atque æstate esse breuiiores: (quouis enim tempore anni sunt æquales, quia quanto sunt minores semicirculi supra finientem nostrum, tãto sunt maiores ij, qui sunt infra, & sub pedibus nostris) sed quòd minores sint supra finientem nostrum hieme, quàm ceteris anni partibus, semicirculi: idq; propter orbis signiferum, quem Ζωδιακὸν Græci appellat: quo fit vt dies sint contractiores, noctesq; longiores. Itaque hæc verba, niualem, Interiore diem gyro trahit, hanc vim habent, dies efficit contractiores, ac breuiiores, simulq; frigidus, & niuib; informis, ac turbulento. Vel dic, omnino eos circulos, quos cæli motu sol hieme efficit, esse minores, quàm quos verè, & autumnò, propter eà, quòd illi sunt tropico capricorni, seu brumali signo, proximi. Quòd si quis dicat, eadem ratione etiam eos circulos, quos sol æstate cæli motu con-

ficit, esse iis breuiiores, quos vere, & autumnò: quia sint signo sostitali, seu tropico cancri viciniore: fatebor, & cõcedã. sed hoc intereit, quòd dies æstiuu sunt noctibus longiores propter situm orbis signiferi, seu zodiaci, cuius pars maior æstiu diebus exstat supra terrã: quam partem dum sol permerit & perambulat, dies efficit noctibus longiores, & propter vicinitatem suam ardentes, & torridos: dies brumales autem contra propter contrariam rationem sunt noctibus breuiiores, simulq; turbulenti & frigidi. Itaque significans Horatius hos dies brumales, recte, & εὐλόγως addit ad nomen diem, epithetum niualem.

POST MOD, QVOD MI OBSIT, &c.] postea mihi id locuto, quod mihi damnus afferat, ita clarè, & apertè, vt inficiari non possum, letandum est in turba. Sed quid de se locutum esse sentit Horatius, quod ei obesse possit: vel intellege vniersè, & generatim de quouis sermone, cuius hæc natura est, vt, maximè si multus sit, & cum multis non possit non nocere ei, qui sit locutus: vel ad sponsonem refer, quæ, vt paullo antè diximus, sponsoni plerumq; damnosa est. alij referunt ad defensionem clientis, quasi Horatius alicuius causam defendendit in iudicio, & defendendo clientem, aduersarium læserit: alij ad conuicia, quæ fieri solent in turba, dum alij tardius,

alij celerius eunt: quatum explicationum posteriorès duas non probò: duarum autem priorum mihi placet magis ea, quæ ad sponsonem referuntur: & ita Ouidius, Vnus & verbi grandia damna ferat: iam postmodò Seruius ad illum locum Virgilij Tityro longo post tempore venit, vult esse vnam vocem, & hunc versus Horatij profert:

LVCTANDVM IN TVRBA] id est, laborandum, & contendendum est in turba.

FACTENDA IN VR. TARD.] dũ propero, non possum effugere, quin faciam iniuriam iis, qui antecedunt, tardius euntibus. fit enim, vt eos impellam & pulsẽm: quod illi molestè ferẽtes, mihi conuiciantur & maledicunt his verbis, quid vis insane? &c.

QV ID VTS INSANE? ET QV AS] verba sunt (vt dixi) eius, qui ab Horatio properante impulsus, excandescit, per imitationem quandam expressã.

IMPROBVS VRGET] improbè, & sine intermissione me insectatur verbis contumeliosis, & precibus iratis, id est, execrationibus & diris precatationibus: ἀφείς, vt sup. Od. 5. epod. misit Thyestes preces.

TV PVLIS OMNE, Q. OBST. AD MÆC.] hæc verba, in pulses omne, quòd obstat, cõiunctè legenda sunt, cū veru proximo, Ad Mæcenatem memari, &c. hoc modo, mea quidẽ sententia, explicanda, tu autẽ Horati (nam se ipsum affatur) non dubitaueris, quicquid obstat eunti, pulsare, cùm tibi fuerit ad Mæcenatẽ reuertẽdũ.

HOC IVV. ET MELLI EST: NON M.] verè loquar, ingenuè fatebor, quod verũ est: hoc mihi magnæ voluptati est, iactari in turba, & pulsare, & pulsari, & male audire, cùm ad Mæcenatem redeo, aut recurro.

MELLI EST] est mihi instar mellis: est mihi dulcissimum, ac iucundissimum, ad Mæcenatem reuerti, vel, cùm ad Mæcenatem reuertor, pulsari.

ATRAS] cur atras? an propter eà quòd erat cõmune plebis sepulcretũ, seu sepulcrũ? at istuc fuerat olim: nunc autem in Esquilis erant horti Mæcenatis. itaque salubris appellat sat. 8. lib. 1. an propter sexcentas occupationes, & curas, quibus distringebatur, & obruebatur, cùm eò venerat: nam & alibi curas, atras nominauit.

PER CAP. ET CIRCA SAL.] negotia quamplurima me omni parte adoriuntur, & circumueniunt. illustris hypotyposis, seu subiectio, per quã negotiorum multitudine hæc & illac Horatiũ vrgentiũ & circumuenientiũ, exprimitur, & quasi oculis subijcitur. Videre enim videmur negotia quamplurima, tanquam animatã quædam, circum Horatiũ per caput, & per latus salientia, eũque molestè insectantia, & vexantia. sic idem supra de curis Od. 16. lib. 2. & curas laqueata circũ Tecta volantes. sic Iuuenalis de morbis sat. 10. circumfilit agmine factò Morborum omne genus.

A ANTE SECUNDAM] alia μίμνσις, per quam eius orationem imitatur, quem ad se miserat Roscius oratum, vt sibi adesse Horatius in sua causa aduocatus.

S I B I A D E S S E S] tu Horati sibi esse aduocatus, M. Tull. frumentar. Tota Metelli cohorti hominum non ingratorum aderat Apronio: aduocati autem ab actoribus, & patronis multum differant. nam hi oratione reum defendebant, & causam agebant: illi muti ac taciti, & presentia sua duntaxat, aut, si forte, testimonio causam rei subleuabant. M. Tull. in Cluentiana. Quis cum umquam non modo in patroni, sed in laudatoris, aut aduocati loco viderat? aduocati illi apud Plautum in Pœnulo, testimonio munere funguntur.

A D R V T E A L] Puteal, locus erat: puteali opertus, in quo erat tribunal pratoris: vel (quod magis probò) basilica, in qua ius dicebat prator, à Scribonio Libone edificata, à puteo, qui ibi e-



Erat autem tribunal Libonis in foro Romano, arcui Fabiano, duobus Ianis, superiori & inferiori proximum, à templo Iani non longè distans. Ouidius, Qui puteal, Ianumq, timet, celereisque ka-

C D E R E C O M M V N I] alia μίμνσις. Alius (inquit Horatius) à scribis missus nuntiat mihi scribas orare, vt reuertat, propterea quod res magna, & noua, quæ ad rem communem pertineat, acciderit. de re communi igitur, id est, ob rem communem. Putant autem nonnulli, Horatium in numero scribarum fuisse, quorum munus erat, acta publica litteris mādare, & litteras publicas perscribere: iccirco videri commune hoc loco positum esse κατὰ δημοτικῶς pro publico: vt Ode 15. lib. 2. Priuatus illis census erat breuis: Commune magnum: vt apud Græcos τὸ κοινόν. ego autem malim, commune hoc loco proprie accipi, vt intelligamus rem communem scribarum. Sic Plautus, Paucis est quod te volo de communi re appellare, mea & tua. neque verò assentior iis, qui nouata legūt vno nomine, nam nouata, & neque vstitutum est in tota lingua Latina, neque potest esse, cum huiusmodi nomina in ta, masculina, primæ declinationis, Græca sint: vt poëta, alipta, athleta, citharista, dynasta, sophista, & similia. At nouata à Græco deduci non potest, sed à verbo nouandi ortum haberet, quod analogia respuit.

D I X E R I S, E X P E R T A R] id est, si ego ei respondero, me experturum, possimne à Mæcenate imperare, addit, me posse, & vrget.

S E P T I M. O C T. P R O P.] id est, parum ab-

rat, appellata. epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. ferum, py- realque Libonis Mandabo sicca. Puteal enim proprie est testum, quo puteus opertur. transfertur etiã ad alia. M. Tull. lib. 1. de diuinat. cotem autē illam, & nouaculam defossam in conio, supraque impositū puteal accepimus. Dionys. Halicarn. lib. 4. in extremo, καλεῖται δὲ φρέαρ ὁ τόπος ἔστω τῶν Πωμαίων. M. Tull. orat. in Pisonem, puteali, & fenestrorum gregibus inflatus atque compulsus. Cum es sem Romæ, Clem. Teuennius, nostras, id est, Gallus, vir humaniss. & antiquitatis Rom. studiosiss. ac scientissimus, sexcentos mihi nummos æreos, totidemq; argenteos, & aliquot aureos ostendit, alios florentem repub. Romana, alios repub. imperatoribus, ac tyrannus occupata, atque opprefsa culos: in his duos, quos hic exprimeōs curauit, vt ex horum exemplorū inspectione, quid sit puteal, & quamobrem puteal Libonis dixerit Horatius, lector intelligere queat.

est, quin septimus annus præterierit, postea quam cæpi esse in numero familiarium & amicorum Mæcenatis: octauus propemodum annus agitur, ex quo, &c.

D V N T A X. A D H O C] significat, se non eò arcessitum esse à Mæcenate, atque in amicitiam receptum, vt ei esset vsui in rebus magnis ac seriis: sed, vt cū eo nugaretur, ac iocaretur. sic Aristoteles lib. 8. de moribus ad Nicomach. ait opulentos & potentes viros distinctis, ac diuisis amicis vti solere. alios enim esse, qui & dicantur, & sint vtilis: alios suauis & iucundos, videlicet comais, & vrbanos.

T O L L E R H E D A] recipere in rheda. sic loquitur T. Liu. lib. 22. cape hinc equū, dum & tibi viriū aliquid superest, & comes ego te tollere possim. vide quæ annotata sunt ad illū locū, Tollite, non ludo, crudeles, tollite claudū, epist. ad Scæuum lib. 1.

C O N C R E D E R E] committere, πρῆξεν, vt annotatum est ad Od. 5. lib. 3.

N V G A S] res non admodum magni pōderis, neque reconditas: res leucis, videlicet huius generis, hora quota est?

T H R A X, A N G A L L.] Gallina vel nomē est proprium gladiatoris, vel dicendum per Gallinam Mirmillonem significari, seu Gallū. Mirmillonem enim Galli dicebātur, & Gallia armatura vtebantur. hunc igitur mirmillonem, Gallinā appellat vrbane, fortasse impudicitia notans, & parum virum esse significans, vel parum validum, parūque fortem arguens. Thrax autem seu Threx, nomen quorundam gladiatorū com-

A mune: vt epist. 18. ad Loll. 2. lib. 1. ad inum Thrax erit. Thracæ autem dicti sunt gladiatores (inquit Sext. Pomp.) à similitudine parmarum Threiciarum. Thrax cum Mirmilloni comparabatur: quod declarat locus M. Tullij Philipp. 6. de L. Antonio loquentis. Tantissime sibi sumisit, quia Mirlas Mirmillo Thracem iugulauit familiare sum? & Aufonij verficulus, Quis Mirmilloni composuit? equimanus Thrax. Nonnulli legunt Threx, seu Thrax, seu Trex, Præterea pleriq; libri manuscripti habent Thrax, an Gallina, &c. quos sequor.

M A T V T I N A P A R. C A V T.] vt sub exitum mēsis septembris. parum. cautos autem intellige eos, qui vtuntur adhuc veste æstiuā, neq; se muniunt aduersus frigoris autumnalis initia.

E T, Q V E R I M. B E N E D E P.] & ea, quæ possunt impune, & sine periculo homini rimari pleno, & hac & illac perfluenti (vt ait Terentius) committi: id est, quæ non sunt admodū recondita, quæ licet proponere in publico, & diuulgare. Georgius Torodes vir bonus, & doctus, & mihi amicus, quem nuper Lugduni mors immatura nobis eripuit, horum verborū hanc sententiam esse putabat à priore differentem. Et cetera mihi solet committere Mæcenas, quorum licet obliuisci, quæ non est necesse memoria tenere, quæ licet è memoria dilabantur, nihil sit periculi aut mali futurum: ea, quæ mihi narrat, aut quæ mecum loquitur Mæcenas, non desiderant attentum admodum, nec memorem auditorem: sed ea licet & negligenter audire, & audita è memoria deponere. de qua explicatione iudicet lector.

P E R T O T. H O C T E M P. S V B I E C T.] per totum hoc septennium inuidia sui magis ac magis opportunus: ad inuidiam expositus: inuidia laboraui.

I N D I E M E T H O R A M.] debuerat dicere in dies, aut in horas: sed hæc duo, in diem, & in horam, pro alterutro, vel in dies, vel in horas, posita esse intelligenda sunt. aliud est enim in diem, aliud in dies, vt sciunt Latine docti.

N O S T. L V D. S P E C T. V N A: L V S.] nonnulli sic explicant hunc locum, si fortè Mæcenas noster vnà mecum ludos spectauerat: si vnà in campo Martio luserat, & se exercuerat: dicebant statim omnes, En Horatius omnium mortalium est fortunatissimus. Ego autem puto esse μίμνσις, id est, imitationem sermonis inuidorū, ac maleuolorum, hoc modo, noster Horatius vnà cum Mæcenate ludos spectauerat, vnà in campo luserat. ò hominem fortunatum. Atque ita videtur Acro explicare. Adr. Turnebus μίμνσις quidem orationis inuidorum esse fatebatur, sed hoc modo. Horatius homo nostri ordinis & loci, vnà nobiscum in vltima cauea inter pauperum cuneos, ludos olim spectauerat, vnà in campo luserat: nunc autem fortunatissimus est, qui cum Mæcenate coniunctissimè, & familiarissimè viu-

O M N E S] omnes maleuoli & inuidi hæc dicunt. F O R T V N E F I L.] homo fortunatissimus (inquiunt illi.)

F R I G I D V S A' R O S T R I S] id est, si quis rumor, aut nuntius tristior à rostris profectus increbrescit per compita, statim vt quisque mihi sit obuius, ecquid de Dacis, & ceteris populi R. hostibus audierim, rogat. nam (inquiunt) verisimile est te scire, quandoquidem Mæcenati familiaris & amicus es intimus.

M E C O N S V L I T] ex me quærit, me rogat, num aliquid de Dacis audierim: vt fat. 3. sup. Ergo consulere, & max respondere licebit? Consule.

D E O S] Mæcenatem, Agrippam, Augustum. sic Virg. Tityro, Nec tum presentis alibi cognoscere diuos.

N I L E Q V I D E M] respondet Horatius, for-

tasse εἰπωμένους. V T T V S E M P E R E R I S] vt, &c., id est, quàm semper eris derisor! verba sunt illius percunctatoris.

A T O M N E S D I I E X A G.] at omnes Dij (inquit Horatius) me perdant, si quicquam cōperit habeo. iuradi formula per diram precationem. sic sup. fat. 9. lib. 1. dispere am, ni summosses omnes, mendosè habent nonnulli libri, derisor ad omnes. sæpe autem ita loquuntur boni auctores, Dij omnes, vt Terent. Heautont, Et te omnes quidem Dij, Deaque, quantum est, Syre, cum istos inuenit, cumque incepto perdiuit. Virgil. lib. 6. Æneid. Diq, Deaq, omnes, quibus obstitit Iliū & ingens, &c. & lib. 1. Georg. Dijq, deaque omnes, studium quibus arua tueri.

Q V I D ? M I L I T I B V S, &c.] ordo & sententia verborum hæc est, Quid? (inquit percunctator ille) vtrum prædia militibus promissa daturus est Cæsar ex Sicilia, an ex Italia? Siciliam dictam esse Triquetram à tribus promuntoriis, Pachino, Lilybao, Peloro, notum est. Lucret. lib. 1. de Empedocle, Insula quem Triquetrus terrarū gessit in oris. τριγαλιαν cadē ratione appellant Græci, seu θριναλιαν, seu τριναλιαν, nempe à tribus promuntoriis. Lycophron τριειπον, quasi trium iugorum, seu collorum: Pindarus τριγλώχιστα, id est, trium angulorum.

A L T I Q V E S I L E N T I] sic Virg. Æneid. 10. quid me alta silentia cogis Rumpere?

N O N S I N E V O T I S] nō sine optatis, &c. & non sine precibus.

O R V S, Q V A N D O E G O T E A S P.] hæc sunt optata Horatij, vt liceat ruri ætatem agere, ibiq; nunc legere, nunc dormire, & cessare, & nihil agere.

D V C E R E S O L L. I V C. O B L.] id est, sollicitudines huius vitæ obliuione quadam oblitterare, & vitam curarum & molestiarum plenam, animi remissione dulcè efficere? quod suadet Matius in mimiambis, his versibus, Quapropter edulcare conuenit vitam, Curasque acerbas sensi-

A bus gubernare. Porphirio ad hunc locum notat, ducere obl. vita, id est, potare, quod non est ita intellegendum, quasi ille intelligat, Horatium de vini potu malorum prateritorum, & presentium obliuionem querere, vt supra Od. 7. lib. 2. *obliuio laetitia Maestice Cboria exple*: sed omnia huius vitae mala, omneisq; curas, & molestias obliuisci vellet: quemadmodum dixit Virg. *Aeneid. 6. Laetitia ad fluminis vndam securos latices, & longa obliuia potant*. Sic igitur hic locus explicandus est, & quidem facilius. Quando mihi licebit ruri traducere tempus atatis, nunc lectione librorum veterum, nunc somno, & otio, obliuisci huius vitae sollicitudines, ac molestias? vult enim, curarum, & sollicitudinum memoriam obliterari, atque obrui posse tribus rebus: veterum libris, somno, otio, seu cessatione: vel quibus, si quis forte somnum, & inerteis horas pro vno accipere malit. Nam ordo verborum hic est, quando licebit ruri sollicitae vitae obliuia ducere nunc libris, nunc somno, & inerteis horis? Esset autem ineptissimum ita loqui, Quando licebit rure meo potantem curas meas obliuisci nunc libris, nunc somno, & ducere obliuia porro sic dictum (opinor) vt apud Virgil. *Aeneid. 4. ducere somnos*. Na ducere somnos videtur illis esse simile ducere nestaris succos Od. 3. lib. 3. & ducere Liberum Od. 12. lib. 4. & innocens pocula Lesbij Duces, Od. 17. lib. 1. & ducere spiritum, ducere animam apud Cic. pro Sex. Rosc. Amer. Ita ducere obliuia vita sollicita, &c. idem quodammodo valebit, quod potare, seu haurire obliuia curarum, nunc veterum libris, nunc somno, &c. i. nunc legedo, nunc dormiedo.

B FABA PYTHAG. COGNATA] Horatius faceret cognata Pythagorae fabam dicit, quasi Pythagoras existimarit, fabam animal esse, vel cerere in fabis mortuorum animas ineffe: atque iccirco ab hoc cibo se abstinerit, veritus, ne in fabam aliquam animus paternus immigrasset. Variam tamen causam afferuntur, cur Pythagoras & ipse a fabis abstinerit, & alios voluerit abstinere: quas refert Laertius ex Aristotele, his verbis, *φησὶ δ' Ἀριστοτέλης, εἰ τῶ ἀπὸ τῆς κνάμων, ἢ τῆς γέλ- λειν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν κνάμων, ἢ τοὶ ὅτι ἀνδρῶν εἰσὶν ὁμοιοί, ἢ ὅτι ἀπὸ Πύλαος ἀρνὸν γὰρ ἢ ὅτι φεῖρα, ἢ ὅτι τῆ τοῦ ὄλας φύσει ὁμοιον, ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν. κληροῦσται γού αὐτῶν,* &c. i. ait autem Aristot. in lib. de fabis, Pythagorae iubere a fabis abstinere, aut quod partibus virilibus inhonestis similes sunt, aut quod Orci portis (sterile enim quiddam est faba) aut quod corumpit, aut quod naturae vniuersi similis est, aut quod ad paucorum principatum pertinet. fabis enim sortiuatur magistratus. Festus ait, fabam nec tagere, nec nominare Diali flammis licere, quod ea putetur ad mortuos pertinere. Nam & Lemuralibus iacitur laruis (inquit) & parentalibus sacrificiis adhibetur, & in flore eius, iustus litterae apparere videntur. M. Tull. lib. 1. de diuinatione aliam causam affert his verbis, *Ex quo etiam Pythagoricis*

C interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet E inflationem magnam in cibis, tranquillitati mentis querentis vera, contrariam. Ne illud quidem omittendum est, litteris esse proditum, fabam in vasculo aereo seruatum, certo temporis spatio in sanguinem verti: atque iccirco Pythagoram, cum cum latrones persequeretur, maluisse in eorum potestatem venire, quam, cum alia via effugere non liceret, per agrum fabis oblitum euadere. Fabam igitur Pythagorae cognata appellat fortasse Horatius, quod ille se ab ea abstinerit, quasi sibi cum ea cognatio aliqua esset.

D SIMVLQVE VNCTA SATIS P. P. O. L.] significatur his omnibus teatuis, & minimè sumtuosus, minimèq; exquisitus apparatus. ponentur autem, id est, apponentur. Et animaduerte, oluscula semper locum habere in tali apparatu significando: de quo lectorem admonuimus annot. ad sat. 6. lib. 1. libi, lachanisque catinum. O NOCTES, CENAEQVE DEUM] cur nocteis cum cenis coniunxit? an quod cenae veterum plerumque noctu agitabantur, totaq; noctem producebantur, vt supra annotauimus: nunc autem cenas rusticas, tenuis scilicet, & minimè sumtuosas, & nocteis placidas ac tranquillas, cenis illis nocturnis opiparis anteponi? an hoc significat, cenas suas rusticas, breuicis esse, & modicas, atque ex eo se nocteis ducere quietas, ac tranquillas, somnòsq; capere placidissimos, neque a cibo immoderato, nimiaq; portione interruptos? Præterea cur cenas Deorum dixit? an significas tenuis, minimèq; apparatus, aut opiparas, quod tales essent cenae, quae diis apponi solebant? an suauis & iucundas, quales deorum cenas esse credibile est?

E VERNAS (inquit Nonius) appellabant veteres, qui vere sacro fuerant nati: & habebatur nomē hoc pro vitabili maledicto. Festus, *Verna appellantur ex ancillis civium R. vere nati*. PROCACEIS] proceruos, audaculos. Proccari, poscere est (inquit Festus) vnde procaces meretrices ab assidue poscendo. sup. Od. 1. lib. 2. Musam, procacem appellauit, & Catull. Fesceniam locutionem, procacē. M. Tull. lib. 4. de rep. apud Noniū. *Itaque a petendo petulantia, a proccando, id est, poscendo procacitas nominata est.*

F LIBATIS DAPIBUS] ex quibus ego degustavi, quantum volui, & quantum satis est: atq; ita explicat Acro, seu quis alius nomine Acronis, & alij. Turnebus autem sic: ex quibus partem quam diis penatibus libauit. Vesperes enim de eo, quod in cenam paratum habebant, partem aliquam detrahebant, quam Latr, & ceteris diis domesticis, atque etiam aliis, donabant. Varro ex Nonio. *Quocirca oportet bonum cuiem legibus parere, & deos colere, in patellam dare μισθὸν κρέας.*

G PROVT CUIQUE LIB.] hæc pertinent ad verbum proximè sequentem, non ad superiorem. SICCAT INÆQVALEIS CALICES] bibit

H VTRVMNE DIV. HOM.] si quis in hac quaestione disceptatore, ac iudice Zenone utatur, non dubium est, quin ille iudicaturus sit, in virtute vitam beatam esse positam: sin ad vulgū referat, alij in voluptate, alij in bona valetudine, alij in diuitiis locatam esse dixerint. sed profecto, cum diuitia sint ad vsum corporis comparatae, corpus animi causa natum, & ita animi bona, primum locum: corporis, secundum: diuitiarum tertium obtineant, iniquum, atque absurdum sit, in bonis deterrimis, ac tertiis vitam beatam collocare. his cōsentanea scripta sunt a Platone lib. 9. de legibus.

I VSVS, RECTVMNE] aut quid nos ad amicitias trahat, vtilitas, an rectum, atque honestum. Negat M. Tullius, amicitiam ab vtilitate nasci. Aristoteles tot amicitiarum genera constituit, quot sunt amabilia. quicquid enim amabile sit, id esse vel honestum, vel vtile, vel iucundum. ita tres amicitias esse: aliam, cui solum honestum sit propositum: aliam, cui vtile: aliam, cui iucundū. Ait tamen idem, eam amicitiam, quæ honesti causa constituta est, cum multis aliis rebus reliquis duas superet, tum hoc maximè præstare, quod eadem & honesta, & vtilis, & iucunda est.

A bibit quisque quantum libet, siue multum, siue parum. nemo cogitur a bibedi magistro calices æquales exhaurire, sed suo quisque arbitrato bibet. nemo necesse habet ex magistri præscripto biberē. Solebat autē magister ille, quem alio nomine regem appellabant, conuiuiis omnibus æquales calices ebibendos dare, & bibendi leges ferre, quas insanas proximo versu vocat.

SOLVTVS LEGIBVS IN SANIS] hac de re vide, quæ annotata sunt ad illum locū, *Olim ludus erat cippa potare magistra*, sat. 2. huius lib.

SEV QVIS CAPIT, &c.] siue quis liberaliorum potum ferre potest, siue modico magis delectatur. per *acriapocula* significat vel grādia, & immoderata, & nimia, & ad quæ ferenda, acri & robusto potore sit opus: (nam infra sat. 8. *acris potores* appellat eos, qui multū & strenuè bibūt) vel parum diluta, atque aded mera. ego tamen

B priorem explicationem malo. *capit acria pocula* autem, id est, capax est acrium poculorum.

VESCI] sic reperi scriptum in cod. vno Vatic. & Iann. & nonnullis aliis. alij habent *humesit*. illud alterum magis mihi probatur. Nam & *uidios* dixit Od. 5. lib. 4. potos, & madidos. *dicimus integro sicci mane die: dicimus vuidi, cum sol Oceano subest.*

SERMO ORIVR NON DE VILLIS, &c.] Cuius modi de rebus sermone in conuiuiis haberi debeant, iam olim docuerat Varro sat. Menipp. qui referuntur ab A. Gell. lib. 13. cap. 11. & commemorabuntur a nobis ad epistolam 5. lib. 1.

LEPOS] saltator quidam hoc nomine reperi in duobus libris manuscr. *nepos*: quos non sum secutus.

D VTRVMNE DIV. HOM.] si quis in hac quaestione disceptatore, ac iudice Zenone utatur, non dubium est, quin ille iudicaturus sit, in virtute vitam beatam esse positam: sin ad vulgū referat, alij in voluptate, alij in bona valetudine, alij in diuitiis locatam esse dixerint. sed profecto, cum diuitia sint ad vsum corporis comparatae, corpus animi causa natum, & ita animi bona, primum locum: corporis, secundum: diuitiarum tertium obtineant, iniquum, atque absurdum sit, in bonis deterrimis, ac tertiis vitam beatam collocare. his cōsentanea scripta sunt a Platone lib. 9. de legibus.

E VSVS, RECTVMNE] aut quid nos ad amicitias trahat, vtilitas, an rectum, atque honestum. Negat M. Tullius, amicitiam ab vtilitate nasci. Aristoteles tot amicitiarum genera constituit, quot sunt amabilia. quicquid enim amabile sit, id esse vel honestum, vel vtile, vel iucundum. ita tres amicitias esse: aliam, cui solum honestum sit propositum: aliam, cui vtile: aliam, cui iucundū. Ait tamen idem, eam amicitiam, quæ honesti causa constituta est, cum multis aliis rebus reliquis duas superet, tum hoc maximè præstare, quod eadem & honesta, & vtilis, & iucunda est.

E Pindarus videtur amicitiam vtilitate ponderare atque aestimare. nam hoc vno nomine amicitiam commendat, quod multæ ac variæ sint amicorū vtilitates, atque opportunitates, verba eius sunt hæc, *Νεμ. εἰδ. η. Χρείαι δὲ παντοῖαι φίλων ἀνδρῶν*. Homerus δ. δ. θ. in extremo ait, amicū suauem, & prudentem fratre non esse deterioiorem, *ἐπειδὴ μὲν τι κεραιγγητοιο χερείων Γίνεσθαι δοκεῖν ἐταίρος ἐὼν πεπνυμένα εἶδη*. id est, Nam nihilo fratre deterior est is, qui cum amico sit, tū cordatus & prudens sit. Horatius amicū iucundū rebus omnibus anteposit, supra sat. 5. lib. 1. *Nil ego contulerim iucundo sanus amico*. ad quem locum lege quæ annotauimus, si tibi commodum est.

ET QUÆ SIT NAT. BONI] bonū definit ex sententia veterum Aristoteles lib. 1. de morib. ad Nicomachum, quod omnia desiderat, seu appetunt. *ἐγαθόν, & πάντα ἐφίεται*. Idem lib. 1. *ρητορικ.* huic definitioni addit alias descriptiones. M. Tull. lib. 2. de finib. *bonum ipsum etiam quid esset fortasse, si opus fuisset, definisses: aut quod esset natura appetendū, aut quod prodesset*. Idem lib. 5. *Bonum appello, quicquid secundum naturam est.*

SVMVMQVE QVID EIVS] de summo bono disputat Aristot. lib. 1. de morib. ad Nicomach. & M. Tull. in libris de finibus.

EX RE] vulgus interpretatur, *ex re*: id est, nō alienas a proposito sermone. Ego autem sic, *ex re*, id est, ex vsu, vtilis est.

ARELLI] Iauari cuiusdam nomē est, Arellius. SOLLICITAS IGN. OP.] sollicitas opes, ab effectu, quia sollicitum & anxii reddunt eū, qui habet. *ignarus* autem redē addidit. Nam insipientes laudant diuitias quantumvis licet possessoribus molestas: sapientes non item, qui vitam beatam in animo paucis contento positam esse ducunt, nō in copia bonorum externorum. vide quæ annotata sunt ad illum locum Od. 16. lib. 3. *Contentia dominus splendidior rei, &c.* & ad illum, *Crescentem sequitur cura pecuniam, &c.* eadem Oda paullo antè.

OLIM] quondam. *Olim* (inquit A. L. Donatus ad illum locum Terent. Andria, *Asticus quidam olim, &c.*) *fabula principium*. & citat hunc locum Horat. Sic epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Olim quod vulpes egroti causa leoni respondit, refreram.*

CAVO] epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Macra cauum reperes arctum, quem macra subisti. paupere cauo autem sic dictum ab Horatio, vt à Virgil. pauperis & tugur congestum cespitem culmen.*

ASPER] durus, laboriosus. aliter dixit epist. ad Pison. *monitoribus asper.*

ARCTVM] ad rem attentum, parcum, restrictum, angustum. libri veteres plerique habent *arctum*.

SOLVRETT] laxaret. ita tamen parcus, & ad rem attentus, vt in hospitibus accipiendis largum se, ac liberalem præberet.

NEQVE ILLI SEPOSITI CIC.] libri ferè omnes calamo exarati, quos quiddē viderim, Pp iij

A & emendatiores excusati, sic habent, non *sepoftris*, vt nonnulli corrupti. Est autem hoc genus loquendi planè Græcū. Sic enim loquuntur Græci, *Φθῶν σοι τὸ εὐτυχίας*, id est, inuideo tibi secundæ fortunæ, pro quo Latini dicerent, inuideo tibi secundam fortunam. Plutarchus in Cæsare, *ὁ Κρότων, Φθῶν σοι τὸ θανάτου, καὶ γὰρ ἐμοὶ σὺ σαυτὴ σωτηρίας ἐφθόνισας*. Cato, inuideo tibi mortis, seu mortem. nam etiam tu mihi tuæ salutis, seu tuam salutem inuidisti. Plato in Hipparcho, *Ὅτε οὐδέμῃος δὲν ἔδειν σφίσις Φθῶν*, non putas oportere cuiquam sapientiæ, seu sapientiam inuidere. præterea illi reposuimus ex eorumdem lib. auctoritate. iungunt etiam interdum hoc verbum cum infinitiuo. Euripid. Med. *τί δ' ἔστιν ἂν γὰρ αἴε; μὴ Φθῶνι φράσῃ*. id est, quid est, sene? ne inuide dicere, seu dixisse. Homerus *Ἰλ. κλυοχρήστα ποσειδέων βίότοιο μαγγήρας*, id est, Neptunus cæsariem cæruleam habens cum ei vitæ inuidisset. Horatius Latinorum more locutus est epist. ad villicū suū lib. i. *inuidet vjsum Lignorum & pecoris tibi calo argutus, & horti*. sic Virg. *Aneid. 4. Ascansione pater Romanus inuidet arceis?* Idem lib. 8. *Sed mihi tarda gelus, scilicet afficta* [al. *effata*]. *senectus inuidet imperium.* & Catull. nupt. Pel. *sic nimis insultans, extremo tempore sena Fors etiam nostris inuidit questibus aureis*. M. Tull. Tuscul. 3. *tum planè insicimur opinionū prauitate, & naturæque ipsa desciscimus, ut nobis optimam naturam inuidisse videantur qui nihil melius homini, nihil magis expectandum, nihil præstantius honoribus, imperiis, populari gloria indicauerunt.* propterea autem quod, qui rem aliquam alteri inuidet, eam, si habeant in sua potestate, illi nullo pacto, nullâq; conditione impertire velint, iccirco & inuidere vsurpant Latini, pro denegare, & non largiri, quod sine tuo incommodo dare possis: & contra, non inuidere, pro largiri. horum igitur verborum hæc sententia est, magnam illi ciceris & auenæ copiam apposuit. cicer, quod sepositū habebat, & longam auenam ei apposuit liberaliter, & prolixè.

B SEMES A] semi es. sat. 3. lib. i. *Semefos pisceis, tepidumque ligurricit ius.*
 CUPPIENS VARIA FASTID. CENA] cupiens muris vrbani dente superbo singula ligurricis, & languidè degustans fastidia epularum varietate discutere. Vt similitudo fastidium parit, ita varietas depellit, ac discutit.
 TANGENTIS MALE] non libenter gustans, sed languidè, & fastidiosè.
 CVM PATER IPSE DOMVS] mus rusticus. sat. 8. *vt aiebat cene pater.*
 PORRECTVS] stratus, vt sup. Od. i. lib. i. *nunc viridi membra sub arbuto stratus, &c.* Sic sat. 3. huius lib. *si quis ad ingentem frumenti semper accernum Porrectus vigilat.* & hac eadem sat. *purpurea porrectum in veste locauit.*
 HORN A] huius anni, vt Od. 2. epod. *Et horna dulci vima promens dolio.* & Od. 23. lib. 3. *si iure pla-*

caris, & horna Fruge Laris, auiddaque porca. **E**
 ESSE T] ederet, ab edo es, est. Epist. 2. lib. i. *si, quod est animum, differens curandi tempus in annum.* sic es pro edis. Catull. ad Aurel. *Pedicare cupis meos amores, nec clam: nam simul es, iocaris vnâ.* vbi vulgo legitur, *simul &c.*
 ADOR] farris genus, ab edendo dictum, seu potius ab adurendo. adurebatur enim, & torrebatur, vt commodiùs moleretur, ac subigeretur.
 VIN TV] sic habent duo cod. Vat. & Rain. Card. Iann. Nicot. Russardino. quos secutus sum vulgati, *vis tu, minus concinnè.*
 CARPE VIAM] sic Virg. Georg. 3. *Iniusto sub fasce viam cum carpit.* vide annot. ad Od. ii. lib. i. de verbo carpendi.
 TERRESTR. QUANDO MORTAL] id est, quandoquidem animalia terrestria mortaleis animos habent, anima dicta est à nomine Græco *ἀνεμος*, id est, ventus, purabant enim nonnulli veteres, animum nihil aliud esse, quàm spiritum, aut ventum. Cùm homines autè terrestria sint animalia, videtur Horatius hominum quoque animos, mortaleis esse arbitrari: quæ sententia nõ modò à religione Christiana est aliena, verùm etiam à Platone improbata ac reiecta. Pausanias Messenicis scribit primos omnium Chaldæos, & Magos, dixisse animum hominis esse immortalem, iisq; cùm alios Græcos compleris, tùm Platonem maximè, Aristonis filium, assensum esse. Plato quidem in Phædro, & Phædone plurimis argumentis ita esse probare conatur. sed neque illa ita firma sunt, vt refelli non possint, & non minus ad ceterarum animantium, quàm ad hominum animos, videntur pertinere. Christiani igitur hominis est, cùm hæc quæstio à philosophis disputetur in vtramque partem, sacrarum literarum auctoritate, nudâmq; veritate amplecti, rationes humanas ad eam confirmandam non desiderare.

C NEQUE VLLA EST AVT MAGNO] sic sup. Od. 4. lib. i. *Pallida mors aquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumque turres.* vide annot. ad Od. 28. eiusdem libri. quibus addit illud Menandri, *Ἀθανασία δ' ὅτε ἐστὶν, ἔδ' ἐν σωμα-* **H**
γάγης τὰ Τανταίου τάλαντα ἰκανὰ λεγόμενα. *Ἄμ' ἔποδῶν, ἔ τὰ πάντα καταλείψεις πνί:* id est, Immortalitas autem non est, ne si Tantali quidem talenta coaceruaueris: Sed morieris, & hæc alicui relinques.
 DVM LIC. IN REB. IVC. V. B.] creber est in hac sententia Hor. vide ex pla. quæ collegimus ad illum locū, *Donec virenti carnis abest Morosa, nunc & campus, & arca, &c.* Od. 9. lib. i.
 VIVE MEMOR QVAM SIS ÆVI BR.] epist. ad August. lib. 2. *Tellurem porca, siluanum lacte piabant: Floribus & vino Genium memores breuis æui.* al. *memorem.*

D PEPVLERE] impulerunt, vt vitæ genus, & locum commutaret.
 NOCTVRN I] νύχιοι, noctu, vt annot. supra ad il-

A ad illum locum, *Nec vespertinus circumgenit vrsus ouile,* Od. 16. epod.
 SVBERERE] quasi rependo subire.
 COCCO] coccum Galatiæ rubens granum, aut circa Emeritam Lusitanix, in maxima laude est, inquit Plin. lib. 9. cap. 41.
 CANDERET VESTIS] stragula vestis splenderet, ruberet. *canderet vestis* dixit, vt dicimus, *ferrum candens.* & M. Tull. Offic. 2. *candente carbone,* & idem, *lamina candentes.* Verr. de supplic. & Horat. epist. 15. *lamna candente.*
 EXTRUCTIS] exaggeratis, cummlatis, refertis, completis. supra Od. 3. lib. 2. *extructis in altum Diuitiis potietur heres.* Virg. Georg. 1. *Ter pater extructos dissecit fulmine montes.* Lucret. lib. 6. *Fulmina gignit è crasis, atque putandum est nubibus extructis.* Plautus Menach. *Cerealeis cenat, ita mensas extruit, Tantis fructibus concinat pat-*

B tiparias. M. Tull. in Catone, *caret epulis, extructisque mensis, & frequentibus poculis.* Idè pro Sextio, *tantos corporum acernus extructos.* Idem lib. 2. epist. ad Attic. *hercule magnis acernum Dicitur mihi ante pedes extruxeram.* Idem Tuscul. 5. *mensas conquiritisimis epulis extruebantur.*
 ERGO, V B PVRVFR.] in stragula veste purpurea, qua lectus erat intratus.
 VELVTI SVOCINGT. CVRS. H.] mus vrbanus, quasi altè præcinctus, & ad ministrandum expeditus circumcurfat. sup. sat. 8. lib. 1.
 Vidi egomet nigra succinctam vadere palla Canidiam. & sat. vlt. huius lib. *Et vbi sublatis, puer altè cinctus acernâ Gausape purpureo mensam perterst, &c.* Ouidius lib. 8. metamorph. *mensam succincta, tremensque Donit anno.*

C CONTINVATQVE DAPES] vno, & perpetuo ordine dapes apponit. nouas assidue dapes apponit: dapes dapibus accumulatur.
 NEC NON VERN. IPSIS FVNG.] id est, atque adeo vernarum in morem, ipse ministeria, & munera necessaria obit. *vernalliter* (inquit Nonius Marcellus) *valet adulatoriè, à vernis.* vbi tamen quidam legi volunt, *vernilliter*, de scriptura autem huius loci, si, quid sentiam, quæris: vulgata quidem, quæ est, *vernalliter ipsi Fungitur officis*, omnium librorum veterum auctoritate confirmatur: sed, si mihi liceat, ego libenter legâ, *vernalliter*, seu *vernilliter ipse Fung.* &c. quæ vox exprimeret, ac declararet studium, & sedulitatè muris vrbani: qui non per alios, sed ipse per se hospiti suo vernalliter inferuiret, ac ministraret.
 PRLAMBENS] prægustans, an, vt hospitem ad liberaliter epulandum inuiter, ac prouocet? an, vt omnem veneni suspiciõnè remoueat? quod est ridiculum dictu in animantibus rationis expertibus. sed si quis apologorum & fabularum naturam, legèmq; consideret, in quibus animantes ratione carentes inducuntur nostro more loquentes, & pleraque agentes, minus absurdum videbitur.
 ILLE CVBANS] recubans. accommodat

enim consuetudinem hominum ad mures, quo ad eius fieri potest:
 BONISQVE REBVS AGIT L. C.] & ob res prosperas & secundas: seu in rebus prosperis & secundis, *agit l. c.* id est, præbet se lætū coniuuam: seu præbet speciem læti coniuuæ: seu simulat & fingit se lætū coniuuæ: *ἔποιπνετ αὐ.*
 VALV. STR. LECTIS] lectis discubitorii, vt epist. ad Torquarum lib. 1. *si potes archaici coniuua recumbere lectis, &c.* & supra non longè. *Tincta super lectos canderet vestis eburnas.* valvæ dictæ sunt, vel quasi voluæ, à voluèdo, quia geminæ fores introrsus reuoluuntur, cùm apèriuntur: vel à valendo, quia talis ianua, quæ biforis est, quæq; duabus partibus, constat, & vtrinq; aperitur, validior ea est, quæ vnâ est, vnâq; ex parte clauditur & aperitur: præsertim cùm intrinsecus repagulis obfirmatur. Sed vidè natus est hic valuarū strepitus, seu crepitus: fortasse à domino, qui foris cenarat, aut qui rus iuerat domum redeunte. talis est ianua strepitus, & canum latratu lib. i. sat. i. libi. *Ianua stragatur, latret canis, &c.*
 MAGISQVE EXAN.] id est, multoq; magis trepidare, & pauere cœperunt, simulatq; canum latratu domus personit. Non est perpetuè verum, quod notat Ælius Don. in Andr. Terent. *exanimem dici mortuum, exanimatum, perturbatum.* Nam proculdubio hoc loco *exanimem* interpretari aliter non possumus, quàm metu perturbati.

D OMVS ALTA] fortasse expressit Græcam vocem *μέγαρα*, id est domum altè sublata: quales esse solent diuitum, & potentium, & principum domus.
 ET VALEAT] sic legendum, non, vt vulgò, *valeas.* nam primum sic habent ferè omnes libri manufer. dein de significatione Horatius, murem rusticum aspernari & improbare vitam vrbana, vt pote turbulentam, sollicitam, & timoris plenam. valere enim iubere solemus ea, quæ spernimus, & reijcimus, quæ nolimus denique. sic Tibull. *o valeam silua, deficiantque canes.* vide quæ notauit ad illud locum, *valeat res ludicra, si me, &c.* epist. ad August.

E CAVV'SQVE] latebra mea, locus excavatus, fossa, cauerna. epist. ad Mæcen. 2. lib. i. *tum cum merx, cauum nominat. Macra cauum repetes arctum, quem macra subsisti.*
 TVTVS AB INSID.] sic loquuntur Latini. sic ipse Horat. vt Oda 4. lib. 3. *Vt tuto ab atris corpore viperis Dormirem.* & sat. i. huius libri. *Tutus ab infestis latronibus.*
 SOLABITVR] sic Virg. Georg. i. *Concussaque samem in siluis solabere quercu. Erum, hordei genus, quod Græci ἄρορον appellant.* Festus.

SATYRA 7.

I ANDVDVM ausculto: & cupiens tibi dicere seruus

A Pauca, reformido. Dauus ne? ita, Dauus,
amicum
Mancipium domino, & frugi, quod sit satis
hoc est,
Ut vitale putes. age, libertate Decembri,
(Quando ita maiores voluerūt) vtere: narra.
Pars hominū vitius gaudet cōstāter: & vrget
Propositum: pars multa natat, modō recta
capeffens,
Interdum prauis obnoxia, sēpe notatus
B Cū tribus annellis, modō leua Priscus mani
Vixit inaequalis, clauū vt mutaret in horas:
Edibus ex magnis subitō se conderet, vnde
Mundior exiret vix libertinus honeste.
Iam mæchus Roma, iū mallet doctus Athe-
nis (quis
Viuere: Vertumnis, quotquot sunt, natus in-
Scurra Volanerius, postquā illi iusta chi-
ragra
Contūdit articulos: qui pro se tolleret, atque
Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna
Conductum pāuit, quanto constantior idem
C In vitis, tanto lenius miser: ac prior illo,
Qui iam contento, iam laxo fune laborat.
Non dices hodie, quorsum hęc tam puti-
da tendant,
Furcifer? ad te, inquam, quo pacto pesi-
me? laudas
Fortunā, & mores antiquæ plebis: & idem,
Siquis ad illa deus subitō te agat, vsque re-
cuses:
Aut quia nō sentis, quod clamas rectius esse:
D Aut quia non firmus rectum defendis: &
heres,
Nequicquam cæno cupiēs euellere plantam.
Romæ rus optas: absentem rusticus urbem
Tollis ad astra leuis, si nusquā es fortē vocatus
Ad cenam, laudas securum olus: ac, velut
vsquam
Vinētus eas, ita te felicem dicis, amāsque
Quod nusquā tibi sit potādum, iusserit ad se
Mæccnas serum sub lumina prima venire
Conuiuam? nemon' oleum feret ocyus? ecquis

Audit: cū magno blateras clamore: fugis que. E
Miluius, & scurre tibi nō referēda peccati,
Discedunt. etenim fateor, me dixerit ille
Duci ventre leuem, nāsum midore supinor,
Imbecillus, iners, siquid vis, adde, popino:
Tu, cū sis, quod ego, & fortassis nequior:
vltro
Insectere vclut melior: verbisque decōris
Obuolas vitium: quid si me stultior ipse
Quingentis emtō drachmis deprēderis? aufer
Me vultu terrere: manum, stomachūque
F teneto,
Dum, quæ Crispini docuit me imitor, edo.
Te coniux aliena capit: meretricula Dauum.
Peccat vter nostrū cruce dignius? acris
vbi me
Natura incendit: sub clara nuda lucerna
Quæcumq; exceptit turgentis verbera cauda,
Clumibus aut agitauit equum lasciuia supinū:
Dimittit neque famosum, neque sollicitū, ne
Ditior, aut formæ melioris metat eodem.
Tu, cū proiectis insignibus, annulo equestri,
G Romanoque habitu, prodīs ex iudice Dama
Turpis, odoratum caput obscurante lacerna,
Nō es, quod simulas? metuens induceris: atq;
Altercante libidibus tremis ossa pauore.
Quid refert vri virgis, ferrōque necari
Auctoratus eas: an turpi clausus in arca,
Quō te demisit peccati conscia herilis
Cōtractū, genibus tangas caput? estne marito
Matronæ peccantis, in ambos iusta potestas?
In corruptorem vel iustior: illa tam en se H
Nō habitū, mutāt v loco, peccāt v supernē,
Cū te formidet mulier: neq; credat amanti.
Ibis sub furcam prudens: dominōque furētī
Committes rem omnem, & vitam, & cum
corpore famam.
Euastrē credo, metues: doctūsque cauebis.
Quæres quādo iterū paucas: uterūq; perire
Pōsis, d' toties seruus, quæ bellua, ruptis
Cū semel effūgit, reddit se praua catenis?
Nō sum mæchus, dis, neque ego hercule fur,
vbi vasa

Prætere

A Prætere sapiens argentea, tolle periculum,
Iam vaga prosiliet frenis natura remotis.
Tūne mihi dominus, rerum imperiū, homi-
nūque
Tot, tantisque minor? quem ter vindicta,
quatēque
Imposita haud vñquam misera formidine
priuet? (nam
Adde suprā dictis, quod non lenius valeat.
Sive vicarius est, qui seruo paret, vri mos
Vester ait: seu conseruus: tibi quid sum ego?
nempe
Tu mihi qui imperitas, alis seruis miser: at-
B Duceris, vt neruis alienis mobile lignū. (que
Quisnam igitur liber? sapiens, sibi que impe-
riosus: (vincula terrent:
Quem neque pauperies, neque mors, neque
Responfare cupidinibus, contemmere honores
Fortis, & in seipso totus teres, atq; rotūdus,
Externi nequid valeat per læue morari:
In quem manca ruit semper fortuna, potēsne
C Ex his, vt proprium quid noscere? quinque
talenta
Pōscit te mulier: vexat: foribusq; repulsum
Perfundit gelida, rursus vocat. eripe turpi
Colla iugo, liber: liber sum, dic age, non quis.
Vrget enim dominus mentem non lenis: &
acreis
Subiectat lasso stimulos, versatque negatē.
Vel cū Pausiaca torpes insane tabella:
Quid peccas minus, atque ego? cū Fulū,
Rutubæq;
D Aut Placideiani, contento poplite, miror
Prælia rubrica picta, aut carbone: velut si
Re vera pugnent, feriant, vitentque mouēt es
Arma viri: nequam, & cessator Dauus.
at ipse
Subtilis veterum iudex, & callidus audis.
Nil ego, si ducor libo fumante: tibi ingens
Virtus, atq; animus cenis ressonat opimis.
Obsequium vērīs mihi perniciosus est, cur?
Tergo plector enim, quid? tu impunitior illa,
Quæ paruo sumi nequeunt, obsonia captas?

Nempe inamare sunt epula sine fine petitæ: E
Illusiq; pedes vitiosum ferrereculant
Corpus, an hic peccat, sub nocte qui puer vna
Furtiuam mutat strigile? qui præ dia vendit,
Nil seruire gula pārens habet? adde, quōd idē
Non horam tecum esse potes: non otia rectē
Ponere: tēq; ipsum vitas fugitiuus, & erro,
Iam vino quærens, iam somno fallere curam,
Frustra: nam comes atra premit, sequiturque
fugacem.
Vnde mihi lapidem? quorsum est opus?
vnde sagittas?
Aut insanit homo: aut versus facit, ocyus
hinc te
Ni rapis: accedes opera agro nona Sabino.

I A M D V D V M A V S C V L T O] Iam dudū
audio te loquentē: nihil ipse, cū pauca habeam
tibi dicendā, loqui audeo.

I T A, D A V V S.] ita est, ego Dauus cupio te
paucis cōuenire: vel, ita, inquam, Dauus, sic enim
loquuntur Latini, cūm liquidius quippiam affir-
mare volunt, M. Tull. Verri. de signis, qui tamen
(de Catone loquitur) cūm consul fuisset, condemna-
tus est. ita, C. Cato, duorum hominum clarissimorū ne-
pos, L. Pauli, & M. Catonis, & P. Africani sororis fi-
lius, & Philip. 14. tot legionibus caesis, tanta multitudine
interfecta, hostium dico: ita, inquam, hostium: quam-
uis hoc isti hostes domesticos nolint, clarissimis duci-
bus, supplicationum honorem tribuimus, imperatorum
nomen adimemus? Idē frumentar. an me ad M. An-
tonij æstimationem frumenti, exactionēq; pecunia re-
uocaturus es? Ita (inquit) ad M. Antony. nonnum-
quam omittitur vox ita, vt Priap. licet indignere,
feramque propter olus, dicas, hoc ego? propter olus.

F R V G I] M. Tull. lib. 3. Tuscul. frugi homines
genitū, à Græcis ait appellari: latius tamen esse
nōmen frugi, quā genitū, nam ceteras pro-
H pemodum virtutes, nōmine frugalitatis contine-
ri: eāmq; à fruge esse appellatam, qua nihil meli-
us è terra oritur: cui contrarium vitium nequit-
iam dici, & nequam hominē, id est, nihili, frugi
homini contrarium, nequam autē dictum esse
ab eo, quod nec quicquam, seu nequicquam, id
est, nihil, seu non quicquam est in tali homine.
Idem in oratione pro Deiotaro, frugi hominem di-
ci non multum habet laudis in Rege: fortem, iustum, se-
uerum, grauem, magnanimum, largum, beneficū, li-
beralem, hæ sunt regia laudes: illa primata est. ego ta-
men frugalitatem, id est, modestiam, & temperantiam,
virtutem esse maximam iudico. Porro ita solent lau-
dari maximē serui. Plaut. Casina, Pol, bona frugi ho-
minem te iam pridem esse arbitror. Terēt. Heautont.
de fallacia dicitur est. inueni nuper quandam. Chr. frū-

Agi es. Idem Adelp. Syrus, factus est, quod iusli, De- mea. D. frugi homo es.

QVOD SIT SATIS, HOC EST, VT VIT. P.] id est, rata frugalitate præditus, quan- ta in seruo postuletur, id est, ita frugi, vt in vita retinendum, ac seruandum, minimèq; occiden- dum esse putes. Constat autem, dominis in ser- uos olim fuisse vitæ, necisq; potestatem, seruum frugi igitur dominus non temerè occiderit: inu- tilēm autem, & nequam, non mirum si occiderit. vel sic: frugi, quantum satis est ad bonam valetu- dinem, & ad salutem. nam vt edaces, & intempe- rantes, & nequam homines corrumpunt valetu- dinem, nec diu viuunt: sic & qui nimis tenui, &

præparco victu vtuntur, quiq; ad rem domini fa- miliarem benè gerendam nimis attenti sunt, ni- mis vigilantes, nimium diligenter domino con- sultentes: quasi hoc, iocans cum domino, signifi- cet Dauus, se non præstare ceteris seruis frugali- tate, neque immoderato frugalitatis studio im- mori velle, sed satis habere, si tam frugi sit, quam vulgus seruorum esse solet. vel sic: mediocriter, & intra modum frugi: non immoderatè, neque supra modum: vt spes sit me diu victurum. Nam contrà opinio est hæc omnium animis insita, eos qui frugalitate, aut alia aliqua virtute præstant, non diu in terris atarè agere, tamquam Diis im- mortalibus omnem præstatiām, vt pote à se pro- fectam, suo iure repetentibus. Omnino locus est, mihi quidem, perobscurus. Sed non dissimulabo quibusdam videri ita legendum, frugi, quoad sit sa- tis, hoc sensu, vsque eo frugi, quoad sit satis. Nā, quoad, vnus syllabæ est etiam apud Lucretium.

VT VITALE PVTE] vt putes posse vi- nere, neque ante diem moriturum. sat. i. lib. i. o puer, vt sis vitale, metuo.

LIBERTATE DECEMBRI] quæ datur seruis, Saturnalibus. agitabatur autem Saturnalia xiiii. Kal. Ianuarias, vt scribit Macrob. lib. i. cap. 10. Eo die domini seruos suos conuiuus libe- ralibus, & opiparis accipiebant, ipsi muneribus scriuilibus fungebantur: seruis impune, quicquid libèret, loqui licebat, vt & scribit idem Macrob. lib. i. & Athenæus lib. 14. his verbis, ταῖς τῆ Κρο- νίαν ημερᾶς ἔθος ἐστὶ Ρωμαίων παρᾶν ἐπιάν τῆς οἰκείας, αὐτῆς τῆς τῶν οἰκετῶν ἀναδεχομένης λειψύρας. id est, Saturnaliorum diebus solent Romani famulis cenas opiparas & apparatus da- re, cum ipsi seruilibus muneribus fungatur. quo loco idem Athenæus multarū nationum dies fe- stos similes commemorat. Catull. ad C. Licinium Caluim, Saturnalia, optimum dierum appellat, propterea (opinor) quod aurei illius sæculi, quod Saturo regnante fuisse dicitur, imaginem refe- rebat, memoriāq; repræsentabat: quo nondum erat auditum nomen seruitutis. sed de his vide plura apud Macrobiū, & apud Lucianum ἐῖ τοῖς αἰετοῖς κρόνον. vbi primo dial. sic Saturnus, καὶ ἀπὸ τῆς ἀπαγῆς κρότος, καὶ ἀπὸ τῆς πα- δῆς, καὶ ἰσσημῆ πασι καὶ δὲ δόλοισ, καὶ ἐλευθέρ-

ois. & δὲ εἰς γὰρ ἐπὶ ἐμῶν δούλους λέω. id est, Ar- E que iccirco ubique plausus, & cantus, & ludus, & honoris æqualitas omnibus tum seruis, tum liberis. Ne- que enim me regnante seruus erat.

CONSTANTER] καταχρηστικῶς, pro per- tinaciter: vel dicendum constanter esse positū pro æquabiliter, & conuenienter vitæ superiori: vt quinto abhinc versu, in æqualem vsurpabit pro eo, qui sibi non constat. & infra cad. sat. quanto constantior idem in vitis, &c. & M. Tull. Tulc. 5. de Epicuro, quam sibi constanter, conuenienterque di- cat, non laborat.

ET VRGET PROPOSITVM] perfe- quitur id, quod sibi ab initio proposuit: perstat in consilio suscepto.

NATA T] modò ad vitia propensa est, modò ad virtutes incumbit: incerta & instabilis est: nō perstat in vitis, sed modò vitia, modò virtutes sequitur. Sic fere loquitur M. Tull. lib. i. de natu- ra deorum. Mihi quidem etiam Democritus, vir ma- gnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit, natare videtur in natura deorū. Tum enim censet, imagines diuinitate præditas inesse vniuersitati rerum, tum principia, mentisq; quæ sunt in eodem vniuerso, deos esse dicit. vbi tamen quidam legi vol- lūt, mutare. Iosephus Scaliger Iulij Cæsaris filius, iuuenis in primis doctus, putat hic natare idem valere, quod ἑπιπλάσσει, crebrum esse, frequēs esse, abundare, quia, inquit, quæ sunt ἑπιπλάσσει, maxime apparent. Ego, vt quæ sunt ἑπιπλάσσει, ea in promptu esse & fateor, & ex Aristotele do- cui in annotatione quadam ad libros Arist. de morib. ad Nicom. ἑπιπλάσσει, ea, quæ incre- bruerūt, seu quæ frequentia sunt, verti: ita hoc etiam scio ἑπιπλάσσει alibi dici à Græcis & ab ipso Aristotele, quæ sūt infirma, & nō diuturna, & quæ non habent altas admodum radices. non tamen fateor, natare idem valere hoc loco, quod crebrum esse: sed potius positum esse puto pro, sibi non constare, incertum esse. tralatione ducta à natatoribus, qui in elemento molli, cuiusmodi est aqua, versantes, stabiles & certi esse non pos- sunt. Taleis autem describit incontinentis Ari- stot. lib. 7. de moribus ad Nicom. vt mox dice-

mus. INÆQVALIS] sibi non constans. supra sat. 3. lib. i. Nil æquale homini fuit illi. ibid. nil fuit vquam sic impar sibi. in æqualis igitur, in victu, & cultu, & consiliis omnib.

SÆPE NOT. CVM TRIB. ANN.] Hoc quidem constat, laua manu duntaxat, non etiam dextera, annulos gestari solitos: sed nec quibus digitis, nec quot annulos gestare consue- uerint, constat, Scribit Plinius lib. 33. cap. 1. primò iis digitis, qui sunt minimis proximis, geçi morem fuisse: postea eo, qui pollicis proximus est, gesta- ros esse: deinde iuuille etiam minimum digitum annulo ornare: sua ætate solim hunc digitum ex- ceptum fuisse, ceteros omnem oneratos esse. Iam de multitudine, alios eorum pondera ostentasse: aliis plurcis, quam vnū, gestare laboriosum fuit:

se: non-

se: nonnullus treis minimo congefisse. Ex hoc Horatij loco videri potest turpe fuisse treis annu- los gestasse. hanc enim vim puto inesse in vocè notatus. Tam verò illud non est dubium, quin an- nuli initid ferrei instituti & facti sint, etiam illud certum est, initid signid causâ esse comparatos. CLA V M] siue angustum, siue latum. nam e- rat & latus clausus, & angustus, vt dixi supra ad il- lum locum satyra 6. libri primi, & latum demisit pefiore clauum.

SE CONDERET, VNDE, &c.] se conde- ret, subintellige, in eum locum, seu in eam domū, unde, id est, ex qua, &c.

MVNDIOR] lautior, elegantior: non egen- tissimus, neque abiectissimus.

DOCTVS. ATH.] Vatic. cod. vnus Tornef. Morellianus, Nicotianus, Clericanus, habent do- ktor: quæ lectio mihi vehementer placet, vt intel- ligamus Horatium dicere, hunc Priscum modò Romæ moxchari solitum, modò Athenis docere. doctus tamen ferri potest.

VERTVNNIS, QVOTQVOT SVNT, NAT. INIQV.] Vertunnum ei iratum esse di- cebant veteres, vel cum irato Vertunno natum, qui mobili esset ingenio, qui secum pugnaret, qui sententiam mutaret in horas. vide plura de Ver- tunno ad epist. vltim. lib. i.

VOLANERIVS] hic erat in vitis pertinax, & perseverans.

CVSTA CHIRAGRA] iustam chiragram dixit magnam, & grauem, & suis (vt ita dicam) numeris omnibus absolutā: quemadmodum di- citur iustum exercitum, iustum poemā, iustum iter, iustam victoriam: non (vt alij) debitam, aut, quæ meritis ei accidisset.

ARTICVLOS] chiragram, & podagrā mor- bum articuloꝝ nominant Latini, quia vtraq; in articulis insidet. M. Tull. lib. i. epist. ad Attic. Terentia magnos articuloꝝ dolores habet. Itaque ἀρθροῖς appellant Græci, contudit articulos au- tem, tralate dictum pro debilitauit. propriè posuit in epist. ad August. lib. 2. diram qui contudit hydrā, &c. & Cicero pro Flacco: manus, quas contudit: di- gitis, quos confregit: nervos, quos confregit, restituere non potest.

TOLLERET] ex alueo sumeret, & in pyr- gum demitteret.

PYRGVM.] pyrgus non est tabula lusoria, seu alueus, vt quidam putant: sed vasculū in tur- riculæ figuram conformatum, ex quo tali in al- ueum conijciebantur, ne si manu iaceretur, fraus à lusoribus admitteretur. turriculæ appellat Mar- tialis Latino nomine, quod Græco πύργος ferè æqualiter respondet. Querit compositos, manus im- proba mittere talos: si per me misit, nil nisi vota facit. dicitur & fritillus.

QVANTO CONSTANTIOR IDEM IN VIT.] quanto obfirmator in vitis, tanto minus miser, & prior illo, qui modò ita conten- dit funem, vt periculum sit, ne rumpatur: modò

nimis laxat: id est, qui modò virtutem studiosissi- mè colit, modò in omni vitiorum genere volu- tatur.

AC PRIOR ILLO, QVI, &c.] dissen- tiunt hic codices veteres. alij enim habent, ac prior illo: quos securi sumus: alij ac prior ille: quam lectionem tamen non damno. licet enim eam sic interpretari: tanto leuius miser, id est, minus mi- ser, quam prior ille, qui, &c.

NON DICES HODIE] Quamdiu (inquit Horatius) me tam longo sermone obtudes, non dicens ad quem pertineat? aut de quo loquare?

TAMPVTIDA] tam odiosa, molesta, ine- pta, absurda, insolentia, πορτηγῆ. Cicer. orat. perf. Cum Demosthenes Athenis exagretur, vt putidus, id est, nimis exquisitè, & elaboratè loquens: inu- sitatis & odiosis verbis vtens. Putidum (inquit Nonius) nō solum ab ore foetido & graui, quod naribus probatur: sed & quod auribus triste, & infuaue, austerum, rancidum, &c.

PYRCIFER] de hac voce mox dicemus, ibi: Ibis sub furcam prudens.

ANTIQ. PLEB. &c.] fortunam (inquit Dauus) & mores antiquorum, laudas. mores an- tiqui, & homines antiqui, & antiquum officium, semper in laude ponuntur à scriptoribus Latini- bus. Plaut. in Trin. meo modo, & moribus viuio an- tiquis. Terent. Andr. Optime hospes. pol. Crito anti- quum obtines. Idem Adelp. xra illiusmodi iam nobis magna ciuium penuria est: homo antiqua virtute, ac fide. M. Tull. pro Sex. Roscio Amer. Homines anti- qui, qui ex sua natura ceteros fingerent. Idem pro Quinctio, Quid tum? tu aliquem patrum inuenies, hominem antiqui officij, qui splendore nostrum, & gra- tiam negligat? Iterum pro Roscio Amer. in qua muliere vestigia antiqui officij remanent. Idem ad Attic. lib. 9. vide quam sim antiquiorum hominum. T. Liuius lib. 43. ceterum & mihi vetustus res scri- bentis nescio quo pacto antiquus sit animus, &c.

TEGAT] te ducat, seu compellat, seu transferat.

AVT, QVIA NON S. Q. CLAM. R. E. AVT Q.] id est, aut quia nō idem sentis, quod loqueris, pugnātq; cum sententia tua oratio: aut quia facile ab eo, quod rectum esse statuisti, de- sciscis, neque in sententia permanes. animaduerte, hoc loco describi ab Horatio duo malorū ge- nera: vnum eorū, qui de industria flagitiosè, tur- pitet; & vitiosè viuunt: alterum eorum, qui flagi- tium quidem, & turpitudinem, & vitii oderunt & natura, & consilio: sed animi perturbatione impulsū ab honestate, & recto consilio desciscit, vitiumq; persequuntur. sic distinguit Aristoteles lib. 7. de moribus ad Nicom. ἀλλοτῶν, id est, in- temperantem ab incontinentem, quem ἀρρατῆν nominant Græci. ille enim sibi peruafit, turpi- ter, & libidinosè esse viuendum: itaque in sanabi- lis est: hic contrà frugalitatem quidem, & tem- perantiam libidini & flagitio anteponeudā esse putat: sed in sententia nō manet, quoniam in eo

A superat rationem cupiditas, sic Euripides in Hipolyto, ait plerosque beatè sentire, & quæ recta sint, nosse: sed non facere, alios inertia, alios propterea, quòd aliam quandam voluptatem honesto anteponat. sed præstat Euripidis verba ascribere, *ἔτι γὰρ τὸ γ' εὖ φρονεῖν Πολλοῖσιν ἀλλὰ τῆ δ' ἀρηγέον πάθος. Τὰ χεῖρα ἑπιτάμειοτα καὶ, γινώσκοντες, οὐκ ἐπιποιεῖν δ', οἱ μὲν ἀργίας ἔσσο, οἱ δ' ἠδονῶν τῶν ἁγίων ἀπὸ τῆ καλῆς Ἀλλήλων πιν'.* Eodem pertinentilla Plutarchi lib. πῶς δ' εἰ τὸν νέον τῶν παιῶν θηριώδες μὲν εἶναι καὶ ἀλογον, καὶ οἰκτρὸν, εἰδὸτα τὸ βέλπιον, ἔσσο τῆ χείρονος ἐξ ἀκραισίας, καὶ μαλακίας ἀγροῦται, id est, immò verò ferinum, & à ratione alienum, & miserabile est, scientem id, quod melius est, ab eo, quod deterius est, propter incontinentiam, & mollitiem trahi.

NON FIRMS] id est, non certus, neq; stabilis: vel vt supra dixit, *νατὰς: ἔ βέβαιος, οὐδ' ἀσφαλής.*

NEQVICQVAM COENO CVP. EVELL. PL] id est, nequicquam cupiens ex vitio habitu, quem ex assiduis actionibus improbis ac vitiosis contraxisti, emergere, & ad bonam frugem redire. tralatio perpetua est ab iis, qui in luto ita alto ac profundo herent, vt sese ex eo expedit, aut euoluere nequeant. Terent. Phorm. *In luto heres, versuram solues.* Quanta autem sit luti, præsertim profundi, tenacitas, declarat Catullianum illud carmen ad Coloniam, *Et supinum animum in graui derelinquere cæno, Ferream vt solèa in tenaci voragine mula.*

ROMÆ RVSOPTAS] sic infra epist. ad Celsum lib. i. *Romæ Tibur amem ventosus, Tibure Romam.*

RVSTICVS] rure, quod est loci ad personam transfudit: vt sup. sat. 6. lib. i. in extr. *domesticum otior,* id est, domi otiosus sum.

TOLLIS AD ASTRA] ad cælum laudibus effers. epist. ad Fuscum Arist. lib. i. *Quæ vos ad cælum effertis rimore secundo.* Virgil. *Daphn. Daphniam, tuum tolleus ad astra.*

LEVIS] in eo leuis, quòd cum es rure, urbem abscons miris laudibus ad cælum effers, quam fastidiebas præfens, & cum in vrbe esses

AC, VELVT VSQVE VINCTVS EAS] & quasi, quòd vocaris, ed constrictus, & vi coactus, & inuitus cas, ita lætaris, quòd à nemine sis vocatus. non dissimulabo, in nonnullis libris & manu scriptis & vulg. reperiri *vsquam.*

AMASQVE] quid sibi vult hoc *amásq;* aut cum quibus debet coherere? Vtrum cum superioribus, hoc modo, te felicem dicis, & te amas, quòd nusquam, &c. an cum iis, quæ sequuntur? hoc modo, *amásq;* id est, & tibi iucundum est, vel & lætaris, quòd nusquam, &c.

SERVUM] serò: vt sæpe aliàs. sic epist. ad August. *seruus enim Grecis admoit acumina chartis.* verum tamen *seruum,* seu *serò,* intellige vesperi.

SVB LVMINA PRIMA] paullo antè vesperam: paullo ante solis occasum, quòd erat tem

pus cenæ. epist. ad Torqu. lib. i. *Supremo te sole domi Torquate manebo.* sic loquitur epist. 2. lib. 2. *Lenito s' amittes ad lumina prima duello.*

NEMON' OLEVM FERET OC.] *μίμησις* verborum Horatii, cum ad Mæcenatè ire properat, ab eo vocatus. lauabatur autem & vnguebatur cenaturi. iccirco poscit oleum, quo perunctus, cenatum eat apud Mæcenatem.

ECQVIS AVDT?] numquis est, qui audiat: nemòne audit? errant, qui putant *ecquis* idem valere, quod *quis.* licet tamen hîc legere, *ec quis audit?* quamquam minus probò. mendose autem habent nonnulli libri vulg. *hæc quis.*

BLATERAS] blaterare est stultè, & cupidè loqui, inquit Festus Pompeius. Cæcil. in Hymnide, *desine blaterare.* Afranius. *Ten' blaterare, & obloquis?* Plaut. *Aulular. ubi tu es, quæ blaterasti iam vicinis omnibus me mea filia daturu dotem?* Alij blaterare volunt esse furiosè clamare.

FVGISQVE] cod. Iann. & vnus Vat. *furgisque:* quod si cui probabitur, *furgis* interpretabor furenter irascens, insanis, vt apud Terent. *Adelphi. nò insanis?* Nam ira, furor breuis est: vt est in epist. i. sic hæc duo coniunxit Varro, *blaterare, & rabire.* *Quid est? quid blateras? quid rabis? quid vis tibi fugu autè,* quod, quamquã in pluribus libris veteribus reperitur, minus probò tamè, interpretor, ad cenam properas.

MILVIVS, ET SCVRRÆ] qui erant apud te cenaturi.

TIBI NON REF. PR.] tibi multa mala precatis: quæ tibi referre vel nolo, vel nò debeo, vel non audeo.

ETENIM ME DIXERIT ILLE] id est, etenim dicere possit aliquis, me ventre duci, id est, ventri indulgere, & seruire. Davi etiam nunc sunt verba, non Horatii. vox *ille* autem, idem ferè valet hoc loco, quòd apud Græcos *ὁ δεινός*, id est, aliquis, nescio quis. vno Demosthenis, & altero Cicer. exemplo contrèti erimus. Demosth. *περὸς Λεπτιλέου. σὺ δὲ ποιεῖς, ἔ λέγεις κακῶς τὸς τελευτηκότας, πὸν εὐεργετῶν τῶ δεινὸ μωφόρος, καὶ τὸν δεινὸ ἀνάξιον εἶναι φάσκων, ὧν ἔδεν ἐκείνοις τῶν ἁγίων.* id est, tu autem facis, nò dicis male mortuis, cum illum, aut illum ex bene meritis reprehendis, & illum aut illum eorum, qui beneficio affecti sunt, indignū beneficio dicis. Cicero pro Rosc. Amer. *quassisse num ille, aut ille defensusus esset.*

LEVEM] coniūge cum verbo *duci,* & prouocabulo, *me: vt sit me leuem duci ventre:* me duci ventre, & in eo leuem esse, quòd ventre ducar.

NASVM NIDORE SVPNOR] id est, nasus mihi nidore cibi supinatur: hoc est, excitatur, attollitur. Virgil. *Georg. 2. Antè supinatas Aquiloni ostendere glebas.* in nonnullis libris legitur *supino.* cod. Don. autem, & Vat. 3. Torn. Faërn. Cleric. habent *supinor,* vt vulgati: quæ scriptura recta est. hoc enim significat, quòd dixi, *nasum supinor,*

pinor,

A *pinor:* id est, nasus mihi supinatur, seu excitatur nidore obsonij. hellenismus est.

SI QVIDVIS, ADDE, POPINO] libri vulgati, nulli ferè manuscr. habent *sim quiduis.* adde *popino,* id est, sim etiam quoduis: sim *popino.* *popinones* à *popina* sunt appellati: qui *popinas* cōsecantur. sed nò est reticendū scriptū esse in duobus codicib. Vatic. Iannod. Faërn. Tornef. Clericano, Nicotianis duobus, Russard. *si quiduis,* non *sim quiduis,* vt habet vulgati. ego tamen olim hanc secutus eram, vt sit hæc sententia, ego nidore ciborum moueor, (inquit Dauus) fateor: nasus mihi excitatur nidoribus, vt imbecillo, & infirmo, iners sum & ignauus, & sim quicquid aliud volēs: adde, si tibi videtur, me esse *popinonē,* &c. sic loquitur epist. 6. lib. i. *frater, pater adde.* nunc autem hac editione scripturam veterem sequi malui: quam sic explico: nasum nidore supinor: sum imbecillus, sum iners, adde si quid aliud vis, sum *popino,* licet etiam coniungere hæc nomina *Imbecillus, iners* cum verbo *supinor,* hoc modo, nasum nidore supinor ego imbecillus, iners, &c. vt verbum *sum* non sit necesse foris assequere.

QUOD EGO] id est, seruus. VLTRO INSECTERE, &c.] subintelligit me, vt sit, cum sis seruus, & nequam, & fortassis nequior quàm ego, vltro me insecterè, velut melior: id est, debésne me vltro insectari velut melior? nequior, & melior opponuntur. nam nequam & frugi opponitur. bonus autem cum de seruo dicitur, idem valet, quòd frugi: *χρηστός, χρησίμος.*

VERBISQVE DECORIS OBVOLVIT.] verbis speciosis vitium tuum tegas? AVFER ME VLVTV TERRE] cum Horatii liberiore serui oratione offenderetur, terrorem ei vultu denuntiabat, eique minabatur: qua re animaduersa orat Dauus ne stomachetur, ne sibi terrorem intenter, & vt manus contineat. *aufer me terrere,* id est, ne me terre: noli me terrere.

MANVM, STOMACHVMQVE TEN.] D & manum cōtineto, id est, ne me pulsato: & stomachū, id est, ne irascitor, ne stomachator, iram comprimito.

DVM QVÆ CRISPINI] de Crispino philosopho sat. i. lib. i. in extr. *ne me Crispini serinia Lippi Compilasse putes.* Sed cur se à Crispini ianitore edoctū esse dicit, nò ab ipso Crispino? quia seruis nò licebat cū ingenuis audire philosophos, neq; vltos alios ingenuarū artium magistris publice profertentis. quæ igitur Dauus à Crispino discere nò potuit, ab eius ianitore item seruo didicit. Pares autem cum paribus, veterè prouerbio, &c.

TE CONIVX ALIENA] ex contentione, & comparatione ostendit Dauus, dominum suum se esse deteriozem, & grauius peccare.

CRUCE DIGNVS?] grauius? vtrius peccatum cruce dignius est?

ACRIS NATVRA] id est, naturalis cupiditas, vehemens. *φυσικὴ ἐπιθυμία ἰσχυρά.* SVB CLARA LVGERNA] Mart. lib. ii. *ludere teste lucerna.*

EXCEPT] excipere, præter illam, quam supra notauimus, significationē, valet etiam idem ferè, quòd *recipere.* & id, quòd extrinsecus venit, aut obiectum est, capere: vt *verba loquentis excipere, excipere sanguinem patera, excipere tela, excipere pericula.* nonnulli libri tamen manuscr. habent, *accepit.*

TVRGENTIS] tumentis. supra sat. 2. lib. i. *tument tibi cum inguina.* fortasse verbo Latino *turgere* respondet Græcum *ὄργαν,* quo sæpe vtitur Aristoteles pro verbo *ἐπιθυμῶν,* & *ἐπιόσθαι,* cuiuscūque rei sit cupiditas: vt probl. *τῆμυ δ. ἡγ. τί ἔ δ' εἰ μὴ ὄργωντα ἔτε ἀφροδιτάων, ἔτε ἐμῶν, ἔτε πλεονεχῶν, ἔτε φύσιν ἀφίενται,* id est, quamobrem non oportet eum, qui minime turgat, neque Veneri operam dare, neque vomere, neque sternutare, neque flatum emitte-re? caudam autem, falacem intellige, vt sat. 2. lib. i. *testis, caudamque salacem Demeteris ferrum.*

CLVNIBVS AVT AGITAVIT] aut me succumbentem agitavit, tanquam equo infidens, genus est Veneris. Mart. lib. 2. *Hectoreo quoties federat vxor equo.* Ouid. de arte amandi lib. 3. *Parua vehatur equo. quòd erat longissima nunquam Thebais Hectoreo nupta resedit equo.* infra ead. sat. *Non habitus, mutatae loco, peccatue superne*

DIMITTIT, &c.] me missum facit incolumi famā.

MEIAT EODEM] cū eadem rem habeat. Catull. *Qui ipse sui patris minxerit in gremiū.* Horat. supra sat. 2. lib. i. *Hunc perminxerunt calones.* Perlius. *Patritia immeiat vulua.*

TV, CVM PROIECT IN SIGNIB.] tu, cum posita equitis Ro. aut iudicis personis proiectis ornamentis equestribus, posito angusto clauo, quo utebantur equites, ab Augusto allecti in iudicum numerum, posito annulo, sumis cultum, ac vestitum seruilem: non is es, cuius habitum, & similitudinem geris? Non sunt autè hæc ita accipienda, quasi Horatius significet, se equitem esse Romanum: sed ed dicuntur tantum, vt intelligamus, plerosque dominos seruis suis esse deteriores, & nequiores, vt pote, qui turpissimis cupiditatibus, & libidinibus seruientes, multa se indigna, suæque personæ indecōra perpetuantur, ac perferant. hæc igitur verba pertinent ad omnes dominos, nobileis & honestos.

PROIECTIS IN SIGNIBVS, &c.] positis, & abiectis ornamentis equestribus, posita persona, positoque vestitu iudicis.

ANNVLO QVESTRI] Plinius lib. 33. cap. i. *Annuli distinguere alterum ordinem à plebe, vt semel ceperant esse celebres, sicut tunica ab annulis scinatum tantum, &c.*

PRODIS EX IVD. DAMA.] sumis vestitum seruilem, ne ab aliis agnoscaris, posito in-

Q ij

A dicis habitu , ac vestitu, prodis seruus ex eo, qui eras , nemp̄ ex iudice , & equite. hoc tempore etiam equites iudicabant.

ODORATVM] odore aliquo imbutum : vt Od. II. lib. 2. & rosa Camos odorati capillos. LACERNA] lacerna , pallium fimbriatum, quo olim soli milites utebantur.

INDVCERIS] intromitteris in adeis mulieris.

ALTERCANTE LIBID.] hinc te impellit libido ad flagitiū: illinc reuocat pœnæ metus. Ita pugnat metus cum cupiditate, & libidine.

QVID REFERT VRI VIRGIS] Quid interest (inquit) vtrum eas obligatus pacto gladiatorio, quod erat huiusmodi, vri flammis, secari virgibus, ferro necari: an turpi clausus in arca, in qua te demisit ancilla contractum, genibus caput tagas: id est, quid interest inter gladiatorē, & adulterum? Sic hunc locum Acro explicat, & recte.

FERRO QVE NECARI,] quidam legunt, ferroque secari: quod non placet. nam secari virgis, quod est, vri, & cruciari virgis, conuenit: secari ferro, non item, sed necari.

AVCTORATVS] obnoxius, obligatus, nempe mercede accepta. auctorati dicuntur milites posteaquam iurauerunt in verba imperatoris. exauctorati, vbi militiae sacramento sunt liberati. sed proprie dicuntur auctorati gladiatores, qui mercedem acceperunt, vt depugnent in ludo, & vt vrantur flammis, virgis secantur, ferro necantur. hæc enim lex fuit gladiatoria, vt notat Acro. C. Afnicus Pல்லio lib. 10. epist. ob Fadum quendam militem Pompeianum, quia, cum depressus in ludum bis gratis depugnasset, auctorari sese volebat, & ad populum confugerat, primum Gallos equites immisit, & c. Merces ipsa (inquit M. Tull. Off. I.) in mercenariis auctoramentū est seruitutis. Quid igitur refert (inquit) vtrum tanquam quidam gladiator, eas quod velit is, qui te auctorauit, & conduxit, paratus vri flammis, ferroque necari: an clausus in arca ita contracto sis corpore, vt genibus caput tagas?

CONTRACTVM] te contractum, propter arca angustias. caue coniungas participium contractum cum voce caput.

QVOTE DEMISIT] in quam te ancilla contractum demisit, fortasse propter subitū domini sui aduentum.

CONSCIA] ancilla, vt supra sat. 2. lib. 1. miseram se conscia clamat.

GENIBVS TANG. CAP.] participiū contractum non est coniungendum cum voce caput, quæ sequitur, vt diximus, sed cum prouocabulo te, quod antecedit, hoc modo: & quidem alius repetamus, totūque, hunc locū explanemus. quid refert (inquit) quod ad miseriam & turpitudinem atinet, vtrum quis eat in ludum, depugnare, vri flammis, virgis secari, ferro necari accepta mercede obligatus, an in arca inclusus ab ancilla conscia corpore contracto, genibus tangat caput: proinde quasi dicat, vtrouique manifesta

inest turpitudō: sed maior in homine libero, qui libidinis causa, tanto in periculo, tantāque in miseria versatur. liber Rain. Card. & Iann. & Turnesian. aliquantum ab aliis discrepant. sic enim in illis scriptum est, Contractum, vt genibus tangat caput. quam scripturam olim non lum secutus, quod existimarem particulam vt adiectam esse ab aliquo, qui non videret verbū tangat pendere à superioribus illis an turpi clausus, &c. Et mea quidem sententia sine hac particula hic totus locus legi potest. Verū tamē cum videam, pluribus libris veteres eam habere, peccatum non arbitror, qui eos sequatur: vt sit hic ordo verborū, & repetatur & τοιούτων verbum eas, hoc modo: an turpi clausus in arca eas, quod te demisit, &c. ita, inquam, clausus, vt genibus tangat caput.

EST NE MARITO MATRONÆ PECCANTIS, &c.] Lege Iulia de adulteriis, marito adulterum quidem cum vxore deprehensum occidere licet: non tamen quemlibet, sed eum, qui leno fuerit, quive artem ludicram fecerit, vel in scenam saltandi, cantandive causa prodierit: iudiciōve publico damnatus, neque in integrum restitutus erit: quive libertus eius mariti, vxorisve, patris, matris, filij, filia vxoris eorum fuerit, quive seruus erit: non autem vxorem. Eadem lex tamen patri vtriusque occidēdi potestatem permittit, filia, inquam, & adulteri.

ILLA TAMEN SE NON HAB. M.] huius loci hæc mihi videtur esse sententia, tu cum libidinē tuam explere vis, in alienas adeis non sine periculo ingredieris, vestitum mutas, ne à quoquam agnoscaris: illa autem nulla cōdicione adduci potest, vt domum tuam veniat, neque vt habitum, cultūque; matronæ mutet, cum te metuat, neque tibi credat.

PECCATVE SUPERNE] id est, si eam velis tibi morem gerere, & obsequi à superiore parte: si iubeas eā tibi incubare, aut in sidere subiacenti, nulla condicione est factura: ita sui iuris est, ita libera, & contumax. supra cad. sat. aut agitavit equum lascina supinum. quidā putat describi αἰχμοφυρίαν τὴν διὰ τοῦ αἰσίου, ἢ τὸ λεοβιασμοῦν, seu fellationē: & ita declarat, non peccat supernē, id est, ore tibi non mortigeratur. Alij non peccat supernē, sic explicant, non projicit insignia nobilitatis, vt tibi morem gerat: neque eius flagitium, in sublimi eminet, propter dignitatem: sed contra vilis & cōtemta mulier est: neque quicquam de sua dignitate dependit, vt tu, qui proiectis insignibus prodis ex iudice Dama. sed hæc explicatio plane rejicienda est, vt suo auctore indigna, & pugnant cum Horatij verbis & sensu. Quidam legunt peccatne supinē.

SVB FVRCAM] vt seruus. Donat. in Andr. Furciferi dicebantur serui, qui ob leue delictum cogebantur à dominis, ignominia magis, quam supplicij causa, circa vicinos furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, &c. Plutarch. Πρωτοκρίτους, διὰ τὴν τοῦ ἀπεργασθῆναι ὑπὸ κλοπῆς, ἢ δουλείας ποῖν ἄλλοις

A ἄλλοις ἀμαρτήμασι, φουρκίφους καλῶσιν. ἢ καὶ τοῦτο τῆς τῶν παλαιῶν ἑπιμελείας τεκμήριον ἔστιν. ὁ γὰρ οἰκόπετος ἰδίῃ καταγνῆς πναμοχθίαν, ἐκέλευε διπλοῦ ἔυλον, ὁ τῆς ἀμαρτίας ὑφίστασιν, ἀράμηνον ὡς τὴν συνοικίας, ἢ τῆς γειτνιασεως διεξελθεῖν ὑπο πάντων ὀρώδων, ὅπως ἀπεποιεῖ αὐτῶ καὶ φυλάττειντο τῆς τοῦ λοιπῶν. τὸ δὲ ἔυλον ἡμεῖς μὲν τῆριτα, ροιζοῖ δὲ φούρκα ὀνομάζουσιν. διὸ καὶ φούρκίφου ὁ τοῦτο ὀβριγενῶν, καλεῖται, id est, Quamobrem eos seruos, qui in furando, aut simili libus aliis delictis seruilibus sunt insanabiles & desperati, furciferos appellant: an etiam hoc antiquorum diligentia argumentum est? Nam qui seruum suum compertum habebat vitio aliquo esse affectum, iubebat lignum duplex, quod curribus supponunt, tollentem per viciniam transire in omnium oculis, vt ne ei fidem haberent, & vt sibi ab eo cauerēt in reliquum. lignum autem tale nos quidem sterita, Romani autem furcam nominant. quare & furcifer qui hoc circumtulit, appellatur.

PRVDENS] sciens, vt sat. 3. huius lib. Cum prudens scelus ob titulos admittit inaneus, stas animo?

DOMINÓ QVE FVRENTI] vel marito, vel amori, & libidini. sed marito malo.

CREDO, METVES] scilicet tu metues, tuōque; malo, & periculo doctus, cauebis, proinde quasi dicat, non metues, immō verō cogitabis, quo tempore te iterum in periculum conicias doctus, periculo scilicet, aut malo accepto. Hesiod. παθὼν δὲ τὰ νῆπιος ἐγγαῖδ id est, malo accepto stultus cognouit.

QVÆ BELVA, &c.] ostendit, amantibus & libidinosos belluis esse incautores, & inconsideratios, cum hæc ferē nuncquam, posteaquam è laqueis effugerunt, iterum capiuntur: illi autem vitato periculo, iterum, atque iterum in idem genus fraudis incurrant. notum est proverbum, & refertur à Plutarcho, ἀλώπηξ ἀφουροῦσαι πάρας, ἀδῆς ἔχ ἀλοικετας, id est, vulpes, quæ tendiculas, aut laqueos effugit, iterum non capitur.

D REDDET] siue legas reddit, siue reddet, nihil refert. & vtraque scriptura codicum manu scriptorum auctoritate nititur. NON SVM MOECHVS, AIS] si dices, te non esse mœchum, licebit mihi quoque dicere, te non esse furem, nam quemadmodum ego me à furtis abstinco, neque vasa argentea tango metu pœnæ: sic tu propter periculum ab vxoribus alienis te abstinēs, non consilio, aut ratione.

SAPIENS] mihi sapiens, vt sat. 1. lib. 1. Non usquam propeit, & illis vitium ante questis sapiēs: vel dic sapiēs, id est, cautus, consideratus, cōsultus. Euripid. Μισὸ σοφιστῶν, ὅτις ἔχ ἀπὸ σοφός, id est, odi sapientem, qui sibi non sapit.

TOLLE PERICVLVM] si nullum sit periculum, tum natura ad vitium proclius, & præceps, sese ad quoduis facinus audendū effrenata

profundet, significat Horatius, aut nullos, aut paucissimos esse, qui iudicio ac voluntate à flagitio, & maleficio temperent. qua de re plura ad epist. ad Quint. lib. 1.

TVNE MIHI DOM. RERV M IMP. &c.] cum tot tibi res, atque homines imperent, videlicet pecunia, libido, gloria, merus, viri potentiores, & locupletiores, tunc te mihi dominum esse dicis?

QVEM TER VINDICTA] vindicta dicitur ea virga, qua prætor seruum liberabat. natum autem nomen est vel à seruo illo Vindicio, qui coniurationem adolescentum aduersus populum liberatorem, patefecit: vel à vindicādo, propterea, quod vindicta seruus à prætorē in pristinam, & naturalem libertatem vindicabatur, vt docet Theophilus lib. 1. Institutionū iuris civilis. significat porro, duriorē, ac turpiorem esse libidinum, & cupiditatum seruitutē, quā legitimam, & iurigenam. ter, quaterque autem, id est, sapius, Virg. I. Æneid. Otēque quaterque beati.

NAM, SIVE VICARIVS EST] seruorum alij erant ordinarij, alij vicarij. vicarius erat is, qui in alterius erat peculio, & præne dicam, serui seruos ordinarij, qui seruum habebat in peculio suo. Quamuis autem vicarius, esset ordinarij κτήμα, id est, possessio, ordinariōque; pareret: erat tamen eius conseruus propterea, quod ordinarij dominus, erat & vicarij dominus, & communis vtriusque dominus: id est, vtrumque habebat in sua potestate. Nam cum seruus omnis sit in alterius potestate: & vicarius, seruus sit: is autem, qui in alterius potestate est, alterum in sua habere non possit: efficitur, vt vicarius, eiusdem domini, cuius & ordinarij, seruus sit.

ATQVE DVCKERIS, VT NERV. ALIEN. M.] lignum nervis alienis mobilē omnes ferē accipiūt turbinem, qui scutica torqueri, & impelli solet à pueris. quam sententiam possem Tibulli tabulis cōfirmare lib. 1. eleg. 5. Namque agor, vt per plana citus sola verberare turbo. Quem celer assueta versat ab arte puer. & Virgilij Æneid. lib. 7. Ceu quondam torto volitans sub verberare turbo: quem pueri magno in gyro vacua atria circum, Intenti ludo exercent: ille actus habena curuatis fertur stratiis, &c. sed mihi magis placet, quod M. Antonius Muretus prior quidem annotauit, & protulit: ego autem iam pridem in aduersariis meis habueram, per mobile lignum, &c. hoc loco significari ab Horatio id, quod appellat Graci νεῦρόπασσαρον. erant autem νεῦρόπασσαρον, parua quædam animalium simulacra, quorum vel singula, vel vniuersa mēbra certis neruis, aut fiduculis in hanc, vel illam partem cum quadam venustate, & conuenientia sua sponte mouebantur. quæ etiam ἀπὸμάται & ἀπὸκλήται dicuntur à Græcis, quæ sua sponte mouebantur. Qui huiusmodi simulacra vulgō ostentabant, νεῦροπάσσει dicebantur, vt intelligere licet ex Aristotele in lib. de mundo ad Alexandrum, si modō est Aristotelis, cuius hæc

A verba sunt, *καὶ οἱ νεύρασας αἰ μίαν μέρηθον ἐπιπασσάμενοι, ποῖσι καὶ αὐχένα κινείσθαι, καὶ χεῖρα τῆς ζώης, καὶ ὠμοί, καὶ ὀφθαλμοί, ἐστὶ δ' ὅτε πᾶσι τὰ μέρη, μετὰ πνοῆς εὐρύθμιας.* id est, neurospasae vna fiducula tracta faciunt, vt ceruix, & manus, & humerus, & oculus animalis: interdum autem & omnes corporis partes cum quadam venustate, & moderatione moueantur. Vt sur pat hanc vocem Herodotus Euterpe, ἀντὶ δὲ φάλλων ἄλλα σφί βῆτι ἐξουρηθῆνα ὅσον τε πιχνοῖα ἀγάλλματα νεύρασασα, τὰ θεοφάρεσι καὶ κάμας αἱ γυνώκεις, id est, pro Phallis autē alia sunt eis inuenta cubitalia simulacra, neruis tractis sua sponte mobilia, quæ circumferūt per vicus mulieres, hinc νεύρασας εἰσάγει, neruis & fiduculis trahi ac moueri.

QV'ISNAM IGITUR LIBER? &C.] hæc dicuntur ex sententia Stoicorum.

SIBI QVE IMPER.] & qui sibi, suisque appetitionibus & affectibus imperat. *al. sibi qui. RESPONSA RE]* obfistere, vt epist. ad Mæcen. l. lib. i. fortuna responfare. & lat. prox. cenis responfat opinia fortis responfare, id est, fortis ad respondendum, seu in respondendo, vt alibi, & sæpius admonuimus.

ET IN SEIPSO TOTVS TERES, ATQVE] id est, totus ex se aptus, & pendens: in se conuersus, nō spectans foras, sicut similes, æquabilis, perfectus, perpolitus, nihil habens asperū, nihil inæquale, nihil laciniosum, ductum à forma conglobata, in qua nihil externi hæere potest, propterea quod tota in se collecta, & vndique lauis ac polita est. M. Tull. in orat. perf. aureis

C Atticorum teretes nominat, propterea quod nihil ferre possunt insolens, nihil putidum, nihil inelegans, nihil inuenustum. & in lib. de optimo gen. oratorum, ita loquitur, *quiteretes aureis habent, intelligensque iudicium.* Iam rotunda figura, omneis alias figuras complectitur, eique formæ minimè noceri potest. significat igitur, talem debere esse hominem verè liberum, & sapientem, nempe se ipso contentum, & omni ex parte aduersus externas iniurias septū ac munitum. apud eundem in oratore perf. rotundum valet idē, quod cultum, politum, perfectum. sic enim ille, *Thucydides præfidiior, nec satis, vt ita dicam, rotundus.* & in Bruto, *verborum copia, & quasi rotunda constructio.* idem de natura deorum *figura rotunda, nihil habes incisum angulis, nihil emines, nihil laciniosum:* seu, vt alij legunt, *lacunosum.* sic Plato in Phædro, *ἐξ εἰρη μόνον ἐπιγινώσκου δὲ λόγον, ὅτι σαφὴ καὶ ἁρμόγυλα καὶ ἀκριβῶς ἐκαστα τῶν νομοματῶν ἀποτετέρονται.* i. illa solum ratione laudari debet oratio, quod dilucida, & rotūda, & exquisitè tornata sunt singula nomina. & Aristot. lib. 2. Rhetoric. *καρτέηται τὸ διότι ἁρμογυλάωτατα.* Rotundum (inquit Nonius) à rota dictum, vel rota à rotundo. & est rotundum, collectum & per omnem circuitum sine offensione asperi, aut anguli laue, &c.

EXTERNI NE QVID VALEAT] ne-

quid externum eum commoueat: vt is omnia externa contemnat, neque concupiscat, neque pertimescat, cum sit animo ab omni perturbatione & concitatione vacuo, ac libero. talis describitur vir bonus à Virgilio, si modò Virgiliij sunt versus illi, *securus mundi instar habens, teres atque rotundus, Externa nequid labis per lauis fidat.*

MORARI] hæere, residere. absolute positum est.

MANCA] debilis, fracta, sine viribus. in quæ nihil valet fortuna. sic M. Tull. in epist. ad Pætum lib. 9. de fortuna, *quam existimo leuem & imbecillam, ab animo firmo & graui, sanquam fluctum à saxo frangi oportere.*

FORIBVSQVE REPVLSVM] à foribus reiectum.

ERIPETVRPI COLLA IVGO] trāstatio à bubus, qui iugum subierunt. vide annotation. ad illum locū Odæ 33. lib. i. *atque animos subiuga abeena suo mittere cum loco.*

VRGET ENIM DOM. M.] dominus factus, & immitit te premit, videlicet cupiditas, seu libido, vt paullo antè, *dominòque furenti.* Committes rem omnem. quamquam illic per dominum, videtur potius significari vir matronæ, cum qua quis facit adulterium.

ET ACREIS SVBIECTAT] trāslatum ab equis, quos cursu iam defessos, equites interdum calcaribus fodere solent, &, velint, nolint, vt currant, subigere.

VEL CVM PAVSIACA] alium domini sui morbum commemorat, nempe immoderatū tabularum pictarum studium: quod item reprehendit M. Tull. parad. ὅτι οἱ σφόδρὲ ἐλεύθεροι, his verbis, *Ἄξιμῃ tabula te studium detinet, aut signū aliquod Polycelei, omitto vnde sustuleris, & quomodo habes: intuentem te, admirantem, clamores tollentem cum video, seruum te esse ineptiarum omnium iudico,* &c. Verr. de signis, *venio nunc ad istius, quem admodum ipse appellat, studium, vt amici eius, morbum, & insaniam.* fuit autem Pausias pictor insignis, de quo Plin. lib. 21. cap. 2. & Varro de re rustica lib. 3.

QV' PECCAS MINVS, ATQVE EGO?] sic habent ferè omnes libri & manuscr. & vulgati: nisi quod in aliquot vulgatis interrogationis nota posita est non post vocem ego, sed quinto ab hinc vettu post vocem viri. hunc autem locū sic omnes explicant. *Qu' peccas minus, quàm ego? sed ea, quæ sequuntur, videntur esse curta. deberent enim hæc subsequi. Atqui cum ego Fului, Rutubæq, aut Placid. cont. popl. m. Pr. r. p. aut carb. v. si R. v. p. f. v. g. m. A. viri, nequam, &c.* Ita que sic aliquando legendum putauit, *Qu' peccas minus? Atqui ego cum, &c.* Verum tamen nihil ausim mutare. subintelligendum igitur est, atqui, vt oratio currat hoc modo, *Atqui cum ego, &c.* vel mutanda duntaxat interpunctionis nota est, & sic legendum, *qui peccas minus? atque ego cum, &c.* subintelligedūmq; in his *qui peccas minus, quàm ego, atque autem*

A autem interpretandum, atqui. Nam sæpe apud probatos scriptores Latinos atq; valet atqui: quod ignorantes multi sæpe apud M. Tull. fecerūt atqui, vbi erat atque. sic igitur totus hic locus videtur legi debere. *Vel cum Pausiaca torp. inf. tab. Qu' pecc. minus? [subintellig. quàm ego?] deinde atq; ego cum Fului, Rutubæq; aut Placideiani contento poplite miror Prælia, rubr. picta, aut carb. velut si Reuera pug. ser. vitentq; nou. Arma viri: nequā, &c.* **CUM FVLVI, RVTVBÆ, AVT PLACIDEIANI CONTENTO POPLITE MIROR PRÆLIA, RVBR. PICTA, AVT CARB. VELUT SI REVERA PUG. SER. VITENTQ; NOU. ARMA VIRI: NEQUA, &C.]** de Fulvio, & Rutuba equidē nihil me legisse fateor: sed Placideianum, seu Pacidianum (nam sic reperio scriptum in codicibus Ciceronianis excusis) constat fuisse gladiatorem, & eum quidem præstantissimū, ex Lucillij versibus, quos profert Nonius Marcellus in declaratione verbi cōpono. versus sunt hi, *sammis, spurcus homo vita illa dignu' locoque, Cum Placideiano componitur? optimi' longè Post homines natos gladiator qui fuit vnus.* eundem commemorat M. Tull. lib. 3. epist. ad Qu. frat. his verbis, *non putasset sibi Pompeius de illius salute, sed de sua dignitate necum esse certamen: in urbem introiisset: ad inimicitias res venisset: cum Mærnino sammite Placideianus comparatus videret.* & de optimo gen. orat. *A me autem (vt cum maximis minima conferam) gladiatorum par nobilissimum inducitur. Eschines, tãquam Mærninus (vt ait Lucillius) non spurcus homo, sed doctus & acer Cum Placideiano componitur, optimi' longè Post homines natos, &c.* nihil enim illo oratore arbitror cogitari posse diuini. & Tusc. lib. 4. *An verò vir fortis, nisi stomachari caperit, non potest fortis esse? gladiatorum id quidem est, quamquam in eis ipsis videmus sæpe constantiam: colloquuntur, congregiuntur, aliquod postulant, vt magis placati, quàm irati esse videantur. sed in illo genere sit Placideianus aliquis hoc animo, vt narrat Lucillus, Occidam illum equidem, & vincam. si id queritis, inquit. Verum illud credo fore: in os prius accipiam ipse, Quàm gladium in stomacho, lura, & pulmonibus sstio. Odi hominē: iratus pugno: nec longiu' quicquā Nobis, quàm dextra gladiū dū accommodat alter. Vtque adeo studio, atque odio illius efferor ira.* De Placideiano igitur nemini dubium est, quin fuerit gladiator: De Fulvio autē, & Rutuba, de quibus nihil exstat, quod sciam, nihil affirmare possum: hoc tantum licet suspicari, eos quoque fuisse gladiatores, propterea quod cum Placideiano gladiatore numerentur. huius loci autem hæc sententia est. cum admiraris tabulam aliquam à Pausia pictā, quid est cur minus peccare existimandus sis, quàm ego, cum gladiatorum prælia in pariete minio, aut rubrica, aut carbone depicta erecto corpore contempler?

CONTENTO POPLITE] quidam hæc ad Dauum referunt, ita studiosè & cupidè spectantem, vt poplites contendant: alij ad gladiatorum imagines contentis poplitis pugnantiu. A cron vtramque sententiā complectitur, & proponit. Ego malo referri ad gladiatores pictos, vel ad Placidianum tantum. Nam certè ita solent pugnare gladiatores, nempe altero poplite contento, al-

tero leuiter inflexo. atque hanc sententiā confirmat id quod sequitur, *velut si Reuera pugnet, &c.* si quis tamen alteram malet, non pugnabo.

NE QVAM] paullo antè diximus, hominem nequam, homini frugi esse contrarium. **SVBTLIS]** ἀκριβῆς, subtilis, & limati iudicij. translatio est à filo, seu tela subtiliter textra. epist. ad August. lib. 2. *iudicium subtile videndis artibus.*

AVDIS] diceris, vt *rexq; patèr, Audisti coram,* epist. ad Mæcen. 2. lib. 1.

NILEGO, SIVDCOR LIBO F.] si libi nidore, seu vapore ducor, homo nihili sum, vel homo nihili audio, vel, hominem nihili me dicis esse. Græci hominem nullius pretij, contemtissimum, nullius bonæ frugi, ignobilem, & δδν, id est, nihil, nominant. τῶν ἐν, & πιδανόν, & εδδν, & δδν γέησιμον, εὐτελήν, δυσγενή. hoc est, nullius pretij, ad nullam rem vtilem, vilem, obscuro genere, & humili loco natum. quid sit libum, dicemus ad illum locum, *Præ sacerdotis fugitiuus liba recusō.* epist. ad Fuscum lib. 1. in lib. Don. Morell. vno Nicot. & Ruffard. scriptum est, *Nil sum ego.*

TIBI INGENS VIRTVS] Solent hæc legi enuntiādo, & sine interrogationis nota, hoc sensu, Tu autem tanta virtute, ac tēperantia præditus es scilicet, vt cenis lautiores, & sumtuosiores contemnere queas. ironia est. sentit enim planè contrarium eius, quod dicit, nempe herum suum tam imbecillum esse, & propè nullius virtutis, vt cenis opiparas facillimè capiat, & vincatur. Iam verò cenis responfare opimis, eadē ratione, & significatione dictum, qua *responfare fortune,* epist. l. lib. 1. & *responfare cupidinibus,* supra hac ead. fat. pro non cedere, non obsequi, sed cōtemnere potius. significat autem, non eam in illo esse virtutem, & continentiam, & fortitudinem, & constantiam, vt cenas opiparas contemnere queat. Quod si quis malet hæc legi interrogando, & sine ironia, hoc modo, *Quantumuis licet virtus tibi magna sit, potēsne ea fretus cenas apparatus, & opiparas contemnere? non improbabo.* Licer etiā hoc modò hunc locū explicare, & sine ironia. si ducor libo fumante, nihili sum, vel nihili audio. Tu autem ingētī virtute præditus dicis, cum cenis opimis responfas, seu cum cenas opimas aspernaris. quasi ita dicat: non sine ingētī & admirabili virtute cenas opimas reijcis: vel ita, cum cenas opiparas reijcis, tū ingens tibi virtus adhibenda atque exprobanda est. quod raro euenit. nam plurimū, seu plerumque vinceris à cenis sumtuosis, easq; libenter, & cupidè sequearis. quod cum facis, non leuius peccas, vel non minus nequam es, quàm ego, qui libi nidore ducor,

OBSEQUIVM VENTRIS, &C.] huius loci hæc sententia est, dices me maiore meo malo ventri obsequi, quàm te, quia, siquando escas aliquas lautiores ligurriero, scapulae meæ operietur loris. at tu cum cara, & sumtuosa obsonia cōsectaris, num impunè ferre soles? minime verò, *Qq* iiii

A nam talem victum consequitur cruditas, & infirma corporis valetudo. longè igitur grauius plecteris, quam ego, qui vapulo.

C V R?] cur grauius plector, cum ventri more gesserò, quam tu? quasi dicat, non est ita.

Q V I D? T V I M P V N I T O R, &c.] quid? (inquit Dauus) tunc impunitior, id est, impunius, illa obsonia confectaris, & concupiscis, quæ magno cõstant? sic autè edendum curauit cod. veteres omnibus secutus. vulgati enim sic habent, Qui tu impunitior, illa, Quæ paruo sumi nequeunt cum obson. capt.

N E M P E I N A M A R E S C V N T] non est ita (inquit Dauus) id est, non est tibi minus impunita ista victus intemperantia, ac luxuria, quam mihi mea edacitas: non minoris tibi constant caria ista obsonia, cenæque sumtuosæ, quam mihi mea auiditas, propterea, quòd nimia ciborum copia tibi agrè concoquitur à ventriculo. ita nascitur cruditas: ex qua totius corporis constitutio perturbatur. his similia sunt illa sat. 2. huius lib. Pater aper, rhombusq, recens, mala copia quando Agrum sollicitat stomachum. ibid. at simul asis Miscuerit elixa, simul cõchyliatardis, Dulcia se in bilem vertent, &c.

I L L V S I Q V E P E D. V I T. F E R R. &c.] propterea quòd ventriculus cruditate laborans, suo munere probè fungi non potest. quo fit vt corpus non alatur, debilitentur pedes, & reliquæ corporis partes. Sic autè legendum, non Illisq,ue.

A N H I C P E C C A T, &c.] argumentum est à minore: Demus, puerum seruũ, qui furtiua strigili vnam emit, peccare: quanto grauius peccat is, qui prædia sua vendit, eorumq; pretiũ in cõmenda obsonia, & in cenas sumtuosas apparandas infumit, ac profundit? nauclerus quidam apud Menædrum (vt refert Athenæus lib. 4.) vota facit, vt qui agros, & prædia vendunt, & bona sua comedunt, semper nauigent, numquam terram tangant, vt ita sentiant, quali bono accepto non pepercerint. sic Menander, Ω φιλιππη γη μητερ, ως σμυδὸν σφάδρ' εἰ τοῖς νοῦν ἔχουσι κτήμα, πολλὰ τ' ἀξίον. Ως δὴ τ' ἐρελέω, εἴ τις πατρῶαν ὠρελαβὼν Γῆν καταφάρσι, πλείον τῶντι δὴ τῆς, καὶ μὴ δ' ἐπιβαίνειν γῆς, ἢ ἔπας ἢ ὄρετο Οἶον ὠρελαβὼν ἀγαθὸν ὄρε εἰσελάτο. id est, ð carissimam mater, terra: quàm magna es prudentibus possessio, & magni pretij. Quàm oportebat si quis agrum à patre relictum deuorauerit, eum perpetuò nauigare, & numquam terram tangere, neque in ea iter facere, vt hoc pacto tandem cognosceret, quanto bono accepto, ei non pepercerit.

Q V I P V E R V V A F V R T I V A M M V T. S T R I G I L E M] sic edendum curauit, nouem libros manu scr. secutus, vbi vulgati habebant, qui puer vnam Furtiua mutat strigili. minus rectè. Ita enim loqui solet Horatius verbo mutare: vt Oda 29. lib. 1. Socratica & domus Mutare loricas Iberis, id est, Socratica domo omiffa, su-

mere loricas Iberas: quod genus loquendi nota- uimus ad Odam 16. eiusd. lib. ibi, nunc ego miribus Mutare quæro tristia. Sic igitur huc locũ explico, puer, qui sub noctem data strigili furtiua vnam accipit.

N I L S E R V. C V L. P. H.] nil seruire habet, cum gula paret, ac seruit: quasi dicat, plurimum.

A D D E, Q V O D I D E M] sic Aristoteles de improbis ac vitiosis hominibus lib. nono de moribus ad Nicom. Et viri q, homines quarunt quibus cum totos dies traducant: se ipsos autem fugiunt. multa enim grauia & horrenda recordantur. & cum soli sunt, talia expectant altera: cum aliis autem obliuiscuntur: & cum sit nihil in eis amabile, nullo erga se amoris affectu commouentur. verba Græca sunt hæc, Ζητῶσι τε οἱ μοχθηροὶ μετ' ὧν σὺνμερούσων εἰσώτης δὲ φεύγουσιν. ἀγαμυνησιχλονταὶ γὰρ πολὺν καὶ δυσερῶν καὶ ποικίλ' ἕτερα ἐλπίζουσι κατ' εἰσώτης ὄντες· μετ' ἕτερον δ' ὄντες ὑπὸ λανθάνοντα· ἔδεν δὲ φιλητὸν ἔχοντες, ἔδεν φιλικὸν περὶ ἑσῆς εἰσώτης. Sic Lucretius lib. 3. Hoc se quisque modo fugit: at quod scilicet, vt fit, Effugere haud potis est, ingratis hæret, & angit. Propterea morbi quia causam non tenet, ager. vide supra Od. 16. lib. 2. patria quis exsul se quoque fugit.

N O N O T I A R E C T E P O N E R E] nulla in re seria, atque honesta otium tuum ponere potes.

T E Q V E I P S V M V I T A S F V G. E R] tu te ipsum fugis, vt serui improbi solent à domino fugere, & huc, & illuc errare. seruos errone distingunt Iuriconsulti à fugitiuis, quòd hi ita fugiunt à dominis, vt non habeant in animo ad eos vquam reueriti: errone eo consilio fugiunt, vt aliquando reuertantur. sed hoc loco Horatius hæc distinctionem non seruat: vitiosusque his nominibus tràslatè, hoc modo: tu te ipsum, vt fugitiuus, & erro, vitas: seruorum errone, & fugitiuorum instar, qui dominum reliquerunt, te ipsum fugis. secutus sum autem scripturam librorum manuscriptorum Donati, Faëni, 2. Vaticanorũ, Torne- sijn. nam excusi omnes, quos quidem viderim, habent fugitiuus vt erro. quam scripturã si quis probabit, sic explicabo, Te ipsum vitas, vt erro fugitiuus, id est, vt seruus erro, qui fugit à domino: vel te ipsum vitas, fugiẽs à te, vt erro: vel te ipsum vitas, vt seruus fugitiuus errabũdus. quod si placebit, idem ferè valebit hoc loco fugitiuus, quod fugax, aut fugere solitus, quemadmodũ Terent in Heautont. argentum fugitiuum: & Varro lib. 1. de ling. Lat. obliuionem fugitiuam appellat. ego tamen priorem scripturam magis probo.

F A L L E R E] leuare, lenire, βεβολεῖν. vt Virg. Æneid. 4. si fallere possit amorem.

N A M C O M E S A T R A P R. S E Q. F.] sic Od. 16. lib. 2. quid terras alio calenteis Solem- tamus? patria quis exsul se quoque fugit? & epist. ad Villic. lib. 1. Sultus uterque locum immeritum causatur iniquè: In culpa est animus, qui se non effugit vquam.

V N D E

A V N D E M I H I L A P I D E M?] loquitur Horatius, serui oratione nimis libera offensus. significat autem, sua vitia neminem libenter audire. Vide mihi lapidem, subint. sumam?

A V T V E R S V S F A C I T] significat, ver- suum faciendorum studium, in sania esse proximum, atq; ad insaniam propemodum hominem adigere, vt supra sat. 3. huius libri, Adde poemata nunc, hoc est, oleum adde camino, Quæ si quis sanus fecit, sanus facis & tu.

A C C E D E S O P E R A A G R O] mittam te in agrum Sabinum, vt nonus accedas ad seruos octo operarios, qui in opere rustico faciendõ versantur. sic Plaut. Mostell. Cui hercle paucas tempe- states, Tranio Augestis ruri numero genus ferratile.

S A T Y R A 8.

V T N a s i d i e n i i u i u i t t e c e n a b e a t i ? N a m m i h i q u æ r e n t i c o n i u i a m, d i c t u s h e r e i l l i c

De medio potare die. sic, vt mihi numquam In vita fuerit melius. da, si graue non est, Quæ prima iratum ventrem placauerit esca. In primis Lucanus aper, leni fuit Austro Captus, vt aiebat cenæ pater, acria circum

R a p u l a, l a c t u c æ, r a d i c e s, q u a l i a l a s s u m P e r u e l l u n t s t o m a c h ũ, s i s e r, a l e c, f æ c u l a C o a. H i s v b i s u b l a t i s, p u e r a l t è c i n c t u s, a c e r n a m G a u s a p e p u r p u r e o m e s a m p e r t e r i t: & a l t e r S u b l e g i t, q u o d c ũ q u e i a c e r e t i m u r i l e, q u o d a q u e P o s s e t c e n a n t e i s o f f e n d e r e: v t A t t i c a v i r g o, C ũ s a c r i s C e r e r i s, p r o c e d i t f u s c u s H y d a s p e s C æ c u b a v i n a s e r e n s, A l c o n C h i u m m a r i s e r p e r s.

Hic herus, Albanum Mæcenas, siue, Falernum

T e m a g i s a p p o s i t i s d e l e c t a t: h a b e m u s v t r ũ q, D i u i t i a s m i s e r a s. s e d q u æ i s c e n a n t i b u s v n d F u n d a m, p u l c h r è f u e r i t t i b i, n o s s e l a b o r o. S u m m u s e g o, & p r o p e m e V i s c u s T u r i m u s, & i n f r a,

S i m e m m i, V a r i u s, c u m S e r u i l i o B a l a t r o n e V i b i d i? : q u o s M æ c e n a s a d d u x e r a t v m b r a s: N o m e t a n u s e r a t s u p e r i p s u m, P o r c i? i n f r a, R i d i c u l u s t o t a s s i m u l o b s o r b e r e p l a c e n t a s. N o m e t a n u s a d h o c, q u i, s i q u i d f o r t è l a t e r e t, I n d i c e m o n s t r a r e t d i g i t o, n a m c e t e r a t u r b a,

Nos, inquã, cenamus auetis, conchyliis, piscibus, Longè dissimilem noto celantia succum: Vt vel continuò patuit, cum passeris, atque Inguftata mihi porrexerat ilia rhombi.

Post hoc me docuit melimela rubere minorè Ad lunã delecta. quid hoc interfit, ab ipso Audieris melius. tum Vibidius Balatroni.

Nos, nisi damnosè bibimus, moriemur multi. Et calices poscit maiores, vertere pallor Tum parochi faciẽ nil sic metuentis, vt acreis Potiores: vel, quodã maledicunt liberius: vel, Feruida quodã subtile exsurdant vna palatũ.

Inuertunt Aliphanis vmaria tota Vibidius, Balatroque, secutis omnibus imis. Conuiuia lecti nihilum nocuere lagenis. Affertur squillas inter muræna natant eis In patina, porrecta, sub hoc herus, hæc graui-

da, inquit, Capta est, deterior post partum carne, futura. His mistum ius est oleo, quod prima Venasfri Pressit cella, garo de succis piscis Iberi, Vno quinquenni, verum citra mare nato,

Dum coquitur: cocto Chium sic cõuenit, vt non Hoc magis vllum aliud: pipere albo, non sine aceto,

Quod Methymæam vitio mutauerat vna. Erucas virideis, inulas ego primus amaras Mistrani incoquere: illutos Curtillus echinos, Vt melius muria, quã testa marina remittit.

Interea suspensa graueis aulea ruinas In patinam fecere, trahentia pulueris attri,

Quantũ nõ Aquilo Campanis excitat agris. Nos mains veriti, postquam nihil esse pericli Sensimus, erigimur. Rufus posito capite, vt si Filius immaturus obisset, flere, quis esset Finis, ni sapiens sic Nomentanus amicum Tolleret? heu Fortuna, quis est crudelior

in nos Te deus? vt semper gaudes illudere rebus Humanis! Varius mappa compescere risum Vix poterat. Balatro suspendens omnia naso, Hæc est condicio viuendi, aiebat: eoque

A Responsara tuo numquã est par fama labori.
*Tene, vt ego accipiar lautè, torquerier omni
 Sollicitudine districtum, ne panis adustus,
 Ne malè conditum ius apponatur: vt omnes
 Præcincti rectè pueri, comitque ministrent?
 Adde hos præterea casus: aulea ruant si,
 Vt modò: si patinã pede lapsus frangat agaso.
 Sed conuiuatoris, vti ducis, ingenium res
 Aduersæ nudare solent, celare secundæ.
 Nasidienus ad hæc: tibi dñj, quæcumque*

B preceris, (comis.
*Commoda dent: ita vir bonus es, conuiuãque
 Et soleas poscit. tum in lecto quoque videres
 Stridère secreta diuisos aure susurros.
 Nullos his malle ludos spectasse: sed illa
 Redde age, quæ demiceps risisti. Vibi dius dum
 Querit de pueris, num sit quoque fracta la-
 gena,
 Quod sibi posceti non dentur pocula: dùmq;
 Ridetur fictis rerum Balatrone secundo:
 Nasidienne redis mutatæ frontis, vt arte
 Emendaturus fortunam, deinde secuti*

C Mazonomo pueri magno discerpta ferentes
*Membra gvius sparsi sale multo, non sine
 farre:
 Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi,
 Et léporũ auulso, vt multo suauius, arnos,
 Quàm si cum lumbis quis edit. tum pectore
 adusto (lumbes
 Vidimus & merulas poni, & sine clune pa-
 Suauis res, si nõ causas narraret earum, &
 Naturas dominus: quæ nos sic fugimus vlti,
 Vt nihil omnino gustaremus: velut illis
 Canidia afflasset peior serpentibus Afris.*

V T N A S I D I E N I I V V I T .] Si hæc scri-
 ptura, vera est, i nomine *Nasidieni* tertia, & quar-
 ta syllaba contrahuntur in vnam, videlicet i, &
 e, quod sæpe aliàs fieri solere suprà ostendimus.
 præterea secunda eiusdem nominis syllaba hæc
 producitur, cum infrà corripitur ibi, *Nasidienus*
 ad hæc: & ibi, *Nasidienne redis*. Verùm ego in cidi in
 duos libros manuscriptos Romæ, in quibus sic
 legitur. *Nasidieni qui inuit te cema beati? Quin etiã*
 hic in Gallia in tribus item manus. eãdem scri-
 pturam reperi. Vnde suspicari possit aliquis, eam

non esse reiiciendam. sed quia & Priscianus lib. E
 17. priorem, ac receptam scripturam agnoscit, &
 ceteri omnes libri veteres comprobant, hanc de
 possessione deiiciendam esse non putauit. Notat
 autem Acro, Nasidienũ equitem Ro. cetera ele-
 gantem, in commemorandis & prædicandis suis
 lautitiis fuisse putidum. Videtur tamen hic Nasidienus,
 non satis liberalis, neque elegans fuisse,
 vt suis locis indicabimus. Describitur hic fortasse
 Saluidienus ille Rufus, a quõ cõmõmorat Suetonius
 in Augusto, his verbis. *Neq; enim temere ex
 omni numero in amicitia eius afflicti reperietur, præter
 Saluidienũ Rufum: quem ad consulatũ vsq; , & Cornelium
 Gallum, quem ad præfecturam Ægypti ex infir-
 ma utrumque fortuna prouexerat. Quorum alterum,
 & c. alteri, (Nasidieno) ob ingratum & maleuolum
 animum domo & prouinciis suis interdixit.*

B E A T I] ὄλβιος, μακάριος, vt apud Homer.
 ἰλ. Α. Ουμμον ἑλάνυσσιν ἀνδρὸς μακάριος κατ'
 ἄρουραν, Πυρρῶν ἢ κρισῶν, &c. diuitis, copiosi. vt
 Od. 7. lib. 3. Thyna merce beatum. & epist. ad Loll.
 2. lib. 1. beatus enim iam cum pulchris tunicis, &c.
 & epist. 2. eiusd. lib. quæ est. 1. ad Loll. *Quaritur
 argentum, puerisque beata creandis vxor.*
D I C T V S H E R E I L L I C] dictus es mihi
 heri illic apud Nasidienũ a meridie potare. *he-
 re pro heri*, notat Prisc. lib. 15. & hunc locũ pro-
 fert. quamquam in aliquot lib. veteribus scriptũ
 est *heri*.

S I C V T M I H I N V M Q] sic me iuuat, vt
 numquam iucundius vixerim: vt numquam libe-
 tius cenarim: vt numquam liberalius acceptus
 fuerim. sic locutus est suprà fat. 2. huius lib. *bene
 erat non piscibus urbe peritis, &c.*

D A] dic. vt Virg. in Tityro. *sed tamen, iste Deus
 quisit, da Tityrenobis.*

Q V Æ P R I M A I R A T. V E N T R .
P L A C .] suprà fat. 2. *cum sale panis Latrantem sto-
 machum bene lenit.* Vlysses apud Alcinoũ ait
 ventre nihil esse impudẽtius, qui etiam in luctu,
 ac merore, sui meminisse iubeat. sic Hom. ὁδ. η.
 Ἄλλ' ἐμὲ ἰδὴ δρρηπίσσει ἐδάσσει κινδύμονον περ'
 οὐ γὰρ π' ἔσυχρη ἔπι γαστρὶ κωτερον ἄλλο
 Ἐπλετο, ἢ τ' ἐπέλεσεν ἐο μνηστῶν ἀνάγκη, H
 καὶ μάλα τερόμενον. id est, sed me cenare si
 nitote, quamuis merentem. Nõ enim quicquam
 aliud ventre improbius est: qui iubet, sui memi-
 nisse necessarid etiam cum, qui malis conficitur,
 ac vexatur.

A V S T R O] Austro leniter flante carnes effi-
 ciuntur teneriores. *Νότος γὰρ ὀψει*. ait Aristo-
 telez quodã loco, id est, Austro enim putrefacit.
C E N Æ P A T E R .] cenæ pater, conuiuator,
 parochus in hac satyra idem valent.

Q V A L I A L A S S. P E R V E L L S T .] cu-
 iusmodi res stomachum languẽtem, ac nausean-
 tem læsunt, ac prouocant. adhibebantur enim
 illa ἀνατομοστέως χάριον, vt suprà ostendimus ex
 Athenæo, comment. fat. 4.

S I S E R] genus est pastinacæ, *qua mulsio in cibis
 temperata,*

A tẽperata, etiã in gratiã vertitur, inquit Plin. lib. 19.
A T E C] genus liquaminis esse diximus suprà
 fat. 4. **F Æ C V L A C O A]** ex vino Coo: ge-
 nus condimenti.

A L T E C I N C T V S] εὐζωος, expeditus ad
 ministrandum. sup. fat. 6. *veluti succintus curstrat
 hussis*. vt, vt ego malo, cultu minime molli, habi-
 tu ipso pudicitiam præ se ferens, strenuus, virilis.

A C E R N A M] ex acere arbore factam. acernas
 mēsas etiam fuisse in pretio, quamuis citreis
 inferiores, declarat distichũ illud Martialis lib.
 14. *Non sum crispã quidem, nec siluã filia Maurã: sed
 norunt lautas & mea ligna dapes.*

G A V S A P E P V R P V R O] Prisc. lib. 7.
 eo capite, vbi docet in sextis casibus nominum
 neutrorum tertiæ declinationis in e. reperiri e.
 & i. huic versum profert. sic & Lucill. *Purpureo
 terfit tunc latus gausape mēsas*. Varro. *Clauditur
 Oceano, Lybico mare, flumine Nilo*. Lucret. lib. 1. *E
 mare primum homines, è terra posset oriri squammi-
 gerum genus, & volucres: ex quo Plauti iocus in
 Mil. glor. Maris causa hercle, ego hoc vtor oculo mi-
 nus. Nam si à mare abstinuissem, tanquam hoc vterer.
 nam hunc Plauti versum sic emendauit Muret.
 lib. 3. Var. lect. Sed quod ad huius loci sententiã
 attinet, gausapa, seu gausapia videntur adhiberi
 solita ad mēsas tegendas potius, quàm ad ter-
 gendas: Martial. lib. 14. *Nobilis villosa tegant tibi
 gausapa citrum.**

C V T A T T I C A V I R G O C V M S A C R .
C E R .] Hydaspẽ puerũ formosum cum virginẽ
 Attica Canephora, seu potius canephoro, cõpa-
 rat. sacra autẽ Cereris in canistro quodã, aut cista
 ferebãt virgines capitib' imposita, manib' sub-
 latis, à sacerdote accepta diebus festis Cereris,
 Mineruæ, & quibusdam aliis. Eas virgines Eri-
 thonio regnante fuisse institutas, refert Suidas,
 à Philochoro traditum esse. Habebat autem suas
 & Pallas Canephoras. de quibus sic Pausanias in
 Attic. *à δὲ μοι θαυμασὰ μάστιγα παρέρχον, ἔστι
 μὲν οὐκ ἐς ἅπαντας γυναικῶν, γὰρ ἂν δ' οἷα
 συμβόλαι. Παρθοὶ δὲ οὐ τὸ γὰρ ἢ Πολιάδος οἰ-
 κῆσιν ἢ παρῶν. καλῶσι δ' Ἀθλιναὶ σφᾶς κα-
 τὰ φέρως. Αὐταὶ γέρονον ἰδὴ τινα διαταγῆ ἔχουσι
 ἐν νύκτι τοιαῦτα ἀναθεῖσθαι σφίσιον ἔπι τῶν κε-
 φαλαῶν, ἃ ἢ ἢ Ἀθλιναὶ ἱέρεια διδωσι φέρειν, ἢ τε
 ἢ διδῶσι, ὅποιοι τὶ διδωσιν, εἰδὴ ἢ α, ἢ τε τῶν φε-
 ρῶσιν ἔπι τῶν ἰδύων. id est, quæ autem me maxima
 admiratione affecterunt, cum minime sint omnibus no-
 ta, scribam cuiusmodi sint. Duæ virgines à templo Pal-
 ladi non longè habitant: eas autẽ Canephoras, seu Ca-
 nephoras appellant Athenienses. Hæc aliquantum tem-
 poris apud Deam commorantur. vbi verò dies festus
 aduenit, faciunt noctu sacra, suis capitibus imponen-
 tes, quæ Minerva sacerdos dat eis ferenda, cum neque
 ea, quæ dat, quid det, sciat: neque ea, quæ ferunt, quid
 ferendum accipiant sciunt. De iisdem sic M. Tull.
 Verr. de signis, *Erant præterea duo signa non maxi-
 ma: verum eximia venustate, virginali habitu, atque**

*vestitu, qua manibus sublatis sacra quadam more A-
 theniensium virginum reposita in capitibus sustinebãt.
 Canephoræ ipsæ vocabantur.* Ouid. lib. 2. *Metamor.*
*Illo fortè die casta de more puellæ vertice supposito fe-
 stas in Palladis arceis pura coronatis portabant sacra
 canistris. habebat & Diana suas.* Theocr. eid. β.
 Ἡὕ' ἃ τῶ' ὑβόλοιο καναφόρος ἄμμιαν Ἀναξῶ
 Ἀλλοος ἐστ' Ἀρτέμυδος: id est, *Venit nobis Eu-
 buli filia Canephoros Anaxo ad nemus, seu fanũ
 Dianæ. habebat & Iuno Canephoros.* fat. 3. lib. 1.
per sepe velut si Iunonis sacra ferret. ascribit autẽ ad
 illud Theocr. interpres, virgines nupturas placẽ-
 dæ Dianæ causa, ne cam offererẽt, atque in sese
 irritarent, quod virginitatem suam essent amif-
 suræ, κατηφορεῖν, id est, sacra quadam in canistris
 condita, & occultissima ferre solitas esse.

C Æ C V B A V I N A] vinũ Cæcubum lau-
 dabant Romani illi veteres. sup. Od. 20. lib. 1. *Cæ-
 cubũm, & pralo domitam Calenõ Tu bibes vnam.*

A L C O N] alter puer vinũ Chium ferens pro-
 dit in medium.

C H I V M] in nomine Chium, i, producitur, cum
 Chius primitiuũ sit breue: docet Priscian. lib. 2.

M A R I S E X P E R S] aqua marinæ expers.
 & θαλασσομηδρον. Athen. lib. 1. scribit, veteres
 confueuisse aquam marinam in vina infundere,
 fortasse vt essent salubriora. Nã huiusmodi vina
 nullas cruditates gignunt, ventrem soluiunt, sto-
 machum aliquantum mordent, atque incitant,
 flatus non ingenerant, ad cibum concoquẽdum

G adiuuant. verba Athen. sunt hæc, οἱ δ' ἔπι μελέ-
 στρον θαλασσημεδρον οἶνοι ἀρραπαλοὶ τε εἰσι,
 καὶ κοιλίαν λύουσιν, ἔπι δὲ ἀνύσσει τε τὸν σωμα-
 χον, ἐμφροσέουσι τε οὐκ ἐπερλάζονται, καὶ συ-
 κταπερλάζονται τῶν πεφρωτῶν. Itaque fugam illã
 Bacchi ad mare, nonnulli sic interpretantur, vt
 per eam significari putent hanc conficiendi vini
 rationem, & aquæ marinæ infusionem. nam vinũ
 aqua marina infusa suauius efficit: vnde Plauti io-
 cus Rudẽte, *Quasi vinis. Gracis Neptunus nobis suf-
 fundit mare.* Plutarch. ἀπταῖς φουσι, διὰ τὴν οἶ-
 να θάλασσαν ὡς ἔχουσι καὶ χερσὶν ἴνα λέ-
 γουσιν ἀλιεῖς κομμαδίωσι περὶ τῶν βα-
 πτίζειν τὸν Διόνυσον περὶ τῶν θάλασσαν. quã

H obrem vino mare infundunt? Oraculum quod-
 dam aiunt piscatoribus editũ esse, quod iu-
 beret Dionysum in mare mergere. Inde insti-
 tutum esse scribit Varro, vt refert Acro, vt del-
 phini Libero appingerentur. Verumtamen ad
 vinum Chium aqua marina nõ adhibebatur, ne-
 que hodie adhibetur. & attẽde, in his verbis, *ma-
 ris expers*, esse ambiguum, vt per vinũ Chium ma-
 ris expers, intelligamus significari vel verum
 Chium, in quod nõn solebat infundi aqua mari-
 na: & ita, maris expers: vel simulatum, & verna-
 culum, & in Italia natum, nõ ex Græcia nauĩ ad-
 uectum: & ita maris expers, quod magis probò.
 Est enim magis Horatianum.

N E R V S] dominus cenæ. Nasidienus.
A L B A N V M] de vino Albano sic Athen.

A lib. i. γίνεται καὶ ἀπὸ τῶν καμπανίας κίβητος ὁ καλὸς μῦθος Ἀλβανός, πῶπιμος, κίβητος ὁ πῶπιος πῶπιος, id est, nascitur autem, & in agro Cumano, qui est in Campania, vinum Albanum quod appellatur, ad potionis vsum accommodatum, & leue ab annis quinque.

DIVITIAS MISERAS] Alij putant orationem esse hominis suam copiam extenuantis hoc modo: habemus (inquit Nasidienus) vtrumque, videlicet Albanum, & Falernum, si tibi magis placent, quam, quae tibi ministrantur: atque ita haec verba Divitias miseris, dicendum erit cohaerere cum superioribus verbis habemus vtrumque: plane divitias miseris: vel plane diuitias, miseris, & sollicitas sunt: ut sint Nasidieni verba.

B Alij Divitias miseris existimant esse verba Horatii: & ita, a superiore versu separanda, hoc modo: o Divitias miseris Nasidieni! o hominem miserem diuitem! quam sententiam magis probat Muretus: & mihi quoque probabilior est, ut intelligamus, ab Horatio vrbane Nasidienum derideri, qui cum habet Falernum, & Albanum, vina laudatissima, & fortasse appositis meliora, non apponat tamen. Diuitias autem miseris sunt eius, qui eis non vtitur. Sic Arellus sollicitas opes dixit Sat. 6. eiusdem libri.

SED QVEIS CENANTIBVS VNA] id est, sed quibus aliis conuiuiis vna cenantibus libenter, & iucunde cenaris, liberaliterque acceptus sis, scire peruelim.

PVLCHRE FVERIT TIBI] bene fuerit tibi, iucunde vixeris. vide sup. annot. ad sat. 2. huius lib. bene erat non piscibus urbe petitis.

SVMMS VEGO] id est, in summo lecto, & tamen medius inter Viscum Turinum & Variu. CVM SEVILIO BALA.] Balatro & Vibidius erant in imo lecto: & inter eos medius cubabat Nasidienus conuiuator.

QVOS MAECENAS ADDVX. VMBR.] vmbra appellatur, ut dicemus ad epist. ad Torq. lib. 1. conuiua non vocati illi quidem a conuiuatore: verum tamen cum, qui vocatus est, secuti, sed quare potest quos dicat Fundanius vmbra fuisse Maecenatis, Balatronemne & Vibidium: an Nomentanum, & Porcium: an hos omnes: si Balatronem & Vibidium, prouocabulum quos referatur ad ea, quae antecedunt: si Nomentanum & Porcium, hic erit ordo verborum, & Nomentanus erat supra ipsum Maecenatem, Porcius infra, quos quidem Maecenas secum adduxerat non inuitatos a Nasidieno: & ita Aldus Manutius. Si hos omnes, mira erit verborum implicatio. Puto autem hie tres lectos fuisse: in summo lecto Fundanium medium, Viscum Turinu superiorem, Varium inferiorem accubuisse: in imo Balatronem, Vibidium, Nasidienum conuiuatore: in summo, Maecenatem medium, Nomentanum supra, Porcium infra discubuisse. media inter lectos erat mensa. Et incredibile est, lectum, in quo Maecenas medius accubebat, secundum fuisse.

Nam ut medius in lecto accumbentium locus e- rat honorator, sic & secundus lectus. quod & Seruius admonet ad illum Virg. locum, mediama locavit: vbi haec profert ex Sallustio: Igitur discubere, Sertorius inferior in medio: super eum Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis in summo Antonius, & infra scriba Sertorii Versus, & alter scriba Maecenas supra: in imo medius inter Tarquinium & Onium [al. Denatium] Perperna. Erant scilicet (ut etiam dispositionem huius triclinij: & ordinem conuiuarum accumbentium) declarem ei, παρόδω) hic quoque tres lecti. In medio lecto duo accumbebant dumtaxat, Sertorius, & T. Fabius Hispaniensis senator. Sertorius in medio lecto accubebat infra Fabium, & ita ille secundus erat Fabio. In summo lecto tres erant conuiuae: medius, cubabat Antonius: supra eum scriba Maecenas, infra Versus. in imo tres quoque conuiuae: Perperna medius, supra Tarquinius, infra Denatius, seu Onius. Constantem autem, Cassium Nomentanum fuisse luxuriosum, & perditum nepotem: de quo supra sat. 8. lib. 1. & alibi. Nomentanus igitur erat supra Maecenatem, Porcius infra. Maecenas igitur medius: & praeterea in medio lecto, atque ita in loco accubebat honoratissimo.

SUPER IPSVM] sic habet libri veteres, non supra: quod malim tamen, & ita loquitur M. Tull. epist. ad Papirium Patum lib. 9. & quidem supra me Atticus, infra Ferrum familiares sui. omnino ego suspicor ab Horatio scriptum esse supra, vel certe super, id est, supra, seu supra. docent tamen nobiles grammatici, veteres vsurpasse super & supra, pro supra. quemadmodum vsurpauit Sallustius in superiore illo exemplo a nobis modo relato.

RIDICVLVS TOTAS] Porcius in eo ridiculus, quod totas vno haustu placentas absorbebat, quasi nimis liquidas. libri aliquot veteres, in his Var. vnus, & Torn. habent absorbere, quam scripturam probat: ut obliquare apud Terent.

NOMENTANVS AD HOC] Nomentanus ad hoc fuerat a Nasidieno vocatus, vel a Maecenate ductus, ut si quid esset obsonij lautioris, quod aliis obscurum, atque incognitum esset, H. digito indicaret. vel, ut alij explicant, in eo erat ridiculus, ut si quid inesser in cibis inspidum, aut illotum, aut vulgare, digito indicaret. erat enim hic Nomentanus, insignis obsoniorum artifex, iu dex, & helluo.

NAM CETERA TVRBA] nam nos harum deliciarum rudes, & imperiti, comedimus aueis, conchyliis, &c.

LONGE DISSIMILEM NOTO] quae omnia succum continebant nobis incognitum, longeq; ei succo dissimilem, qui vulgo est notus.

PASSERIS] piscis plani: qui a rhombo, hoc tantum differt, quod rhombo situs corporis dexter relupinatus est: passeri laevis. Plin. lib. 9.

ATQVE INGVST.] aliquot libri manu scr. habent, cum passeris asi, & Ingvst.

A PORREXERAT] sic reperi scriptum in trib. cod. Var. & Iann. & Ruffard. & Cleric. nam vulgati habent, porrexerit.

MELIMELA] μέλιμυλα, mala mellei saporis.

DAMNOSE] plurimum. nam damno conuiuatoris supra modum bibunt conuiuae.

MORIEMVR IN VLT] iocus: quasi ita dicat. par est nos Nasidieno, qui nos inuitauit, tamque inelegerat, & illiberaliter accepit, hanc gratiam referre, ut plurimum bibamus: quod nisi faciemus, Nasidienus nos impune cibis tam vilibus, & vulgaribus, & illoris paucis, vel die iocum in eo consistere, quod oratio eorum, qui in ancipiti, & aduerso praedio, quam plurimis hostibus interfectis, mori decreuerunt, ad certamen poculorum transferrunt. Virgil. En. 2. numquam omnes hodie moriemur inulti, ego illud malo.

B ET CALICES POSCIT] sic efferunt Graeci, ἀπὸ τοῦ μέλιτος, subaudi κλίμακας, vide annot. ad Od. 9. epod. poscit autem habet cod. vnus Vatican. Rain. Card. Torn. quos secutus sum. alij, poscunt. Apud M. Tullium poscere pro inuitare vsurpatum est. lib. 4. accus. sit sermo inter eos, & inuitatio, ut Graco more biberetur: hospes hortatur. poscunt maioribus poculis.

VERTERE PALLOR] tum cepit Nasidienus pallere.

C PAROCHI] conuiuatoris, qui cenam praebat. alios parochum appellant ὁμοῦ τὸ πᾶρ ῥέχην, eum, qui salem, acetum, oleum, ligna, & similia praebet legatis, aut magistratibus, ut diximus supra. ad sat. 4. lib. 1. M. Tull. epist. ad Att. lib. 13. epist. 1. Omnino cum sextus noster, parochus publicus, occupauit, quod quidem facile patior. Veruntamen, quod mihi magno beneficio meo magna cum fratribus illius necessitudo est, inuito eum per litteras, ut apud me deuerteret.

ACREIS] qui largiter, & supra modum bibunt, ut sat. 2. huius lib. acris pocula.

EXSVRDANT] hebetant, obtundunt. tralatio est ab aurium sensu ad gustatum. palato enim iudicantur saporis.

D INVERTVNT ALIFANIS, &c.] i. vini cados inuertentes, totos exhauriunt poculis Alifanis. alij per vinaria lagenas significari volunt, quod magis probat. M. Tull. orat. pro Plancio. totus ille tractus celeberrimus Venafranus, Alifanus. iam illud inuertunt vinaria, dictum, ut vertere cados, Od. 29. lib. 3. Non ante verso lene merum cado. Verbebantur enim cadi, & similia vasa vinaria, cum vinum ex iis promebatur: & cum exhauriebantur, ita inuertebantur, ut os terram tangeret, ut docet Acro, siue quis alius nomine Acronis.

IMIS] qui accumbebant in imis lectis, seu in infimis lectorum partibus, ut epist. ad Loll. 2. lib. 1. imi Derisor lecti, seu infimi loci, atque ordinis hominibus.

CONIUA LECTI] conuiua honoratorum, qui summi & medij accumbebant, videlicet

Maecenas, Viscus Turin, Varius, ego Fundanius. Es QVILLAS] supra sat. 4. Tostis marcentis squillis recreabis, &c. Potorem.

NATANTEIS] in iure, quod iantiam describet.

PORRECTA] muræna proceræ, in patina exposita: elixa scilicet, & patinaria. participium porrecta declarat murænae magnitudinem, ac proceritatem. sic sup. sat. 2. huius lib. porrectum magno magni spectare carino vellem, ait Harpyius gula, &c.

HÆC GRAVIDA] GRAVIDA] si verum est, quod de Muræna traditum est, eam cum serpente commiseri, cibus est non tam suauis, quam periculosus. Oppianus quidem lib. 1. ἀλιευτ. hanc vulgaram de muræna opinionem non prætermittit. sic enim scribit, Ἀμφὶ δὲ μυράνης φάτις ἐρχεται ὄρε ἀΐδιλος, ὧς μὴ ὄφεις γαμέει πει, καὶ ἐξ ἀλός ἐρχεται ὠπτή Πρόφρων ἰμείριστε παρ' ἰμείριστε γάμοιο, &c. id est, de muræna fama dimanat non obscura, serpenterum cum ea commiseri, & eam ipsam ex mari prodire libenter & cupidè, & ad serpentem accedere coniunctionis cupiditate affectam.

SVB HOC] cum allata esset muræna, atque apposita. sub hoc, id est, hoc ipso tempore: vel circiter hoc tempus.

DETERIOR CARNE] deteriore carne fututa, si post partum capta esset.

HIS MISTVM IVS EST] ius ex his, quae sequuntur, temperatum est: ex his constat, nempe ex oleo Venafrano, garo optimo, vino quinquenni Italico, & Chio, pipere albo, aceto Methymæo. Hæc muræna, elixa erat, & iccirco in ius immerfa, & in patina porrecta. supra satyra 4. cod. lib. Nec satis est cura piscis auertere mensa Ignarum quibus est ius aptum, & quibus assis Languidus in cubitum sese conuua reponat.

OLEO, QVOD PRIMA VEN. P.] oleo totius Venafrani tractus præstatissimo: vel potius eo oleo, quod primum ex oliuis Venafranis manauit verius, quam expressum est: quod nostro sermone parentem, seu matrem guttam appellamus. oleum Venafranum in primis laudabatur: ut sup. sat. 4. insuper addes, Pressa Venafrana quod bacæ remisit oliua. Martialis lib. 13. Hæc tibi Campani sudauit bacæ Venafri. Pnguentum quoties sumis, & istud olet.

PISCIS IBERI] id est, scombri. Laudatissimum fuisse garum, quod ex scombris maceratis, ac liquefactis esset confectum, supra notauimus: quod item testatur Strabo lib. tertio. cuius verba refert Athenæus lib. 3. δεκτονσοφ. σκράβων δ' ἐν τετῶ γαλαραφικῶν ποδὲς τῆς Ηρακλεῦς φησὶ νησὶς καὶ Κερκυθῶνα τῆν καὶ ἄν. πόλιν εἶναι σεβιτιανῶν. ἐξ ἧς καὶ τὸ παρ' ἰχθὲ ἐπωνύμως λέγεται, καὶ ἄλλω σκομβρογαλαραζῶν ὡστὸν τῶν ἀλισκομδῶν σκόμερων ἐξ ὧν τὸ ἀριστον σκράβου γάρου, id est, strabo annot. lib. 3. Geograph. ait, ad Hercules insulas circa Kartaginem nouam, vrbem esse sexitaniam: ex qua salsamenta quadam quasi

A gentili nomine appellari. & aliam scombrorum praedam, à scombris, quae eo loco capiuntur: ex quibus optimum garum conficit.

CITRA MARE NATO] Italico. significat, vinum Italicum quinquenne adhibitum esse in hoc iure coquendo: sed eidem iam cocto vinu Chium esse infusum. Verum si legamus coctae, hic erit sensus: in muræna coquenda vinum Italicum adhibitum esse, sed ei iam coctae, vinum Chium.

DVM COQVITVR] ius: vel muræna, si legamus coctae.

COCTO] iuri cocto vinum Chium est aptissimum. sed quidam libri calamo exarati habent coctae, videlicet murænae.

AC QVOD METHYM.] aceto, ex vino Lesbio corrupto.

ERVICAS VIRIDEIS INVLAS EGO PR.] Sic omnes quidem habent libri, praeter vnum & alteru, in quibus est, inulasque ego primus amarus, &c. Sed ego olim huc locum in omnibus libris deprauatum esse putabam: & duarum litterarum dumtaxat, in duabus vocibus, immutatione emendandum arbitrabar, & pro eo, quod vulgo legitur, inulas ego Primus amarus, ego inulis ego primus amaris, restituedu curara, coniecturam mea nonnullis viris doctiss, approbata: ut horu verborum, atque aded, huius totius loci hic ordo, haecq; sententia esset. Ego primus omnium monstrauit, hoc est, docui incoquere inulis amaris erucas virideis, vt melius, quod Graeci dicunt, ως δ' αμείνόν τι, id est, tamquam melius quiddam ea muria, quam testa marina, nempe echinus, remittit.

Curtillus autem monstrauit incoquere illotos, seu illutos echinos inulis. haec igitur verba, illutos Curtillus echinos, includenda essent interpositionis nota. Iam hoc loquendi genus, erucas inulis incoquere, cum sit aliis Latinis visitatum, tum Horatio, Virgil. Georg. 4. Huius odorato radices incoque Baccho. Horat. Od. 3. epod. Num viperinus his cruor Incoctus herbis me sefellit? Nunc autem mihi videtur antiqua scriptura, à qua non discrepat vulgata, retinenda, vt intelligamus, erucas virideis, & inulas amaras incoqui iuri illi, quod descriptum est: & erucas virideis, inulas amaras positum esse δ' αμείνόν τι. Quod autè ad hoc attinet, vt melius, tale est illud, quod est in hac eadem sat. Et leporis aulifos, vt multo suauius, armos, id est, vt rem multo suauiore: vel, vt multo suauius quiddam. Echinum piscem porro diximus esse ex genere testaceorum, ad illum locum, Horret capillis, vt marinus asperis Echinus, Od. 5. epod. Quod autem in nonnullis libris veteribus, vt in duobus Vatic. & in Iann. scriptum est, Erucas virideis, inulasque ego prim. am. &c. hanc scripturam ideò non sequor: quia fit mihi verisimile copulationem que ab aliquo semidoto scripturae receptae fuisse additam. Verumtamen iudicet lector eruditus.

ILLVTO S CVRTILLVS ECHINVS] illutos, id est, non liquatos, non maceratos, non delutos, δ' αμείνόν τι, non labefactos, non lique-

factos, id est, echinos integros, non muriam ex eis factam. INTEREA SVSPENSA GRAVES AVLA] quae cameris tricliniorum subtebantur, & suspendebantur, seu potius suspendebantur, vt si quid pulueris superne caderet, exciperent. suspenfa in malim legi, à verbo suspendo, quam suspensa, à suspendo. Seruius ad illum Virgil. locum Aeneid. 1. aulæ iam se regina superbis, aulæ interpretatur vela picta: docetque, aulæ esse dicta quòd primum i aula Attali regis Asiae, qui populum Ro. scripsit heredè, inuenta sunt. ideò etiam in domibus tendebantur (inquit) aulæ, vt imitatio tensoriorum fieret, sub quibus bellantes semper habitauere maiores. Varro tamen dicit, vela solere suspendi, ad excipiendum puluerem, quia tum usus camerae ignorabatur. Vnde Horatius: Interea suspensa graueis aulæ ruinas, &c.

IN PATINAM] in eam patinam, in qua inerat muræna illa porrecta, elixa, & patinaria.

PVLVERIS ATRI, QVANTVM] tantum, subintellige, vt sat. 3. hui' lib. Frumenti, quantum metit Africa. Sed dicere possit aliquis, hoc tricliniu, in quo hi conuiui cenabatur, non fuisse cameratum, si vera sunt, quae modò retulimus ex Seruio, & Varrone. camera enim non facile puluerè colligebant. Iccirco in tricliniis cameratis non erat opus aulæ. At in hoc triclinio erant aulæ.

MAIVS VERITI] fortasse totius domus aut certè tabulati, aut tecti, aut camerae, si hoc triclinium erat cameratum, ruina.

R VFVS] Nasidienus conuiuator, cenæ pater.

POSITO CAPIT] demisso capite, & ita mæltus. κατὰ βαλάν τὴν ὄβρι, ἢ τὴν κεφαλὴν. IMMATVRVS] ætate ad mortè immatura.

FLERE] flebat: vel flere coepit.

SAPIENS] vel sapiens in ea disciplina, quae ad obsoniorum apparatus, & ventris, gutturisque voluptatem pertinet: vel sapiens, cui palatum sapiebat: vel quòd sapientis esse vellet, hilariter & iucundè viuere, vt Od. 11. lib. 1. sapius: vima liques, &c.

TOLLERET] in spem molierum erigeret, demissum excitaret, mæstum solaretur. sup. enim dixerat, Rufus posito capite, vt si Fil. imm. ob. sse flere.

VT SEMPER, &c.] quam, ως, sic sup. sat. 6. H vt tu semper eris derisor!

SVSPEND. OMNIA NASO] omnia deridens. sup. sat. 6. lib. 1. naso suspensis adunco ignotos.

HÆC EST CONDICIO VIV.] hac conditione (inquit) nati sumus, vt multis & variis casibus exposita sit vita nostra. sermo dissimulationis, & vrbauitatis plenus.

TVO] alloquitur Nasidienum conuiuiatorem.

TENE, VT EGO] tene æquum est sollicitari, & laborare, vt lautè accipiar: ne panis, &c. sic Phorm. ille apud Ter. Phorm. Tene asymboli venire vntum, atque laurum è balneo, Orosium ab animo: cum ille cura, & sumtu absumitur, Dum tibi sit, quod placeat? ille ringitur, vt tu rideas. Prior bibas, prior decumbas: cæna dubia apponitur? tale & illud

A lud loquendi genus est Od. 8. epod. Rogare longo puridam te seculo, &c.

ACCIPIAR LAVTE] sic Virg. Aen. 3. Illos porticibus rex accipiebat in amplis.

TORQVERIER] cruciari, angui, vt epist. ad Loll. lib. 2. Iudentis speciem dabit, & torquebitur.

NE PANIS ADVSTVS, &c.] hæc fortasse peccata fuerant à Nasidieno, quæ dissimulater & vrbane reprehendit Balatro.

VT OMNES PRÆC.] fortasse pueri Nasidieni, qui in hoc conuiui ministrabat, erant minus rectè præcincti, erant incomti, ineptique ad ministrandum.

SI PATINAM PEDE L. F.] si quis puer, seu minister non minus ineptus, aut absurdus, quam ago aliquis, offenso pede patinam frangat. Nasidienum notat, qui taleis ministros haberet.

B SED CONVIVATORIS, &c.] id est, quemadmodum imperatoris ingenium in rebus aduersis perspicitur, & elucet, in secundis obscurum est: sic & conuiuatoris prudentiam declarat casus aliquis aduersus, qui in conuiui interuenit. Non pugnat hoc cum eo, quod scribit Cæsar lib. 7. de bello Gall. res aduersas imperatoru auctoritatem minuire.

QVÆC. PRECERIS] quæcumque optes: & εὐχρη. Dij faxint, vt omnia tibi ex sententia succedant. omnia optata tibi à Diis contingant. sic Plautus Añ. Dij tibi dent quæcumque optes.

COMIS] vrbanus, εὐτε ἀπὸ λος, facetus. sat. 4. lib. 1. Hic tibi comis, & vrbanus liberq; videtur.

C ET SOLEAS POSC.] ex hoc loco intelligere, & colligere licet, veteres illos Ro. soleis in triclinio vsos esse, non calceis. his enim vtebatur foris, & in publico. Vtebantur soleis & qui morbo impediti, vel aliqui minus firmi, minusque rectè valentes, publico abstinebant, & domi se continere propter morbum, & corporis infirmitatem cogebantur. sic meretrix illa apud Plautum in Trucul. puerperam simulans, soleas poscit. Dare soleas, atque me intro aditum ducite. Denique vtebatur soleis in cubiculo & triclinio. Iccirco Verri obicit M. Tullius lib. 5. accus. stetit eum soleatum in littore cum pallio purpureo, &c. Prætera hinc etiam intelligimus, conuiuias soleas ponere solitos esse antequam accumberent.

D IN LECTO QVQVE] ex hoc loco perspicuum est, non omnes conuiuias in vno lecto accubuisse, sed plures lectos fuisse. videres autem videtur postum pro audires. audiunt enim suffurri non videntur.

STRIDERE] à verbo strido. sic Virg. Georg. 4. Stridere apes vtero, & ruptis efferruere costis. licebat (inquit) videre, seu audire conuiuias in singulis lectis confurruantibus. Secreta autem aure diuisos suffurros dicit, quia non communiter inter se confurruabant, sed separatim terni in singulis lectis: neque collatis omnium capitibus, sed pro numero lectorum separatis.

NVLLOS HIS MALL. L. S.] Horatius

loquitur. his, id est, quam hos. REDDE] renütia, refer. tralatio est. nam reddere is proprie dicitur, cui datum est, vel qui cri-puit, aut abstulit.

NVM SIT QVQVE FRACTA LAG.] num, quemadmodum aulæ corruerunt, ita etiam lagenæ fractæ sunt.

RIDEVTVR] dum ridetur à conuiuiis: dum rident conuiuiæ, & cachinnantur.

FICTIS RERV] ob res confictas: rebus confictis: quia Nasidienus commendabat suas epulas, suaque condimenta, quæ reuera non erant comendanda: quæque talia non erant, qualia mentiebatur. similia sunt illa, abditæ reru, amara curarum, opaca domorum, &c. quæ notauimus ad Od. 12. lib. 4.

BALATRONE SECVNDO] id est, Balatrone approbante: ex sententia Balatronis: fauente, & applaudente, seu adiuuante Balatrone. sic supra rumore secundo. lege annot. ad epist. ad Fuscum Arist. lib. 1. M. Tull. ad Q. Fratr. lib. 2. Vatinium arbitrato nostro concidimus. Diis, hominibusque applaudentibus. vel dic secundas quasi parces agente, vt quamuis esset magnus derisor, hic tamen ad alios, in ridendo secundum locum obtineret, & secundarum partium esset.

NASIDIENE REDIS MVT. FR.] ΝΑΠΙΔΙΕΝΟΣ πορὴ à Nasidienum. sed hoc sentit: Nasidienus mutata frõris redit, id est, Nasidienus hilarior & latior redit.

MAZONOMO.] genus lancis prægrande. SPARSI] aspersi, cõpersi, vt sat. 4. huius lib. Coryciq; croco sparsum stetit.

PINGVIB. ET FICIS PAST. IEC. ANS.] iecur faginaturn, & auctum pinguis ficis. Athen. lib. 9. scribit, ratio in pretio fuisse veteribus anferis iecur, vt essent apud eos γυνθοσοιοί. id est, anferum pastores, qui anseres ita alerent, vt eorum iecur mirificè augetetur: quod itè tradit Plinius. Ego in Italia idem vidi factitari. sed quo modo, aut qua arte id fieret, non admodum quæsiui: nisi quòd audiebam, dulcia ad eam rem multum conferre. Itaque hodie in Gallia mulier quædam potens & sumtuosa gregem anseru domi melle pascit. Martialis lib. 13. Affice quam tu meat magno iecur anseris manus. Miratus dices: hoc rogo, creuit ubi? Iam pinguis ficus dixit, quia ficcis sunt meliores.

VT MVLTQ SVAV.] tamquam suauius quiddam. sic sat. 4. huius lib. Facundi leporis sapiens scetabitur armos. cod. Tornef. & duo alij habent, Et leporis vulfos.

EDIT] in duob. cod. Vat. Iannof. Torn. Ruf. Nicot. legitur, edit, ab edim is, vt sup. Od. 3. epod. Edit cicutis alium nocentium. sic & Plaut. in Pœnulo, Est domi, quod edimus.

VIDIMVS ET MERVLAS PONI] poni. i. apponi: vt sat. 2. lib. 1. postum sic tangere nolit.

SVAVES RES] appositum est, vt gramm. appellat. merulas & palumbes, suauis res. merula

A illa, & palumbes sine cluie (inquit) suaves res essent, nisi dominus ineptè, & loquaciter de earum naturis & causis differeret: vel nisi nobis narraret harum palumbium, seu paluborum naturas, & quamobrem clunes eis deessent. Sed quid significat his verbis Horatius? vtrum conuiuatorum quorundam ineptias, inscitiam, & stultitiã notat, qui singularum rerum, quæ apponuntur, naturas & causas nimis subtiliter, & odiosè commemorant? Ita fit interdum, vt dum vel ingeniũ suum in tempestiue, atque ineptè ostentant, vel imprudentes aliquid de cibis appositis proferunt, quod parum placeat: conuiuas ab edendo absterreant? atque huc fortasse pertinet, quod scribit Plutarch. lib. 7. sympos. *ἡ δὲ οἴων ἀπορίας, καὶ μύρων ἐρωτᾶν, καὶ ἀπευδάνεσθαι, φορτικὸν κομῆδῆν, καὶ νεοπλάτων, id est, & de vi-
norum, unguentorumque differentia rogare, & quæ-
rere, pingue, & ineptum, & hominis nuper diuitis facti proprium est, an clunes illæ iccirco detractæ erant palumbibus, quod putebant, cum tamen*

partes essent omnium suauissimæ naturæ: & ita carpitur inscitia conuiuatoris, qui palumbiũ partibus eas apponeret, quæ minus lautæ essent: eas, quæ suauitate præstarent, apponi vetuisset, siue sua voluntate, siue ob eam causam, quã diximus? an in clunibus illis vermeis existisse dicemus, quod Acroni placet: & idè defectas esse?

CANIDIA AFFL.] Gratiã, seu Canidiam veneficam, quam, vt apparet, odio Vatiniano persequebatur, etiam hinc insectatur, mordet, & lacerat non mimico, aut satyrico, hoc est, vbano, sed planè hostili, & Theonino dente.

PEIOR SERPENTIB. AFR.] hoc eò pertinet, quòd quæ à serpētibus afflata sunt, quantumvis salutaria sint licet, venenata, & mortifera redduntur. Columella, cauendũq, ne à serpentibus assentur, quarum odor tam pestilens est, vt interimat vniuersos, in quibusdã codicib. manu scri. reperi scriptum atris pro Afris. ego nihil mutò: quamquam atras viperis dixit Oda 4. lib. 3. *ἴτῃ το ab atris corpore viperis, &c.*

EPISTOLARVM LIBER

PRIMVS.

I. AD MÆCENATEM. I.



D R I M A dicte mihi, summa dicende camæna, Spectatum satis, & donatum iam rude, quæris Mæcenas iterum antiquo me includere ludo. Non eadem est atas, non mens. Veianius, armis Hercules ad postem fixis, latet abditus agro: Ne populum extrema toties exoret arena. Est, mihi purgata crebrò qui personet aurem: Solue senescentem maturè sanus equum, ne Peccet ad extremum videndus, & ilia ducat. Nunc itaque & versus, & cetera ludicra pono:

Quid verum, atque decens, curo, & rogo: & omnis in hoc sum.

Condo & compono quæ mox depromere possim.

Ac, ne fortè roges, quo me duce, quo Lare tuter:

Nullius addictus iurare in verba magistri, Quòd me cumque rapit tempestas, deferor hospes.

Nunc agilis fio, & mersor civilibus vndis, Virtutis veræ custos, rigidusque satelles:

Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor,

Et mihi res, nõ me rebus subiungere conor.

Vt nox longa, quibus mentitur amica, dièsque

Longa videtur opus debetibus: vt piger annus

Pupillis, quos dura premit custodia matrum:

Sic mihi tarda fluunt, ingrataque tempora,

quæ spem,

Consiliũq, moratur agendi nauiter id, quòd

Æquè pauperib^o prodest, locupletibus æquè:

Æquè neglectum, pueris, senibusq, nocebit.

restat

A Restat, vt his ego me ipse regam, solèrque elementis.

Nõ possis oculos quãtũm cõtendere Lynceus:

Non tamen iccirco cõternas lippus iungi:

Nec, quia desperes inuicti membra Glyconis,

Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.

Est quãdam prodire tenus, si nõ datur vltra.

Feruet auaritia, miseròque Cupidine pectus?

Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem

Possis, & magnam morbi deponere partem.

Laudis amore tumes? sunt certa piacula,

quæ te

T er purè lecto poterunt recreare libello.

Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator:

Nemo adeò ferus est, vt nõ mutescere possit,

Si modò cultura patientem cõmodet aurem.

Virtus est vitii fugere: & sapientia prima,

Stultitia caruisse, vides, quæ maxima credis

Esse mala, exiguum censum, turpẽmque re-

pullum,

C Quanto deuities animi, capitisque labore.

Impiger extremos curris mercator ad Indos,

Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per

igneis:

Ne cures ea, quæ stultè miraris, & optas:

Discere, & audire, & meliori credere non

vis? (gnax,

Quis circum pagos, & circum compita pu-

Magna coronari cõtennat Olympia, cui spes,

Cui sit condicio dulcis sine puluere palmæ?

D Vilis argentum est auro, virtutibus aurum.

O ciues, ciues: quæreda pecunia primum est,

Virtus post nummos. hæc Ianus summus ab

imo (nẽsque,

Prodocet: hæc recinunt iuuenes dictata, se-

Laeno suspensi loculos, tabulamque lacerto.

Si quadringentis sex, septem millia desunt,

Est animus tibi, sunt mores, & lingua, si-

desque:

Plebs eris, at pueri ludentes, rex eris, aiunt,

Si rectè facies, hic murus athenus esto,

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum est

Nænia, quæ regnum rectè facientibus offert,

Et maribus Curus, & decantata Camillis?

Is ne tibi melius suadet, qui rem facias, rem

Si possis rectè: si non, quocumq, modo rem:

Vt propius spectes lacrymosa poemata Puppi:

An, qui fortunæ te respondere superbæ

Liberum, & erectum præsens hortatur, &

optat?

Quòd si me popul^o Romanus fortè roget, cur

Non, vt porticibus, sic iudiciis fruatur isdem,

Nec sequar, aut fugiam, quæ diligit ipse, vel

odit:

Olim, quod vulpes agrotò cauta leoni

Respondit, referã: quia me vestigia terrent,

Omnia te aduersum spectantia, nulla reor-

sum. (quar? aut quem?

Bellua multorum es capitum. nam quid se-

Pars hominũ gestit conducere publica, sunt,

qui

Frustris, & pomis viduas venentur auaras, &

Excipiãtq, senes, quos in viuaria mittant.

Multis occulto crescit res fanore, verum

Esto aliis aliis rebus, studiũque teneri:

Iidem eadem possuntne horam durare pro-

bantes?

Nullus in orbe sinus Baijs præluet amænis,

Si dixit diues, lacus, & mare sentit amorem

Festinantis heri, cui si vitiosa libido

Fecerit auspiciũ: cras ferramẽta Teanum

Tolletis fabri, lectus Genialis in aula est?

Nil ait esse prius, melius nil cælibe vita.

Si non est: iurat benè solis esse maritis.

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Quid pauper? ride, mutat cenacula, lectos,

Balnea, tonsores: conducto nauigio æquè

Nauseat, ac locuples, quem ducit priua tri-

remis.

Si curtatus inæquali tonsore capillos

Occurri: rides, si fortè subucula pexa

Trita subest tunica: vel si toga disidet im-

par:

Rides, quid, mea cum pugnat sententia secũ?

A *Quod petiit, spernit: repetit, quod nuper omisit:*
Estuat, & vita disconuenit ordine toto:
Diruit, edificat, mutat quadrata rotundis.
Insanire putas sollennia me, neque rides:
Nec medici credis, nec curatoris egere
A pratore dati: rerum tutela mearum
Cum sis, & prauè sectum stomacheris ob riuquem

De te pendentis, te respicientis amici.
Ad summam, sapiens vno minor est Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regū:
 B *Præcipuè sanus, nisi cum pituita molesta est.*

In hac epistola plurima elucet verborum, & sententiarum lumina: elegantissimæ insunt in ea translationes, & allegoriæ, aliæque verborum imutationes, & sententiarum formæ. Res quidem ipsæ e media philosophia petita, atque e liquidissimis Academia fontibus haustæ sunt, vt facile appareat, Horatium iam natu grandem, iocis, & nugis relictis, ad studium seuerius, & sene dignius trāsire meditari. Perpetua autè est in hoc principio tralatio: quâ sic explicio, Mæcenas, què ego primis meis versibus prædicauit, laudauit, atq; ornavi: quèmq; meis vltimis scriptis laudare, & ad immortalitatè cōsecrare institui, debeo quidè certè, tu me ad pristinum illud scriptioris genus, nempe ad versus lyricos, & (si satyræ in scriptis ludicris numerandæ sunt, vt quidam volunt) ad satyras reuocare, & percellere conaris, me (inquam) ex meis scriptis, quæ ad hominum manus peruenierunt, satis à populo cognitū. verum hæc ætas aliam vitam, alios mores, aliud studium denique postulat. versus lyricos feci partim iuuenis, partim ætate virili, ac media: satyras scripti ludibundus: quibus comiter, & vrbane hominū mores reprehendi. neque mihi scribendi vel voluptatem turpem, vel laborem recusandum esse duxi. Nunc autem ætate iam ad senectutem præcipitata, periculum esse puto, ne, si me iterum ad versus scribendos, & ceteras res ludicas conferam, & ita me populi iudicio deintegro committam, & meam canitiem populo deridendam propinem.

PRIMA DICTE MIHI, &c.] sic Hom. *ὅππῃ τῷ βασιλείῳ, ἐν σοὶ μὲν λάξω, σὸ δ' ἄρξωμαι.* id est, in te quidem desinam, abs te autem initium ducam. idem de musis Iouem canentibus. *Ἀρχόμεθα δ' ὑμῶν σι θεῶν, λήγῃσι τ' αἰοιδίῃσι:* id est, Musæ principio carminis sui Iouem laudant, & eius laudibus cantum finiunt. & Theocr. *ἐγκωμ. πλοῦσι. Ἀνδρῶν δ' αὖ Πτολε-*

μῆτος ἐνὶ σπῆρασι λέγεισθαι, καὶ πύματος, καὶ μέστος: ὁ γὰρ ἀεθφῆρετος ἀνδρῶν. id est, Vi-
 rorum autem in primis Ptolemaus dicitur, & vltimus, & medius. hic enim est hominum præstantissimus. & Theognis, *ὦ ἄνα Διτῆς υἱέ, Διὸς τέκος, οὐ ποτε σῶο Λήσσυμι ἀρχόμενος, ἐδ' ἔσποπαυόμενος.* id est, O rex Latonæ filii, Iouis suboles: nūquā tui obliuiscar, neq; in principio meorum carminum, neque in extremo. Ex hoc loco argumentantur quidam epistolas postremo loco ab Horatio esse scriptas, & postremo loco esse locandas.

S V M M A] suprema, vltima, vt Ode 28. lib. 3. *summo carmine, quæ Cnidon, Fulgentisq; tenet Cycladas.*

SPECTATVM SATIS] satis perspectum, & cognitum, *δοκιμασθέντα.* nota sunt illa loquendi genera apud M. Tull. *spectata virtus, spectata fides, spectata nobilitas,* quæ translata sunt ab histrionibus, & gladiatoribus. Terent. in Andr. *enimvero spectatum satis putabam, & magnum exemplum continentia.* pertinet etiam interdū ad nummos. Plaut. in Persa. *Non hercle qui nunc hoc dem spectandum.* scio. Ouid. 1. de Trist. eleg. 4. *scilicet hoc fuluum spectatur: in ignibus aurum, Tempore sic duro est experienda fides.*

E T DONATVM IAM RVDE] liberati gladiatores, rude donabantur. M. Tull. Philip. 2. *Tam bonus gladiator rudem tam citò accepisti?*

ITERVM ANTIQV. M. INCL. L.] translatio sumta à gladiatoribus. significat autè per ludum antiquum, versus lyricos, atque amatorios, & fortasse etiam satyras, & omne genus versuum. Iam hoc genus loquendi *quæris includere,* Horatio vltatum, vt annotauimus ad Od. 15. libri 1.

VEIANIVS] gladiatoris nomen. HERCVLIS AD POSTEM FIXIS] Herculi consecratis, & ad eius ædem suspensis. Nam qui artem aliquam desinebant, eius artis instrumenta eiusdem artis præsidii deo sacrabant, & in eius dei templo suspendebant. Virgil. Melibæo, *Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.* per postem autem templum significatur. Virg. Æneid. 5. *Neptuni sacro Danaüs de poste refixum.*

L A T E T A D D I T V S A G R O] delitescit in agro, arte armorum ludicra omiffa.

N E P O P V L E X T R. T O T E S] id est, ne toties populo supplicet, vt cum libertatem exoreret, sed potèstne sapius exorari, seu obtineri libertas? eueniebat interdum, vt boni gladiatores, tamen à populo libertatem obtinuissent, tamen propter excellentiam, in ludum iterum, atque iterum reuocarentur, atque adeò retraherentur. quam explicationem si probabimus, intelliguntur hæc esse dicta ad laudem Veianii, tanquā boni gladiatoris: & ita Acro & Porphyrio. Sed mihi magis placet Turnebi, viri ingenio & doctrina excellentis, sententia: qui hūc locum sic explicat: ne Veianius à pari suo victus, & ita iamiam ab co iugu-

A iugulandus, à populo supplex salutè petat: quam quidem sæpius victus Veianius, sæpenumerò exorauit, & ita malus gladiator fuit. Iā locus, in quo gladiatores decertabant, arena appellabatur. *extrema* autem dixit, quia ab extrema parte arene boni, & victores gladiatores à populo libertatè, mali, & victi, salutè petere solebant. Sed non dissimulabo lectori, me reperisse scriptum in plerisque libris manu scr. *exoret*: vbi alij habent *exoret*. quæ fortasse vera & recta scriptura est. hanc quidem vulgatè anteponit Simeo Bosius. *exoret* autem, vt reperi annotatum in duobus libris manu scr. id est, ludo decorat. gladiatores enim dabantur populo: ex quo munus gladiatorum.

P V R G A T A M] sic Plautus mil. glor. *Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus.* contrà epist. prox. *Auricularis citharæ collecta sorte dolentis.*

P V R G. C R. Q. P E R S. A V R E M] id est, B qui me crebrò moneat non auerfum à monitis. *personet aurem* autem idem valet, quod per aurem sonet: quale est illud Od. 7. lib. 2. *quis vdo Deproperare apio coronas. Cūrārove myrto?* pro eo, quod est, de vdo apio properare coronas curat, aut myrto. cuius generis aliquot exempla ad illū locum collegimus. alioqui *personare* verbum est absolute & compositum: quod cū sexto casu iungi solet, vt Od. 17. lib. 1. *dulci Tyndari fistula Falles, & vstica cubātis Lanvia personare saxa.* & M. Tull. in Pionem, *cum collega tui domus cantu, & cymbalis personaret.* vide plura ad Od. illam 17. lib. 1.

S O L V E S E N E S C E N T E M] huc pertinent versus Ennii, *sicut fortis equus, spatio qui sape supremo vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.* Solue autem, id est, deiunge à curru. Atque ita Homer. *λύειν ἵππους ἐξ ὀχθῶν:* vt ἱλ. 15. *λύεται ἐξ ὀχθῶν:* & item sape alibi.

I L I A D V C A T] agrè spiritum ducat, (spiritus difficultate laboret, ilia trahat, vt loquitur Plin. lib. 26. & item Lucanus quodam loco: anhelet, propterea scilicet, quòd septem illa Circi sparia decurrere non possit.

V E R S V S, E T C E T E R A L V D I C R A] omnes ferè per versus, & ludicra, carmina lyrica significari putant. Non desunt tamen, iūq; docti, qui etiam satyras in numero scriptorum ludicrorum habent, multòq; adeò magis, quàm Odarū libros. Sic enim disputant illi, Satyrarum locutio sermo merus est, nihilq; ex satyris Horatius, præterquam risum legentium, querit. Praterèa duobus locis satis aperte declarat, satyras scriptioris genus esse ludicrum: vno, qui est sat. 10. lib. 1. *hæc ego ludo, quæ nec in æde sonent, &c.* altero, qui est fat. 5. eiusd. *vbi quid datur or I, illud chartis.* Ego iudicium meum non interponam. hoc tantum dicam, in satyris multū quidè inesse vrbanitatis, & comitatis, & iocis: sed Horatium tamè, dum ride- res, & iocari, & ludere videtur, plerumque in eis res serias agere: hūc autè satis planè (vt mihi quidem videtur) quid sentiat, verbis exprimere, atq; eloqui, nempe se versuum faciendorū finem fa-

cere, iocos omnes, amores, conuiuia, nugas, res omnes ludicras denique omittere, selesque totū ad philosophiam, tanquam vitæ superioris emendatricem, & omnium virtutū, vitæque adeò beatæ effectricem, conferre in animo habere: quibus cōsentaneū est illud in epist. 2. lib. 2. in extremo. *dimirum sapere est abiectū vtile nugis: Et tempestiuum pueris concedere ludum, Ac non verba sequi fidebus modulanda Latinis: sed veræ, numerosque, modòsque ediscere vitæ.* Idem cadè epist. duabus antè pagellis, ait annos, & ætatem ingrauescētē sibi cripuisse *iocos omnes, Venerem, conuiuia, ludum, Tendunt præterea* (inquit) *extorquerè poemata.*

A T Q V E D E C E N S] atque honestum, seu decorum. *πῆ καλὸν καὶ ἀρετὸν, ἢ τῶν ὀνίων.*

O M N I S I N H O C S V M] totus in hoc sum. sic fat. 9. lib. 1. *Nescio quid meditans nugarum, totus in illis.* Nam omnem hūc posuit pro toto. Sic Homerus, ἱλ. λ. πῆς δ' ἄρα χαλκῷ Λάμψ, ὡσερροπη. id est, omnis vtiq; ferro splendebat, vt fulgur. sic idem Horat. Od. vlt. lib. 3. *Non-omnis mo-riar, magna que pars mei Vitabit Libitinam, &c.*

C O N D O, E T C O M P. Q V A M. &c.] non dicit, se ca scribere, quæ mox in lucem edere, & diuulgare possit, sed ea cōgerere, & recondere in animo, quæ mox ad vsum suum, & ad rectè, sapienter, & virtuti cōuenienter viuendū facultatem fumere, & deprimere queat. allegoria est ducta ab agricolis, qui fructus perceptos, & frumentum condunt. M. Tull. in Catone maiore. *non serendis non percipiendis, non condendis fructibus:* vel ab iis, qui in penu, seu in apotheca recondunt res ad victum necessarias, quas suo tempore depromant: & quibus, cum opus sit, vtantur. vt epist. 2. huius lib. *valeat possessor oportet, si com- portatis rebus bene cogitat vti.* His adde exemplum formicæ, quod est fat. 1. lib. 1.

Q V O M E D V C E] quo duce, id est, quo auctore, & principe, *τινὶ ἀρχηγῆτι.*

Q V O L A R E] qua familia: seu quo familiæ duce, erant enim plures philosophorum familia Aristotelis, & Academicorum, familia Aristotelis, & Peripateticorum, Zenonis, & Stoicorum, &c. familiæ autè dicebantur, quia quemadmodum qui sunt eiusdem familiæ, eiusdem sunt nominis, atque adeò cognominis: ita qui eundem in Philosophia ducent atque auctorem sequuntur, communi nomine, seu cognomine appellantur: vt Zenonis discipuli & sectatores, Stoici: Arcefila, noui Academici: Aristotelis, Peripatetici: Aristippi, Cyrenaici. sic Oda. 29. lib. 1. *Socraticam domum dixit, pro familia Academica, & iis, qui à Socrate orti sunt.*

N V L L I V S A D D I C T.] videtur significare, se esse Academicum; quorum est nulli rei assentiri. qua de re M. Tull. lib. de finib. Sed quòd ait se nullius in verba magistri iurasse, idem ferè dicit M. Tull. aliis verbis, in proem. lib. 4. *Tull. cul. nos institutum tenebimus, nullis que vnus disciplina legibus astricti, quid sit in quag, re maxime pro-*

A *babile, maxime requiramus.* Idem in proem. lib. 2. notans, ac describens eos philosophos, qui vni disciplinae se se dederunt, eodem verbo vitur, quo Horat. *no s'g, ipsos redargui, refellique patiamur. quod ij ferunt iniquo animo, qui certis quibusdam, destinatis sententiis quasi addicti, & consecrati sunt, eaq; necessitate constructi, ut etiam, quae no probare soleant, ea cogantur constantia causa defendere.* In voce *addictus* quidam subintelligunt *sum*, sed minus recte. nam pertinet ad verbum *deseror*, quod sequitur. Addicti autē proprie dicebantur debitores, qui, cum damnati iudicatum soluere non possent, nexi, creditoribus in seruitutem addebantur.

IVRARE IN VERBIS] supra Od. 16. epod.

Sed iuramus in hac. & Od. 15. In verba iurabas mea.

QUO ME CVMQVE RAPIT, &c.] tralatio perpetua est à nauigantibus ducta. significat, se seruire temporibus, id est, pro natura, & ratione temporum hanc, vel illam disciplinam, non semper vnam, eandemque sequi ac probare.

AGILIS] quasi ad agendum promptus, & expeditus, *ορακ'ιχος*, vt epist. ad Loll. 2. hoc libro; *agilem, nauumque remisit.* & epist. ad Iul. Flor. cod. lib. *Qua circumuolutas agilis thyma?*

ET MERSOR CIVILIB. VNDIS] idē dicit. significat enim, se interdum Stoicorum, aut Peripateticorum disciplinam colere, ac probare, qui sapientem à reip. administratione non auocant, vt mox ex M. Tullio ostendemus: interdum Cyrenaicis & Epicureis assentiri, qui sapientem ad remp. accessurum negant. M. Tull. in orat. pro

C Sext. de Epicuro, *sapientem omnia sua causa facere, remp. capeffere hominē bene sanū non oportere. mersor* autē scriptū reperi in trib. cod. Var. & Iann. Clericano, Nicotianis, Ruffard. & sanē magis conuenit *vndis* hoc verbum, quā *versor*. sic ferē Catull. ad Manlium, *Accipe, queis merser fortuna fluctibus ipse.*

VIRT. VERÆ CVST.] quales sunt Stoici, qui summum bonum, & vitam beatam in virtute ponunt: aiuntq; etiam sapientem ad remp. administrandam accessurum, M. Tullius lib. 3. de finib. sub Catonis persona, *Cum autem ad tuendos, conseruandōsq; homines hominem natū esse videamus: consentaneum est huic natura, vt sapiens velit gerere, & administrare remp.*

NVNC IN ARIST.] à quo Cyrenaica disciplina manauit. M. Tullius Offic. 3. *Atqui ab Aristippo Cyrenaici, atque Annicerij nominati omne bonum in voluptate posuerunt, &c.* de quo plura dicemus ad epist. ad Scauam, hoc lib.

SVBI VNGERE] sic habent tres lib. Vatican & item Iann. Faër. Tornē. Rain. Card. Clericanus, Nicotiani, Ruffard. quam scripturam probō, vt germanam, & veram, reiecta altera, vt suppositiua: quamuis & verbum *summittere* sciam huic sententiæ cōuenire. Sed quomodo Aristippus res sibi subiungebat, non se rebus: eò quòd nulli certo generi vitæ, nullo certo vestitui, nec cultui addictus, aut alligatus erat: sed liberè & sine vllō

reprehensionis metu pro tempore, hunc, vel illum vitæ cultum sequebatur ac probabat: vt epist. 17. eod. lib. *Omnia Aristippum decuit color, & status & res, Tentantem maiora, ferē presentibus æquum, &c.* paullo post de eodem, *Alter purpureum non expectabit amictum, Quilibet indutus celeberrima per loca vadet, Personamque feret non inconcinuus vitæque.* Atque hæc, nuper mihi indicauit Simeo Bosius Lemouix.

VT NOX LONGA] similitudo, seu *ὄξυβολη* multiplex, ducta ab amantibus: ab iis, qui suas operas locarunt, quiq; operas dant diurnas mercede conducti: & à pupillis, quos matris custodia coërcet.

AMICA] *ἑταῖρα*, vt epistol. ad Vallam lib. 1. *Quod me Lucanus iuuenem commendat amica.*

OPVS DEBENTIB.] iis, qui cōducti sunt, vt opus faciant.

MORANTVR] id est, retardant.

SIC MIHI TARDA FL.] *ἀνταπόδοσις*, tarda fluunt. i. tardè eunt, tarda sunt, seu videtur. tralatio à fluminibus, tale illud, *Tempora labuntur, &c.*

AGENDI NAVITER ID, QVOD, &c.] philosophandi. nam sapientiæ studium æquè pauperibus, ac diuitibus prodest, eiuſdemq; neglectio æquè pueris, ac senibus nocet.

RESTAT, VT HIS EGO ME, &c.] cūm impeditus duris temporibus, & potentiorum, ac principum amicitia non possim operam omnem in studium sapientiæ conferre, restat vt his primordiis, & elementis philosophiæ me contentū esse oporteat.

NON POSSIS OCVLVS] à simili. Et si aliquis (inquit) tantūm oculorum faciem intēdere, seu contendere nō possit, quantum Lynceus, non tamē oculorum morbum negligere debet. *Contendere oculo* autem in omnibus quidem libris manu scriptis scriptum reperi, (nisi quòd in vno videbatur deletum fuisse. s. post. o. in voce *oculo*) non potui tamen non probare Ioannis Passeratij coniecturam, qui putat legendum potius, *oculos*, vt dicimus contendere neruos, vires, aciem oculorum. Quin ego cūm diligentius attendi, cōtendū legendum esse *oculos*. Quemadmodum enim Latinè dici non potest, *non possis oculo tantum certare, quantum Lynceus*: ita neque, *tantum contendere oculo, quantum Lynceus*. Confirmari potest hæc lectio auctoritate Afran. Homin. *Contendit oculos, derepente abijt celo:* & Attij, Tereo. *video ego te, mulier, more muliarum utier, vt vim contendas tuam ad maiestatem viri.* Sed quid plurius testimoniis opus est: vnus Lucretius erit nobis instar omnium.

Sic igitur politissimus ille scriptor lib. 1. *Primum Graius homo mortaleis tendere contrā Est oculos ausus, &c.* sic enim legendum, & ita scriptum esse à Lucret. restantur grammatici veteres: & ita edē dum propediē curabo, quamuis priorib. editio nibus religione quadam impeditus, id facere nō sim ausus.

ALYNCEVS] de Lyncco notissima fabula est, eum vsque ad eò ceteris oculorum acie præstitisse, vt, quæ apud inferos agerentur, videret. sed plura de eo diximus ad fat. 2. lib. 1.

INVNGI] quidam libri vet. habent *inungui*. **N**EC, QVIA DESP. INVICTI. &c.] Glyconē athletā, aut pugilē fuisse verisimilis est quā gladiatorē. De quo nihil equidem me legere memini: de Glaucone multa memoria prodita sunt. commemorat eum Demosthenes in oratione *περί τρωάδης*: de eodem multa Suidas.

NODOSA] quæ veluti nodis quibusdā vsū manuum, & articulorum impedit. cessantē morbum appellat epist. 15. eiusd. lib.

EST QVADAM PROD. TEN.] licet vsque ad certum aliquem finem progredi, si nō licet superare, aut trāsgredi. in tribus codicib. Vatican. & Torn. & aliquot aliis, scriptum est, *Est quodam*, ex qua scriptura feci *Est quādam*, quæ sine dubio vera est.

VERBA ET VOCS] id est, carmina, & cantiones, &c. (vt Græci vocant) *ἑπῶδαι*: sed significat *ἀλληγορικῶς* sermones philosophicos. M. Tull. *ἑπῶδαις* quas appellant Græci, cantiones videtur nominare in lib. de claris orator. *Cum ego pro Titinia Cotta perorauissem*: ille [Curio] contra me pro Seruio Nauio diceret, *subiò totam causam oblitus est, idq; veneficiis & cantionibus Titinia factum esse dicebat.* Horatius hinc voces, alibi carmina appellat, vt & Virg. Pharmaceutria: *Carmina vel celo possunt deducere lunam.* Tibullus cantus lib. 1. eleg. 8. *Cantus vicinis fruges traducit ab agris: Cantus & irata detinet anguis iter.* sic nutrix illa apud Euripidem in Hippolyto, Phædra amore Hippolyti captā, & ex eo amore grauitè laborantem consolans dicit, voces esse nonnullas, & quædam carmina, quibus illa agritudinem suam leuare possit, his verbis, *Εἰσὶν δ' ἑπῶδαι, ἃ λῶροι θελήθησι. Φαῖσεται π' τις δὲ φάρμακον νόσῃ.* id est, sunt autem voces, seu cantiones, & sermones, ad mulcendum compositi. Reperietur aliquod huius morbi remedium. Veteres autem tantam vim in huiusmodi carminibus, seu cantionibus inesse putabant, vt eas etiam morbis, & vulneribus mederi existimarent. Itaque Homer. *ἰδ. τ.* sanguinem ex eo vulnere, quod Vlyſſis femori aper. infixerat, manantem, facit *ἑπῶδῃ*, id est, carmine, seu cantione, & quibusdam vocibus cohiberi, his verbis, *Ὠτειλῆ δ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος ἀντιθέοιο Δῖσιν ἔπιταυδῆνος ἐπαοιδῆ δ' ἄμμα κελαιῶν Εχχέων.* id est, vulnus autem Vlyſſis omni culpa carentis, & diis comparandi, obligarunt scienter: carmine autem sanguinem nigrum represserūt. Et Pindarus *ἑδ. γ. τυθ.* cūm exposuisset, Æsculapium Chironi in disciplinam esse traditum, vt ab eo medendi scientiam discerret, atque ad Æsculapiū postea conuenire & concurrere solitos, qui aut morbis affecti, aut vlcerosi, aut faucij essent, subiungit ad extremum, eam fuisse in Æsculapio artis præstantiā, vt quotquot

ad se venirent ægri, aut debiles, aut vulnerati, omnibus malis ac laboribus leuatos abs se dimitteret, alios carminibus curans, alios potionibus, alios pharmacis, & medicamentis foris admotis, alios adhibita sectione. verba Pindari sunt hæc, *τῆς μὲν μαλακῆς ἐπαοιδῆς ἀμφέπει, τῆς δὲ περσοῦν ἐπινοίας, ἢ γυῖος ἀεὶ ἀπὸν πάλιοθεν φάρμακα, τῆς δὲ τομῆς ἐτασση ὀρθῆς.* Idem *ἑδ. η. Νεμ.* *ἐπαοιδῆς δ' ἀνὴρ νόδων καὶ τις χέματον θῆκεν.* id est, carminibus autē, seu cantionibus quispiam doloris sensum ademit. Habuit, & Medæa suas *ἑπῶδαις*, de quibus Pausan. in Corinth. Plato quoque in Euthydemo eorum artem, qui orationes componunt, cū arte extantatorum comparat, quia, quemadmodum hæc viperas, phalangia, scorpions, & huiusmodi animalia pestifera, & morbos lenit, ac permulcet: ita illa iudicum, contionis, & multitudinis animos delinire solet. verba Platonis sunt hæc, *ἢ μὲν γὰρ ἑπῶδῶν, ἔχων τε, καὶ φαλαγγίων, καὶ σκορπίων, καὶ τῶν ἄλλων θηρίων τε καὶ ἰσῶν κίλησις ἔστι. ἢ δὲ δικάσῶν τε, καὶ ἐκκλησιασῶν, καὶ τῶν ἄλλων ὀδύμωθια τυχάνει ἔσσει.*

LAVDIS AMORE TVMBES?] *φιλοτιμῆς*, ambitiosus es? ambitione laboras? apto verbo vsus est, ad exprimendum ambitiosi mortuum.

PIACVLA] *καθάρματα*. sup. lib. 1. Od. 28. *Tæque piacula nulla resoluent.*

TER] *τεῖς*, numerus est perfectus, vt annotauimus ad Od. 1. lib. 1.

PVRE] sacra enim omnia debent tractari à puris. At philosophia studium, sacrum est: & libri philosophici, sacri sunt. Quare nemo ad eorū lectionem accedere debet, illotis, & impuris manibus: hoc est, animo impuro. iccirco dixit *pure lecto*.

RECREARE] *ἀναζωπυροῦν*, fat. 2. lib. 2. *sen recreare voles tenuati corpus.* & 4. eiusd. *Tofis marcentem squillis recreabis, & Asra Potorem cocblea.*

AMATOR] *ἑραστής*, amator (inquit Donat.) corporis est, amicus animi.

NEMO ADEO FERVS EST] nemo adeo vitiosus est, quin virtutē consequi nemo adeo immanis & ferus, quin exuere feritatem, & humanitate expoliri possit. Est autem vsus duabus translationibus, quæ mutuo nō respondent, *ferus*, & *mitescere*, cūm fera, id est, *ζῷον*, mansuescant potius, seu cicurentur: ac fera mitescant, præterea in voce *cultura* alia trāslatio inest: qua & M. Tull. vsus est *Tusc. 2. cultura porro animi philosophia est.* Theognis autem ait, animi morbos nulla medicina sanabile esse, quòd si Deus (inquit) hanc medicis vim, ac facultatem dedisset, vt vitium tollerent, & malam mentem sanare possent, magnam mercedem ferrent.

VIRTVS EST VITIUM FVG.] **Q**uin. tit. lib. 9. cap. 3. vbi disputat de figuris verborum, ita hunc locum explicat. *Interim etiam dubitari potest, cui simile vitio sit schema: vt in hoc. Virtus est vitium fugere. Aut enim partes orationis mutat*

A ex illo. Virtus est fuga vitiorum: aut casus ex illo, virtus est vitium fugere. Lucilius apud Laetantium Firm. multo plura in definitionem virtutis includit. sic enim ille, Virtus, Albine, est pretium persolvere verum Quis in versatur, quis vitium rebus potesse: Virtus est homini scire id, quod quæq; habeat res: Virtus scire homini rectum, vile, quid sit honestum: Quæ bona, quæ mala item, quid inutile, turpe, inhonestum: Virtus quærendæ rei finem scire, modumque: Virtus divitiis pretium persolvere posse: Virtus id dare, quod re ipsa debetur honori, Hostem esse, atque inimicum hominum, morumque malorum, Contrâ defensorem hominum, morumque bonorum: Magnificare hos, his bene velle, his vivere amicum: Commoda præterea patria sibi prima putare: Deinde parentibus, tertia iam, postremaque nostris.

B EXIGVVM CENSVM,] infra epist. 7. civitatem lib. Praeconem tenui censu. & Od. 15. lib. 2. Priuatus illis census, erat breuis. vbi quid sit census, do cuimus.

TVRPEM QVE REPVLSAM] cur turpem? quia turpe est petiisse magistratum, & non obtinuisse. sed M. Tull. in orat. de Harusp. respõs. eos repulsos esse dicit, non qui aliquando honorem vitio ciuitatis, non suo, non sunt affecti: nam id quidem (inquit) multis sæpe optimis, atque honestissimis viris accidit: Repulsi sunt is, quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parantes, quos apertissime largientes non solum alieni, sed etiã sui, vicini, tribules, urbani, rustici repulerunt. Hæc igitur dumtaxat repulsa, Ciceronis sententia, turpis est. est & fordida, & eius expers virtus est: vt Oda 2. lib. 3. Virtus repulsa nescit fordida, in-

C Contaminatâ fulget honoribus.

CAPITVS QVE] id est, & corporis. ex parte corporis nobilissima ac præstantissima totû corpus intelligitur. Sic sæpe Homerus, Virgil. & item alij.

IMPIGER EXTR. CVRR. MER.] nauigas ad Indos. nam currere, & cursum, ad navigationem pertinere: & currum pro nauî vsurpari supra ostendimus. mercatores autem (ἐμπόρευς nominant Græci) à mercibus & mercando sunt appellati, quod merces aliunde petant, siue ementes, siue permutantes, quas in patriam suam deportent, vt eas plures distrahant. cui rei multum dissimilis est negotiatorû ratio. negotiatur enim vel arando, vel pascendo, vel pecuniis occupandis, vel vectigalibus cõducendis. Impiger autem nomen est adiectum ad verbi vim adiuuandam atque augendam: quasi impiger curris dictum sit pro impigrè curris.

PERMARE, PAVPERIEM FVGIENS, &c.] Theognidem videtur expressisse: ἄλλ' ἄρα ὁμῶς ὅτι γλυτὸν τε, καὶ εὐρῆα νότα βαλάουσι Δίεσθαι χαλεπῆς κούρης, λῦσιν πεινῆς. id est, oportet enim similitur & super terram & super lata terga maris paupertatis solutione, seu liberationem Cyne quærere. Idem alibi non solum per mare currendum cõset, vt paupertatem fugiamus, verum etiam in mare desiliendum, &

ex altis, ac præruptis saxis præcipitandû, his verbis, Ἦν δὴ γῆ φεύγοντα καὶ εἰς μεγάλητα πτόγον Ριπίειν καὶ περὶ ὧν, κέρνε, κατ' ἡλιγάτων.

PER IGNEIS] per ignem, seu per igneis ire dicuntur, qui quippiam magno cum sui capitis periculo moluntur. Aristoph. in Lystrata κερὶ με γῆ ὄξ τῷ πυρός, Θέλω βαδίσειν. etiam si me opus sit per igne, volo ire. Hom. ἰλ. κ. τῆτου δ' ἑσπυρῶνιο καὶ ἐκ πυρός ἀθρομῶνιο Ἄμφω νοστήσαι μιν, ἐπεὶ περὶ οἶδε νοῆσαι. id est, Hoc autem (Vlyste) comitante vel ex igne ardete nos ambo incolumes recertamur: quoniam supra omnibus mortaleis est intelligens, M. Tull. Tuscul. lib. 2. in extr. Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? quæ flamma est, per quam non cucurrerint is, qui hæc olim punctis singulis colligebant?

NECVRES EA, QVA, &c.] hæc est huius loci sententia. vt rem familiarè augeas, paupertatemque fugias, terrâs omneis, & maria omnia peragras: vt non cures autem, & vt contemnas ea, quæ tultè admiraris, & concupiscis, quales sunt diuitiæ, honores, opes, potentia: discendi laborem perferre non vis, nec prudentiori, sapientiori; credere: ne hoc loco valet vt non, ne quis putet prohibendi vim habere: estq; hic ordo verborum, non vis discernere, & audire, & meliori credere, ne cures, id est, vt de sinas curare, seu vt ne cures ea, quæ immeritè & insipienter miraris & exoptas: nempe bona externa.

QVIS CIRC. P. ET CIRC. COMP. PVGNAX MAGNA COR. CONTEMN.] Quis homo pugnax, & vir fortis, in paruis, & vulgatis certaminibus ætatem suam consumere, virisq; contere velit: certamina autem nobilissima, qualia sunt Olympica, contemnat, præferim cui vincendi spes proponatur, condicioque feratur non magno admodum labore suscepto? profectò nemo. Ita stultum est pecuniarum, & inanissimarum rerum gratia totam vitam in molestissimis curis, & laboribus traducere: animorû autem sanandorum, & sapientiæ parandæ causa discendi laborè perferre nolle. M. Tull. in orat. H pro Flacco ait iocans, & Græcos irridens, Olympicorum certaminum victoriam Græcis maiorè, & gloriofiorem fuisse, q̃ Romanis triumphum. Et Plato Olympicarum vitam pro beatissima posuit, lib. 5. de rep. vbi enumeratis iis cõmodis, quibus fruuntur: & incommodis, quibus liberantur ciues is, quibus inter ipsos bona fuerint communia, subiicit: ab his igitur malis omnibus erunt liberi, vitamq; viuè Olympicarû vita beatiorè. verba Platonis sunt hæc, Ἐἰς αὐτὰ τε τῶ μαχεριστῆ βίου, ὃν οἱ ὀλυμπιονίχη ζωσι, μαχεριστῆρον. coronari olympia autem, genus est loquendi Græcum, pro coronari Olympicorum nomine. sic enim loquuntur illi, ἑσπυρῶνιο Ὀλύμπια. Simonides, ἰσθμια, δὲ Νέμεα, δὲ Ὀλύμπια ἑσπυρῶνιο: id est, Isthmia, bis Nemea, bis Olym-

A Olympia coronatus sum. ex Hephæstione: què locum mihi indicauit Simeo Bosius.

SINE PVLVERE] sine labore, Græci ἀνοιήσι dicit. Pausan. Ἠλιακ. β. τότε ἦ δὴ τῶ παύρατις τῶ νικητῆ ἀγῆρ ἐκ Μαντινέας Δρομῆδὲς ὄνομα ἄρῶτος, ὃν ἴσμεν, ἀνοιήσι λαβείν λέγεται. Tunc igitur Pancratiu victoriam vir Mantineus, nomine Dromeus, seu Cursor primus, quem quidem sciamus, sine pulvere consecutus esse dicitur. & Lucianus in dialogo quodâ, ἀνοιήσι παρατήσομεν, id est, sine pulvere vincemus. Horatius Oda 1. lib. 1. sunt quos curriculo puluerem Olympicu Collegisse iuuat, &c.

DVLGIS PALMÆ.] dulcis victoriæ. M. Tull. accus. lib. 5. Ipse autem triumphus quamobrem omnium triumphorum gratissimus populo Ro fuit, & iucundissimus? Sed licet etiam dicere Horatium palmæ naturam spectasse, cuius fructus gustatu dulcis est, dulcis medulla, quæ appellatur. lege Plinium lib. 13. cap. 4.

VILIVS ARG.] argento carius est aurum: vilius, εὐτελέστερον.

OCIVES, CIVES] Epanaphora.

VIRTVS POST NVMMOS] huc pertinet illud Phocylidis, quod refert Plato lib. 3. de rep. his verbis, φωνυλίδης γὰρ, λέω δ' ἐγὼ, ὅτι ἀκέρεις πῶς φησὶ δέειν, ὅταν τῷ ἡδὴ βίος ἦ ἀρετῶ ἀσκέειν; id est, Phocylidem (inquam) non audis, quemadmodum dicat, cum alicui suppetunt viuendi facultates, tum virtutem colere, atque exercere oportere?

IANVS SVMVVS AB IMO] via quædam à Iani templo, seu à duobus Ianis, qui positi erant in foro Romano, non longè à Puteali, Romæ Ianus summus, medius, in finibus, fuit appellata, in qua trapezite, & feneratorum habitabant. M. Tull. offic. lib. 2. in extremo, sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de vitanda, commodius à quibusdam optimis viris ad medium Ianum sedentibus, quàm ab vllis philosophis vlla in schola disputatur. & Philipp. 6. Ianus medius in Antony clientela sit? quis vnquam in illo Iano iuuetur? erat autem templum Iani in foro Romano: vt & duo Iani: à quibus Ianum summum, & Ianum imum, & Ianum medium esse dictos, verisimilitus est, quàm à Iani templo.

PRODOCT] sic est legendum, & ita scriptum reperi in trib. cod. Vatic. & Rain. Card. Iann. Faër. Torn. prodocere autem est foris, & palam, & publicè docere. pro enim, vt alibi admonuimus, sæpe idem valet in compositione, quod foris, seu foras, & palàm.

RECINVT] id est, iterum atque iterum canit. Od. 12. lib. 1. cuius recinet iocosa nomen imago? & Od. 28. lib. 3. Tu curua recines lyra Latonam, &c.

DICTATA] tralatio est à magistrorum dictaris. epist. ad Lol. 2. huius lib. Sic iterat voces, & verba cadentia tollit, vt puerum credas sano dictata magistro reddere. M. Tull. de finib. 4. quæ quidem res

efficit, ne necesse sit isdem de rebus semper quasi dictata decantare. Idem ad Qu. Fratr. lib. 3. præsertim cum illam orationem nemo lecturus sit: meam in illum pueri omnes tanquam dictata, perdiscant.

LAVO SVSPENSA LOCVLVS] hic versus repetitur sat. 6. lib. 1.

SI QVADRING. SEX SEPT. MILL. DES.] id est, si quadringentis millibus sestertium, qui census erat equestris, sex, aut septem millia defunt, nõ eris eques: at plebs eris, id est, de plebe, seu plebeius: beatè autem viuere licet, etiam si quis non sit eques. Nonnulli lib. ver. habent, sed quadring. quam scripturam si probabimus, erit obiectio. sunt qui habent defint: & tum erit concessio. Iam sex septem dictum pro sex, aut septem. sic M. Tull. ad Att. lib. 10. ep. cuius principium est, Et si res ipsa moneat, &c. quippe qui florissimus, ac nouus VI. VII. diebus ipsi illi egent, ac perditæ multitudini in odium acerbiss. venerit. Terent. Eunuch. actu 2. illum liquet mihi deierare His mensibus sex septem prorsum non vidisse proximis: Lucr. lib. 4. sex etiam septem loca vidi reddere voces. Sed videntur potius hæc verba & distinguenda, & sic esse intelligenda. si quadringentis sex septem millia defunt, &c. id est, si quadringentis millibus deest vnum mille. Nam si de quadringentis sex millibus demantur septem millia, remanebunt dumtaxat trecenta nonaginta nouem millia. Atque hanc huius loci explicationem magis probo, & item viri docti. in his Iulianus Medicus, vir clarissimus, idemque castissimus & integerrimis moribus, antistes ecclesiæ Blitherensis. verum nõ celabo lectorem, me repperisse scriptum in octo libris manuscr. sed quadringentis, &c. vt paullo, antè admonui: quæ scriptura si cui probabitur, sic erunt hæc accipienda, quæ sunt eius verba, sic dicat se non posse peruenire ad equestris ordinis dignitatem, quia non habeat quadringenta millia aris: quem voluit esse cẽsum equestris ordinis L. Roscius Otho.

SVNT MORES ET LINGVA, FID.] quidam lib. vet. hab. sunt mores, est lingua, fidesque.

PLEBS ERIS:] plebeius eris, de plebe eris.

AT PVERI LVD.] quidam lib. veter. habent, vt pueri lud.

REX ERIS] vel referendum est ad veterem loquendi consuetudinem, quæ etiam ad nostram ætatem peruenit: rex sum: pro fortunatissimus, & beatissimus sum: vt apud Plautum in Pænulo. Rex sum. si ego illum hodie hominem ad me allexero, sic & Aufonius. Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit rex. vel ad ludum illum puerorum, qui commemoratur à Platone in Theæteto. cuius verba mox ponemus.

HIC MVRVS AHENEVS ESTO] id est, in hac vna re totius vitæ tuæ præsidium sit positum, vt nullus flagitij tibi conscius sis, & ab omni culpa vaces. hæc sit tua arx, tuumque propugnaculû, nullius turpitudinis tibi esse conscium.

A Videtur autem spectasse Horatius locum illum Platonis lib. 6. de legibus, ubi dicit Socrates, se Spartæ assentiri, muros in terra iacere, esse negligendos, neque de integro excitandos: laudatq; cuiusdam poetæ dictum, τὸ χαλκῆ καὶ σιδήρῳ δέν εἶναι τὰ τέχνη μάλλον, ἢ γῆνα, id est, athenos & ferreos esse muros oportere potius, quam terrenos. significabat autem poeta ille, qui quis fuit, per muros athenos, viros armatos.

NIL CONSCIRE SIBI, NVLLA PALL.] huc pertinet illud Diphili, ὁ σωιστῶν αὐτῶ, καὶ ἢ θρασύτατος, ἢ συνέσις αὐτῶν δειλότατον εἶναι. ποῖε: id est, qui sibi ipse cōsciū est alicuius mali, etiam si sit audacissimus, conscientia eum facit timidissimum.

B ROSCIA DICSOBES &c.] de lege Roscia sup. diximus ad Od. 4. epod.

AN PVERORVM EST] sic habent duo lib. Vatic. & Faern. & Torn. & Nicot. & Ruff. in aliis deest verbum est.

NÆNIA] cantilena puerilis: carmen leue. sup. ad Od. 1. lib. 2. aliās Nænia carmen, quod in funere cantabatur ad tibiam, laudandi gratia. vide Festum, videtur autem respexisse (& ita M. Ant. Muretus putabat) ad locum illum Platonis, qui est in Theæreto, his verbis, ὁ μὲν ἀμαρτῶν, καὶ ὅς αὐτῶ ἀμαρτῶν, καθεδείταται, ἀπερ φα- σιν οἱ παῖδες σφαιρίζοντες, ὅνος, ὅς δ' ἐν περιγνήνῃται ἀναμάρτητος, βασιλεύσει ἡμῶν, καὶ ἡπείταξει, ὅ, π αὐ βεβλήται, id est, qui peccauit, & qui semper peccauerit, sedebit a sinu, vt aiunt

C pueri pila ludentes: qui verò non peccando superior fuerit, rex erit noster, & quicquid volet, imperabit, cui Platonis loco similis est ille Dionis Chrysof. orat. de regno quarta, Οὐδὲ γὰρ τὸ παῖδων ὁ νικῆσαι, ὅταν παύσων, ὡς αὐτῶ φασι βασιλεύει, τῶ ὅντι βασιλεύει βῆν, &c. id est, neq; enim ex pueris, qui vicit cum vnâ pila ludunt, vt eum regem dicunt, ita re vera rex est, &c.

ET MARI. CVRIS, ET DECANTATA] à prisca illis Romanis mascula virtute præditis, non mollibus, neque effæminatis decantata, quemadmodum hîc mares Curios dixit, sic Od. 12. *incomitis Curium capillis.* Nam vt comiti capilli significant mollium, sic incomiti, seueritatem & temperantiam, similesque virtutes.

D **ISNE TIBI MELIUS SVADET,]** putata Roscius Otho, Roscia legis auctor.

QVI, REM FACIAS] qui suadet, vt rem facias, si possis rem rectè facere. Sic autem edendum curauit: *qui rem facias*, &c. sine particula vt: quia illâ nullo in antiquo cod. reperit. Et verò facile apparet ab aliquo semidocto esse adiectâ. facile enim subintelligitur, cum sit hic ordo, qui hortatur, vel qui suadet rem facias.

VT PROP. SPECT.] vt habes censum equestrem, & sis equestris ordinis, atque hoc pacto spectes ludos & gladiatores in quatuordecim ordinibus: vel vt, quamuis sis de plebe, spectes tamen de propiore loco, quam pauperes:

quasi ij, qui de plebe essent ditiores, propius ludebant spectarent, quam tenuiores: quod posterius minus mihi placet quam prius.

LACRYMOSA POËMATA.] tragœdias Puppj, de Puppjo tragico poeta nihil me legere memini, præter id, quod exstat apud Acronem. *Flebunt amici bene noti mortem meam. Nam Puppj in me vino lacrymatus est.* Lacrymosa igitur poëmata, intellige vel propter Puppium lacrymosum, vel lacrymas spectantibus excurientia.

RESPONSARE] repugnare, obfistere, non succumbere, sic dixit, *responsare cupidinibus* sat. 6. lib. 2.

PRÆSENS HORTATVR] qui præsens hortatur alterum, magis commouet, quam, qui absens per nuntium, aut per literas. Sic Vlyses apud Hom. ὀδυσ. μ. vnumquemque sociorum hortatur altas, & præsens, vt remis enixè impulsis Scyllâ, & Charybdin vitent. *Αὐτὰρ ἐγὼ διὰ νῆος ἰὼν ὄπευμον ἐταίρους Μειλιχίοις ἐπέεσσιν ὠδυσσεύδον ἀνδρα ἕκαστον,* id est, At ego per nauem iens socios meos blandis verbis hortabar altas, vnumquemque, id est, singillatim. & *ἰλιάδ. μ. Δὴ τότε περὶ ἰλιάδους θρασυὸν εἰλόρα εἶπε ὠδυσσεύς,* id est, Tunc Polydamas audentè Heclorem appellauit assistens. Præterea maiorem vim habent, & plus valent, qui præsentis sunt. ex quo præsentis Diuos dicimus. vide ann. ad Od. 35. lib. 1. sic etiam loquitur M. Tull. lib. 3. accusat. neque, cum præsens oraret, vt *quam plurimum sereret, &c. ibidem. nisi litteras misissem: non est satis: nisi præsens confirmassem.*

OPTAT] quidam lib. scripti habent *orat.* nō nulli, *aptat.* quod tamen postremum non probat.

OLIM QVOD VVLP. AGR.] Notissimus est hic Æsopi apologus. commemorat eum Plato in Alcibiade primo, seu de natura humana, eo loco, vbi ostendit, Lacedæmonem omnium Græcarum urbium auri, argentique esse plenissimam, atque opulentissimâ, propterea, quod iam diu cum ex omni Græcia, tum interdum etiam ex Barbaria aurum eò ingreditur, atque inffuat: effluit numquam: quin planè (inquit) vt fabulatur Æsopus vulpem leoni dixisse: nummorū ingredientium quidem vestigia omnia ad Lacedæmonem versa apparent: egredientium autè nulla exstat. verba Platonis sunt hæc, *Αλλ' ἀτεχνῶς καὶ τὸν Αἰώσῳ μύθον, ὃν ἡ ἀλώπηξ πρὸς τὸν λέοντα εἶπε, καὶ τῆ εἰς Λακεδαιμόνα νομίσματος εἰσιόντος ἡδὲ ἰχθυ τῶ ἐκείσε τετραμυδίας, δὴ λα. εἰσιόντος δ' ἔδα μὲν ἄνευ ἰδοι.* cū his Horatianis cōsentaneū sunt illi Lucilij versus, qui exstat apud Nonium. *Quid sibi vult, quare sit vt introuersus, vt ad te spectent, atque serant vestigia se omnia prorsus?* sic enim hos verius restitutos & legendos cenfeo, non vt vulgò leguntur, vt *introuersus & ad te spectent atque serant vestigia, & omnia prorsus?* neque sunt emendati ab aliis, quâuis id se facturos promiserint. eodem pertinent & hi eiusdem Lucilij versus. videntur enim esse

verba

A verba leonis vulpem ad se euocantis, atque allicientis. *Deducta hunc se voce leo. cur tu ipsa venire. Non vis huc?*

BELLVA MVLTORVM ES CAPITVM] θηρίων πολυκέφαλον. Plato lib. de rep. Xenocrates autem in Axiocho populum appellat, ἀχάριτον, ἀψύραρον, ὠμόν, βέσικρον, ἀπόδ' εὐ- τῶν: id est, ingratum, fastidiosum, seu qui citò satietate afficitur, crudelem, inuidum, indoctum.

CAVTA] epist. 16. lib. 1. *Cautus enim metuit foam lupus.* paullo aliter sat. 5. lib. 2. *Cautus viti velet carum caput.*

CONDVCERE PVBLICA] ex quo dicti sunt publicani, qui vectigalia populi Rom. conducebant, vt, quo plus exigerent, quam conducebant, eo plus lucri facerent. conducunt etiam publica, qui opus aliquod publicum faciendum, qui exercitum alendum, ac vestiendū suscipiunt: cuius posterioris exemplum pulcherrimū exstat apud T. Liuium lib. 23. ad finem.

SVNT, QVI FRVSTIS, ET POMIS, &c.] captatores: quod genus hominum describit sat. 5. lib. 2. & M. Tull. paradox. ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, &c. his verbis: *hereditatis spes quid indignitatis in seruicio non suscipit? quem nutum locupletis orbi senio non obseruat? loquitur ad voluntatem, quicquid denuntiatum sit facit, assentitur, asidit, miratur. quid horum est liberi?* Quidam legunt *Cristis, & pomis*, & ita habent aliquot libri manu scr.

C **EXCIPIAN TQVE SENES]** apertissimum verbum ad exprimend am captatorum calliditatem, ac folleritâ in ambiendis, & colèdis senibus orbis. dicimus enim excipere, & exceptare piscis. M. Tull. eod. parad. *et videat aliquè summis populi beneficiis vsu, barbatus mulculos exceptantem de piscina, & perreccantem, & murenarum copia gloriantem.* vel dicendum potius excipere, esse hîc insidiosè adoriendo capere, vt excipere aprum venabulo, & excipere ep prælio fugientis. vide annot. ad Od. 12. lib. 3.

VI V A R I A] viuaria, septa quædam loca, in quibus feræ viuæ pasuntur. leporaria appellat Varro, vt refert Gell. lib. 2. cap. 20.

D **MVLTIS OCC. CR. R. FAN.]** i. multi rem suam familiarem occulto fenore, ex quo intelligendum, non esse legitimum, seu legibus concessum, amplificat: vt ille sat. 2. lib. 1. *Quinas hic capiti mercedes exsecat.*

VERVM, ESTO ALIIS ALIOS, &c.] verum (inquit) cum tot sint hominum capita, & tam varia ingenia, concedendum est, vt alij aliis studiis dediti sint. Quid autem minus ferendū, quam vnum, eundemq; hominem nunc hoc, nūc illud vobare? neque in vna sententia perpetuò manere? neque vnum consilium diutius amplecti? Plato in Gorgia Socrate. ita facit loquentem, καὶ τοι ἐγὼ γε οἶμαι ὁ βέλπτε, καὶ τὴν λύπην μοι κρείττον εἶναι ἀνάγκαστόν τε, καὶ διαφω- νῆν, καὶ χορὸν, ὃ χορηγῶν, καὶ πλείους ἀγῶ- πους μὴ ὁμολογεῖν μοι, ἀλλ' εὐαντία λέγειν

μάλλον, ἢ εὐαντία λέγειν, id est, *Atqui equidem arbitror multo præstare lyram mihi disconuenire & discordem esse, & chororum, cui ego præpositus sum, & complureis homines mihi non assentiri, sed potius aduersari sua oratione, quam me, qui vnus sum, a meipso discrepare, mecumque pugnantia loqui.*

POSSVNT NE] secutus sum hîc vnū cod. Vatic. & Rain. Card. nam ceteri non habent particulam interrogantem ne.

B A I I S P R Æ L. A M.] Baiiæ, vrbs Campaniæ, aquis calidis nobilitata, ac celebrata: de qua infra epist. 15. cod. lib. *amanis* autem, id est, ad amandas allicientibus.

P R Æ L V C E T] amœnior est: præstat. Sic *præniteat* dixit Od. 33. lib. 1. pro eo, quod est, formosior sit, seu videatur. *cur tibi iunior Lasæ præniteat fide.*

L A C V S, E T M A R E S E N T. A M.] quia diues statim eò materiâ, camenta, feramenta, & cetera comportari iubet, vt ibi ædificet. Lacus est, qui perennem & perpetuam habet aquam. Od. 15. lib. 2. *undique latus Exenta visentur Lucrino stagna lacu.*

FESTINANTIS HERI:] non dixit *properantis*, sed *festinantis*. Nam qui vnum quid mature transigit, vt properat: qui multa simul incipit, nec perficit, is festinat. Nonius.

C V I S I V I T I O S A L I B. F. A V S P.] propterea, quod olim nihil suscipiebat populus Rom. inauspicato: alioqui minus secūdos rerum susceparum exitus, cōtemtionem religionis ascribebat, fit vt auspiciū pro rei gerendæ ratione, & principio sumatur. hoc igitur significat Horat. si diuiti initium huius consilij à vitiosa libidine natum sit: si vitiosa libido, tanquam auis cantu, aut volatu, auspiciū ratum fecerit, id est, diuinitem impulerit, vt ædificet: statim mutato consilio fabros iubet feramenta, ceteraque ad ædificandum necessaria Teanum transportare. Teanum Sidicinum, non Apulum, accipiendum est. quorum hoc Apuliæ, illud alterum, etiam Campaniæ oppidum fuit, & ob aquas quoque calidas visendum.

L E C T V S G E N. I N A V L A E S T ?] maritus est: vxor est domi: *lectus Genialis* (inquit Festus) qui nuptiis sternitur, ex quo etiam appellatur. M. Tull. in Cluentiana. *lectum illum Genialem, què biennio ante filie suæ nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari, & sterni iubet.* Virg. Æn. 6. *lucent Genialibus altis Aurea fulcra toris.*

N I L A I T E S S E P R. M E L. N I L, &c.] quantum mali afferat mulier, & quæ sint matrimonij incommoda, quæ rursum cōmoda: & quæ ex vita cælibe nascantur incōmoda, pulchre explicat Hesiod. in Theog. Omnino pudica & cōmoda vxor, magnum bonum: impudica, seu pernicax, læua, & morosa, magnum malum. Atque in hac re Varronis consilium ac præceptum tenendum est, quod refert A. Gellius lib. 1. cap. 17.

Sf

A Vitium uxoris aut tollendum est, aut ferendum. Qui tollit vitium, uxorem commodiorem praestat: Qui fert, sese meliorem facit.

IURAT BENE SOLIS] id est, iurat eos solos, qui uxorem duxerunt, beatos esse. notaui- mus alibi hoc genus loquendi, bene esse alicui.

QVO TEN. VVLTVS M.] ordo est Quo nodo teneam Protea mutantem vultus, & formam?

PROTEA] ad notissimam de Proteo fabulā pertinent ea, quae sunt sat. 3. lib. 2. Effugiet tamen hac sceleratus vincula Proteus, Cum rapies in im- malis ridentē alienis: Fiet aper, modō auis, modō saxū, & cum volat, arbor. eius auctor est Homer. ὄδυσσ. λ.

Αλλ' ἦτοι ὄρωπιτα λέων γένητ' ἠὲ γένεως. Ἀ- τὰρ ἐπειτα δράκων, καὶ πέρδαλις, ἠδὲ μέλας σὺς, Γρηγο δ' ὕξος ὕδωρ, καὶ δένδρον ὑψιπέ- τηλον: quā Virg. expressit his versibus Georg. 4.

B Fiet enim subito sus horridus, atraque tigris, Squam- mosusq; draco, & fulua cervine leana: Aut acrem flā- mā somitum dabit, atque ita vinculis Excidet, aut in a- quas tenuis dilapsus abibit.

QVID PAUPER? R.] Dixi de diuitū in- constantia, dicamus nunc etiam de pauperū mo- bilitate. ride, inquit. significat, pauperū in- constantiam longē magis esse ridiculam, quā diui- tū: quia scilicet diuites in rebus suis: pauperes in alienis & conductis inconstantiam suam decla- rant, & expromunt.

MVTAT CENACVLA,] pauperes, qui non habebant aedes proprias, in quibus habita- rent, cenacula conducebant, id est, superiores adium parteis. Nam diuites, quorum erunt aedes locatae, parteis inferiores vsque ad secundum tab- ularum sibi excipiebant, ac reseruabant: supe- riores pauperibus locabant.

AEQVE NAVSEAT] aequē fastidiosus est: aequē fastidio afficitur.

PRIVA] sua, propria. priuos, priuasque anti- qui dicebant pro singulis, vt scribit Festus. Lu- cret. lib. 4. In multas igitur vocis vox vna repente Diffugit, in priuas quoniam se diuidit aureis. Horat. sat. 5. lib. 2. tardus, siue aliud priuum dabitur tibi: de- uolet illuc, Res ubi magna nitet domino sene. Iterum Lucr. lib. 5. Aera nunc igitur dicam, qui corpore toto Innumerabiliter priuas mutatur in horas. T. Liuius lib. annalium 30. senatusconsultum in hac verba fa- ctum est, vt priuos lapides silices, priuasque verbena- rum ferrent.

D SICURTATVS] curtatus capillos, helle- nismus est, quale est odorati capillos, & alia sexcen- ta, reclamantibus ferē omnibus libris manu scri- ptis, qui habent curatus, ego vulgatam scriptu- ram tenui, curtatus.

INAEQUALI TONSORE] ex efficiente effectu intellige, capilli igitur ab inaequali ton- sore decurtati, intelligendi sunt inaequaliter de- curtati: quemadmodum infra epist. ad Mæcen. 3. huius lib. per textorē exiguae togae, exiguam togā significat. Exiguaq; toga simulat textore Catonem.

SI FORTE SVBVC. PEXÆ TRITA] E si subucula mea trita est, tunica autem comta, ole- gans, mūda, atque ita vestitus incedo, rides, quasi hoc cultus genus ineptum sit, & indecorum pro- pter inaequalitatem, & discrepantiam, pexum op- posuit trito, pexæ vestes, lanosaeq; villosaeq; sint ne- cesse est, nempe tales, vt in eis neq; stamen, neq; subtomen appareat: & à pectendo, vel à pectine sunt appellata: à quibus pexati, qui pexis vesti- bus amicti sunt. Mart. Pexatus pulchrè rides mea zoile trita. vnde pexitas, id est, vt ita dicam, villo- sitas. Plin. lib. III. cap. 24. quā non ad hoc videtur pertinere cribrata pexitas tela, & quadam politura arte ipsa per se tenax ratio trama?

EST VAT] commouetur, & agitur animi perturbatione, & inconstantia. tralatio ducta est à maris aestibus nunc accedentibus, nunc rece- dentibus. sic M. Tull. accul. lib. 2. de iure dicitū, aestuare illi, qui dederant pecuniā, ibid. Itaque aestua- bat dubitatione: verfabat se in vtramque partem non solum mente, verum etiam corpore.

DISCONVENIT] diffidet, discrepat: vt dis- conduit apud Plaut. in Trinummo.

INSANIRE PVTAS SOLL. ME] id est, putas insaniam mihi esse sollennem, & vſitatam: iccirco neque miraris, neq; rides. dictum sollennia pro sollenniter: vel putas me communi omnium hominum more insanire. alij legendum putant sollennia mi, pro mihi. hoc sensu, putas mihi rem esse sollennem, & vſitatam mutare in horas sen- tentiam, & insanire. alij post vocem sollennia dis- tinctionis notam ponunt, hocq; modo hunc lo- cum explicant: insanire, putas esse res omnibus mortalibus sollennis, & vſitatae: id est, rem om- nibus hominibus sollennem: neque me rides. vo- cabuli autem sollenne hęc significatio est, quam ostendimus. sic epist. ad Loll. 2. hoc lib. Romanis sollenne viris opus, vile fame, Vitaq; & membris. sic Tibull. lib. 2. Ille leuis stipula sollennis potus aceruos Accendit, flammam transilietq; sacras. Cic. ad Attic. lib. 7. tantum illud nostrum sollenne seruemus, vt ne- quem istuc euntem sine literis dimittamus. Iterū Ho- rat. epist. 1. lib. 2. Rome dulce diu fuit, & sollenne, reclusa Æanè domo, vigilare.

NEC MEDICI] qui me fanet, qui elleboro H purget.

PRÆTORE DATI] Prætoris erat fu- riosus, & mente captis curatores dare, si deessent agnati & gētiles. nam, vt scribit M. Tull. Tusc. 3. qui ita sit affectus, eum dominum esse rerū suarum ve- rant XI I tabula. vide Caium iuricons. in institu- tion. iuris ciuilibis.

TVELA] tutor, defensor. aliter dixit Od. 6. lib. 4. Delia tutela dea, &c.

ET PRÆVE SECT. STOM.] ob rem le- uem, ob rem nihili irascaris. ordo autem verborū est: cum ob vnguem amici de te pend. & te respi- cientis, prauē sēctum stomacheris. significat, ho- mines leuia suorum amicorum incommoda, vt quæ ad corpus pertinet, ad eamq; corporis particu- lam,

A ticulum, quæ non ita magnam curam desiderat, iniquo animo ferre: maxima autem, & quæ ad a- nimam referuntur, negligere.

TE RESPI. C.] oculos & aspectum ad te re- ferentis, vt patronum & parentem.

AD SVMMAM, SAP. VNO MIN. EST IO.] hac de re diximus sat. 3. lib. 1. ad illū locum si dimes, qui sapiens est. Quod autem ad ge- nus loquendi attinet, vno minor est Ioue, id est, vni Ioui cedit: vno Ioue inferior est: vni Ioui secun- dus est: tale est illud Oda 12. lib. 1. Te minor latum reget aquis orbem. & Od. 6. lib. 3. Diis te minorē quodd geris, imperas. & sat. 10. lib. 1. Inuentore minor. non multo aliter epist. 10. lib. 1. donec minor in certami- nie longo, aliter Oda 5. lib. 3. Paruūq; natos, vt capitis minor Ase remouisse. aliter & sat. 3. lib. 2. in extr. o maior tandem parcas in sane minori.

PRÆCIPEVE SANVS] nomē sanus ad cor- pus propriè pertinet: transferunt autem etiam ad animum. ad corpus reulit Horat. epistola ad Mæcen. 2. huius lib. si me viuere vis sanum, recteq; valentem. Et certè mihi videtur hoc loco ita po- fuisse, vt vtroq; modo intelligi vellet, & pro eo, qui corpore valet, & pro eo, qui sanæ mentis est. nam nomen pituita, quod statim sequitur, quāuis morbum corporis propriè significet, per trala- tionem tamē etiam ad animi morbum pertinet, inanēque quādam laudis, & gloriæ cupidita- tē significat, vt κόρυθα apud Græcos. Lucianus in dialogo Μεγιστη καὶ Αἰδου. ἀλλὰ κροδοξία, καὶ τύφος, καὶ πολλὴ κόρυθα. fortasse autem Stoicos irridet, qui affirmant, sapientem non so- lum diuitem, &c. sed etiam sanum semper futu- rum: cum id neque in sapientis, neque in cuius- quam sit potestate positū. in nomine pituita au- tem cum prima syllaba longa sit, dubium nō est quin duæ vocales sequētes, u, & i, contrahantur, & coeant in vnam syllabam καὶ σωαίπερον. qua de re alibi diximus.

C

EP. 2. AD LOLLIVM. I.

D TROIANI belli scriptorem, maxi- me Lolli,

Dum tu declamas Romæ, Præneste relegi: Qui, quid sit pulchrum, quid turpe: quid vti- le, quid non:

Plenius, ac melius Chryssippo, & Crantore dicit.

Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi. Fabula, quæ Paridis propter narratur amorē, Græcia barbaria lento collisa duello, Stultorum regum, & populorum continet æstus.

E Antenor censet belli præcidere causam. Quid Paris? vt saluus regnet, viuâtq; beatus, Cogi posse negat. Nestor componere lites Inter Peleiden festinat, & inter Atreiden. Hunc amor, ira quidem communiter vrit vtrumque.

Quicquid delirant reges, plebuntur Achui. Seditioe, dolis, scelere, atq; libidine, & ira Iliacos intra muros peccatur, & extra.

Rursus quid virtus, & quid sapientia possit, Vitale proposuit nobis exemplar Phissem:

Qui domitor Troiæ, multorum promidus vrbeis,

Et mores hominum inspexit: latumque per aquor,

Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa

Pertulit, aduersis rerū immerisabilis vndis. Sirenum voces, & Circe pocula nosti:

Quæ si cum sociis stultus, cupidusq; bibisset: Sub domina meretrice fuisset turpis, & ex-

G cors:

Vixisset canis immundus, vel amica luto sus. Nos numerus sumus, & fruges consume-

re nati,

Sponsi Penelopæ, nebulones, Alcinoique In cute curanda plus æquo operata iuuentus:

Cui pulchrū fuit in medios dormire dies, & Ad strepitum citharæ cessatum ducere cu- ram.

(res: Vt iugulent homines, surgunt de nocte latro- Vi tempus serues, non expergis ceris? atqui, H

Si noles sanus, curres hydropticus: & ni Posces ante diem librum cum lumine: si non

Intendes animum studiis, & rebus honestis: Inuidia, vel amore vigil torquerere. nā cur,

Quæ ledunt oculos festinas demere: siquid Est animū, differs curadi tempus in annum?

Dimidiū facti, qui cæpit habet. sapere aude: Incipe viuendi rectè qui prorogat horam,

Rusticus expectat dum defluat annis: at ille Labitur, & labetur in omne volubilis æuū.

Quæritur argentum, puerisq; beata creandis

A *Vxor, & inculta pacantur vomere filua.*
Quod satis est, cui contingit, hic nihil amplius optet. (& auri)
Non domus, & fundus, non aris aceruus,
Egroti domini deduxit corpore febreis,
Non animo curas. valeat possessor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat vti.
Qui cupit, aut metuit, inuat illum sic domus,
aut res,
Vt lippum picta tabula, fometa podagram,
Auriculas citbaræ collecta sorde dolentis.
Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis, aescit. (ptas.)
B *Sperne voluptates. nocet emta dolore volu-*
Semper auarus eget. certum voto pete finē.
Inuidus alterius macrescit rebus opimis.
Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Mains tormentum, qui nō moderabitur ira,
Infectum volet esse, dolor quod suaserit, &
mens,
Dum pœnas odio per vim festinat inulto.
Ira furor breuis est. animum rege: qui, nisi
pâret,
C *Imperat: hinc frenis, hinc tu compesce catena.*
Fingit equum tenera docilē ceruice magister,
Ire viâ, quâ monstrat eques. venaticus, ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in siluis catulus: nunc adhibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta recens, seruabit odorē
Testa diu, quod si cessas, aut strenuus anteis:
Nec tardum opperior, nec præcedentibus
insto.

D **TROIANI BELLI SCRIPTOREM,**
 &c.] Iliadem Homeri relegi.
PRÆNESTE] quod frigidum appellat Od.
 4. lib. 3. seu mihi frigidum Præneste, seu Tibur supinum, &c.
PVLCHRVM] honestum, & ad. sic apud
 M. Tull. pulcherrimo factorum.
PLENIVS] vberius, copiosus. lib. 1. Vatic. habet Planius, cum quo & quidam alij congruunt.
CHRYSIPPUS] qui fulcire putatur porticū Stoicorum, vt scribit M. Tull. lib. 2. Academ. hic septingentos libros, & plures edidit. Ita autem

claruit in dialecticis, vt plerique existimant, si
 apud Deos locus esset dialectica, non aliam dia-
 lecticam futuram, quam Chryippeam. existit &
 de eo hic senarius apud Laërtium, Eī μὴ γὰρ ἔην
 Χρύσιππος, ὅτι δὲ ἴω σοφ. id est, nisi enim
 esset Chrysiippus, non esset porticus.

CRANTOR] Academico, de quo M. Tull.
 Tuscul. 3. his verbis, Nec absurde Crantor ille, qui in
 nostra Academia vel in primis fuit nobilis. Minime
 (inquit) assentior iis, qui istam nescio quam indolentiā
 magnopere laudant: qua non potest ulla esse, nec debet.
 Ne egrotus sim (inquit) sed si fuerim, sensus adsit, siue
 secetur quid, siue auellatur a corpore. nam istuc nihil
 dolere, non sine magna mercede contingit immanitatis
 in animo, stuporis in corpore. verba Crantoris Græca
 reperiuntur apud Plutarch. ἐν τῷ ὀδυσσεύς
 Ἀπολλών. μὴ γὰρ νοσοίμην (Φρόν) ὁ Ἀκαδη-
 μαϊκὸς Κραντοῦ. νοσῶσι δὲ παρὲν τις αἰσθη-
 σις, ἔτ' οὐδὲ πέμμοιτο πὶ τῶν ἡμετέρων, εἴτ' ἔπο-
 σσῶτο. τὸ γὰρ ἀνόδιον τῶν σοφῶν ἀνευ μετὰ-
 λων ἐγίνετο μὲν τῶν ἀνθρώπων. τῆς ἡμετέρας
 γὰρ εἰκὸς ἐκεῖ μὴ σῶμα ποιεῖται, ἐπὶ αὐτῆς δὲ
 ψυχῆς. Idem Tullius lib. 5. de Finibus, tamen au-
 deba te ab hac Academia noua ad veterem illam vo-
 care: in qua, vt dicere Antiochum audiebas, non si so-
 li numerantur, qui Academici vocantur, Speusippus,
 Xenocrates, Polemo, Crantor, &c.

DETINET] Vatic. vnus habet destinet, vt
 fortasse legendum sit distinet.

BARBARIÆ] Phrygia. aliàs per barbaros
 Perse & Medi significantur: vt Oda 29. lib. 1. que
 tibi virginum sponsi necato barbara seruiet? Ex quo
 loco intelligere licet, falli eos, qui per barbariam
 semper Phrygiam significari putant.

COLISA] confictata, contrita, seu cōmis-
 sa. vt Homerus ἰλιάδ. α. τίς τ' ἀσφραῶ θεῶν ἐρίδι
 ζυυέηκε μάχης; id est, quis vos deus commi-
 sit vt inter vos contenderetis ac decertaretis?

DVELLO] bello. Duellum (inquit Festus)
 bellum: videlicet, quod duabus partibus de victoria
 contententibus dimicatur. M. Tullius oratore perf.
 Nam vt duellum bellum, & duis bis, sic Duellum
 eum, qui classe pœnas deuicit, Bellum nominauerunt.
 Sic iterum Festus testatur duorum dictum esse à
 veteribus pro bonum.

ASTVS] animorum motus, perturbationes.
 in quibusdam lib. scriptis legitur astum. sed pa-
 rum refert.

ANTENOR CENSET] sic Antenor ἰλ. η.
 Κέλνυτέ μεν τῶν, καὶ Δάρδανοι, ἠδ' Ὀπίκ-
 ροι, Ὀφρ' εἶπω, τὰ με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελύβι
 Δεῦτ' ἀγὰτ', Ἀργείων Ἐλένῃ, καὶ κτήματ'
 ἀμ' αὐτῇ Δώοδω Ἀπειθήσῃ ἀγειν, &c. id
 est, Audite me Troiani, & Dardani, & socij, vt e-
 go vobis exponam quod sentio. Eia, agite: Argi-
 nam Helenam, & cum ea, bona, quæ huc secum
 aduexit, Atridis reddamus, &c.

BELLI PRÆCID. CAVS.] reddere He-
 lenam Græcis cum iis rebus, quas secum Troiam
 aduexerat, vt declarat superiores Homeri versus.

QVID

QVID PARIS] apud eundem sic respon-
 det Antenor Paris, Ἀγπήνορ, σὺ μὲν σοφ' ἔτ'
 ἐμοὶ φίλα ταῦτ' ἀγορεύεις, &c. id est, Antenor
 tu quidem mihi grata ista non loqueris.

**VTSALV. REGN. VIVATQVE BEA-
 TVS, COGI P. N.]** id est, negat se posse co-
 gi, vt reddat Helenam Menelao, quod si fecisset,
 salu' regnasset, beatúsque; vixisset, vel sic: Quid Pa-
 ris? cogi se posse negat, vt saluus regnet, & viuat
 beatus, Helenā reddēdo scilicet, vulgò, sic, Quid
 Paris? negat sibi hanc vim posse inferri, & neces-
 sitatē imponi, si futurum est, vt viuat beatus, &
 saluus regnet.

NESTOR COMPONERE LITES] ἰλ.
 α. Η κει γηθήσοι Πριάμοι, Πριάμοιό τε πά-
 δης, Ἄλλοι τε πῶες μέγα κει κεχαροῖατο θυ-
 μοι, Εἰ σφῶν τὰδὲ πάντα πύθοιο μαρναμέ-
 νοιυ, &c. id est, Profectò gaudeat Priamus, &
 Priami filij, si intelligant, vos hoc modo inter vos
 contendere.

HVNCA MOR.] Agamemnonem vrit a-
 mor: ira communiter vtrumque incendit, Aga-
 memnonem & Achillem.

PLECTUNTUR] eius luunt pœnas, supra
 Od. 28. lib. 1. Venusina Plectantur filia.

VITILE PROPOSITVM. EXEMPL.]
 in Odyssæa. Exemplar Vlyss. id est, Vlysses, quem
 sibi quisque proponere debeat ad imitandum. &
 attende eum nō dicere exemplum. Sic Alcidas
 Odyssæam, & ἄλλων ἀθηωπῆς βίης κἀπατήρον ap-
 pellabant, nomine translato, sed longius petito,
 vt notat Aristotel. lib. 3. Rhetor. id est, pulchrum
 humana vitæ speculum.

DOMITOR TROIÆ] id est, posteaquàm
 Troiam domuit, ac subegit. Hom. ὁδ. α. ἐπεὶ
 τρωίης ἱερὸν πολίλειρον ἔπερσε. id est, posteaquàm
 Troiam expugnauit.

**DVM SIBI, DVM SOC. RED. PA-
 R A T.]** Hom. libid. Ἀργύμηνος κῆ τε ψυχῆ, καὶ
 νόσον ἑτάρων. id est, eripere cupiens vitam suam,
 & reditum sociorum suorum.

ADVERS. RER. IMMERSAB.] qui
 nunquam succubuit rebus aduersis. immerfabi-
 lis, ἀβύσσος Pindarus ἐδ. β. πύθ. Horat. epist.
 superior, morsor cinilibus vndis. aliter fat. 4. lib. 2.
 Doctus eris vnam misto mersare Falerno.

SIRENVM VOCEB, &c.] Sirenas alij A-
 cheloi, & Stenopæ, alij eisdem Acheloi & Ter-
 psichoræ vnus nouem Musarum, filias esse tra-
 diderunt. quam opinionem sequitur Apollon.
 lib. 4. Argon. Eurip. autem in Helena, Terræ fi-
 lias facit, & ἐπεροφόροι νεανίδες, Παρθέναι χρο-
 νὸς κόρας Σειρήνες. id est, e, e, pennigere puellæ,
 virgines terræ filia, Sirenes. Illæ, cum integram,
 & inuiolatam virginitatem seruare constituis-
 sent, in odium Veneris acerbissimum venerunt.
 Itaque alas naclæ, in oram littores Etrusci euola-
 runt, insulamque Anthelapham incoluerunt. earum
 nomina sunt Aglaophonia, Thelxiepea,
 Pifino, Ligea. Hæc (vt ait Homerus ὁδυσ. μ.)

eos, qui ad illa loca nauigarent, aureisque faci-
 leis, & vacuas eis præberēt, ita suo cantu demul-
 cebant, ac retinebant, vt numquam postea de re-
 ditu in patriam cogitarent, ibique consenesce-
 rent, & mortem obirent. Vlysses autem ne quid
 sibi tale accideret, cum à Circe præmonitus esset,
 sociis aureis curauit, vetuitq; se solui, si fortè eam
 cātū delectatus, ad eas nauigare veller. sic Hom.
 Σειρήνας μὲν παρώτων ἀφίξειαι, ἀὶ βῆ τε πῆλῃαι
 Ἀνθρώπους θέλγῃσιν, δ. πῆ σφέας εἰσαφίχεται,
 Ὅτις αἰδρήν πελάσῃ, καὶ Φθόρον ἀκῆσῃ Σει-
 ρῶν τῶ δ' ἔτι γυνῆ καὶ νήπια τέκνα Ὀ-
 καδὲ νοσήσαντι παρῖσταται, ἐδὲ γάνυται: Ἀλ-
 λά τε Σειρήνες λιγυρή θέλγῃσιν αἰοιδῆ Ἡμε-
 ναίεν λειμῶν. id est, Ad Sirenas primū perue-
 nies, quæ omnes homines mulcent, quiquis ad
 eas aduenierit, qui per imprudentiam & ignoran-
 tiam ad eas accesserit, & vocem Sirenium audie-
 rit. Ei autem nequaquā vxor & paruuli pueri do-
 mum reuerso obuiam procedūt, neque reditum
 gratulantur: Sed eum perpetuò Sirenes suauj, &
 liquido cantu mulcent, in prato sedentes. fuit au-
 tem talis (vt scribit Homer. eodem libro) Sireniū
 cantus, quo Vlysses allicere conata sunt. Δεῦρ'
 ἀγ' ἰὼν πολυαῖν' ὀδοῦσῶ, μέγα κῦδος Ἀχαιῶν,
 Νῆα κατὰ σῆσιν. ἵνα ναίητε ἄσ' ἀκῆσῃ. Ὀὐ
 γὰρ πῶ τις τῆδε παρήλασε νῆϊ μελαίῃ, Πρὶν
 γ' ἠμέων μελίγερυ ἄπο σωματῶν ὄπ' ἀκῆσαι.
 Ἄλλ' ὄγε τετραψάμβρος νῆεται, καὶ πλείονα εἰδώς.
 Ἴδμεν γὰρ ται παῖγ', ὅσ' ἐνὶ κροῖῃ εὐρείῃ Ἀρ-
 γεῖοι. τῶ αἰς τε θεῶν ἰότητι μόχθησαν. Ἴδμεν δ'
 ὄσα γένηται ἔπι χθονὶ πῆλυτοῖσι. Quos ver-
 sus vertit M. Tull. lib. 5. de Finibus, vbi docet, ni-
 hil aliud à Sirenibus hoc cantu promitti, quàm
 cognitionem rerum, ac scientiam. vide que scri-
 ptimus ad illum locum, vitanda est improba Siren
 Desidia: fat. 3. lib. 2. Pausanias Atticis, poëmarum,
 & orationū illecebram, Sirenem appellari sole-
 re scribit his verbis, εἰδῶσι δὲ καὶ νῦν ἐπὶ πηγα-
 μάτων καὶ λόγων τὸ ἐπαγῶρον Σειρήνι εἰχέειν.
 Apud Apollon. lib. 4. Argon. Orpheus citharæ
 cantu Sirenum vocem auertit, ne ab Argonautis
 audiat.

CIRCEA POCVLA] Circe Solis, & Perseæ
 filia, Ætæa Colchorum regis, Medæ patris, so-
 ror. alij Ætæa & Hecata filiam, Medæ sororem
 esse volunt, vt refert interper. Apollonij in Argo-
 naut. M. Tull. lib. 3. de natura deorum, scribit
 Circe, & Pasiphaën è Perseide Oceani filia na-
 tas esse, patre Sole. de ea sic Homer. ὁδ. κ. Κίρην
 εὐπλόκαμος δεινὴ θεός, αὐθιγέα, Ἀντασι-
 γνητος ὀλοόφρονος Αἰήταο Ἀμφω δ' ἐκ γα-
 τῆς φαειμύροτος ἠελίοιο. id est, Circe comita
 coma, horribilis dea, diferta, soror germana Ætæ-
 tæ perdita cogitantur. Ambo autem à sole homi-
 nibus lucem suppeditante nati sunt. Hæc socios
 aliquot Vlyssis, qui ea loca, in quibus commora-
 batur, exploratum missi fuerāt, virga illa sua per-
 cussos, epotòque pharmaco, statim in succis vertit,
 præter Eurylochum, qui, ceteris eius domum in-
 S f ij

A gressis, suspicatus dolum subesse, extra foreis remanserat. auctor Hom. lib. quem supra commemoravi, his verbis, *Αὐτὰρ ἐπεὶ δῶκεν τε, καὶ ἔκπιον, αὐτὰρ ἐπειτα Πάριος, περὶ ληγία κτ' σφροισιν ἐργυυ. Οἱ δὲ σὺνδ μὲ ἔχον κερφαλὰς, φωνῶν τε, δέμας τε, καὶ τείχεα, αὐτὰρ ὄρεσ' ἦν ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ.* id est, Porro autem posteaquam Circe pharmacum dedit, & illi ebi-berunt, tum illa eos virga percussos in havis conclusit. Illi autem suum quidem habebant capita: sed mens eis erat stabilis, vt antea. sic Virgil. lib. 7. *Æneid. Hinc exaudiri gemitus, iræque leonū, Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum, Setigerique sues, atque in præsepibus vrsi s auree, ac forma magnorum olulare luperum: quos hominum ex facie dea sena potentibus herbis Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.* Dion Chrysostomus oratione, que incipit *βουρῆνης, ἢ ἐπὶ ἀρετῆς*, id est, de virtute, per Circeam vult significari voluptatem,

B qua non gladiis, neque hastis, neque bipennibus, neque sagittis homines oppugnat, sed luxu, deliciis, epulis, illecebris, mollitie, rebus venereis & similibus illicet in fraudem, inescat, decipit, effaminat, liquefacit, & enervat. Multa alia præclara de Circe & voluptate dicuntur ab illo politissimo & dulcissimo scriptore M. Tull. in Diuinatione contra Cæciliam, alludens ad hanc de Circe fabulam, ita loquitur. *Est adhuc, id, quod vos omnes admirari video, nō verres, sed Q. Mucius, quid enim facere potuit elegantius aliquo Circeæ poculo factus est verres: redit ad se, atque ad mores suos.* Xenophon *Σοφομένη. α.* hanc de Circe fabulam iocās transfert ad edacitatem, & cibi, potusque immoderationem. eos enim, qui intemperatius edant, & bibant, sues ab illecebris epularū fieri: Vlysem autem tūm sua sponte, tūm Mercurij præceptis ac monitis temperantem effectum cauisse, ne se supra modum cibo expleret. Omnino credibile est, Circeam illam, si vquam fuit, muliere fuisse impudicam, & libidinofam, quæ arte meretricia, blanditiis & illecebris homines a se illectos & irretitos, a reb⁹ agēdis, & ab officio abduceret, atq; ad vitam voluptariā traduceret. quod & Seruius existimat cōmentar. ad lib. 7. *Æneid.*

C non longè à princip. Circe autē excudendum curavi, secutus treis cod. Vatic. & Iannoct. Faër. Tornef. & alios, quibus hic in Gallia vsus sum.

D non longè à princip. Circe autē excudendum curavi, secutus treis cod. Vatic. & Iannoct. Faër. Tornef. & alios, quibus hic in Gallia vsus sum.

QVÆSI CVM SOCIIS SVLT. & C.] Hom. ὁδ. x. Mercurium inducit iuuenis ornatu, & specie, Vlyssi ad Circeam eunt, sociosque suos in sues versos repetituro ea præcipientem, quibus eos relictos in pristinam formam, recuperare possit: simulque remedium præbentem aduenit Circe veneficia.

SVLTIVS, CVRIDV'S QVÆ BIBIS-SET.] si in eo se stultum, cupidumque præbuisset, vt pharmana Circe biberet, &c. Atqui bibit E Vlysses, vt est apud Hom. sed ea in eum nihil valuerunt, vt pote salutari illo Mercurij pharmaco præmunium.

SVB DOMINA MERETR.] recte addidit *domina*, nam quisquis meretricio amore deuinctus est, seruitutem seruit, eamque turpissimam. profert hunc versum Seruius ad illud Virg. *Æneid. 7.* locum, quem paulo antè commemorauimus.

TVRPIS, ET EXCORS.] amens. Hom. ibid. *κακὸν, καὶ ἀνόμοια γέν, id est, malum, & nihil viri habentem.* cor enim pro mente sæpe vsurpatur, vt cum dicimus quempiam cor non habere. Lucret. lib. 5. *Ingenio qui præstant ab, & corde vigebat.* vsus est hoc nomine etiam satyra 3. lib. 2. *Tūne insanus eris, si acceperis, an magis excors, &c.*

AMICALVTO SVS.] Homerus ibid. *σῶας* appellat *χρημύων ἀδιδας*, id est, humi cubanteis. sic immundos sues appellat Virg. Georg. 1. id est, vt interpretatur Seruius, luto gaudentes: & profert hunc locum Horatii.

NOS NUMERVS SVMVS.] sumus turba sine nomine, sine virtute, ac dignitate. nam apud scriptores multitudo, numero, non pondere, aut dignitate aestimatur, vt infra epist. de arte p. numero plures, virtute, & honore minores. Homerus vocat *πληθῦν*, vt *ἰλ. α. ὡς φάσεν ἡ πληθῦς*. Carent igitur illi quidem omni dignitate, atque auctoritate, qui numerū explent dumtaxat: sed longè sunt ij deterrimi, ac postremi homines, qui nullo numero sunt, seu qui ne numeri quidem locum obtinent, quod de Megarensibus olim ab Apolline responsum est, *Υμῶς δ' ὁ Μεγαρέων ἔτε τε τῆτοι, ἔτε τε τῆταρτοι, Οὐτὲ διαδεδεκατοι, ἔτ' εἰ λόγῳ, ἔτ' εἰ ἀριθμῷ.* id est, vos autem Megarenses, neque tertij, neque quartij, neque duodecimi estis, neque vlla in ratione, neque in numero. Sic Æschines ille apud Theocrit. *εἰδ. δ.* queritur se apud Cyniscā puellā nullo numero esse, his verbis, *Ἄμμε δ' ἔτε λόγῳ πρὸς ἄξει ἔτ' ἀριθμητοί, Δίςθνοι Μεγαρέες ἀτιμεπάτη ἐν μοίῃ.* id est, nos autē neque vlla ratione digni, neq; vllō in numero habitū sumus, tanquam infelices Megarenses, in loto in simo, seu in conditione deterrima, & contemptissima. Euripid. in quadam tragedia, quæ non exstat, *Δειλοὶ γὰρ ἄνδρες ὄρε ἔχουσιν ἐν μάχῃ ἀριθμῶν, ἀλλ' ἀπεισοί, καὶ παραδο' ἔμωσ.* id est, ignaui enim homines non habent in prælio numerū: sed absunt etiam si adsint. Idem Eurip. Heracl. *ἀριθμῶν* posuit, pro homine nihili, cū de vno loqueretur: *Εἰδὼς μὲν ὄρε ἀριθμῶν, ἀλλ' ἐπιτιμῶσ ἄνδρ' ὄντα τον σὸν πῶδα.* i. e. cum scirem filium tuū nō esse numerum, sed verē virum esse. Non admodum autem dissimile est illud Homeri *ἰλιάδ. ἐπὶ ὄσον ἄχθος ἀρέρης*: id est, inutile onus terræ, quod vsurpauit Platon in Theæteto. *καὶ ὄντων ὅτι οὐ λῆροι εἰσὶ, γῆς ἄλλως ἀχθη, ἀλλ' ἄνδρες, οἷς δὲ εἶναι ἐν πόλει τὰς σωθησομένους*: id est,

A putant se audire, seu sibi dici, se non esse nebulones, aut nugatores, cum alioqui sint onera terræ: sed taleis viros, quales eos esse oportet in ciuitate, qui salui sint futuri.

SPONSIPENELOPÆ] Penelopæ reperi scriptum in quinque codicibus manu scriptis, 3. Vatic. Iann. Tornef. non Penelopes. Iam verò sponforum appellatione procos significat, quos Homerus *μνηστρας* nominat. Procorum autem viuēdi genus fuisse inertissimum, desidiosissimū, mollissimum, dissolutissimū, declarat Homerus multis ὄδυσσ. libris. exempli causa, lib. primo, *Αὐτὰρ ἐπεὶ πρόσσ, καὶ ἐδῆτος ἐξ ἔρον ἐντο Μνηστρες, τοῖσιν μὲ ἐνὶ φρέσιν ἄλλα μῆμιλες, Μολπήτ' ὄρχηστος τε, τὰ γὰρ τ' ἀναθήματα δαίπτος.* Kήρυξ δ' εἰ χερσὶν κίθηρον περικαλλέα θηκε Φημίω, ὅς ῥ' ἦε δὲ πῶδ' μνηστῆρον ἀνάγκη. id est, Porro autem posteaquam porionis & cibi desiderium depulerūt prociis quidem alia curæ fuerūt, cantus, & saltatio: hæc enim sunt epularū additamenta. Præco autem citharam Phemio in manus tradidit: Qui apud procos canebat necessitate coactus, ibidem. *Οἱ δ' εἰς ὄρχηστω τε, καὶ ἡμερόεσσαν ἀοιδὴν Τροβῆ, ἀδιδιο τέρποντο, μένον δ' ὅτι ἔσπερον ἐλθεῖν* id est, illi autē ad saltationem, & amabilem cantum conuersi oblectabatur, & ita tempus vespertinū expectabāt, & lib. β. senibus illis Ithacensibus cōuocatis, *Οἱ δ' εἰς ἡμέτερον πωλεύεσθαι ἡμίλια πάντα Βῆς ἱερέωντες, καὶ οἷς, καὶ πίνοντας αἴγρας Εἰλαπινά- (χ)σι, πίνουσι τε οἶνον οἶνον.* id est, hi autem in domo nostra dies omneis commorantes & versantes, boues macchantes, & oueis, & pinguis capras epulantur, & vinum rubrum, seu calidum bibunt. Athen. lib. 4. procorum cenas, & prandia cum Phæacum conuiuuii comparans, taleis illorum esse computationes ait, quales probabile est esse luxuriosorum, vinolentorum, amatorū: Phæacum autem conuiuia esse illa quidem delicata, & voluptaria, vetumtamen grauiora, & temperatiora.

ALCINOIOQVÆ, & C.] Alcinoius rex Phæacum apud Hom. ὁδ. γ. dicit, sibi, ac populo suo conuiuia, citharam, choréas, cultum corporis varium, ac sæpe mutatum, calida balnea, Venerem placere, his verbis, *Αἰ δ' ἡμῖν δαῖς τε φίλη, κίθαρις τε, χοροὶ τε, Εἶματα τ' ἐξ ἡμοιβῆ, λουτρὰ τε θερμά, καὶ εὐνοῖα.* id est, Semper autem nobis & conuiuuii placent, & cithara, & chori, & vestes subinde mutatae, & lauacra calida, & lecti. *alcinoi* autem patrij casus est, numeri singularis, cohæretque cum nomine *iuuentus*, quod proximo versu sequitur. quædam exemplaria habent *Antinoique*: quæ lectio si placebit, erit numeri multitudinis, recti casus, id est, Antinoi similes, fuit autem Antinous vnus è prociis Penelopæ, ferrox, & arrogans, & contumeliosus.

PLVS AQ OPER.] id est, plus æquo occupata: quæ plus æquo laboris sumit. operari, est opus facere, operā in re aliqua ponere. sic Lucret.

lib. 4. Et quibus in rebus consuerunt esse operati, interdum & pro sacrificadi verbo vsurpatur, quæ admodū & facere, & *πέζειν* apud Græcos. Virg. Georg. 1. *latis operatus in herbis.* Tibull. lib. 2. *Tūnc operata deo pubes discumbet in herba.*

ET AD STREP. CITHARÆ CESSATVM.] quidam *cessatum* legendum putant, non *cessatum*, vt habent vulgati, & manuscripti codices: & interprecantur otiosorum, & feriatorum hominum curas traducere: quod est, nihil agere, nihil curare: rebus ludicris, ac voluptariis operam dare, saltare, cantare, &c. quam scripturam nullo in codice vetere reperi. Ego alteram, & receptam, veram esse puto. Porro autem *cessatum* ducere, valet, *κοιμίζεν*, sopire. sic enim loquuntur Græci, *κοιμίζεν τὰς λύσας, ἢ τὰς φροντίδας*, id est, sopire dolores, aut curas.

DE NOCTE.] id est, statim post noctem. sic lib. 2. *fat. vlt. De medio potare die.*

SI NOLES SAN. CVRR. HYDROF.] noles scriptum reperi in tribus codicibus manu scriptis, 1. Vatic. & Iann. Tornef. eamque putauit rectam, & germanam scripturam. sententia autem huius loci hæc est: si te nō seruabis interea dum sanus es, (inquit) cogēris te seruare, & ad medicum currere, tibique consulere, cum factus eris hydropticus. Allegoria est, per quam hoc significat, si operam studio sapientiæ dare noles interea dum animum à vitis putum habes: si librum cum lumine ante diem non posces: vitia contrahes, quæ non facillè postea abstergebis, & quæ te vigilè assidue torquebunt. mendosè (opinor) habent quidam libri *cures*, nisi addas *te*, & legas *noles*, alioqui legendum *curres*, nempe ad medicum, id est, ad philosophum. verumtamen iudicet lector.

ET NI POSCES ANTE DIEM.] *ἐρμυνεῖα*, seu interpretatio est superiorum, inuidia & amor sunt animorum morbi, & quasi hydropes: poscere librum, & ire ad philosophum, sunt remedia expetere, & medicum cōsulere. Sic Dion Chrysost. in orat. quæ inscribitur, *Διατριβὴ πῶν ἐν συμποσίῳ*, ostendit, quemadmodum nemo pharmaca medicorum sibi comparat, aut mercatur, nisi ægrotes: ita neminem ad philosophum audiendū accedere, nisi ægritudine aliqua oborta, & in rebus aduersis.

NAM CVR, QVÆ LÆDVNT OCY-LOS, & C.] cur leuia mala, leucis que morbos depellere properas: morborum autem animi, qui sunt longè grauissimi, curationem in annum differes: Huc pertinet illa ex oratione Dionis Chrysostomi, *Διογεν. ἢ ἐπὶ ἀρετῆς*, nō longè à principio, *καὶ ἔλεγε θαυμάζειν [Διογένης] ὅτι εἰ μὲ ἐφθ ὀδόντας ἰαοῦται, πάντες ἀν αὐτῷ πῶς σῶσθαι οἱ δέομνοι ὀδόντα ἐξελείψαι: καὶ νῆ διὰ εἰ ὑπέχετο ὀφθαλμοὺς θεραπεύειν, πάντες ἀνθρώποι ὀφθαλμοὺς αὐτῷ ἐπεδείκνυον: ὁμοίως δὲ ἐσπλωδός, ἢ ποδῶν γῆρας, ἢ κορυφῆς ἔλεγον εἰδέναι φάρμακον: ἐπεὶ δὲ ἐφθ παύσθον τῶς παισοδύς*

A QVINON MODER. IRÆ] id est, qui irā moderationem non adhibebit, & veluti frenum injiciet. hæc enim vis est huius verbi cum dandi casu coniuncti, vt M. Tull. Partit. nam auditorum aures moderantur oratori prudenti, & prouido: quod respuunt, immutandum est.

INFECT. VOL. ESSE, DOL. QVOD, &c.] id est, nolet id esse à se admissum, vel operabit ne id sit à se admissum, quod dolore, & ira impulsus fecerit: pœnitebit eū facti. epist. de arte poet. Commississe cauet, quod mox mutare labore. infectum, id est, non factum. Plaut. Mostell. Egone? [somnia] at quidem tu, qui istoc te speras modo Potesse dissimulando infectum hoc reddere. Sed cur dolorem & mentem concurrenteis facit in ira, & in pœnis expetendis? De dolore, docet Aristoteles multis locis, iram cum dolore esse coniunctā: & tum dolore hominem iratum leuari, cum iniuriam acceptam reuoluit. de mēte, idem docet lib. 7. de morib. ad Nicomach. eum, qui iratus sit, à ratione quodammodo persuaderi, & induci, vt pœnas ab eo, qui iniustè læserit, expetat. Vel eò respexit, quòd ex veteribus alij iracundiam definiunt feruorem mentis, alij cupiditatem puniendi doloris.

DVM PŒNAS ODIO, &c.] id est, dum odio prouectus pœnas de eo, qui læsisse videtur, sumere festinat: vel sic, dum iniuriæ, quam ipse sibi accepisse videtur, dolorem inultum, & iccirco grauem & molestū, vlcisici properat, vt animum dolore leuet. Nam quamdiu is, qui se accepisse iniuriā existimat, inultus est, tandiu graui quasi onere premitur: vbi iracundiam suam expleuit, dolorēque suum punitus est, tum exoneratus est. verbum festinat coniunxit cum quarto casu, vt Virgil. Æn. 4. Festinare fugam, toriosq; incidere fumes. idem de verbo maturare sentiendum. Æncid. 1. Maturate fugam. Horat. epist. prox. seq. Hoc opus, hoc studium parui properemus, & ampli. & Od. 7. lib. 2. Deproperare apio coronas. sic Græci verbum απείδειν. Pindarus Πυθ. γ. μη φίλα ψυχά βιον ἀθάνατον απείδει: τὰνδ' ἐμ-σφακίον ἀντλεί μαχανά: id est, ne care anime vitam immortalē festina: faciliē autem hauri machinam. & Homerus ἰλ. ν. ταῦτα δ' ἄμα γρη-Σπεύδειν, ἀμ' ὄφελός τι γινώμεθα χυ δὲ εὐόντε: id est, hæc autem vnā nos properare oportet, si possimus aliquid prodesse nos etiam duo.

IRA FVR. BR. EST] sic Themistius in oratione de amicitia, ἐγὼ δὲ οἰμυ (inquit) τῶ ὀργῶ μανίαν ὀλιγορροβόνιον εἶναι, quod notat M. Anton. Muretus. M. Tull. Tuscul. 4. An est quicquam similis insania, quam iras quam bene Ennius inuitum dixit insania. Et Apollonius dicebat, Τῆς ὀρῆς υμῶν, τὸ ἄνθος ἐστὶ μανίαν, id est, iracundia flos esse insaniam. Et Plutarchus in Romulo, ὀργῆς τὰ χροὸς ἄβυσλον, id est, irā celeritatē inconsideratam, & consultationis expertem. vide annot. ad Od. 16. libri primi.

ANIMVM] τὸν θυμὸν, vt Homer. ἰλιάδ. β. QVO SEMEL EST IMB. R. S. OD.] sic Pla-

Θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διορθεῖσθαι βασιλῆων. Cæ. E cilius, Nunc enim demū mihi animus ardet, nunc meū cor cumulatur ira. Nam & apud Latinos animus interdum accipitur pro quavis libidine à ratione auersa, vt Plaut. in Trinummio, si animus hominem perculit, actum est. si animo seruiuit, non sibi, si ipse animum perculit, dum vivit, victor victorum cluet.

HVNC FRENIS, &c.] tamquam equum ferocem & indomitum.

COMPESCE] comprime. sup. sat. 8. lib. 1. que pœnis compesceret inferiorem. Od. 16. lib. 1. Compesce mentem.

FINGIT] format, instituit, docet, vt lib. de arte poetica, quamuis & voce paterna Fingis ad rectum.

TENERA] molli, & facili ad domandum. F EQUVM TEN. DOCIL. CERV.] equū iuuenem, & idcirco ad domandum facilem.

MAGISTER] ἱπποδάμοσ, qui domat equos.

IRE VIAM] sic loquebantur veteres. Cic. pro Murena, Ite viam: Præstò aderat sapiens ille, qui ire viam doceret, sic enim legēdum, non, vt vulgò, inite viam, neque mire viam.

VENATICVS] vitur hoc nomine Plautus in Mil. glorioso, si ita non reperio, ibo odorans, quasi venaticus vsque, donec persuectus volpem fuero. & M. Tull. Verr. de signis, quò postea, quam venerant, mirandum in modum canes venaticos dices: ita odorabantur omnia, & peruestigabant, vt, vbi quicquid esset, aliqua ratione inuenirent.

CERVINAM PELL.] pellem cerui alga, aut centonibus refertam, quæ cerui similitudinem gerit. MILITAT] serò feras insequitur, vel veros ceruos infectatur. catulus, id est, canis, vt sup. Od. 1. lib. 1. seu visa est catulis cerua fidelibus.

NVNC ADBIBE] vitiosa est eorum codicū scriptura, qui habent adbibe. est enim legendum adbibe: quo verbo & Terent. vitur in Heautont. vbi mihi adbibit plus paullo, sua quæ narrat facinora? tralatio est ab animantibus stititibus, & stitit exlentibus. adbibe enim, hoc est, attende, audi, & celeriter percipe: quemadmodum ferè supra locutus est Oda 13. lib. 2. pugnas & exactos tyrānos H Densum humeris bibit aure vulgus. vel dic adbibe, id est, animo imbibe, vt dicuntur lanæ colorem, & candorem bibere. & vt Dido apud Virg. lib. 1. Æncid. longum bibebat amorem.

PVRO PECTOR] nondum vitius inquinato. Lucret. lib. 5. proœm. At bene non poterat sine puro pectore viti.

PVER] vult nos statim à pueris philosophiæ, & rectè honesteque viuendi scientiæ operā dare, ne sumus ὀψιμαγείη, i. feri studiorum, vt loquitur epist. 19. huius lib. sed παυδομαθείη, id est, à pueritia instituti & eruditi. Plurimum autē interest vtrum aliquid discas puer, an iam ætate grandis: quamquam præstat serò discere, quàm numquam, vt dicebat Socrates.

QVO SEMEL EST IMB. R. S. OD.] sic Pla-

A sic Plato lib. 4. de rep. seu de iusto, ait, tinctores, seu infectores, vbi lanā purpura inficere volunt, primū lanam sumere candidissimam, deinde eam accurate præparare, vt florē purpuræ quàm maximè imbiberē possit: & tum denique purpureo colore lanam illam tingere: quo factō purpuram lanā in sitam atque inditam nulla ratione nullo nitro, nullò uē lomento, aut sapone abstergeri, neque deleri posse, &c. verba Platonis posita sunt, ferè paginā libri ibi, οὐκ οὐδ' οἶδα ἢ ἢ δ' ἐγὼ, ὅτι οἱ βαρβαροὶ ἐπειδὴν βεβλήθησι βαρβαροῖσιν, ὅτε εἶναι ἀλουργὰ, πρῶτον μὲν, &c.

NVNC TE MELIORIB. OFF.] nunc (inquit) dum tenera est ætas, dum mollis & tractabilis, & cerea, dede, seu præbe te honestis & salutaribus disciplinis erudiendum, bonisque & rectis opinionibus imbuendum, malis artibus & prauis opinionibus reiectis.

B NEC TARD. OPP. NEC PRÆC.] nec eos expecto, qui sunt ignauiores: nec eos vrgo, qui antecedunt: id est, non excito, neque impello, cum sua sponte satis properent, meaq; cohortatione non egeant. Vel, quod mihi magis placet, non in isto præcedētibus, vt eos anteuertam: non conor eos anteuertere: vt fat. 1. lib. 1. Instat equis auriga suos vincenibus. est enim tralatio perpetua ducta à cursoribus, seu quadrigis. falluntur autē qui in isto interpretantur obso, id est, impedio.

C 3. AD IVLIVM FLORVM.

V LI Flore, quibus terrarū militet oris Claudius Augusti priuignus, scire laboro. Thracæne vos, Hebrusque niuali compepe vincētus, An freta vicinas inter currentia turreis, An pingues Asiæ campi, collēsque morantur? Quid studiosa cohors operum struit? hæc quoque curo. Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit?

D Bella quis, & paces longū diffundit in æuū? Quid Titius, Romana breui rēturus in ora? Pindarici fontis qui non expalluit haustus, Fastidire lacus, & riuos ausus apertos: Vt valet? vt meminit nostrū? fidibusne Latinis (sū? Thebanos aptare modos studet auspice Murena? tragica desenuit, & ampullatur in arte? Quid mihi Celsus agit? monitus, multūmque monendus, Priuatas vt querat opes, & tangere vitet

Scripta, Palatinus quacumq; recepit Apollo: Ne, si fortè suas repetitum venerit olim Grex auitū plumas, moueat cornicula risum Furtiuus nudata coloribus. ipse quid audes? Quæ circumuolitas agilis thyma? non tibi paruum

Ingenium est: non incultum, nec turpiter hirtum.

Seu linguam cauis acuis, seu ciuica iura Responderè paras, seu condis amabile carmē.

Prima ferēs edere victricis præmia, quod si Frigida curarum fomenta relinquere posses: Quò te cælestis sapientia duceret, irēs.

Hoc opus, hoc studium parui properemus, & ampli:

Si patriæ volumus, si nobis viuere cari. Debes hoc etiam rescribere, si tibi curæ,

Quantæ conueniat Munatius an male facta Gratia nequicquam coit, & rescinditur?

at vos Seu calidus sanguis, seu rerū iniuria vexat, Indomita ceruice feros: vbicumque locorum Viuitis, indigni fraternum rumpere fœdus, Pascitur in vestrū reditum votiuā inuēna.

I V L I F L O R E] ad hunc eundem scripsit & epistolam 2. lib. 2. Flore bono, &c.

C L A V D. A V G. P R I V I G N U S.] Tib. Claudius Nero Cæsar, cuius matrem Liliam Drusillam vxorē duxerat Octavianus Augustus Scribonia dimissa. Sueton. in Aug.

S C I R E L A B O R O] scire studeo, seu, vt sæpe loquitur, quero.

T H R A C A] θρηκη. vt epist. ad Quinctium. H vt nec Frigidior Thracæm, nec prius ambiat Hebrus. vide annot. ad Od. 16. lib. 2.

H E B R V S] Q V E] idem Oda 25. lib. 3. Hebrum prospiciens, & niue candidam Thracem.

N I V A L I C O M P E P E V I N C T V S] sic loquitur Virg. Georg. 4. Et cum tristis hiems etiam tunc frigore saxa rumperet, & glacie cursus frenaret aquarum.

A N F R. V I C I N. I N T E R C V R R. T V R R.] turreis, τῶν τῶν: nempe Sestum & Abydum. vicinas inter curr. turr. pro inter vicinas turreis currentia, more vstratissimo dixit, vt annotauimus supra ad Od. 7. lib. 2. tale est illud, in-ter fusa nitēteis Vites equora Cycladas, Od. 14. lib. 1. M O R A N T V R?] detinent? vt supra annot. ad Od. 7. lib. 2.

A [DESCRIBERE SVMIT?] sumit vt scribat, vel scribenda suscipit?
 LONGVM DIFF. IN AVVM?] prodit memoria? mandat litteris ad memoriam posteritatis sempiternam?
 VENTVRVS IN ORA?] qui honorifico omnium ciuium Rom. sermone celebrabitur? aliàs venire in ora, ad vitium, ac vituperatione pertinet: vt apud Catull. ad Ravidum, *An ne vt peruenias in ora vulgi?* sic Liuius lib. 2. *timorem iniecit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret.* in laude ponit & Propertius ad Mæcen. *Crede mihi, magnos equabunt ista Camillos Iudicia, & venies tu quoque in ora virum.* his similia sunt illa M. Tull. Tuscul. 1. *Harmodius in ore Aristogiton.* & Ennianum illud, *Nemo me lacrymis decoret, nec funera stetit Faxit: cur? solito viuui per ora virum.* & Virg. Æneid. 12. *Ille quidem ad superos, quorum se deuouet aris, succedet fama, viuuisq; per ora feretur.* Idem Georg. 3. *tenenda via est, qua me quoque possim Tollere humo, vitiorque virum volitare per ora.* Iterum M. Tull. Philipp. 10. de Bruto, *erat enim in desiderio ciuitatis, in ore, in sermone omnium.* T. Liuius lib. 9. *Postumius in ore erat: cum laudibus ad celum ferebant.* contra ad probrum pertinet illud Cicer. Verr. 3. de Verre, *Istius nequitiam tum in ore vulgi, & in communibus prouerbis versatam esse.*
 PIND. FONTIS QVI NON, &c.] qui non dubitauit Pindarum proponere sibi ad imitandum, non expalluit haustus Pind. font. id est, non extimuit haurire è fonte Pindari: vt Od. 27. lib. 3. *mediâsque fraudes Palluit audax.* allegoria est & in hoc, & in proximo versu, hoc enim significat, qui ausus est Pindarum Latinis versibus imitari, atque exprimere?
 FIDIVSNE LATINIS THEB. &c.] id est, studetne ad exemplum Pindari versus Latinos Lyricos scribere, poetica facultate fretus?
 THEBANOS] id est, Pindaricos. Od. 2. lib. 4. *Multa Diræcum leuat aura cyncnum.*
 DESAVIT] desauire, est valde scire. de enim in compositione interdum auget: vt *desuere, deamare, denutare, deperire, delirigare, &c.* Iam scire, est *χαλεπών*, vt & sæpe admonuimus, & docent exempla probatorum scriptorum. solent autem pleraque omnia in tragædiis esse sæua, dura, difficilia, atrocia, immitia, iracunda, horribilia, *δευδ.* χαλεπὰ. iccirco hoc verbum ad tragædiarum scriptorem accommodauit. vide sup. annot. ad Od. 33. lib. 1.
 AMPVLLATVR] turget, inflatus, atque elatus est. Quas *ληκύθες* Græci, eas ampullas appellant Latini. Quæadmodum igitur illi *ληκύθες* vsurpant pro orationis ornamentis, itaq; omnibus dicendi figuris, quibus altior, grandior, amplior denique fit oratio: ita & ampullas Latini. Horat. in lib. de arte poetica, *Proiecit ampullas & sesquipedalia verba.* M. Tull. ad Attic. lib. 1. *Quid multa? totum hunc locum, quem in Aristocratia ego variè in meis orationibus, quarum tu Aristarchus es,*

soleo pingere, de flamma, de ferro (nostri illas ληκύθες) E
valde grauius pertexiuit. auctor scholiorum in He-
 phæstionem, causam afferens cur dimetrum tro-
 chaicum catalecticum, Euripideum, aut lecy-
 thium dicatur, scribit hæc, quæ deinceps sequun-
 tur, *ληκύθιον δὲ φασιν αὐτὸ, ἢ δι' ἀριστοφάνου*
σκώπωντα τὸ μέτρον τὸ ἐσθμημιμερές Εὐριπί-
δου, τὸ Θεόμισι ἵπποισιν Αἰ. Δημόθιον ἀπόλεσεν.
ἢ Διὸς τὸν βόμβον τὸν τετρακτύον, βόμβος γὰρ γί-
νεται ἀπὸ τὸ ληκύθιον, ἐκ τοῦ ἐμπαέου χυμῶν
αὐτῶ ἀέρος κινῆσθαι, ἢ τῶ πνεύματος ἀν-
δρός, ἢ τῶ ἄλλου. διὸ καὶ καλλιμάχος μετὰ
ληκύθιον τὴν τετρακτύον λέγει. id est, lecythium
 autem id dicunt, aut propterea quod Aristophanes iocose reprehendit metrum illud ephemi-
 meres Euripidis, *βοάσιν, &c.* hoc modo, *λη-*
κύθιον ἀπόλεσεν, id est, ampullam perdidit: vel
 propter bombum, seu sonitum tragicum. bom-
 bus enim editur circa ampullam ex eo, quod aër,
 qui in ea continetur, mouetur siue ab hominis
 habitu, siue ab aliqua alia re. Quapropter etiam
 Callimachus musam lecythiam, tragicædram ap-
 pellant. ab ampulla autem verbum ampullari de-
 ductum est, quod est ampullis verborum vri.
 PRIVATA S] suas & proprias, non alienas,
 & publicas.
 SCRIPTA] quæ sunt iam publica, quia in lu-
 cem edita, & vulgata.
 PALATINVS APOLLO.] bibliotheca
 Græca, & Latina templo Apollinis, quod Augu-
 stus extruxerat, & consecratar, adiuncta, vt sup.
 diximus ad Od. 31. lib. 1. *Quid dedicatum poscit A-*
pollinem Vates, &c.
 OLIM] posthac. vt fat. 5. lib. 2. *Magna minor ve-*
foro si res certabitur olim. & Od. 10. lib. 2. *non si male*
nunc, & olim sic erit.
 GREX AVIVM PLVMAS] quattuor se-
 nariis hunc Æsopi apologum complexus est Ga-
 brias, *Ἀλλοτριῶς περὶ οἷον ἡμοίωσι βόσκει* *Ἡὺ καὶ*
καλοῖδός ὄρνεον ὑπερφέρον Πρωτόν δὲ δῶρον ἢ χε-
λιδῶν ἠρπάκει Μετ' ἰὼ ἀπαντες εἶπα γυμνός
εὐρῆθι id est, Plumis alienis olim amictus gracchulus
 Præstare se iactabat aliis volucris. sed prima hiru-
 do, quod dederat, illi abstulit: *Quam omnes secuta: sicq; H*
nudus restiit.
 MOVEAT CORNICVLA RISVM] Cel-
 sus alienorum scriptorum fur, & compiler, sit
 omnibus ridiculus.
 QVÆ CIRCVM VOL. AGIL. THY-
 MA?] id est, circum quæ thyma volitas? vt an-
 not. ad Od. 7. lib. 2. circū thyma autē dixit, quia
 poetæ cum apibus comparati solent, vt Oda 2.
 lib. 4. *ego apus Matinae More, modòque Grata carpen-*
ti thyma, &c.
 HIRTVM] hirtutum, id est, rude & impoli-
 tum. verbum est, quod erat suo loco depulsum,
 repositum post nomen Ingenium, secutus cod. Iann.
 Faern. & duos Vatic.
 FERES] accipies, auferes, vt sup. Od. 8. lib. 4.
neque tu pessima munera Ferres: & sæpe alibi.
 EDERÆ

A [EDERÆ VICTRICIS] notat Seruius cō-
 mentar. in Virgilij Melibœum, ad illum versum,
Pastores edera crescentem ornate poetam, edera poetæ
 coronari, vel quia Libero sacri sunt: ex quo
 etiam, vt Bacchas, insanire: vel quia semper virēt
 edera, quæadmodum carmina æternitatem &
 merentur, & aliis pariunt.
 CVRARVM FOMENTA] vt suprà amoris
 fomenta. Od. 11. epod. & Lucret. *amoris pabula.* fo-
 menta curarum, sunt ambitio, pecuniæ cupiditas,
 & similia.
 HOC OPVS, HOC ST. P. PROP.]
 properandi verbum cum accusandi casu cōiun-
 xit, vt sup. *properare coronas.* vide Od. 7. lib. 2. hoc
 opus autem, nempe curarum fomētā, & cogita-
 tiones anxias ex animo eijcere: & sapientiæ stu-
 dium colere, atque amplecti.
B [SI PATR. VOLVM.] aliquot libri vet. ha-
 bent, si patria cupimus, &c. id est, si patria, si no-
 bis viles esse volumus: si & patriæ, & nobis cō-
 sulere volumus: si patriæ, si nobis iucūdi esse vo-
 lumus. patriæ carus est, qui ita viuunt, talēq; ciuē
 se præstat, vt eius vita sit patriæ cara, magniq;ue
 faciēda: sibi carus est, qui habet rationem suæ
 valetudinis, animūque interdum relaxat ac re-
 mittit, neque se curis inanibus perpetuò conficit
 ac macerat.
 SI NOBIS VIVERE CARI] id est, si
 iucunde & hilariter viuere. nā qui perpetuò mar-
 stus est, sibi ipse odio est: qualis ille Terentianus
 Menedemus seipsum crucians. non dissimile est
 illud epist. ad Loll. 2. hoc lib. *Quid minuat curas,*
quid te tibi reddat amicum, id est, tibi carum, lætū,
 hilarum. vel dic vt paulo antè diximus.
 SI TIBI CVRÆ, &c.] si positum Græco-
 rum more pro an, vt epist. ad Mæcen. 2. hoc lib.
 Inspice si possum donata reponere lætus, & epist. 1. lib.
 2. ad Aug. *Tentauit quoque, rem si dignè vertere pos-*
set. & epist. ad Numicium. *chlamydes Lucullus (vt*
aiunt) si posset centum scenæ præbere, rogatus. & Ti-
 bull. lib. 3. eleg. 1. *illa mihi referat, si nostri mutua*
cura est, An minor, an toto pectore deciderim. T. Liu.
 lib. 33. *percunctatus si consilium non vtile salum, sed*
 etiam salutare, *admittere auribus posset.* &c. nec iis
 assentior, qui hunc locum, quasi mendosum, cor-
 rignant hoc modo, *Quam te conueniat.* nam conue-
 nire cum accusandi casu, quid sit, sciunt omnes.
 at quis ita loquitur Latinè de duobus, inter quos
 nata sit offensio, aut simultas: hic illum non cō-
 uenit. dicerem potius, huic cum illo non conue-
 nit. Præterea cum dicat, illum debere sibi rescri-
 bere, superuacanea est hæc condicio, *si tibi cura.*
 Quamobrem hunc locum sic explicio longe sim-
 plicitus, & nisi fallor, etiam verius: debes rescri-
 bere vtrūm frater tuus Munatius tantæ tibi sit
 curæ, quantæ fratrem tuum frater esse conueniat, nec-
 ne. Neque verò reticebo, me in tribus libris ca-
 lamo exaratis cum in Italia essem, & totidem,
 cum in Gallia, ita scriptum reperisse, *si tibi cura.*
 quæ quidem scriptura mihi nō displicebat, si sub-

intelligetur ne.
E [INDOM. CERVICÆ FER.] videtur tras-
 latio sumta à bobus indomitis, & durarum cer-
 uicium: *σκληραύχενας* vocant Græci, & *ζυγο-*
μάχους.
 INDIGNI RVMP.] indigni, qui rumpat-
 tis, vel qui non debentis rumpere, sic loquuntur
 Græci *ἀνέξιοι ὄντες λυέειν.* Admonendus autem
 est adolefcens, sententiam vsque ad versum vlti-
 mum pendere hoc modo, siue vos feruor sangui-
 nis, siue inscientia rerū agitat, vbi cumque locorū
 viuitis vos, quos non decet fratrem necessitudi-
 nem dissoluere, pascitur in vestrū, &c. ab iis
 enim dissentio, qui ad nomen indigni, subintelli-
 gunt estis.
 FRATERN. FOEDVS.] quod longè fir-
 mius, ac sanctius esse debet, quàm amicorum ne-
 cessitudo: & vetat Hæliodus tantidem amicum,
 quanti fratrem facere. *Μηδὲ κασιγνήτω ἴσον*
ποιείσθω ἐταίρον. Quanti autem fratres faciendi
 sint, declarauit vxor Intaphernis apud Herodotū
 cui cum à Dario facta potestas esset seruandi, aut
 viri sui, aut fratris, aut liberorū, (quos omnis in
 vinculo Darius conici iusserat, & capitis damna-
 rat,) maluit fratrem seruare. cuius rei causam cum
 quaesisset Darius, respōdit, *ὁ βασιλεὺς γὰρ μὲν*
μοι ἄλλος γένοιτο, εἰδάμῶν ἐθέλοι, καὶ τέκνα
ἄλλα, εἰ ταῦτα σποβάλλοιμι: πατὴρ δὲ, καὶ
μητὴρ σὸς ἐστί, μεν ζώντων, ἀδελφὸς ἐν ἄλλοις
ἔδνι τῶ ὅτι γένοιτο. i. O rex, vir quidē mihi alius
 cōtingere possit, si ita deo visum sit, & alij liberi,
 si hos amiserint: sed cum mihi pater & mater è
 vita decesserint, nulla ratione fieri possit, vt mihi
 frater alius nascatur. Hæc Herodotus Thalia, A-
 quo sumit illud Euripides, *Μητὸς ὄστ' ἐν ἄδου*
καὶ πατὸς πετυχότων, Οὐκ ἐστ' ἀδελφός, ὅστις
ἀβλαστῆ πατὴρ. id est, Pater & matre mortuus,
 non potest mihi frater vllus nasci. Exstat libellus
 à Plutarcho scriptus, vtilissimus, *ἀπὸ φιλαδελ-*
φίας, id est, de amore fraterno.
 4. AD ALBIVM
 Tibullum.
A [LBI, nostrorum sermonum candide
 index,
 Quid nunc te dicā facere in regione Pedana?
 Scribere, quod Cassi Parmensis opuscula
 vincat?
 An tacitum siluas inter reptare salubreis,
 Curantem quicquid dignum sapiente, bono-
 que est?
 Non tu corpus eras sine pectore. dij tibi for-
 Dij tibi diuitias dederant, artēque fruēdi.
 Quid vocat dulci nutricula manus alumno,
 Tc

A *Quam sapere, & fari vt possit, quae sentiat, vt que*
Gratia, fama, valetudo contingat abunde,
Et mundus victus non deficienter crumena?
Inter spem, curamq, timores inter, & iras
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.
Grata superueniet, quae non sperabitur, hora.
Me pinguem, & nitidum bene curata cute
vises:
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

A L B I, & c.] Albium Tibullum designat, ele-
 gorum scriptorem: in quo praecipua est elegantia
 Latini sermonis, nulla propemodum admista fi-
 gura loquendi peregrina, aut transmarina.

C A N D I D E I V D E X] qui de sermonibus
 nostris sincerè, & sine malevolentia iudicas. ser-
 monum appellatione autem satyras, & epistolas
 significari putamus. nam contra odæ carmina
 appellantur.

C A S S I P A R M E N S I S] de quo fat. 10.
 lib. 1.

S I L V A S I N T E R R E P T A R E S A L V -
 B R E I S] reptare inter silvas salubris, vt supra
 annot. ad Od. 7. lib. 2. significat autem, Tibullū,
 Epicureum esse. Remouebant enim se Epicurei
 à reip. administratione, negotiisque publicis, &
 in hortis, ac locis amœnis vivebant.

R E P T A R E] remissius, ac lentius ambulare.
 Vitur hoc verbo Lucret. lib. 2. sed ad pecudes
 refert. *Nam saepe in colli rudentes pabula lata Lanigera*
reptant pecudes.

S A P I E N T E , B O N O Q V E] plerumq; hæc
 duo cōiuncta reperiuntur. vt epist. ad Mæcenat. 2.
Vir bonus, & sapiens dignis ait esse paratum. & epist.
 ad Quintium. *Vir bonus & sapiens audebit dicere,*
Pentibcu restor Thebarum, & c. & in eadem. *Néve*
putes alium sapiente, bonoque beatū. & epist. de arte
 poet. *Vir bonus & prudens versus reprehendit inerteis.*
 & M. Tull. off. 3. ostendit, hæc inter se se parari nō
 oportere. *Hæc igitur est illa perniciēs, quod alios bo-*
nos, alios sapientes existimant. Quidam hæc refe-
 runt ad Epicuri decreta: qui sapientis esse sta-
 tuebat, iucundè viuere, & in locis amœnis æta-
 tem degere potius, quàm rei familiaris augendæ
 seruire, aut reip. administrandæ operam dare.
 quod congruit cū superiore illo, *silvas inter rept.*
salub. Tam Epicurei se solos sapientis esse con-
 tendebant: vnūque Epicurum verū vidisse, &
 homines erroribus liberasse dicebant.

C O R P U S S I N E P E C T O R E] excors:
 ἄσπρον. Nam peccus cogitatio, & mentis sedē
 esse vulgò putant, ex quo ductum expectorare.
 V O V E A T] optet, precetur, ἐπιχοίρω. ex quo
 vota pro optatis: supra in respons. Canidiæ epod.
Si tardiora fata te votis manent. & fat. 6. lib. 2. *Hoc*

erat in votis.
 Q V A M S A P . E T F A R I V T P O S S .
 Q V Æ S E N T , V T Q V Æ] Cùm in omnibus li-
 bris vulgatis, & in plerisque omnibus manuscr.
 legeretur, *Quam sapere & fari:* quâuis pauci ma-
 nuscr. haberent particulam *vt,* ego sic hunc locū
 olim explicadum putaueram, *Quid nutrix alum-*
no suo maius optare possit, quàm vt primūm sa-
piat, & prudenter sentiat, deinde suas cogitatio-
nes eloqui, & exprimere queat? sic Pindarus
 Olymp. *ἔϊδ. ε. ἕλεντα δ' ἔπις ὄλβον ἀρδ' εἰ ἐξ-*
αρκέον κλέα τεσσῆ: καὶ εὐλοχίαν παρρηθίης, μὴ
ματεύσῃ θεὸς γυνάδων, id est, si quis cum inte-
 gra valetudine facultates, & eloquentiam habeat
 coniunctam, nō est, quod deus esse velit. Et cūm
 legeretur antea in omnibus libris excusis, & cui,
 ego ab vno codice manu scripto adiutus, & qua-
 si manu ductus, in quo scriptum erat, *vt cui,* repo-
 suerā in prima editione, *vt que,* nisi quis mallet,
vt q̄ huic. Iam qui ita legunt, *quid voueat maius*
nutrix, dulcis alumno, Cūm sapere & fari possit quae
sentiat, & cūm Gratia, & c. hæc sententia, *Quid o-*
ppet maius nutricula alumno suo, subintellige,
quàm illa superiora, formam, diuitias, artem fru-
endi: cūm præferim sapere & fari, & c. balbu-
 tiunt, neque argumentis opus est ad hanc expli-
 cationem refellendam, cūm præferim nulli libri
 habeant, *Cūm sapere,* aut *Quum sapere,* cūmque non
 aptè hæc inter se cohaereant *cūm sapere possit, & c.*
 & *cui Gratia, & c.* legendum enim esset, & *cūm*
Gratia, & c. Nunc igitur iterum consultis libris
 veteribus, in quorum vno reperi, *Qui sapere:* in al-
 tero, *Quin sapere,* qui ambo sunt Ruffardi, legen-
 dum sic censeo, *Qui sapere, & fari possit quae*
sentiat, & cui Gratia, fama, & c. vt sit hæc verborum
 sententia: Alumno, qui sapere & fari possit quæ
 sentiat, & cui Gratia, fama, valetudo, cōtingat a-
 būdè, & mūdus victus, & c. quid nutricula optet
 maius? proinde ac si dicat, nihil maius optare
 queat alumno suo nutricula, quàm hæc, sapien-
 tiam, eloquentiam, seu facundiam, gratiam, famā,
 valetudinem, mundum victum numquam defi-
 cienter crumena. *Fari* autem dixit, propriè. Nam
 non loquuntur pueri, sed fantur. lege Varronem
 lib. 5. de lingua Lat.

G R A T I A] vt gratia valeat apud principes,
 & potentis viros.

E T M V N D V S V I C T V S] id est victus ele-
 gans, & intra modum sumtuosus & copiosus: vic-
 tus liberali & magnifico homine dignus: victus
 neque sordidus, neque rursus nimis amplus &
 opiparus. fat. 2. lib. 2. *Mundus erit, qui non offendet*
sordibus, atque in neutram partē culinus miser. ex quo
 munditia. Plautus in Penulo, *mulieres sunt ad-*
modum insulsa, atque inuenisti, sine mūditiā & sumtu.
 M. Tull. de finib. lib. 3. *mundos, elegantes, optimis co-*
cū pistioribus, piscatu, aucupio, venatione, his omnibus
exquisitis vitantes crudelitatem. Idem ad Qu. Fratrem
 ep. lib. 2. *Domū tuam in Carinis mundi habitatores*
Lamia conduxerunt. translātè dixit Hor. epist. ad
 August.

A August. *& graue virus Munditia populere.* nō dif-
 simulabo tamen, in nonnullis libris manu scri-
 ptis legi, *Et modus, & victus non defecrum.*

I N T E R S P E M , C V R A M Q V Æ , T I M .
 I N T E R E T I R A S .] id est, inter animorum
 perturbaciones, quibus assidū sollicita & infe-
 sta est hominum vita, quemcumque vitæ diem
 tibi dii largiuntur, quem postremum esse putato.
 ita fier, vt tranquillius, & iucundius viuas, casus-
 que humanos, & fortunæ iniurias moderatius
 feras: neque te spe, curis, timoribus, iris, angori-
 bus, & ceteris vitæ venenis maceres, & cōficias.

O M N E M C R E D E D I E M , & c.] existima
 quotidie te moriturum. hoc si animo eris, quic-
 quid tibi temporis ad vitam accedet, id tibi de-
 putabis esse in lucro: nec perpetuò querendæ &
 augendæ pecuniæ seruias, sed bonis quæstis, aut
 à patre relictis frueberis. hæc enim sententia signifi-
 catur per subsequētē versum, *Grata superueniet,*
& c. cuius rei exemplum capere licet ex ceteris
 rebus secundis. fingē, aliquem sperare, & exspe-
 ctare amplissimam hereditatem, eique id, quod
 sperauit, tandem euenire: longè minor est huius
 voluptas, quàm si non speranti venisset. Ita lon-
 gè maior est eius hominis vitæ iucunditas, qui in
 diem viuūt, qui diem crastinū ad se pertinere nō
 existimat, qui diei presentis vsura contentus est,
 si ad diem crastinum vitā produxerit, quàm eius,
 qui vitæ spem in multis annos profert, ac pro-
 ducit. Gratissima enim erit eius diei vita, ad quē
 quis se peruenturum esse nō sperabat. Sic igitur
 viue, & ita bonis tuis frueberis, vt hodie moriturus.
 quantumcumque tibi dierum ad vitam præteri-
 tam accedet, id erit tibi multo iucundissimum.
 præclare igitur Anacr. *Τὸ σήμερον μέλει μοι: τὸ*
αὔριον τίς οἶδ' ἐσθ' id est, Hodierna cura tantum.
Cui crastina hora nota est? sic Hor. sup. Od. 7. lib. 4.
Quis scit, an adiciant hodierna tempora summa Cra-
stina dii superis? & epist. 2. lib. 2. *Vir, & ex modico,*
quantum res poscet, acerno Tollā, & c. sequitur mox,
Distat enim spargas tua prodigus, an neq; sumtum In-
uitus facias, neque plura parare labores. & c.

S V P R E M V M] vltimum. vt epist. proxima,
Supremo te sole domi Torquate manebo. & fat. 1. lib. 1.
 ad vsque supremum tempus, ne se paupertas victus De-
 ficeret, metuebat. & Od. 13. lib. 1. *Quos irrupra tenet co-*
pula, nec malus Diuisus querimonia. Suprema citius
soluet amor die. & Od. 17. lib. 2. *Supremū Carpere iter*
comites parati. & epist. ad August. *Comperit inuidiā*
supremo sine domari. & epistol. 2. lib. 2. *Nunc prece,*
nunc pretio, nunc vi, nunc forte suprema Permutet do-
minus.

N I T I D V M] corpore nitido, & solido: carne
 laui, & polita, non horrida, neque squallida. trā-
 latè fruges nitidas dixit Lucret. lib. 1. pro opimis,
 pinguibus, amplis, & tamquam geminis. *At ni-*
tida surgunt fruges, ramique virescunt. Virgil. lib. 3.
 Æneid. *superoque nitentem Calicolum regi mātābam*
in litore taurum. nitentem, id est, opimum.

E P I C V R I D E G R E G E P O R C V M] ho-

minem in voluptate abdominis, & gutturis sum-
 mum bonum ponentem. eadem ratione dixit il-
 lud M. Tullius in L. Pisonem, *Confer nunc Epicure*
noſter ex hara producte, non ex schola, confer, si audes,
absentiam tuam cum mea. Quamuis enim Epicu-
 rus videretur interdū in quadam animi volupta-
 te summum bonum cōstitueret, hanc de eo opi-
 nionem tamen ipsius refellit oratio. eius enim
 verba sunt, quæ retulit Athen. lib. 2. *ὃ γὰρ ἐγὼ*
καὶ δὴ ἄμασι νοῦσαι τ' ἀγαθὸν, ἀφαιρῶν ἑμὴ τὰς
ἀλθ' τῶν χειλῶν ἡδονάς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς ἀλθ'
τῶν ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀπορροια-
τῶν, ἀφαιρῶν δὲ καὶ τὰς ἀλθ' μορφῆς κατ' ὀ-
ψιν ἡδέας κινήσεις. quæ sic interpretatur M.
 Tullius lib. 2. de finib. *non enim intelligo quid sit, aut*
ubi sit summum bonum præter illud, quod cibo, aut por-
tionē, & aurium delectationē, & obscena voluptate
capitur.

AD TORQUATVM.

S I potes archaïcis cōiuiare recumbere lectis,
 Nec modica cenare times olus omne
 patella:

Supremo te sole domi, Torquate, manebo.
 Vna bibes iterum Taurō diffusa, palustreis
 Inter Minturnas, Simu effanumq, Perinum.
 Sim melius quid habes, arcesse, vel imperium
 fer. (pellex.)

Iandudum splendet focus, & tibi munda su-
 Mitte leucis spes, & certamina diuitiarum;
 Et Moschi causam, cras nato Cesare festus
 Dat veniam, formumq, dies impune licebit
 Æstiuam sermone benigno tendere noctem.

Quò mibi fortunās, si non conceditur vti?
 Parcus ob heredis curam, nimumq, seuerus
 Asidet insano, potare, & spargere flores
 Incipiam; patriarque vel inconsultus haberi.

Quid non ebrietas designat? operta recludit:
 Spes iubet esse ratas: in prælia trudit inermē.
 Sollicitis animis onus eximit: addocet arteis.
 Fæcundi calices quem non fecere disertum?
 Contracta quem non in paupertate solutum?
 Hæc ego procurare & idoneus imperor, &
 non

Inuitus: ne turpe toral, ne sordida mappa
 Corruget nareis: ne nō & cātharus, & lanx
 Ostendat tibi te: ne fidos inter amicos.

A *Sit, qui dicta foras eliminet: vt coeat par, Iungaturq; pari. Brutum tibi, Septimiumq; Et nisi cena prior, potiorque puella Sabinum Detinet, assumam. locus est & pluribus umbris: Sed nimis arcta premittit olidae conuiuia caprae. Tu, quotus esse velis, rescribe: & rebus ommissis, Arria seruantem, postico falle clientem.*

SI POTES ARCHAÏCIS] hæc est vera, & germana scriptura: quæ ego in duobus codicib. manuſcr. reperi, in vno in ipſo contextu: in altero, ſupra *Archiacis* poſitam, vt meliorem, & veram. ſunt autem Græco nomine archaïci lecti, Latino antiqui, id eſt, antiquo modo, & more fabricati. vtitur hoc nomine Dionyſ. Halicarn. βιβλ. ε. ἀρχαῖοι. Παριεγὼ γὰρ ἕθελασάμενοι ἐν ἱεροῖς οἰκίαις δέειπνα, ἀπογεμῖσθαι θεοῖς ἐν περὶ πέντας εὐλαβίας ἀρχαῖας. i. ego igitur ſpectaui in ſacris ædibus cenas diis propoſitas in menſis lignis, archaïcis, quo modo autem menſæ archaïca, eodem modo, & lecti archaïci ſunt appellati: ſuntq; intelligendi lecti imperitè, durè, & parum elegàter, & quaſi antiquè facti. nos Galli dicimus, à *la vieille mode*. Horat. ep. 2. lib. 2. *ſi quadam nimis antiqua, ſi pleraque durè, &c.* Qui autem legunt *Archiacis*, ſecuti codices non emendatos, & explicant, ab Archia artifice factis, diuinant, & ἀεὶ ἐρρῶσιν.

RECVMBERE] accumbere. vide quæ ſuprà notauit ad Od. 2.7. lib. 1. TIBES] fugis, abhorres, φουλάτῃ, vt alibi docuimus.

MODICA] mihi fatis magna, mediocri. contra fat. 2. lib. 2. Porrectum magno magnum ſpectare caſino vellem ait, &c. ibid. grande, rhombi, patinaq; & Perſius fat. 2. ſed patina grandes, tucetiq; craſſa. Erat & patella, in quam conijciebant quod diis libabát. Varro apud Nonium, *Quocirca oportet bonum ciuem legib. parere, deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας*. Cic. lib. 2. de ſinibus, *ita non religioſos, vt edant de patella.*

OLVS OMNE] primùm tenuem apparatus fore oſtendit, deinde paucū, & minime variū, ita vt olus omne comedendum ſit ei, qui famem ſedare velit, cū præter olus nihil admodum aliud appoſitū ſit. olera autè, apparatus & victum fuiſſe tenuiorum cūm alibi docuimus, tum ad illum locum, *lachanisque catinum*, fat. 6. lib. 1.

SVPRIMO SOLE] ſub veſperâ. hora diei XI. aut duodecima. Varro lib. 5. de lingua Lat. *ſu prenu, & ſummi diei. i. ſuperrimū. Hoc tempus XI. tabula dicunt occaſum eſſe ſolis*. Obſeruet autè hoc loco poliũ humanitate lectòr, in hac epiſtola, in qua Horatius Torquatum ad cenam inuitat, ea

ferè omnia ſeruari, quæ Varro diſputat & præcipit in ſatyra quadam de apto cõuiuium numero, deq; ipſius conuiuij habitu, cultuq;: *Dicit autem, conuiuiarum, numerum* (vt teſtatur A. Gell. lib. 13. cap. 11.) incipere oportere à Gratiarum numero, & progredi ad muſarum: id eſt, proſciſci à tribus, & conſiſtere in nouem: vt, cum pauciſſimi conuine ſunt, non pauciores ſint, quam tres: cum plures, non plures quam nouem. Nam multos, inquit Varro, eſſe non cõuenit, quòd turba plerumque eſt turbulenta, vt Roma quidè conſtat, ſed & Athenis: nuſquam autè (inquit Gellius) plures cubabant. Ipſum deinde conuiuium cõſtat, inquit Varro, ex rebus quattuor: & tum deniq; omnibus ſuis numeris abſolutum eſt. ſi belli homunculij collecti ſunt: ſi lectus locus: ſi tempus lectum: ſi apparatus nõ neglectus. Nec loquacis autem (inquit) conuiuias, nec multos legere oportet, quia eloquentia quidem, in foro & apud ſubſellia: ſilentium uerò, non in conuiuiis, ſed in cubiculo debet eſſe. Sermones igitur (inquit Gellius) id temporis habendos cenſet non ſuper rebus anxii, aut tortuoſis, ſed incudatos atque inuitabiles, & cum quadam illecebra & voluptate vitileis: ex quibus ingenium noſtrum venuſtius fiat & amœnius. Quod proſectò (inquit Varro) eneniet, ſi de id genus rebus ad communem uitæ uſum pertinẽtibus confabulemur, de quibus in foro, atque in negotijs loqui non eſt otium. Dominum autem (inquit) conuiuij eſſe oportet nõ iam lautum, quam ſine ſordibus: & in conuiuiis legi non omnia debet, ſed ea potiſſimū, qua ſimul ſunt βιωφελῆ, & delectent. Neque non de ſecundis quoque miſis, &c. Hæc Gellius ex Varr. Primùm igitur quattuor cõuiuiæ futuri ſunt, iſq; apti, & cõmòdi, bellique homines, Torquatus, Brutus, Septimius, Sabinus, quibus quintus accedet Horatius, dominus. Et tamè Torquato permittit quot conuiuias intereſſe velit: modò ne nimium multi ſint: ibi, *Tu quotus eſſe velis, &c.* & ibi, *locus eſt & pluribus umbris: ſed nimis arcta, &c.* Ad tempus cenæ & locum pertinent illa *ſupremo te ſole domi Torquate manebo*: Ad apparatus illa: *Hæc ego procurare & idoneus imperor & non inuitus, ne turpe toral, &c.* Ad ſermones, illa: *Æſtiuam ſermone benigno, &c.* Cetera, quæ congruunt cum præceptis Varronis, conſiderabit in hac epiſtola lectòr eruditus.

MANEBO] exſpectabo, vt ſuprà diximus ad Od. 28. lib. 1.

ITERVM TAVRO DIFF.] diſſuſa iterũ c o s. T. Statilio Tauro: ſic notabatur ætas, & bonitas vini, conſulum (in quam) nominibus, vt notauiſmus ad Od. 3. lib. 2. ibi, *Interiore nota Falerni*. vnde nota Opimiana, & Anciana apud M. Tull. lib. de claris orat. fuit autem T. Statilius Taurus iterũ cõſul anno ab vrbe cõdita DCCCXXVII. Cæſaris Auguſti collega. conſul primùm fuerat anno ab vrbe cond. DCCCXXII. ſubſtitutus in locum L. Caninij Galli, qui abdicauerat ſe magiſtratu: collega autem M. Vipſianij Agrippæ. Itaq; hæc vina non admodum erant vetera, nempe ſuperioribus annis proximis diſſuſa.

DIFVSAL] è torculari, vel lacu, vel dolio in ampho-

A amphoras fuſa. Solebant enim veteres è doliis vinum in cados, teſtas, & ſimilia vaſa diſſundere in multos annos, vtitur eodem verbo fat. 2. lib. 2. ſed paullo aliter, *Et niſi mutatum parcat diſſundere vinum*. vtitur & M. Tull. lib. 2. de ſinib. quibus vinum diſſuſum è pleno ſit anophora: niſi quis & apud M. Tull. putet legendum deſuſum, & apud Hor. deſundere. Quid ſit autem vinum diſſundere, ex Iuriſc. intelligere licet. Proc. de tritico, vino, & oleo legatis. *Illud verum eſſe puro, cui vinum cum vaſis legatum erit, ei amphoras & cados, in quibus vina diſſuſa ſeruamus, legata eſſe. Vinũ enim in amphoras & cados hac mente diſſundimus, vt in his ſit donec vſus cauſa comprobetur, & ſcilicet cū his amphoris, & cadis id vendimus. In dolia autem alia mente conijcimus, ſcilicet vt ex his poſtea vel in amphoras & cados diſſundamus, vel ſine ipſis doliis ueniat.* Idem, *qui vinum ſurrentium in vrnalibus habebat diſſuſum, is tibi vinũ legauerat in amphoris. Omne illud quoque vinum, quod in vrnalibus fuiſſet, legatũ eſſe Labeo, & Trebatius reſponderunt. Pomponius, vino legato ea demum vaſa ſequitur, in qua vina ita diſſuſa ſunt, vt non ad perpetuum uſum reſeruentur, veluti amphora & cadi. Iterum Proculus, Cui vinum heres dare damnatus eſt: quod in amphoris & cadis diſſuſum eſt, dari debet, etiam ſi vaſorum mentio facta non eſt. Africanus in titulo de legatis & fideicom. 3. Nam & ſi vina diſſuſa ſet habiturus vſui ipſe & heres eius, tamen in penũ omne exiſtimari. In amphoris autem & cadis, & ſimilibus vinum in multos annos ſeruari ſolitum eſſe à veteribus illis, non in doliis, declarat etiã locus ille M. Tull. in Bruto, *Vt ſi quis Falerno vino delectetur, ſed eo nec ita nouo, vt proximus conſulibus natum velit, nec ruriſus ita vetere, vt Opimũ, aut Ancianum conſule querat: Argui ea nota ſunt optima, credo: ſed nimia vetuſtas nec habet eam, quam querimus ſuauiſſimam, nec eſt in ſanè tolerabilis. Num igitur qui hoc ſentiat, ſi potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet? minime: ſed quandam ſequatur ætatem, &c.**

INTER MINTVRNAS] ſignificat, vinũ hoc non eſſe admodum magni pretij, neque admodum generoſum, vt pote in paludibus natũ. Minturnæ oppidum Liri fluuio, & Sinuſcæ oppido propinquum, in Campania ſinibus.

SIN MELIVS] quidã libri veteres habent, ſi melius.

ARCESSE, VEL IMPER. FER.] id eſt, vel acceſſe vinum, quod habes, melius meo, id eſt, iube tecum afferri ad me: vel patere tibi meũ miniſtrari, id eſt, vt ere eo vino, quod tibi apponam. verbo arceſſendi ſic vtitur M. Tull. lib. 6. epiſt. ad Attic. epiſt. cuius initium eſt, *Nonis accepi, &c.* Ego autem & eius librum arceſſiui, & ad Athenodorum Caluſum ſcripſi, vt ad me totũ κερὰ λυγὰ mitteret. & epiſt. ad M. Fab. Gallum lib. 7. ſed tamen ſi iſta mihi ſibi habenda, certiorẽ uelim me facias, ubi ſint, quando arceſſantur, quo genere uentura. Alij hunc locũ ſic explicant, ſin mel. q. h. arc. vel imp. fer. ſin quod vinum melius habes, aut ſi quid

aliud melius habes in cenam, quàm quæ habeo, E arceſſe me, id eſt, voca me domum tuam, vel domi meæ contentus eſto iis, quæ tibi apponentur, ac miniſtrabuntur. arceſſendi uerbum Priſcianus docet lib. 1. ab arcio de flexum eſſe: arcio autè dici pro accio, ſeu adcio. ar enim dicebant veteres pro ad, in uerbis compoſitis, vt arferre, aruenire, arcedere, &c. pro adferre, aduenire, accedere. Turpil. *Qui uerba mea uenatur peſtis? arcedat, & ſermonem hinc ſublegat.* & in XII. arduito, pro addito. & ſexcenta alia. Quòd autem uerbo arceſſere, pro arceſſere uulgus uicitur, errat. nam uitiouſa ſcriptura eſt, & ubicumque arceſſere ſcriptum eſt, arceſſere reſtituendum. Denique hoc loco omnia antiqua exemplaria habent arceſſe.

CERTAMINA DIVITIARVM] id eſt, nimum ſtadium, nimiamque contentionem in diuitiis comparandis.

ET MOSCHI CAUSA] clientis tui, cuius tu patronus es: cuius cauſam recepiſti.

CRASNATO CÆSARE FESTVS] dies natalis Cæſaris.

SOMNVM QVE] vt tibi non ſit necceſſe manere ſurgere.

SERMONE BENIGNO] ſermone multo, & liberali, & largo. vt ſuprà ad Od. 17. lib. 1. annotauimus. tendere autem poſſitum pro extèdere, id eſt, producere, extrahere.

QVO MIHI FORTVNAS, SI NON CONC.] ita legendum eſſe indicauit Muretus, & vt ita legatur, conſuetudo Latini ſermonis, & ratio poſtulat. ſubaudiendum enim uerbum expectari, vel optem, & ſimilia. omiſſum autem eſt à librariis s. nominis fortunæ, propter s. uocis ſequentis: vt in multis aliis ſimilibus accidit. P. Victorius porrò aliter legit: à quo diſſentio. Ex libris manu ſcr. autem alij habent, fortuna, alij fortunam, alij fortuna eſt. Omnino fortunæ legendum cenſeo, quæ ualuis reclamet licet corniculæ quædã alienis plumis onuſta.

PARCVS OB HEREDIS CVRAM] ſic ſuprà Od. 7. lib. 4. *Cicilia manus auidas, &c.* & fat. vlt. lib. 1. *nec metuam, quid de me iudicet heres.*

SEVERVS] rebus ſeriis nimis deditus, triftis.

ASSIDET INSAÑO] proximus eſt inſana, id eſt, ſimilis, ἀδύπλοστος.

ET SPARGERE FLORES] Od. 19. lib. 3. *Parcentis ego dexteris Odi: ſparge roſas.*

PATIARQUE VEL INCONSVLTVS HABERI] Græcorum more locutus eſt, vt ſup. Od. 2. lib. 1. *patiens uocari Cæſaris uſtor.* nam Latine diceremus, patiarque me uel inconſultum haberi.

QUID NON EBR. DESIGN.] innouat, efficit: tralatio eſt, vt Terent. adelph. modò quid deſignauit? nam deſignare eſt inuſitatum, & nouũ quiddam effecere.

OPERTA RECLVDIT, &c.] huc petri- nent ea, quæ collegimus ad Oden 18. lib. 1. ibi, *Archanique fides prodiga perlucidior vitro.* & fat. 4.

A lib. r. ibi, *Conditacum verax aperit praeordia Liber.* Sic & Homer. *Ιλ. ε.* ait hominem etiam valde prudentem ac sapientem a vino impelli, vt & canter, & molliter rideat, & saltet, & nonnulla loquatur, quae taceri praestitisset. Homeri verba sunt haec, οἶνος γὰρ ἀνώγει Ηλέως, ὅς τ' ἐθέμικε πολλοφρονά περ μάλ', ἀείσαι, καὶ ὄψ' ἀπαλὸν γέλασαι, καὶ τ' ὀρχήσασθαι ἀντικεν. καὶ τε ἔπος παρθέμικε, ὅπερ τ' ἀρήτην ἀμεινον.

SPES IVBET ESSE RATAS] sic sup. Od. 21. lib. 3. *Tu stem reducis mentibus anxius.* Arist. ἦθικ. Νικομ. γ. εὐέλπιδες γὰρ γίνονται οἱ μεθυσάμενοι. id est, bona spe freti sunt qui ebrii facti sunt. Idem problem. de atra bile, ὅτι πάντας ὁ οἶνος εὐέλπιδες ποιεῖ. id est, quia vinum omneis bona spe complet. huc pertinent ea, quae sunt apud Platon. lib. 1. de legib. extrem. de vino, ἢ καὶ ποιμαίντων ἐγγει τούτω τῷ νύκτι λερομυθῶν. πίνοντα τὸν ἀπὸ τῶν αὐτῶν ποιεῖ τῶν αὐτῶν ἴστων εὐθὺς μάλλον ἢ τῶν ἄλλων: καὶ ὁπποῦν αὐτῶν πλεον αὐτῶν γνήσια, ποσούτω πλείονων ἐλπίδων ἀγαθῶν πληροῦνται καὶ δυνάμειος, εἰς δόξαν] &c. i. an etiam hoc contra se habet quam id, quod nunc dicebatur, vt vinum hominem, qui ex eo biberit, ipsum seipso stitum placidiorem reddat, quam erat antea? & quanto plus de eo gustarit, tanto maiore, & meliore spe compleatur, & facultate ad bonam de se estimationem: & ad extremum omni orationis licentia, proinde ac si sapiens sit, instruat, & libertate, & audacia, ita vt sine dubitatione ac metu quiduis loquatur, & item agat? quae cum supra esse à me prolata ad odam illam 21. lib. 3. serò animaduertissem, delere hic mihi integrum non fuit.

HÆC EGO PROC. ET IDON. IMP.] id est, hæc sunt meae partes: hæc procurare iubeor, ego, qui ad hanc procuracionem idoneus sum, & non inuitus ad hanc procuracionem vocor. Seruius ad illi Virgilij locū, *Aeneid. 10.* *facij cessant equore inisso,* notat inisso participiū esse à verbo iubeor, quod tamen nō sit in vsu in quo fallitur. Nam & Virg. lib. 7. dixit, *Mors inebatur:* & alij boni scriptores, *tuberi, inebemur, inebare, inebare* vsurparunt. Idem paucis post addit, sic à Virgilio vsurparum esse *inissus* particip. vt ab Horatio verbum *imperator*, nimis licenter. Sed hac de re plura supra ad Odam 11. epod. ibi, *tussus abire domum.*

NE TURPITORAL] ne illorum, immū-dum toral. aliàs turpe, ad animum refertur, vt Od. 5. lib. 3. *Turpis maritus.* toral autem, seu torale, vestis fragula, quae toro imponitur, vt sat. 4. lib. 2. *Et Tyrius dare circū illa toralia vestem.* Profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij lib. 1. *Aeneid. tonsisq; ferunt mantilia villis:* & notat, quod hic toral legatur, esse apocopen. integrum enim esse torale.

MAPPAM] mappam dictam esse volunt, quod è manibus pendēret. fiebant autem mappae ex lino, iisque manus tergebantur à conuiujs. linrea appellat Catullus epigr. In Asinium, differebant

autem à mantilibus: quae à manibus antè lotis esse dicta vult Seruius ad illum locū Virg. lib. 1. *Aen. tonsisq; ferunt mantilia villis.* idem ad illud Virgil. *Aen. 2. Raptatus bigis:* ait bigas, quadrigas, mappas numero multitudinis tantum efferri debere ex praecceptis artis, sed artem plerumque ab auctoritate corrupti ac negligi, vt ab Horatio, inquit, *ne fordidam mappam.*

CORRUGET NAREIS] offendat. solent enim qui odore aliquo offenduntur, nareis contrahere. *corrugare nareis* autem, quamuis hic de re, quae offendit nareis, dicatur: ad personam quoque tamen, quae odore aliquo offenditur, referri potest. sic supra *fronte explicare* dixit, de iis rebus, quae hilaritatem afferunt: Od. 29. lib. 3. *Mundaque paruo sub Lare pauperum Cena sine aulais, & ostro sollicitam explicuere frontem.* Plautus in *Casina, rugare* vsurpauit absolute. *vide palliolum vt rugat* id est, *rugosum est.*

OSTENDAT TIBI TE] splendeat instar speculi, tibi que intueti tui reddat imaginē: quod sic aere reperculso, atque in oculos regefit. De speculis vide Lucret. lib. 4. & Plin. lib. 33. & Platon. in Timæo. Quiddam legi voluit offendant.

FORAS ELIMINET] foras efferat, diuulget. propriè est extra limen eijcere. Accius Meleagro. *Tum eliminor clamore, simulac nota vox ad aurem accidit.* Ennius vsus est hoc verbo, significatione absoluta, *quid sic extra adeis exanimata eliminat?* elegans est epigramma lib. 2. epigramm. Græc. quod declarat, quam sit horribile ac fugiendum id hominum genus, quod, quae dicuntur liberius in conuiuio libero, perfidissimè enuntiat, ac diuulgat. *Ὁὐ μοί πλεῖστάδων ποσερὰ δύσις, ἐδὲ θαλάσσης Ὀρνυθῶν τερατῶν κῆρυκα πρὸ στυγέλου, οὐδ' ὅταν ἀστράπη μέγας ἐραυός, ὡς κακὸν ἀνδρᾶ Τερβῶ, καὶ μύθων μνήμονας ὑδροπότας.* id est, non ita mihi Virgilianum horribilis est occasus, neque maris fluctus, qui attollitur circum durum scopulum, neque magnum caeli fulgur, vt improbum hominem extimesco, & sermonum memores aquae potores.

VT COEAT PAR, IN GATVR QVE PARI] hæc quoque pendunt ab illis superioribus, *Hæc ego procurare, &c.* neque sunt coniungenda cum iis, quae sequuntur, *Brutum tibi, septimiamque, &c.* significat enim Horatius, boni conuiuatoris esse operam dare, vt conuiuæ sint pares, aut certè nō admodum dispares. Coire pro eo, quod est coniungi, & cōgregari, vsurpauit etiā in principio libri de arte poet. *sed non vt placidis coeant immitia.*

BRVT. TIBI, SEPTIM. QVE, &c.] hæc ab iis, quae antecedunt, separanda sunt interpunctionis nota. neque verò assentior iis, qui legi volunt *Brutam tibi, septimiamque*, quasi significet Horat. se puellas aliquas in conuiuio adhibiturum. Nam primum Bruta, & Septimia nomina sunt ingenuarum feminarum. At neq; ingenuæ in conuiujs intererant, nisi cum viris suis, neque

A neque scorta nominibus ingenuarum mulierum appellabantur, nisi fortè essent libertæ: sed, vt ferè erāt seruæ, sic & nominibus seruilibus & ple-rumque peregrinis afficiebantur. Deinde versus qui sequitur, *Et nisi cena prior, &c.* vincit, legedum esse *Brutum, septimiam, sabinum*. assumam (inquit) tibi Brutum, Septimium, Sabinum, nisi hic Sabinus à conuiuio lautiore, & à formosiore puella detinebitur. Quod si quis mihi dicat in hac cena etiam puellas interfuisse, fateor id quidem: sed nec eas hic nominari.

LOC. EST ET PLV'RIB. VMBR.] vmbra dicuntur conuiuæ, qui ad conuiuium eunt à conuiuatore quidem non vocati, sed à vocatis ducti, illos videlicet sequentes, vt vmbra corpus. vide Plutarchum *συμπος*. *Σχημα.* lib. 7. Horat. sat. 8. lib. 2. *quos Macenas adduxerat vmbros.*

SED NIM. ARCTA PREM. OL. B CON.] caper, aut capra, fetor sub ala, vt supra diximus ad Od. 12. epod. vbi hircum nominat. licet (inquit) plureis tecum comites adducas: sed hoc est metuendum, ne è multitudine conuiuiarum arcè sedetium existat alarum odor grauis, & tæter. Gelasinus ille Plautinus in Stichis, neq; hoc metuit, neque quicquam aliud: quin dicit se vel inter cuneos ferreos accubare posse. *Tantillū loci* (inquit) *vbi catellus cubet, id mihi sat est loci.* Sed quidam tamen hic per capras, scorta significari putant.

QVOTVS ESSE VELIS] quot velis vocari.

REBUS OMISSIS] *rebus relictis*: Terent. Lucretius, Plautus.

ATRIA SERVANTEM] in atrio domus te expectantem.

POSTICO] ostio posteriore, *ψευδοθύρα*, id est, falsa porta, vt Græci nominant. anticū, & posticum opponuntur inter se. Seruius ad illū Virgilij versus, lib. 2. *Aeneid. Limen erat, cæcæq; fores, &c.* hæc annotat, posticum dicit, quod generis est neutrius: vt apud Horat. Flacc. *Atria seru. postico falle el.* nam antica, postica generis femini-ni auguralia sunt.

FALLE] late, *λάθηναι*. lege annot. ad Od. 10. lib. 1.

CLIENTEM] Moschum, vel quemuis alium. patronus & cliens ex iis sunt, quae ad aliquid referuntur. Quemadmodum autem patroni erant, clietere in iudicio, siue priuato, siue publico, defendere, eius curam habere, vt liberorū: ita clientis officium erat, patronum, tanquam parentem quandam colere, eum, aut eius filios ab hostibus captos redimere, eius filiabus collocandas dotem praebere, si patronus esset tenui, & angusta re familiari. erantque clientes plebeij ordinis: patroni senatorij: quod initio à Romulo fuerat institutum, vt inter patres & plebem concordia cōseruaretur. ex eo natum, vt in inferiores homines viros claros, & splendidos, patronos vocarent, vt epist. 7. lib. 1. *pol me miserum patrone vocares, si velles (in-*

quit) *verum mihi ponere nomen.* & eadem epist. *Mena ille cliens appellatur.* eadem ratione orator, qui alterius caput & fortunas defendit, patronus: & qui defenditur, cliens dici solet, vt hoc loco: & Vatinius epist. ad Cic. lib. 5. *si tuam consuetudinem in patrocinio tuendis seruas, P. Vatinius cliens ad te venit, qui pro se causam dicere vult.*

6. AD NUMICIVM.

NIL admirari, propè res est ma, Numici,

Solâq; quæ possit facere, & seruare beatum. Hunc solem, & stellas: & decedentia certis Tempora momētis, sunt qui formidine nulla Imbuti spectent. quid censes munera terræ? Quid maris extremos Arabas ditantis, & Indos? (vitis?)

Ludicra quid, plausus, & amici dona Qui- Quo spectâda modo, quo sensu credis, & ore? Qui timet his aduersa, ferè miratur eodem, Quo cupiens, pacto, pauor est vrbobique molestus.

Improuisa simul species exteret vtrumque. G Gaudeat, an doleat: cupiat, metuâtne: quid ad rem,

Si, quicquid vidit melius, peiusve sua spe, Defixis oculis, animòque, & corpore torpet? Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui: Vltra, quàm satis est, virtutē si petat ipsam. Inunc: argentum, & marmor vetus, ædæ- que, & arteis

Suffice: cum gemmis Tyrios mirare colores: Gaude, quod spectant oculi te mille loquentē: H Nauus manè forum, & vesperinus pete- rectum:

Ne plus frumenti dotalibus emetat agris Mucius, indignum, quod sit peioribus ortus, Hic tibi sit potius, quàm tu mirabilis illi. Quicquid sub terra est, in apricum profe- ret etas:

Defodiet, condetq; nitentia, cum benè notum Porticus Agrippæ, & via te cōspexit Appl: Ire tamen restat, Numa quò deuenit, & Ancus.

A Si latus, aut renes morbo tentantur acuto:
Quere fugā morbi, vis recte viuere? quis nō?
Si virtus hoc vna potest dare, fortis omisiss
Hoc age deliciis, virtutem verba putas, vt
Lucum ligna: caue ne portus occupet alter:
Ne Cibyrica, ne Bithyna negotia perdas.
Mille talenta rotundentur: totidem altera:
porro & (uum.
Tertia succedat, & quae pars quadret acer-
Scilicet uxorem cū dote, fidemq, & amicos,
 B *Et genus, & formam regina pecunia donat:*
Ac bene nūmatiū decorat Snadela, Venusq,
Mancipiū locuples eget eris Cappadocū rex.
Ne fueris hic tu, chlamydes Lucullus, vt
aiunt,
Si possit centum scena prabere, rogatus,
Quid possum tot? ait: tamen & queram: &
quos habeo
Mittam, pōst paullo scribit, sibi millia quinq,
Esse domi chlamydum: partem, vel tolleret
omneis. (sunt:
 C *Exilis domus est, vbi non & multa super-*
Et dominū fallunt, & profunt furibus, ergo
Si res sola potest facere, & seruare beatū:
Hoc primus repetas opus: hoc postremus
omittas.
Si fortunatum species, & gratia praestat:
Mercemur seruū, qui dicet nomina: leuum
Qui fodiat latus: & cogat trans pondera
dextram
Porrigerē hic multum in Fabia valet: ille
Velina:
 D *Cuilbet hic fasceis dabit: eripietque curule*
Cui volet, importun' ebur, frater, pater adde:
Vt cuiq, est atas, ita quemq, facetus adopta.
Si bene qui cenat, bene viuit: lucet: eamus,
Quod ducet gula: piscemur: venemur: vt olim
Gargilius, qui manē plagas, venabula, seruos,
Differtū transire forū, populumq, iubebat:
Vnus vt è multis populo spectante referret
Emtum mulus aprum, crudi, tumidiq,
laeuemur,
Quid deceat, quid non, oblii: Cerite cerea

Digni, remigū vitiosum Ithacensis Vlyssēi. E
 Cui potior patria fuit interdita voluptas.
 Si, Mimnermus vti censet, sine amore, iocisq,
 Nil est iucundum: vinas in amore, iocis que:
 Viue: vale, si quid nouisti rectius istis:
 Candidus imperti: si non, his vtere mecum.

NIL ADMIR. PROP' RES EST, &c.] videntur hac magnopere pugnare cum iis, quae sunt apud Platonē ei Θεωρητικῶν, his verbis, *μὲλα γὰρ φιλοσόφῃ τὸ το πᾶθος τὸ θαυμάσιον· οὐ γὰρ ἄλλῃ ἀρχῇ φιλοσοφία: ἢ αὐτῆ· id est, maxime enim videtur esse philosophi hic affectus, nempe admirari. Non enim aliud philosophiae principium est, quam id ipsum. & ita Aristot. lib. 1. τῶν μετὰ τὰ φυσ. sed Horatius hoc loco vult, cupiditatem, & metum, laetitiam & dolorem ex earum rerum, quas cupimus, & metuimus, propter quas dolemus, laetitiasq; afficimur, admiratione nasci. denique si diuitias, & honores, & voluptates: si paupertatem, morbum, exsiliū, mortem contemneremus, ac pro nihilo putaremus, ab omni cupiditate, metu, ceterisque animi morbis soluti, ac vacui essemus. Sic Plutarchus lib. 2. τῆ ἀκούειν testatur, dicere solitū esse Pythagoram, sibi hoc ex philosophia partū esse, τὸ μὴ δὲν θαυμάζειν: id est, nihil mirari. verba Plutarchi sunt haec: *Ἐκείνος ἐκ φιλοσοφίας ἐφῆσεν αὐτῶ τῆ ἀκούειν τὸ μὴ δὲν θαυμάζειν, &c.* sequitur *μοχ, ὁ γὰρ φιλοσοφικός λόγος τὸ μὴ εἶναι ἄσπορίας, ἢ ἀγνοίας θαύμα, ἢ θαμβόσ, ἐξ αἰσθη γνώσει, ἢ ἰσότητι, ἢ ἀεὶ ἐκαστον αἰτίας: τὸ δὲ εὐκόλον καὶ μέγα, καὶ φιλένθρωπον οὐκ ἀπολλυσιν:* id est, Nam philosophica ratio miraculum quidem & pauorem ex hesitatione & ignorantia nascentem eximit cognitione & scientia causarum vniuersiūque: facilitatem autem, & magnitudinem, & humanitatem non perdit. Idem etiam placebat Epicuro. Mirantur enim qui rerum causas ignorāt. Contrā omnium rerum causa cognita, leuamur superstitione, inquit, liberamur mortis metu, non conturbamur ignorantia rerum: ἔ qua ipsa existunt saepe formidines. Lucret. lib. 5. *si tamen interea mirantur, qua ratione quaeque geri possint, praesertim rebus in illis, quae supra caput aetheris cernuntur in oris, &c.* Eodem pertinent illa M. Tullij ex lib. 3. quaestionū Tusc. *Et nimirum hac est illa praestans & diuina sapientia, perceptas penitus & pertractatas res habere, nihil admirari cum acciderit: nihil, antequam euenierit, non euenire posse arbitrari. Idē lib. 4. Quid enim videatur ei [beato] magnum in rebus humanis, cui aeternitas omnis, totiusque mundi nota sit magnitudo? nam quid aut in studiis humanis, aut in tam exigua vita breuitate magnum sapienti videri potest, qui semper animo sic excubat, vt ei nihil improuium accidere possit, nihil inopinatum, nihil nouum? &c.**

N V M I C I.] in vno & altero codice manu scr. reperi

A reperi Nūmati: vnde quidam amicus meum legendum suspicatur & hic Munati, & in inscriptione, Ad Munatium: vt intelligamus, Horatij scribere ad L. Munatium Plancum, ad quem scripta est Oda 6. lib. 1.
 S E R V A R E B E A T V M] sic locutus est tyra 1. lib. 1. *retinere velis seruareque amicos*
 Q V I D M A R I S] muna, τὸ κοινῶ. mare Arabicum & Indicum describit.
 A M I C I D O N A Q V I R I T I S] Macenatis, & potentioris amici, alij, honores, qui deferuntur à populo Romano, intelligunt.
 Q V O S P E C T. M O D O, &c.] vtrum cū aliqua cupiditate, necne? vel vtrum cum aliqua admiratione, ex qua cupiditas oritur, necne?
 Q V I T I M E T H I S A D V. &c.] vt, qui cupit, admiratur: ita & qui timet: sed non prorsus eodem modo. Nam qui cupit, ita admiratur, vt id, quod admiratur, expetendū esse existimet; qui metuit verò, vt fugiendum esse. ille admiratur bona fortunæ, & res secundas, easq; expetit: hic fugit contrarias, mirari vlturpauit supra in re, quae videtur bona, Od. 9. lib. 4. *Non sola comotos arsit adulteri Crimēis, & aurum vestibus illitum Mirata, regaleisq, cultus, &c.* Od. 2. 9. lib. 3. *Omitte mirari beata Fumum & opes, strepitūque Roma.* & Virg. in Sileno, *Tum canit Hesperidum miratā mala puellam.* His aduersa autem intellige paupertate, ignominiam, sibilos, & similia.
 C P A V O R.] τὸ τῆ αὐβος. Pavor, vt definitur à Stoicis scribit M. Tull. lib. 4. quaest. Tusc. *est metus mentem loco mouens.*
 V T R O B I Q V E] non potui 10. librorum manu scriptorum, trium Vatic. Faer. Iannoct. Torn. Ruffard. Nicot. Morell. mei, qui ita habent, contentum negligere: tamen si vulgata vtrique sit tolerabilis. vtrōbique autem interpretor in cupiendo, & metuendo.
 I M P R O V I S A S I M V L S P E C I E S E X T.] fuit haec opinio Cyrenaicorum, nō omni malo agritudinem effici, sed insperato, & nec opinato, vt refert M. Tull. lib. 3. Tusc. qua de re plura laepe apud eundem, eo, quem indicavi, loco. Est tamen viri fortioris, & melioris à malis reipentinis & improuisis non exterreri, quā impropuisis & praemeditatis. Nam (vt ait Aristoteles lib. 3. de morib. ad Nicom.) quae multo antè prouisa & prospecta sunt, in iis quauis animi agitatione & ratione consilium ceperit: at in repentinis, habitu.
 G A V D E A T, A N D O L E A T: C Y P. M E T V A T N E] haec sunt quattuor animi perturbationes, quae ceteras omneis eiusdem generis continent. qua de re vide M. Tullium Tusc. lib. 4. quo loco scribit Stoicos docere duas nasci ex duobus opinatis bonis, nempe laetitiam, & libidinem, vt laetitia sit praesentium bonorum, libidinem futurorum: duas ex duobus malis opinatis, metum, & agritudinem, metum quidem futuris, agritudinem verò praesentibus. legēdum autem

est apud Horatium *cupiat, metuāne*, non vt vulgò legitur, *metuāt ve.*
 D E F I X I S O C V L I S] τῶς ὀφθαλμοῦ περιτρίβει, vel ἀτινὲς ὀφθαλμῶν, quo acerrima, attentissimaque significatur cogitatio, vt alibi dicemus.
 I N S A N I S A P. N O M. F E R A T, &c.] Sic M. Tull. Tusc. lib. 4. *Itaque primum in ipsa cupiditate, cum id solum agitur, vt ea tollatur, non est querendum bonum illud, necne sit, quod libidinem moueat: sed libido ipsa tollenda est: vt sine, quod honestum est, id sit summum bonum, sine voluptas, sine horum vtrumque coniunctum, sine illa tria genera bonorum, tamen, etiam si virtutis ipsius vehementior appetitus sit, eadem sit omnibus ad deterrendum adhibenda oratio.*
 I N V N C, A R G E N T V M, &c.] concessio est, dissimulationis, & irrisionis plena, qua vtuntur Latini cū vel à re quamiam detecerit, vel alicui improbant, vel fieri non posse significat, vt Catull. in Memmium, quamuis omiserit verbum i, *pete nobiles amicos.* Virg. Aeneid. 7. *I nunc, ingratis offer te irrisse periculi: Tyrrhenus is, ferne acies, rege pace Latinos.* Et Horat. epist. ad Iul. Flor. lib. 2. *I nunc, & versus tecum meditare canoros.* Propert. lib. 3. *I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos.* Ouid. lib. 2. de arte amandi, *I nunc, claudē fores castos odiose puella, Et centum duris postibus adde seras.* ibid. *Paruit imperio dominae Tyrrinthius heros: I nunc, & dubita ferre, quod ipse tulit.*
 A E R A Q V E] statuas aereas, vel vasa aerea antiqui artificij.
 T Y R I O S C O L O R E S] purpureos colores, vestes purpureas.
 G A V D E, Q V O D S P E C T. O C V L I] conueniunt haec in homines eloquentiae laudē claros, qui corona, & frequentia delectantur: immò verò, qui si à corona relicti sint, non queant dicere, vt respōdet Brutus apud M. Tull. in Bruto.
 E T V E S P E R T I N V S] id est, vesperi, vt docuimus supra ad Od. 16. epod. sic fat. 6. lib. 1. *Fal-lacem Circum, vespertinisque peuevro Saepē forum.* vbi tamen alij legunt, *vesperinum forum*, non malē.
 N E P L V S F R V M, D O T. E M. A G R.] pendet hic versus à superiore, hoc modo, Tu nauus à prima luce cōfer te in forum, vesperi domum redito, id est, totum diem in studio rei faciendae consumito, ne Mucius, qui humilioris loco, & deterioribus partibus natus est, quā tu, plus frumenti percipiat ex agris, quos ab vxore in dotem accepit, quā tu ex tuis autis: quasi indignum sit, Muciū, humilioribus parentibus natum, esse te locupletiozem. Sed Simeo Bosius Lemouix, amicus meus, primum legit, *Me plus frumenti dot. em. ag. Mucius?* atq; se ita scriptum reperisse in suo codice manu scr. Deinde quae sequuntur, sic explicat, *indignum*, id est, indignum sit, Mucium esse me ditiozem, & plus frumenti ex agris dotalibus, quā me ex meis percipere. atq; hactenus vult esse illius nauiter rem facientis verba. haec autē, quae deinceps sequuntur, iam putat esse Horatij, si hic Mucius sit te ditior, futurum est,

A vt is tibi sit mirabilis, non tu illi, quia sit ex humilioribus parentibus natus. de qua explicatio- ne iudicet lector.

DOTALIBVS EMETAT AGRIS] id est, de dotalibus agris metat: vt annotatum est supra ad Od. 7. lib. 2. dotalis agros intellige, quos in dotem accepit ab vxore.

INDIGNVM, QVOD SIT, &c.] hæc dicuntur ex eius sensu, & sententia, qui studium omne suum in augenda re familiari ponit, & col- locat, quasi in pecunia, & copiis sita sit beata vita: suntque vultuose pronuntianda, hoc modo, Indignum est Mucium, hominem inferiore loco natum, quàm tu es, te ditiores esse. in tribus Vatic. Faern. Torn. scriptum est, *Mucius, vt indignum.*

B HIC TIBI SIT POTIVS] hic versus aut legendus cū interrogatione est, hoc modo, tunc patieris, vt tibi huius diuitiæ sint mirabiles potius, quàm illi tuæ: vel intelligendus est pendere ab illis, qui antecedit, *Nauis manè forum, &c. & Ne plus frumenti, &c.* vt sit hæc sententia: rei faciendæ operâ naua, ne Mucius plus frumeti metat ex agris dotalibus, q̄ tu, & ne tibi sit mirabilis potius ob diuitias, q̄ tu illi. & ita subintelligemus ne, vel repetemus *ἄπο κόου.* Quod si legamus, *Hic tibi si potius*, vt habent quædam vulgata exempla, pendebit à superiore versu, hoc modo, Indignum fuerit, quia Mucius natus sit obscuro loco, quàm tu, si tibi sit potius mirabilis, quàm illi tu. & ita subintelligendum erit *fit*. iudicet lector.

C QVICQVID SVB TERRA EST, IN APRICVM] sic Sophocles in Aiace, *Ἄπειρος ὁ μακρὸς; κενεαριθμητος χρόνος φύει τ' ἄδην λα, καὶ φανέντα κρύπτει.* i. Quicquid hodie occultum, & obscurum est, tempore prodibit in lucem, & in promptu erit: quæ nunc sunt in promptu, & quæ sunt omnium oculis exposita, ea de medio tollit vetustas, & tenebris obscurabit sempiternis.

IRE TAMEN RESTAT, NVMA QVOD] moriendum est. sic Lucret. lib. 3. *Lumina sis oculis etiam bonus Ancus reliquit.* lege annot. ad Od. 28. lib. 1.

SILATVS, AVT RENES] si laboras morbo lateris, quem Græci *πλευρίτιδα* narrant, aut renem dolore, quem *νεφρίτιν*, &c.

D MORBO TENTANTVR ACVTQ] supra fat. 3. lib. 2. *Quod latius, aut renes morbo tentantur acuto.*

SI VIRT. HOC VNA POT. DARE] sic reperi scriptum in libris manuscriptis, & ita scriptum esse in codice Bernard. Laureciani, testantur viri docti, quam scripturam comprobant & nonnulli libri typis excusi. hoc autem, intellige, rectè viuere. Itaque hic versus nõ est ita à superiore separandus, quasi nouæ sententiæ principium sit: sed cum eo ita coniungendus, quasi pendeat sententia. Vulgati habent hæc.

HOC AGE] huic vni rei stude, in hac vna co-

gitatione, curâque versare: in hoc vno tuus animus sit occupatus. sic epist. ad Loll. 2. huius libri, *Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.*

VIRTVTI. VER. VTI. VT LVC. LINGNA?] hic scribenda est interrogationis nota, vt sit hic sensus Horatij, si virtutem verba putas, neque eam quicquam ad beatam vitam valere existimas: totum studium, totamque operam tuâ ad quæstum, & pecuniam congerendam confer. Dion lib. 47. narrat, Brutum clade accepta in illo ultimo cum Octauiano, & M. Antonio, prælio dixisse, *ὁ τλήμων ἀρετῆ λόγος ἄρα ἡδ' ἐγὼ δὲ σε ὧς ἐργον ἡσπου σὺ δ' ἐδύλευες τυχή*, id est, o misera virtus, eras igitur fabula, seu verba: At ego te, vt rem, colebam, & exercebam: tu autem fortuna seruebas. Sunt autē versus duo senarij ex nescio quo poetâ.

NE CIBYRATICA, NE BITH. NEG.] à negotio, & negotiando, negotiatores sunt appellati, quales sunt publicani, aratores, pecuarij, mercatores autem longè ab his differunt, vt supra ostendimus. Cibiratica porro negotia à Cibiryis vrbe Cilicia.

ROTUNDENTVR] rotundâti verbo vitur & M. Tull. in Timæo, *cumque similem vniuersitatis nature mundum efficere vellet, ad volubilitatē rotundauit.* videtur autē ab Horatio pro eo, quod est, *aceruum, aut summam complete, positū esse:* proinde ac si dixisset, mille talenta congerantur, coaceruentur, cumulentur.

TOTID. ALTERA] id est, mille. sic Virg. G Palæm. *cras altera mittam.*

PORRO ET TERTIA SVCCEDANT] tertia mille postea accedant. sic autem, vt edendum curauit, reperi scriptum in omnibus libris veteribus.

ET QVÆ PARS QVADRET] & pars, quæ acerrum in quadrum redigat: nempe quarta mille, quæ quattuor millia efficiant. *quadrate* enim per tralationem quandam perficere est. M. Tull. orat. perf. *delectationis aucupium, & quadrante orationis industria.* nonnumquam absolutū est, vt Virg. Georg. 2. *Arboribus positis sc̄to via limite quadret.*

SCILICET VXOREM CVM DOTE, &c.] reginam pecuniam dixit, tanquam in rebus humanis dominantem, regnumque obtinentem. sic fat. 3. lib. 2. *Virtus fama, decus, diuina, humanæque pulchris diuitiis parat, quas, &c.* Hesiodus paucioribus verbis, quantum momenti habeat, quantumque valeat pecunia, satis declarat hoc versu, *Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλειται δειλοῖσι βροτοῖσι*, id est, pecunia enim mortalibus anima est.

AC BENE NVMMATVM] M. Tull. orat. 2. de lege Agr. *nō minus bene nummatus, quàm bene capillatus.*

SVADELA] eloquentia, dicendi facultas. Prisc. deducit à verbo *suadeo*, vt à candeo cādela, lib. 4. cum à nomine *suada* oriri videatur, quod nomen ab Ennio videtur factum ad exemplum Graci

A Græci nominis *πειθῶ*, id enim significare videtur M. Tull. in Bruto, his verbis, *πειθῶ, quam vocant Græci, cuius effector est orator, hanc suadam appellauit Ennius.* hæc eandem hominum reginam appellat Euripides in Hecuba, querens quamobrem homines ceteras quidem disciplinas magno studio perdificant: in eloquentia autem non assidue elaborent, neque eius magistris magnam mercedem persoluant, vt possint alteri persuadere, quæ velint, ab eoque obtinere. verba Eurip. sunt hæc, *ἢ δῆτα θητοὶ τὰλλα μὲν μαθήματα Μοῦσῶν μὲν, ὡς γὰρ πάντα, ἔμαθ' αὐτοῖς: Πειθῶ δὲ τὴν πύρρον ἀνθρώποις μόνον Οὐδὲν π μάλ' ἄλλο ἐς τέλος σπουδαῖο μὲν, Μιᾶς δὲ διδόντες μαθήσαν, ἢ ἡ ποτε Πειθῆν. ἃ πρὸ βέλοισι, τυγχάνειν θ' ἄμει:* Themistocles apud Herodot. lib. 8. *Πειθῶ καὶ ἀνάγκη*, id est, suadela, & necessitatem, magnos deos esse dicit, iisq; fretos Atheniensis ab Andriis pecuniam deposcere. Nō temerè autem Suada cum Venere ab Horatio copulata est, posteaquam de re vxoria facta mentio est. Nam & Plutarchus inter deos nuptiales etiam Venere, & Suadam numerat in *Παρθενῶσι*. Sic enim ille, non longè à principio, vbi causas affert, quare quinque faces sponis præferantur, ἢ ὅτι πέντε δ' εἰσθαι θεῶν τῆς γαμμοῦταις οἰόνται, δις τελεῖται, καὶ ἥρας τελεῖται, καὶ ἀφοροδότης, καὶ πύθους, ὅτι πᾶσι δ' ἀφ' ἑμῶν δέσ: id est, an q̄ quinque deis egerè putant eos, qui matrimonio coniunguntur, Ioue perfecto, Iunone perfecta, Venere,

C Suada, Diana? MANC. LOCVPLES EGRET, &c.] hunc versum sic explico, rex Cappadocum mancipiis locuples, id est, mango, seu venalitiarius, seu multorum seruorum dominus, & mancipiis abundans, eger ære. Cappadoces enim barbari, seruiq; sunt vel natura, vel lege, seruiuntque suo regi, vt serui domino. Præterea à Cappadocia serui venales Romam adducebatur. M. Tull. in orat. quâ habuit ad senatum, post redit. *Cum hoc homine, an cum Æthiopo, si in foro constitisses, nihil crederes interesse, sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanum, neglectum, Cappadocem modò abreptum de grege venalium diceres.* Per sius, Cappadoces rigida pinguis panisse catasta. quidâ sic interpretantur, Locuples, id est, is, qui pecunia abundat, seu pecuniosus, eger mancipiis: rex Cappadocum, id est, mango, & venalitiarius, qui cōplures seruos habet, pecunia eger, à quibus dissentio, significat enim Horatius, seruorum multitudinem, ceterarumque rerum copiam, sine pecunia mancam, ac debilem haberi. *locupletes* (inquit Festus) *multorum loculorum domini.*

D NE FVERIS HIC TV] ne talis fueris, qualis Cappadocum rex, aut mango aliquis mancipiis abundans, pecunia egens, si summum bonum positū esse putas in diuitiis, & pecunia magnitudine: sed eto potius talis, qualis Lucullus, qui non solum nulla re egebat: sed etiam multa plura possidebat, quàm se possidere putaret. pro-

uocabulum *hic* refertur ad id, quod antecedit, nõ ad id, quod sequitur, vt epist. ad Vallam, *Nimirū hic ego sum.* & satyra 2. lib. 1. *Hic si mutonis verbis, &c.* & sat. 4. eiusdem lib. *Hic tibi comis, & urbanus, &c.*

CHLAMYDES LVCVLLVS, &c.] Plutarchus hanc historiam in Lucullo extremo narrat, atque etiam Horatium Flaccum nominat, his verbis, *ἡρατὴν γὰρ δὲ ποτε φιλοπυμῶντος ὡς θέας, καὶ χροῖ πρὶ κόσμον εἴτε μὲν ἢ πορφύρας χλαμύδας, ἀπεκρίνατο σκενῶμενος, αἰ ἐχθρὸν σεν. εἴτα μετ' ἡμερῶν ἠρώτησεν αὐτὸν, ὁπόσων δροίτο: τῷ δὲ ἑκατο ἀρκέσειν φήσαντος, ἐκέλευσε λαβεῖν δις ποσάυτας, εἰς δ' καὶ φλάκκος ὁ ποιητῆς ὅπαιτε φωνήεν, ὡς ἔ νομίζετο, πλῆθον. Ἐ μὴ τὰ παρορῶμενα, καὶ λαθῶντα πλείονα τῶν φανοῦδῶν ἔστι, id est, cum prator quidam Rom. qui ludos magnificentissimos faceret, & spectaculum apparatissimum populo præbere cogitabat, petiisset ab eo ad ornatum chori chlamydes aliquot purpureas: respondit se visurum, haberet, necne: & si haberet, daturum. postredie quæsiuit ab illo, quot chlamydisbus ei opus esset: cum ille respondisset, centum satis sibi futuras, Lucullus iussit eum bis tantum sumere. Ad quod acclamās Flaccus poeta, dixit, illos nõ videri esse diuitias, vbi ea, quæ negliguntur, & quæ ignorantur, plura non sunt iis, quæ sunt in promptu, quæq; apparent.*

PRÆBERE] *πρὸς* (eu), suppeditare: intellige tamen, commodatò dare.

MILLIA QVINQVE] discrepat ab Horatio Plutarchus, qui Lucullum ducetas chlamydes duntaxat domi reperiri scribit: hoc est duplo plureis, quàm ab ipso essent petita. Sed licet respondere, Plutarchum, vt historicum, primam historia legem seruasse: quæ est, ne quid falsi dicat: Horatium autem, vt poetam, rei quidem veritatem cò vsque secutum, quoad instituto eius opus fuerit: rem ipsam autē pro suo iure ornasse, & auxisse verbis.

ET QVOT HABEBE] sic habent cod. Iann. Faer. & duo Vatic. Russard. Nicot. Cleric. non (vt quidam vulgati) quod habebo.

TOLLERE] *sumeret*, vt fat. 4. lib. 1. erat, quod tollere velles.

EXILIS DOMVS EST] acclamatio est: & ita Plutarchus, *ὅτι πεπονημένον* exilis est autē. i. angusta, vel inanis, non referta bonis, sed inops, sup. Od. 4. lib. 1. *Et domus exilis Plutonia.*

VBI NON ET MVLTASVPERS.] narrat Plutarchus, Scopam Thessalū, copiosum hominem, & opulentū, cum ab eo posceret quidam, quæ ei superessent, quæque superuacanea viderentur, ita responddisset: his superuacuis, & quæ superant, fortunati, & beati sumus.

ET DOMINVM FALLVNT] dominum latent, à domino ignorantur.

ET PROSVNT FVRIB.] Plautus in Aulul. *Nam hic apud nos nihil est aliud quasi furibus: Ita inanis sunt appletæ, atque araneis.* & Tibull. lib. 4. *Et domino satis, & nimium furique, lupoque.*

A SI RES SOLA, &c.] si pecunia, sola, &c. si solâ diuitiâ, & copiâ rei familiaris: *ἑστία, τὸ ὑπάρχοντα*, bona, facultates. epist. i. lib. i. *Isne tibi melius suadet, qui ut rem facias, rem s'î postus recte, &c.* & sat. 5. lib. 2. *Et genus & virtus nisi cum re, vi lior alga est.* & Od. 8. lib. 4. *non tibi talium Res est, aut animus deliciarum egens.*

ET SERVARE BEATVM:] sic loquitur sat. 3. lib. 1. *Hæc res & iungit, iunctos & seruat amicos.*

HOC PRIM. REP. OP. HOC POSTR.] hoc est, quod paullo antè dixit, *Nauus manè foris, & vespertinus pete tectum.*

B SI FORTVN. SPEC. ET GR.] si species, id est, decus externum, & forense: cultus & ornatus corporis ex honoribus, & magistratibus quæsitus, vt prærexta, sella curulis, latus clauus, calcei lunati, adde his, si voles falceis, lictores, comitatum, &c. *gratia præst. fort. i.* & si populi & potentium virorû fauor beatum præstat: si ambitiosus es: si in honore summum bonû positû esse existimas, &c. M. Tull. in Pison. *Magnum nomē est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consulis.* ibid. *in quibus si moderatio illa, quæ in nostris solet esse consulis, non fuit: at fuit pompa, fuit species, fuit incelsus, saltem seplasia dignus.* Idem epist. ad Lentul. lib. 1. *qui splendorem, & speciem huius vite inuenitur, sollicitudinem autem, & laborem perspicere non possunt.*

C MERCEM. SERV.] Mercemur seruû nomenclatorem. habebant Romani illi veteres, magistratum pctituri, seruos nomenclatores, à quibus docebantur, ac monebantur quo quisq; cuius, qui in suffragiis aliquid valeret, nomine appellaretur, vt candidati à seruo nomenclatore admoniti vnumquemque nominatim salutare possent: quod declarant verba illa M. Tull. in orat. pro Murena: quibus Catonem alloquitur, *Quid, quodd habes nomenclatorem: in eo quidem fallis, ac decipis. nam si nomine appellari abs te ciuicis tuos honestum est, turpe est eos notiores esse seruo tuo, quam tibi: si, etiam si noris, tamen per monitorem appellandi sunt, cur ante appellas, quam insuffurrauit? aut quid, cū admoneris, tamen, quasi tute noris, ita salutas? quid, posteaquam es designatus, multo salutas negligentius?* ita autem legendum est apud M. Tullium, non, vt habent codices vulgati: quæ emendatio, mea est. Sed quæret aliquis, quam obrè ambitiosi homines, & candidati nominatim ciuicis suos appellare vellent, atque ad eam rem nomenclatores adhiberēt. dicam. Cùm studerent illi ciuicum beneuolentiam sibi conciliare, primum erat cauere, ne eorum voluntates à se alienarent, nève eorum animos offenderent: Secūdum omnia experiri quibus hominum beneuolentia allicitur, & comparatur: At obliuio nominû, iram iis commouet, quorum nomina oblitum sumus. Videmur enim de iis parû laborare, quos ita negligimus, vt ne eorû quidem nomina memoria teneamus: quod docuit Aristot. lib. 2. rhetoric. Contrâ salu-

tare homines nominatim, significat nostrum in eos studium, curam, & diligentiam. Itaque notū est mirum, si candidati, & honoris cupidi, talis salutationes adhibebant, vt vnum quiddam ad hominum beneuolentiam colligendam accommodatissimum, atque vtilissimum. Et Nicias ille Atheniensis, in infelix illud prælium nauale commissurus apud Syracusas, Trierarchos nominatim, & patriis & tribuû nominibus appellâs hortatur vt fortiter pugnēt, vt scribit Thucyd. lib. 7. *αὐθις τῶν τριηράρχων ἕνα ἕκαστον ἀνεχέλευπα- τρῶθεν τε ὀνομάζων, & αὐτῶς ὀνομασί, & φυλῆν.* &c. id est, rursus trierarcharum vnumquemque patrio nomine appellabat & ipsos, & eorum tribum nominatim commemorans, &c. Id vidit Homerus, apud quem *Ἰλ. κ.* Agamemnon fratri Menelao præcipit, vt suo quemque Græcorum, nomine appeller: ipsos honorificè saluter, de se modicè & summissè loquatur & sentiat, his versib. *Φθέρηο, δ' ἦ κεν ἴηδα, καὶ ἐξήγησθαί ἀνοχθῆ, Πιατρῶθ' εἰ γενεῆς ὀνομασί, ἀνδρᾶ ἕκαστον Πάριος κυδοῖαν, ἠνδὲ μελάϊστο θυμῶ.* Et Themistocles ille Atheniensis (vt refert M. Tull. in Catone maiore) omnium suorum ciuû nomina perceperat. vivebat enim ille in ciuitate libera: in qua populus plurimum, atque adè omnia poterat. Nam & à populo illo petebantur honores, & populus honores suo arbitratu mandabat. Sic igitur & Romæ, vbi ferè de populi suffragiis tota comitiorum ratio pendeat, non temerè candidati operam dabant, vt à nomenclatoribus moniti ciuicis gratiosos nominatim salutarerent.

QVI DICTET NOMINA] qui moneat quo quisque ciuicis nomine appellatur: qui nomina ciuium insufurret, vt eos nominatim salutare, rogemûsq; vt nobis petentibus studeant, ac suffragentur ad honorem obtinendum.

LAVVM QVI FODIAT LATVS] ita legendum esse equidem dudû iudicaueram, non *seuum*. nunc autem in hac sententia eo libentius perseuero, quod video & in aliquot cod. antiquis ita legi, & doctiss. viris idem videri. hæc verba autem, *qui lauum fodiat latus*, hoc significant: qui astitans domino à parte min⁹ honorata, lauo ipsius latere fossio, id est, extrema manu pulso, admo- neat, vt illum & illum saluter, & presen. fodere latus autem confucuisse eos, qui admonere vel- lent, declarat illud Terent. in Hecyra. Lach. *Dic insuisse te.* Phidipp. *Noli fodere: insi.* Neq; verò fuit quod quidam in hoc loco, satis alioquin aperto, explicando nuper nouam operam fumerent, cum & sex ab hinc annos ita nos eû explicauerimus, & illi nihil de suo addiderint, nihilque melius attulerint. Sed hoc idem fecisse in aliis sexcentis reperientur, quasi verò nihil esset satis testum atque purgatum, quod non orationis suæ cœno inquinassent. Virg. armos fodere dixit de equite, equo calcaria admovente, lib. 6. *En. seu spumantis equi foderet calcariis armos.* At Plautus Aulul.

latus

A *latus fodere* posuit pro latus: cultro aperire. sic Congrio coquus apud Plaut. *istuc male factum arbitror, quia non latus fodi.*

ET COGAT TRANS PONDERA, &c.] cogat herum trans saxa, aut trabeis magni ponderis, quæ vel machinis attolluntur, vel plaustris vehuntur in viis, dextram porrige ad aliquè ciuem apud tribuleis suos gratiosum, in via faxis impedita laborantem, subleuandum. sic Propertius lib. 3. *saxa pyramidum, & sumtuosorum seculorum, pondera appellat. Aut illis flamma, aut imber subducat honores, Annorû aut istu pondera videntur.* Officiosum autè est in angustiis, & turba, manus alteri subijcere, & laborantem manibus subleuare. Tibull. lib. 1. *eleg. 5. Pauper in angustiis fidus comes agmine turba, subicietque manus, efficietque viam.* Quod si quis malet ita accipere hæc verba, *dextram porrige*, vt pertineant ad gestum prestantis candidati, & gratioso alicui in via supplicantis, ac blandientis, non magnopere repugnabo. solebant enim candidati singulorum manus eorum, quibus supplicabant, apprehendere: immò verò ex singulis tribubus gratiosissimos quosque sibi adiungere, eosque etiam in campum secum producere, vt ab iis vniuerso populo magis commendarentur, cum ille suo nomine quodammodo peteret. Et ita fortasse intelligenda sunt ea verba, quæ statim sequuntur, *Hic multum in Fab. valet, ille Velina.* licet & dextram porrige, accipere pro *δὲ ἑτάσασθαι*, id est, dextra porrecta salutare atque amplecti, vt intelligamus, nomenclatorem monere candidatum, vt dextram porrigat gratioso apud tribum aliquam ciui, ad eum officiosè, blandèque salutandum & complectendum. sic enim vsurpat *πρωτεύειν χεῖρα* Plutarchus libro, *εἰ ἀρεσέωτέρω πολίτην*, viis: *ὅν γὰρ ὡς πλείους: ὁ γῆσσι, ῥέλεγε τὴν χεῖρα τῷ ἰατρῷ πρωτεύειν ὑπὲρ ἑήνοια ἐπὶ χειρὸν τῶν ἀρχόντων ἐτί, ἀλλὰ μάλλον τὸ πλὴν χεῖρα τῷ δήμῳ πρωτεύειν, ἢ φρονεῖν αἰτιούταις: ἢ φωνῶν ἀρχυμεσι δ' ἔσσει,* &c. id est, Non enim, vt Tiberius Cæsar dicebat, manû medico porrige homines amplius sexaginta

B *annos natos, turpe est: sed potius manum populo porrigere, suffragium petentis, aut vocem ad honorem obtinendum accommodatâ atque opportunam.*

HIC VLT. IN FAB. VAL. ILLE VEL.] verba sunt nomenclatoris hortantis dominum, vt gratiosus apud suas tribus hominibus, blandiatur, eosque saluter comiter. hic (inquit) multû valet gratia, & auctoritate in tribu Fabia, ille in Velina. quare da operam, vt eum tibi adiungas, & concilies, si magistratum, quem petis, obtinere vis. Velina autem tribus fortasse à lacu Velino dicta est: Fabia à Fabiis.

CVLIBET HIC, &c.] etiam hæc sunt nomenclatoris verba. hic tantum valet in sua tribu, vt, cui suffragatus fuerit, is sit consularum adepturus: eique, cui voluerit, sellam curulem, id

est, ædilitatem maiorem erepturus. **IMPOR TV NV S]** in eo, quod sibi proposuerit, obfirmatus, & perseuerans: neque quis censens ipse, neque alios quiescere sinens: vt sup. annot. ad Odam 16. lib. 3. sic satyra 5. lib. 2. *Importunus amat laudari?*

EBVR CVRVLE.] sellam curulem eburneam, id est, ædilitatem maiorem, &c.

FRATER, PATER ADDE] gratiosos in suffragiis pro sua cuiusq; ætate, fratres, patres appellato, & quàm blandissimè queas, salutato.

FACETVS] vrbanus, comis, blandus, id est, facetè & comiter.

ADOPTA] tibi adiunge. *adoptare* propriè valet eligere, vt alibi admonuimus.

SIBENE QVICEN. BENE VIV. &c.] si in epulis, & cenis sumtuosis beata vita posita est, statim vt diluxit, obsonia lautissima, & carissima conquiramus.

QVO DVCE T] sic habent libri veteres longè plures. alij *ducit.*

VT OLI M GARGILIVS] quasi aliud agens Gargilium quendam notat, qui stulta quadam, & inani gloriæ cupiditate ductus id venando cepisse videri volebat, quod pretio compararat. Itaq; etiam in epistolis Horatius, satyricè, id est, comiter, & vrbane hominum mores vellicat.

PLAGAS] Virg. *Æneid. 4. Retia rara, plaga, lato venabula ferro.*

DIFFERTVM TRANSIRE FORVM] frequentissimum forum. sic sat. 5. lib. 1. *inde forum Appl. Differtum nauis, &c.*

EM TVM] non à se venante caprum, sed pretio soluto paratum. longè huic dissimilis est venator ille, & qui cum eo comparatur, amator matronarum, sat. 2. lib. 1. *lepreum venator vt alta In niue scatur: postum sic tangere nolit: Captat & apponit. meus est amor huic similis. nam Transiubat in medio posita, & fugientia captat.* mendosè autem habent quidam libri *vet. captum.*

TVMIDI QVE] cibo & potione onerati, & conferti.

QVID DECEAT, QVID NON, OBLIT R] quid honestum sit, quid turpe: quid decòrû, quid indecorum, oblit.

CERITE CERA] tali tabula, qualis erat ea, qua Cerites, ignominia affecti fuerunt: cum videlicet eis suffragiorum ius non dedit populus Rom. vt ceteris municipibus. Gellius lib. 15. cap. 13. *Primos municipes sine suffragiû iure Cerites esse factos, accepimus, concessumque illis, vt ciuitatis Romanae honorem quidem caperent, sed negotiis tamen, atque honoribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis, custoditisque. hinc tabula Cerites appellata versa vice in quas referri iubeant, quos nota causa suffragiis priuabant.* Hæc ille. M. Tullius orat. in Vatinius, cum eum suffragio dignum esse negat, eò fortasse spectauit. Reseruebantur autem in tabulas Ceritû à Cenforibus plebeij ignominia notati, ætariû;

Vv

A fiebant: quod eò valebat, vt nullá aliam ad rem ciues essent, quàm vt pro suo capite tributi nomine aera penderent, vt ait Aicon.

REMIG. VITIOS. ITHAC.] remiges & focij Vlyssis, homines intemperantes, & voluptarij, qui malunt suis cupiditatibus, & libidibus obsequi, quàm in patriam reuerti. Præmonuerat Vlysses Tiresias, cum venisset ille ad inferos, vt diligenter caueret, si saluus in patriam redire vellet, ne in Sicilia boues solis attingeret, vt est ὄδδος λ. Ὁ πρῶτε δὴ ἀρώτων πελάσσης εὐεργεα ἦνα Θρινακίη ἠήσω ἀσφυγῶν ἰοειδῶν ποντων. Βοσχοιδίβας δ' εὐρήσε βόας τε καὶ ἴφια μίλλα. Ηελίς, ὅς πάντ' ἐφορέ, καὶ πάντ' ἐπαυέει. Τὰς εἰ μὲν κ' ἀστέας εἰσας, νόσ' ὅ τε μέλαινα. Καί μιν ἔτ' εἰς ἰθάκην καθέπερ πάρος τις ἰοιοῖτε. Εἰ δὲ καὶ σίνηαι, τότε τοι τεκμαίρομαι ὄλεθρον. id est, vbi autem primam nauem tuam ad insulam Sicilia

B appuleris, & maris pericula effugeris, Boues autē Solis, qui omnia cernit, & omnia audit, pascēteis & pinguis oueis offenderitis: eas si intactas, & ab omni detrimento integras esse fueris, reditumq; dumtaxat attendas: vos in patriam tādē quamuis multa perpeffi peruenire possitis: Sin eas leseritis, tum tibi perniciem & interitum imminere preuideo. cuius monitionis memor Vlysses, ὄδδος μ. locios orat, vt, præsertim cum rebus omnibus abundant ad victum necessariis, ab armentis, & gregibus Solis abstineant manus. verba Vlyssis apud Hom. sunt hæc, Ω φίλοι εἰ γάρ μιν θῶν βρώσις τε, πόσις τε. Ἔστω, τῶν δὲ βοῶν ἀπεχάμεθα, μή τι πάθωμεν. Δεῦρ' γάρ θεῶν ἀστέας, καὶ ἴφια μίλλα, Ηελίς. i. ὁ amici, In nauī cibus est & potus. Quapropter ab his bouibus manus abstineamus, ne quid nobis ex eo detrimenti eueniat. horrendi enim dei hæc sunt boues, & pingues oues. Illi autem tandem cum cibariis deficientibus, vinōque consumto, tum ab Eurylocho impulsis, quæ ex bobus Solis erāt præstantissimæ, eas Vlyssē dormiente abegerunt, & mactauerunt: quo facto Sol vehemēter offensus, quæstus est apud deos immortales facinoris illius atrocitatem: minatus est denique se cælo relicto ad inferos descensurum, lumenque suum à Diis, & hominibus ad Plutonem, & manes translaturum, si tam insignem in se iniuriam, atque impietatem inultam relinquerent. qua re audita, Iupiter pollicetur ei se nauem Vlyssis fulmine consumaturum.

CVI POT. PATR. FVIT INTERD.] id est, qui Vlyssis remiges, & focij maluerūt proposito naufragij periculo, boues Solis violare, & in patriam incolumes reuerti. sic apud Hom. loquitur Eurylochos ὄδδος μ. Εἰ δὲ χολώσασθ' ἄνθρωπος π' ἔσων ὄρσοι, παραίων Νῆ' ἐθέλη ὀλέσσαι, ὅτι δ' ἔσσωμαι θεοὶ ἄλλοι, Βούλομαι ἄπαξ ἀστέας κ' ἔσσωμαι. Ἐπὶ θυμῶν ὀλέσσαι, Η δὴ τῶν τρεῦν ἔσσωμαι εἰς ἠήσω ἐρήμην. id est, Quod si Sol iratus propter boues nauem nostram obruere fluctibus voluerit, eumque alij Dij secuti fuerint, semel mori

malo fluctu demersus, quàm diu in deserta insula morans languere, ac tabescere.

SI MIMNERMVS VTI CENSET] Mimnermus legendum: non, vt in nonnullis codicibus Mimnermus. Μίμνερμος enim semper apud Athenæum scribitur & lib. 14. & 15. & 16. Eius tota ferè potestas fuit amatoria. cuius existant hi versus apud Plutarch. Ὁ δὲ ἦν. ἀρετῆς, Τίς δὲ χάρις, τί τὸ πρῶτον, ἄνευ χροῆς Ἀφροδίτης. Τέλειον, ὅτε μοι μιμῆπι τῶν τὰ μέλαι, id est, quis lepos, quid iucundum est sine aurea Venere? Mober tum, cum hæc desinent mihi esse curæ. Propertius lib. 1. Plus in amore valet Mimnermi verbus Homero. Carmina mæsueta lauia querit amor. Horat. infr. epist. ad Iul. Flor. lib. 2. significat, eū Callimacho fuisse à veteribus antepositum. Dico Alcæus puncto illius: ille meo quis? Quis nisi Callimachus? plus apposcere visus, Est Mimnermus, & optino cognomine crescit. si igitur (inquit Horat.) Mimnermi sententiam secutus vitam beatā & iucundam in amore, & iocis esse locatam existimas, totam ætatem in amore, & iocis exige.

7. AD C. MÆCENATEM Cilium. 2.

QUINQUE dies tibi pollicitus me rure futurum,

Sextilem totum mendax desideror. atqui, Si me viuere vis sanum, reddeque valentem: Quam mihi das ægro, dabis egrotare timēti, Mæcenas, veniā: dum ficus prima, calorūque Designatorem decorat licetoribus atris: Dū pueris omnis pater, & mæstercula pallet: Officiosaque sedulitas, & opella forensis Adducit febreis, & testamenta resignat. Quod si bruma niueis Albanis illinet agris: Ad mare descēdet rates tuas: & sibi parceret. Contractusque leget, te, dulcis amice, reuisset Cum Zephyris, si concedes, & hirundine prima.

Non, quo more piris rescis Calaber iubet hospes, Tu me fecisti locupletem. rescere sodes. Iam satis est. at tu quantumis tolle benignè. Non iniusta ferēs pueris munuscula paruis. Tam teneor dono, quam si dimittat onustus. Vt libet: hac porcis hodie comedenda reliques.

Prodigiu,

A, Prodigis, & stultus donat, quæ spernit, & odit.

Hæc seges ingratos tulit, & feret omnibus Vir bonus, & sapiens dignis ait esse paratū: Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis. Dignū prestabo me etiā pro laude merentis. Quod si me noles vsquam discedere: reddes Forte latus, nigros angusta fronte capillos: Reddes dulce loqui: reddes ridere decorū, & Inter vina fugam Cynaræ merere proteruæ. Fortè per angustam tenuis vulpecula rimam Repserat in cumerā frumenti: passaq; rursus Ire foras pleno tendebat corpore frustra.

B Cui musceli præcul, si vis, ait, effugere istinc: Macra canium repetes arctum, quem, macra subisti

Hac ego si compellor imagine, cuncta resigno: Nec somnū plebis laudo satur altitium: nec Otia diuitiis Arabum liberrima muto. Sæpe verecundū laudasti: rexque, paterque Audisti coram, nec verbo parcius absens:

C Inspice, si possum donata reponere letus. Haud male Telemachus proles patientis Vlyssæi: Non est aptus equis Ithaca locus, vt neque planis Porrect' spatii, neq; multæ prodigis herba: Atride, magis apta tibi tua dona relinquam. Paruum parua decent: mihi iam non regia Roma, Sed vacuū Tibur placet, aut imbelle Tarētū.

D Strenuus, & fortis, causisq; Philippus agēdis Clarus, ab officiis octauam circiter horam Dū redit: atque foro nimium distare Carinas Iam gradis natu queritur: cōspexit, vt aiunt, Adrasum quædā vacua tonsoris in umbra, Cultello proprios purgatē leniter vnguis. Demetri (puer hic non læuē iussa Philippi Accipiebat) abi, quære, & refer, vnde domo, quis, Cuius fortune, quo sit patre, quōve patrono. It: redit: & narrat, Vultei nomine Menā, Præconem, tenui censu, sine crimine notum,

Et properare loco, & cessare, & querere, & vti,

Gaudenti paruisq; sudalibus, & Lare certo, Et ludis, & post decisa negotia, campq; Scitari libet ex ipso, quæcumque refers, dic Ad cenam veniat, non sanè credere Menæ: Mirari secum tacitus, quid multa benignè Respondet, negat ille mihi? negat improbus, & te

Negligit, aut horret, Vultei manè Philippus Vilia videntem tunicato scrutata popello, Occupat: & saluere iubet prior, ille Philippo. Excusare laborem, & mercenaria rimela, Quod non manè domum venisset: demique quod non

Promississet eum. sic ignouisse putato Me tibi, si cenas hodie mecū. vt libet. ergo. Post nonā venies. nunc i: rem strenuus auge. Vt verum ad cenā est: dūcēda, tacendā locutus, Tandem dormitum dimittitur, hic vbi sæpe Occultum visus decurrere piscis ad hamū: Manè cliens, & iam certus conuiuia: imbetur Rura suburbana indictis comes ire Latinis. Impositus mannis aruum, calumq; Sabinum. Nō cessat laudare, videt, ridetque Philippus: Et sibi dum requiē, dū risus vndique querit, Dum septem donat festertis: mutua septem Promittit: persuadet vti mercetur agellum. Mercatur, ne te longis ambagibus plura, Quam satis est, mover, ex mitido fit rusticus: atque

Sulcos, & rimeta crepat mera: preparat vltimos: Immoritur studiis: & amore senescit habēdi. Verum vbi oues furto, morbo perire capella: Spem mentita seges: bose st enectus arando: Offensus damnis, media de nocte caballum Arripit: iratusque Philippi tendit ad ædeis. Quem simul aspexit scabrum, intonsūque Philippus: Durus, ait, Vultei nimis, attentusque videris. Esse mihi, pol me miserum patrone vocares: Si velles, inquit, verum mihi ponere nomen.

U u ij

A *Quod te per Genium, dextramque, deos- que Penateis, Obsecro, & obsecror, vitæ me redde priori. Qui simul aspexit, quantum dimissa petitis Præsent: mature redeat, repetatque relicta. Meriri se quemque suo modulo, ac pede, ve- rum est.*

DESIDEROR] absum. desideramus enim, quæ absumt.

SIMEVIIV. v. s.] in duobus cod. Vat. Iannoct. Turnesiano, Clericano, & vno Nicotiano, & aliis duobus ite manu scr. Russard. & vno meo, scriptum est: *si me vivere vis recteq, videre valentem.* quam scripturam probo, neque tamen receptam damno. hoc tantum dico, mihi videri alteram potiorē, & probabiliorem.

SANVM] perpicue hæc vox hoc loco, ad corporis sanitatem refertur, vt supra diximus, si hæc germana est huius loci scriptura: & ita Plautus in Trucul. *agrotare malim, quam esse tua salute sanior.* & infra epist. ad Quint. *Non si te populus sanum, recteq, valentem Distitet.* & c. Propert. lib. 3. *Nam quocumque die sanum te fata remittent, Pendebit collo Gallia pudica tuu.*

DVM FIC. PR. CALORQVE DESIG- GN.] totis his quattuor, qui deinceps sequuntur, versibus, anni tempus describit graue corporibus, difficile, periculofum, & ad morbū præceptis, ac lubricum. huius loci igitur hæc sententia est: tantisper dum multis hominibus propter anni tempus immoderato calore feruidum morientibus, designatores, qui funera, ludosque funebres procurant, licetoribus atratis stipati incedunt, & c. quod fir plerumq, mēse sextili, & septembri, id est, incunte autumno: vt fat. 6. lib. 2. *Autumnusq, grauis Libitine questus acerba. Quoniam autem mēse sextili ficus primū mature- scunt, & ex arboribus suis decerpuntur, iccirco ficum primam dixit, vt per ficum primam, & calorem, tempus anni significari intelligamus.*

DESIGNATOREM] eum, qui præest ludis funebribus, designatque quid, & quo modo, & quo ordine quicque sit agendum, quæque ornamenta sint adhibenda, docet ac præscribit.

LICTORIBVS ATRIS] ministris libi- tinariis atratis.

DVM PVERIS OMNIS PATER] fa- tis declarat hic versiculus describi ab Horatio tempus anni morbis opportunum, & (vt Plautino verbo vtar) planè Acherunticum.

PALLE] timer pueris, id est, liberis suis, ne scilicet & tali anni tempore in morbū incidant, & moriantur. puerum vsurpare solet pro filio, vt indicauimus ad Odam 12. lib. 1. ibi, *puerosq, Leda.* pallere autē posuit pro timere, propterea quod timore sequitur pallor. propriè positum est e-

pist. 19. huius lib. *quod si Pallerem casu, biberent ex- E] sanguine cuminum.*

OFFICIOSA QVE SEDVLITAS, & c.] & dum ij, qui nimium diligentes sunt in officio retinendo, ac præstando, & qui studiosius in foro versantur, operam dantes suis clientibus, in fe- brem incidunt, & mortem cum vita cōmutant.

OPELLA] ὀπώρα, p. i. i. d. id est, deminutū ab opera.

ADDVCIT FEBREIS] sic Lucretius lib. 5. dixit, morbos apportare. *cur anni tempora morbos Apportant? quare mors immatura vagatur?*

TESTAMENTA RESIGNAT] per testa- mentorum resignationem, mortem significat, nā mortuo testatore, testamentum resignatur, id est, aperitur.

QVOD STBRVMA NIVEIS, & c.] id F] est, cum autem bruma aduenit. Nam particula *si,* hoc loco tempus significat, non condicionem, vt apud Virgil. lib. 5. *Æneid. Præterea si nona diem mortalibus ælimum Aurora extulerit, rãdisque rete- xerit orbem, & c.* Terent. Phorm. *Non si redisset pater, ei veniam daret?* quod annotat Don. ad illum locum. & Catull. ad C. Licinium Caluum, *Nam, si luxerit, ad librariorum Curram scriinia, Castos, A- quinos, & c.* & ita fortasse locus ille explicandus est Od. 27. lib. 3. *Rumpat & serpens iter institutū, s; per obliquum similis sagitta Terruit mannos.* & lat. 3. lib. 2. *si vacuum tepido cepisset villula testo.* M. Tull. lib. accusationum 2. in princip. *putabam tum deni- que rectè indicari posse, si non modo reus improbus ad- duceretur, sed etiam diligens, & firmus accusator ad iudicium veniret.* & 4. *Verum hæc tum queremur, si quid de vobis per eum ordinem agetur, & c.*

ALBANIS] Latinis, Romæ propinquis, à monte Albano, qui est in Latio.

ILLINET AGRIS] hoc verbo aliter vti- tur fat. 5. lib. 1. *Hic oculis ego nigra meis colyria lip- pus illinere.* Est autem hic tralatio.

ADMARE] fortasse ad sinum Tarentinum. DESCENDET] accommodato, & proprio verbo vsus est. oræ enim maritimæ sunt aliis infe- riore, vt pote ad quas fluuij decurrant.

VATES TVVS] Horatius, ego Horatius ad mare descendam.

SIBI PARCET] suæ valetudini consulit, ac seruiet: remissius viuere.

ET HIRVNDINÈ PRIMA] vere incun- te. Aristoph. in equitib. *Σκῆψαδὲ πᾶδες, ἔχ ὄρα, ὄρα, νῆα χελιδῶν.* id est, considerate pue- ri, non videtis? tempus est: noua hirundo. Arist. *Ἦν. α. μία χελιδῶν ἔαρ οὐ ποιεῖ:* id est, vna hi- rundo ver non efficit.

NON, QVO MORE PIRIS VESCI] non quemadmodum Calaber pira comedenda dat effusè suis hospitiibus, nēpe propterea quod iis abundat, eaque nihili æstimat, ita e mihi muna- nera dedisti, quæ parui faceres, & me nō mercen- tem locupletauisti.

VESCERE SODES] verba Calabri ad ho- spitem,

A] spitem, vescere piris, sodes, sodes blandientis vox, seu blandè hortantis: pro si audes, vt scribit M. Tullius in Oratorè perf. Horat. sup. fat. 9. *Tene re- linquam, an rem. me sodes.*

AT TV, QVANTVM VISTOLLE B.] verba sunt Calabri hospitis, Tolle (inquit) piro- rum quantum vis, deinde subijcitur viatoris re- sponso, *benigne,* quem Calaber piris vult onera- re, hoc modo, *benignè,* id est, hui, liberaliter mecū agis: verum habeo tibi gratiam: tua liberalitate non vtor, alij legunt, *tolle benignè,* coniunctim, & volunt hoc totum esse Calabri sermonem, vt sit hic verborum sensus, tolle liberaliter, & largiter, & quantumuis, quos non refello quidem, verun- tamen placet mihi magis prior explicatio, *benignè* enim qui respondet, honestè & pudenter reijcit, atque aspernatur, quòd autem quidem se expli- cant, *benignè* est blàde recusantis. est enim perin- de ac si diceret, excusatur me habeas: non satis eleganter loquuntur, aut dicunt quod sentiunt. debuerunt potius sic dicere, *benigne est mode- ste & pudenter reijcientis:* perinde ac si quis ita dicat, ignofcas mihi velim, si nō vtor tua libera- litate, & c. supra autem admonitum, *benignus, & benignè* idem valere, quod liberalis, seu largus: & liberaliter, seu largè. *tolle* autem, id est, sume, vel aufer.

TAM TEN. D. Q. S I] responder viator hospes Calabri, tam delector tuis piris, quæ mihi donas, quàm si dimittar & discedam abs te eis oneratus.

VT LIBET: HÆC PORC.] Vt libet, (in- quit Calaber) id est, facito vt voles: vel tollito, vel relinquito. Si tolles, leuabis me pironum, quæ mihi oneri sunt, quæque pro nihilo duco, multi- tudine: sin relinques, comedentur à porcis.

PRODIGVS, ET STVLTVS] Prodigus (inquit) ea donat, quæ contemnit, ac pro nihilo putat: alioquin non profunderet, neque daret in- dignis. At vir bonus, & liberalis, quamuis pecu- niam non admodum magni æstimet, (vt ait Ari- storeles) scit tamen quid intersit inter æs, & lu- pinum, id est, quid intersit inter veros nummos, & nummos ex lupinis factos, comicos, speciem duntaxat nummorum habentis. Atque hic cum ita sit animatus, ampla, & pretiosiora munera di- gnis referuat. Arist. lib. 4. de moribus ad Nicho- machum, scribit, hominè liberalem suos fructus, suamque rem familiarem non neglecturum, vt possit de suo, viris bonis opitulari, & res necessa- rias suppeditare. Quemadmodum autē hic Ho- ratius ait prodigū ea donare, quæ parui æstimat: sic & Plautus in Truculēto, amatorem bona sua pro stercore habere dicit.

HÆC SEGE] id est, hi deprauiati hominū huius ætatis mores, & hæc inepta, stultæque libe- ralitas, & c. sententia totius huius loci mihi hæc videtur esse: multi exoriuntur prodigi, & stulti, qui sua profundunt, & largiuntur indignis: qui denique bona sua pro stercore habent (vt loqui-

tur Plautus: ita fit, vt multi quoque reperiantur E] homines ingrati, & immemores beneficij. Vir bonus autem, & verè liberalis: & qui cum dile- ctu, ac sapientia de rebus, & hominibus iudicat, qualis tu es, sua bona plurimi æstimat: & ex eis benignè facit viris bonis: & quibus plurimū de- betur, in eos beneficij cōfert plurimum: & quæ admodum tu me iudicio, & dilectu locupletau- isti, atque ornasti: ita me gratum erga te præsta- bo. vel hoc modo explica, & facilius. Prodigij & stulti homines, sua bona profundunt, nullum di- lectum in donando adhibent, viros bonos men- dicare, & esurire sinunt, improbos, facinorosos, impuros homines collocuplant: hæc causa est, p] quomobrem tam multi exoriantur ingrati: neq, enim mirum est, si lenones, aleatores, impudici, beneficij accepti sint immemores. mirum esset, si boni viri, beneficiis affecti à potētiore aliquo, sese ingratos in eum præberent. nam neque vir bonus, ingratus, neque ingratus, vir bonus esse potest. hūc igitur versum, *Hæc seges ingratis, & c.* sic interpretabere, Peruerfa, & præpostera largi- tio, causa est, quomobrem tot ingrati homines reperiantur, atque hanc posteriorem explicatio- nem, à priore non admodum differentem, magis probabant Paullus Manutius, & M. Muretus. Vtrocumque modo dicamus, tralationem in no- mine *seges* inesse intelligere debemus. Quam- quam Seruius hunc locum proferens ad illū Vir- giliij locum *Æn. 3. & victum seges agra negabat,* G] segetem videtur velle hoc loco terram significa- re proprie & sine vlla translatione, quod non ita est. nam hoc tantum admonet, segetem hęc terrā significare: neque iccirco negat inesse tralationē & per segetem, seu terram significari causam ef- ficientem, & gignētē ingratos: nempe peruer- sam & inconsideratam largitionem.

INGRATOS TVLIT] rectè tulit. nam vt terra fruges ferre dicitur: sic hæc stulta largitio, prodigos gignere.

VIR BONVS ET SAP.] Virum bonū & sapientem opponit stulto & prodigo: & ostēdit, quemadmodū stultus & prodigus dat indignis, & ea dat, quæ pro nihilo ducit: sic virum bonum & sapiētē, nō ignoratē quid distent veri & probi nummi à falsis, & improbis: veros illos nummos referuare dignis hominibus, & sui similibus.

NEC TAMEN IGN. QVID DIST. ÆRA LVP.] id est, nec tamē ignorat quid in- terfit inter bonos & malos numos: & ita Acron, si modò Acronis verba sunt. Natum à consuetu- dine comicorum, qui in scena lupinis, seu num- mis ex lupino factis, vtebantur pro veris, & au- reis, seu æreis. iccirco Plautus lupinos, aurū co- micum appellat. **Quin** etiam hodie pueri in Ita- lia ex lupinis nummos imitari solent. Verūm hæc quid distimulem, M. Antonius Muretus cum hic Lutetiæ, quattuor ab hinc annos nobiscum esset, veram huius loci explanationē mihi & Turnebo indicauit.

A DIGN. PRÆST. MEBETIAM] hic versus opponitur illi superiori, Hac seges ingratos tulit, &c.

QVOD SI ME NOLES VSQVAM] vide quàm cautè, & quàm modestè, & quàm liberè tamen pro se dicat Horatius. Primo loco Mæcenatis erga se beneficia cõmemorat, & verbis amplificat: deinde gratum se in eum, & beneficiorum memorè futurum pollicetur: hæc sunt modestiæ, & pudoris: postremè liberè simul, & vrbane, quæ à se Mæcenæs accepit, id est, quæ ipse habuerit tum, cum se ad eius amicitiam contulit, exponit, nempe corporis vircis, & firmitatem, formam, iuuetam, ætatem aptam ad suauitatem, blanditiàmque sermonis, ad risus, ad amores: quæ omnia (inquit Horatius) si me, vt mancipium quoddam vincitum, & confectum apud te retinere voles, neque vsquam animi causa discedere sines, mihi redde: redde meliores annos, quos tecum consumsi. Quidam libri habent vntquam discedere, &c.

NIGROS ANG. FRONTE CAP.] iuuetam. in senectute enim & frons caluitio dilatur, & capillus canitie albescit.

INTER VINA FVGAM, &c.] id est, vno verbo, reddes ætatem ad leuitates amatorias aptam. Nam si quem decet puellæ, aut mulieris aliquis impudicæ discessum, & fugam inter vina iniquo animo ferre, & marere: decet iuuenem, non virum: & multo minus senem.

TENVIS] inani ventre. REPERAT] contrahens, & demittens se introierat.

PASTA] iam satuta. RVRSVS IR E] id est, redire, κάλιν ἰέναι. TENDEBAT] conabatur, contendebat.

CVMERAM FRUMENTI] vas vimineum, seu, vt alij malunt, fictile, in quo frumentum à rusticis, & plebeiis hominibus condebatur, fat. 1. lib. 1. Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris? καμῆλα nominatur à Græcis. capiebat autem medimnos sex.

QVEM MAC. SVBISTI] quem tum ingressa es, cum macra, & gracilis esses. cauus, quibus locus excauatus. fat. 6. lib. 2. me siluæ, cauusque Tutus ab infidijs tenui solabitur eruo.

HAC EGOSI COMPELLOR I M A G I N E] non recuso, exemplo vulpis satuta, omnia tibi reddere, si me nusquam abs te discedere velis, & si iubeas me etiã valetudinis incommodo semper apud te hære. Omnes ferè libri manu scr. sic habent, si compellor: vulgati plerique si compellar. non prorsus malè. alij si compeller, mendosè, opinor. nam compellor à verbo compello is, accipiendum esse videtur, non à compello as.

RESIGNO] restituo. vt supr. Od. 29. lib. 3. de fortuna, Laudo manentem. si celereis quatit Pennas, resigno, quæ dedit.

NEC SOMN. PL. LAVDO SATVR, &c.] nec animi tranquillitatem, & securam (vt Virg.

appellat) quietem plebeiorum hominum, idè E laudo, quod epularum exquisitarum, & lautarum cepit me satietas, & quod laurus sim iam, & copiosus, aliter senescens, si egrem, & si amicitias principum expertus non essem: immò verò, etsi non essem huiusmodi dapibus, & cenis expletus, animi huiusmodi quietum, & somnum quietum, ac facilem, nihilominus optabilem, atque expectandum putarem: nec libertatem otiosam cum amplissimis diuitiis commutare vellem.

ALTIIVM] animalium, quæ co consilio a-luntur, vt saginentur, & saginata edantur: epularum exquisitarum, & sumtuosarum. A R A B V M] sup. Od. 28. lib. 1. Icci, beatis nunc Arabum inuides Gazis.

SÆPE VEREC. LAVDASTI] sæpe pudorem meum laudasti, ex quo me minimè cupidum, & paucis contentum esse cognouisti.

REXQVE, PATERQVE AVDISTI] CORAM] audisti rex, id est, appellatus & salutarus es rex. sic enim & Græci, & Latini loquuntur. Theocr. eid. 17. quod inscribitur Χαρίτες, Οφρα κε κ' ἐν Αἰδο κεκρυμμένος ἐσθλὸς ἀκρίως, id est, vt etiam apud inferos, & in domo Plutonis cõditus, bonus audias, & Sophocles in OEdipode Colon. Αλλ' ἔχασ' ἔτ' ἐν τοῖσδ' ἀκρίως καλὸς Γάμοισιν. ἔτ' ἔσ' αἰὲν ἐμφέρεις σύ μοι Φόνος πατρῶος ἐξονεδίζων πικρῶς, id est, at neque in his nuptiis malus audiam, neque in cædibus paternis, quas tu mihi semper maledicti loco amarè obijcis. Demosthenes περὶ τῶν ἀντι γὰρ φίλων καὶ ξένων, ἀ πότε ἀνομάζοντι πικρὰ ἐδοροδύσω, καὶ κόλακες καὶ θεοὶ ἐχθροὶ, καὶ ἄλλα, ἀ περὶ σπικεῖ, πάντ' ἀκρίως. nam pro amicis & hospitibus, quibus tunc nominibus appellabantur, cum munera capiebant, nunc assentatores & diis inimici homines, & similia, quæ eis conueniunt, nomina audiunt. Iterum Horat. epist. ad Quintium hoc libro, Tu restè viuus, si curas esse, quod audis. & fat. 7. lib. 2. subtilis veterum iudex, & callidus audis. ex quo illa nata sunt apud M. Tull. & ceteros bonos scriptores vsitatissima, bene, & malè audire. rex autem hoc loco superiorem amicum significat, qui alit inferiorem, & tenuiorem, vt sup. annotaui ad Od. 36. lib. 1.

NEC VERBO PARC. ABS.] appellatus es à me rex & coram, & nihilominus absens.

INSPICE SI POSSVM] id est, cum animo tuo considera, vtrum libenter, ac iucundè ea, quæ mihi donasti, tibi sim redditurus, necne.

HAVD MALE TELEMACHUS VLYSIS FILIUS MENELAO RESPONDIT, EQUOS EI POLLICENTI, & DONARE VOLENTI.

PATIENTIS] expressit epitheta Homeri. sic enim passim nominatur in Iliade, & Odysse. ταλασίφρων, πολύτλας: & ab alijs πολυτλήμων.

NON EST APTVS BOVIS] locus est id. d. vbi sic Telemachus, Εὐδ' Ἰθάκη ἔτ' ἀφ' ἀφρομοὶ εὐρέες, ἔτ' τι λευκῶν. Αἰγίβοτος, καὶ μάλλον

NEC VERBO PARC. ABS.] appellatus es à me rex & coram, & nihilominus absens.

INSPICE SI POSSVM] id est, cum animo tuo considera, vtrum libenter, ac iucundè ea, quæ mihi donasti, tibi sim redditurus, necne.

HAVD MALE TELEMACHUS VLYSIS FILIUS MENELAO RESPONDIT, EQUOS EI POLLICENTI, & DONARE VOLENTI.

PATIENTIS] expressit epitheta Homeri. sic enim passim nominatur in Iliade, & Odysse. ταλασίφρων, πολύτλας: & ab alijs πολυτλήμων.

NON EST APTVS BOVIS] locus est id. d. vbi sic Telemachus, Εὐδ' Ἰθάκη ἔτ' ἀφ' ἀφρομοὶ εὐρέες, ἔτ' τι λευκῶν. Αἰγίβοτος, καὶ μάλλον

NEC VERBO PARC. ABS.] appellatus es à me rex & coram, & nihilominus absens.

INSPICE SI POSSVM] id est, cum animo tuo considera, vtrum libenter, ac iucundè ea, quæ mihi donasti, tibi sim redditurus, necne.

HAVD MALE TELEMACHUS VLYSIS FILIUS MENELAO RESPONDIT, EQUOS EI POLLICENTI, & DONARE VOLENTI.

PATIENTIS] expressit epitheta Homeri. sic enim passim nominatur in Iliade, & Odysse. ταλασίφρων, πολύτλας: & ab alijs πολυτλήμων.

NON EST APTVS BOVIS] locus est id. d. vbi sic Telemachus, Εὐδ' Ἰθάκη ἔτ' ἀφ' ἀφρομοὶ εὐρέες, ἔτ' τι λευκῶν. Αἰγίβοτος, καὶ μάλλον

A μάλλον ἐπιράτος, ἢ παροβότος. Οὐ γὰρ τις νήσαν ἰσπύλατος, ἔδ' ἐωλεῖμων, Αἴτ' ἀλί κελιάται, Ἰθάκη δὲ τε καὶ πέρη πασιῶν. id est, in Ithaca autem neque aperta sunt ad cursum spatia, neque prata. Quin aspera est, & à capris depasta, & tamen gratior, quàm si equos pasceret. Nulla enim insularum est, quæ in mari iacent, planis spatiis porrecta, & equis agitandis apta, neque pratis abundans, & herbose: Ithaca autè omnium minimè. sic Aristoteles lib. 1. de arte dicendi, τὰ ἀρμόττοντα, id est, quæ nobis accõmodata sunt, bona esse dicit. contraria ergo mala.

PORRECTVS SPATIIS] loca porrecta à Iulio Cæsare dicuntur lib. 2. de bello Gallico, neque montibus intersepta, neque siluis impedita. sic enim loquitur ille, Cum se illi identidem in siluas ad suos recipere, ac rursus à silua in nostros impetum facerent, neque nostri longius, quàm, quem ad finem porrecti, atque aperta loca pertinebant, &c.

PRODIGVS HERBÆ] largè herbam efferens: herba abundans, herbæ ferax. suprâ Arcanig. fides prodiga. Od. 18. lib. 1.

REGIA ROMÆ] vt epist. ad Bullatium, Cræsi regia Sardis. Oda 3. lib. 4. Roma principis urbis, &c.

IMBELLE TARENTVM] otiosum, quietum, à bello vacuū, & voluptarium: quod declarat M. Tull. ep. ad Trebatium, Indicauit mihi P. Asina fecisses, si te Tarentum, & nō Samarobrinam misissem? Tum Athenæus lib. 4. sic scribit de Tarentinis, λέγεται καὶ τῶν τοῦ τινὰ λόγον οἱ Ταραντῖνοι, τὰς μὲν ἀλλὰς ἀπὸ τῶν πύλων, καὶ τὸ φιλοπονεῖν, καὶ περὶ τὰς ἐργασίας ἀπὸ τῶν βίων, καὶ ἀσχευῆσαι τὴν αἰτῶν δὲ διὰ τὰς συνουσίας, καὶ τὰς ἡδονὰς, ἔ μέλλων, ἀλλ' ἡδὴ βίωναι. id est, Dicunt & hoc Tarentini, alios quidem homines, propterea quod industrij & laboriosi sunt, & in opere faciundo assidue versantur, parare se ad viuendum: quæ autem propter molles concubitus, & voluptates, non constituere in futurum, sed iam viuere.

PHILIPPVS] L. Philippus eloquentia, grauitate, strenuissimus ciuitatis, vt ait Cic. orat. pro Quintio, de eodem sic in Bruto, Duobus igitur summis, Crasso, & Antonio, L. Philippus proximus accedebat, &c. hic dicebat, se tum, cum brachium concalefiscisset, solere pugnare, vt scribit M. Tullius 2. de Oratore.

HORAM] dici. dies enim in duodecim horas inæquales diuidebatur. fat. 5. lib. 1. quarta vix demum exponitur hora.

CARINAS] hac in vrbis regione Philippi domus erat. ibidem etiam Ciceronis: ibidem & Pompeij Magni. notus iocus Sex. Pompeij in M. Antonium, qui domum Pompeij occuparat. què referunt cum alij, tum Plutarch. in Anton. & Patreculus. Patreculi verba sunt hæc, haud absurde sex. Pompeius, cum in nauis Cæsarem, & Antonium cena exciperet, dixit, in Carinis suis se cenam dare. Carinas, lautas appellat Virg. lib. 8. Æneid. ibi, pas-

simè armenta videbant, Romanoq. foro, & lautis murgire Carinis: vel propter ædificiorum elegantiam (inquit Seruius) vel propter Augusti, qui à Curis veteribus natus est, & in Carinis nutritus ac sublatus. dictæ autem Carinæ à carinarum nauis similitudine.

ADRASVM QVENDAM] ex libris veteribus. alij habent Arrasum, alij Adrasum, alij Abnasum.

TONSORIS IN A] in officina, VMBR in pergula, in vmbraculo. Sed cur vacua? quia ad tonsorum officinas solent cõuenire loquaces homines & otiosi. lege annot. ad versum illum fat. 7. lib. 1. Omnibus & lippis notum & tonsorib. &c.

DEMETRI] inquit Philippus Demetrii dominus.

PVERHIC] Demetrius, seruus Philippi. Ode 38. lib. 1. Persicos odi, puer, apparatus. fat. 6. lib. 1. Cum Tiburte via prætozem quinque sequuntur Te pueri lasanum portantes. Oda 19. lib. 3. Da nobis media, da puer auguris Murena. epist. 2. lib. 2. vers. 2. si quis fortè vclit puerum tibi vendere, &c. fat. vlt. lib. 1. versu vlt. I puer, atque meo citus hæc subscribe libello. fat. 7. lib. 2. an hic peccat, sub noctem qui puer una Eurlinam mutat strigilem, &c.

CVLTELLO PROPRIOS PVRO] quidam libri veteres habent Cullello proprio: in his Nicotianus vnus. præterea nonnulli alij habent rescantem pro purgantem. sed hoc rescantem, tamquam ex annotatione natum, reseco, ac reijcio. proprio, probò, vt cohæreat cum voce cullello.

NON LEVE] non stultè, & casualis. Virg. in Tityro, si mens non laua fuisset. Catull. in Cæsarem, an hæc sinistra liberalitas, parum expatriauit? Horat. in epist. ad Pison. ego leuis, qui purgo bilem sub verni temporis horam. & laetū tempus inopportuno, fat. 4. lib. 2. cum te sic tempore leuo Impellarim.

ABI, QVARE, ET REFER] & refer, ad me scilicet, id est, mihi renuntia. mira breuitas, vt tertio abhinc versu, It, redit, & narrat.

VNDE DOMO, QVI S? sic loquitur Virg. Æneid. 7. Qui genus? unde domo? pacemne huc feris, an arma? Propert. lib. 2. Qualis, & unde genus: qui sint mihi, Tulle, Penates.

CVIVS FORTVNÆ] diues, an pauper. M. Tull. epist. ad Q. Valerium Q. F. lib. 3. Grauisimum autem est, cum superior factus sit ordine, inferiorum esse fortuna.

PRÆCONEM] præconis munus erat in comitiis tribus citare: qui magistratus essent creati, renuntiare: leges, quæ suadebantur, pronuntiare: in iudicijs, iudices, testes, reos citare: in auctionibus, reum pretia declarare.

TENVI CENSVM] tenui re familiari, tenui fortuna. census est, quantum quis ex omnibus suis bonis auctione facta viderit, rescicere potest.

ET CESSARE] & feriari interdum: non semper esse occupatum in re quaerenda, & negotio gerendo, χαλάζειν.

A ET QVÆRERE, ET VTI] quærit rem avarus, sed non vitur: vt fat. 3. lib. 2. Qui nummos, aurumque recondit nescius vti Compositis, metuensque velut contingere sacrum. & epist. de arte poet. Quærit, & inuenit miser abstinet, ac timer vti. hic Mena autem rem quærebat, & rebus quæstis, ac partis utebatur.

GAVD. PARVIS QVE SODAL.] in quibusdã codicibus distinctionis nota ponitur post particip. *Gaudentem.* ea autem tollenda est. fat. 5. lib. 2. *Gaudentem nummo.*

ET LARE CERTO] domicilio certo, ac stabili, non vita vaga.

ET POST DECISA NEGOTIA] & negociis suis transactis, & confectis.

B **CAMPO]** Martio, in quo complura ludorũ geneta exercebantur. Horat. epist. de arte poet. *Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.* homines otiosos, & feriatos in campo Martio frequẽtis esse consueuisse, declarat M. Tullius in oratione pro P. Quinctio, *Vixit enim semper incultis, atque horridis. natura tristis, ac recondita fuit: non ad solarium, non in campo, non in conuiuiis versatus est.*

SCITARI LIBET EX IPSO] non est mihi satis ex te audire: volo ex ipso Mena quære. verba Philippi.

QVODCVMQVE REFERES] quidam libri ver. habent *quacumque refers.*

BENIGNE, RESPONDET] id est, si cõiuncte legamus, liberaliter respondet, vt loquitur Cæsar lib. 4. de bello Gall. *quibus pacem, atq. amicitiam petentibus, liberaliter respondet.* Sallust. de bello Iugurth. *Ad ea Iugurtha, tametsi regem ficta locutum intelligebat, tamen pro tempore benigne responderet.* Terent. Phorm. *benigne dicit.* M. Tull. ad Attic. lib. 7. epist. ad Pomp. *cum pacis conditiones ad te afferri, a teque ad ea honorifice, & largè responderi viderem.* Idem ad Q. frat. lib. 1. *Pompeius per benigne mihi respondit.* Muretus putat etiam hoc loco, ad uerbium *benigne*, seorsum legendum, cui assentior. Qui autem respondet, *benigne*, honestè recusat: quo modo etiam nos nostro sermone loquimur, *te vobis remercie*, cum aliquid ab altero delatum, aut oblatum recusamus. sic sæpe Terentius, *rectè* vsurpat, pro negationis particula: fortasse omnis causa. nam Romani mali omnis vitandi causa non temere negabãt. sic etiam Græci, vt apud Aristoph. *καλλις, εὐαρωδῶ:* id est, rectissime, laudo. quibus tamen verbis se recusare, atque aspernari significat.

D **NEGAT ILLE MIHI?]** Verba Philippi. Itane est? negat ille mihi se venturum?

NEGAT IMPR.] respõdet Demetrius. negat improbè, & pertinaciter. in eo se improbum præbet, quòd negat: & vel tuam voluntatem nõ curat, vel te fugit, ac reformidat.

TVNICATO] qui tunicis, non togis, propter egestatem, utebatur.

SCRVTATA] vetera, & fracta ferramenta, pannos veteres, vasa dimidiata, & similia. Lucillius

apud Gell. lib. 3. *Quid nisi? & scrutata quidem vt vendat scrutaris laudat.* Præfractam strigilem, soleam improbè dimidiatam. *ῥῆγν, & ῥεῦα*, nominant Græci, vnde *ῥεῦα*, qui vasa fracta, & similia vendit.

OCCVPTA] appellat eum improuiso, opprimit imparatum, & necopinatè: vel antea credit, & salutar prior, vt subiungit.

MERCENARIA VINCLA] occupationes mercenarias, & præconias. erat enim præco: & mercede conductus, interdum merceis venaleis prædicabat.

PROVISISSET] mendosè in nonnullis libris legitur *præuidisset*, cum sit legèdum *prouisisset*: id est, præuisisset, seu anteuisset: quo verbo vitur Terent. Andria, *Prouiso quid agat P. Amphibus.* idem Adolph. *Hera, ego hinc ad hos prouisam, quam mox virginem arcessant.* prouisio autem duo significat, (inquit Don.) procedo, & cum processu, video. Plaut. in Stich. *more hoc fit, atque est ita, mea sententia. si quem hominem expectant, eum solent prouisere.*

POST NONAM] tribus horis ante solis occasum.

DICENDA, TACENDA] *ῥητέα, & ἀρρητέα:* vt sit in libero conuiuii, & apud eum, qui nobis suspectus non est, & cuius fide & amicitia ita cõfidimus, vt non vercamur, ne, quæ liberius locuti fuerimus, foras efferantur.

SÆPE OCCVLTVM] ad hamum sæpè occultatum, quo Mena, tamquam piscis, caperetur.

VISVS] subaud. est, vt sæpè aliàs. *decurrere* autem, est è loco superiore currere, quamquã piscatores aiunt, piscis ad hamum venire aduerso flumine.

ETIAM CERT. CONV.] sic habet omnes libri manu scripti, vbi vulg. *etiam*, vna voce, minus rectè: quamquam *etiam* ferri potest.

INDICTIS] feriis Latinis, quæ à Cõsule dicebantur, seu imperabantur. harum feriatũ (vt scribit Dionys. lib. 4.) participes erant vrbes Latine quadraginta septem: vel, vt alij volunt, sexaginta septem: quibus diebus taurus communiter ab omnibus immolabatur, cuiusque tauri singulæ ciuitates partem ratam capiebant, fiebat porò hoc sacrificium in monte Albano Ioui Latiali. sacrificium ipsum Latiar appellabatur, à Tarquinio Superbo institutum. Quoniam autem Latij principatum populus Romanus obtinebat, icircò taurum illum mactabant sacerdotes, & pontifices Romani. Appellatur à Macrobio lib. 1. Saturn. cap. 16. hæ ferie etiam conceptiue, quia à magistratu, videlicet consule, in dies certos cõcipiebantur. Varro lib. 5. de lingua Latina, *similiter Latine ferie, dies conceptiue, dictus à Latinis populis, quibus in Albano monte ex sacris carnem petere fuit in cum populo Ro. à quibus Latine ferie dictæ sunt.*

IMPOSITVS MANNIS] vetus equis pusillus, seu sublatas in equos pusillos. sic loquitur Virg.

A Virg. Georg. 3. *Frana Pelethronij Lapiþa, gyròsque dedere, Impositi dorso, atque equitem docere sub armis Insultare solo, &c.* & Cæsar lib. 1. de bello Gall. *omnibus equis Gallis equitibus detractis, in eos legionarios milites legionis decima imponere.* de mannis supra ad Od. 23. lib. 3.

DVM SEPT. DONAT SEST.] id est, septem millia sestertium nummũm; quæ centum & septuaginta quinque aureos nostros efficiunt. Sed quoniam quidam viri docti scripserunt, sestertia, & sestertios idem valere, minuẽda est hæc opinio, & hic error eripiendus est hominibus: Bu dæus denique noster, quem illi reprehenderunt, defendendus. primum autem constituẽdum est, quid sit sestertius. Valeat igitur idem sestertius, quod nummus, & sestertius nummus: id est, duo asses, & semis: seu duæ libræ, & dimidia. nam as libram valebat. icircò ita notabatur sestertius ab antiquis, *HS.* vel sic *LLS.* posterius tamen notari cõceptus est hoc modo *IIS.* quæ nota significat, nummum illũ sic signatũ valere duos asses & semissem. Atque hac nota signatur sestertium nummũ areũ inspicieẽdum dedit mihi Clemens Teueninus, & alterũ argenteũ. Idem duos alios nummos argenteos offendit, quorum alter sic erat notatus *V.* quæ nota significat valere quinque asses, seu duos sestertios, id est, dimidiã partem denarij: alter sic, *X.* quæ significat valere denariũ, id est, decem asses, seu quattuor sestertios. dictus autem sestertius, *quasi semis tertius* (inquit Varro lib. 5. de lingua Lat.) *dupondius enim, & semis, antiquus sestertius est.* estque quarta pars denarij. Nam denarius quattuor sestertios continet. quòd si sestertius ad rationem monetæ nostræ Gallicæ redigatur, quinquaginta circiter sestertij, aureum hodiernum scutatum constituent: denarius autem erit ferè duodecima pars nostri aurei. Atque hæc de sestertio, & denario perspicua esse poterunt exemplis. M. Tull. frumentar. *Quid ergo à me tibi nummorum dari potest, cum senatus tibi quaternos nummos dederit? quid poscat, attendite. & vos quæso simul iudices, aequitatem prætoris attendite. Quaternos HS, quos mihi senatus decreuit, & ex arario dedit, ego habeo, & in cistam transferram ex fisco. Quid postea? quid? pro singulis modis, quos tibi impero, mihi octonos HS dato. qua ratione? quid queris rationem? non tantam rationem res habet, quantam utilitatem, atque prædam. Dic (inquit ille) planius. Senatus te voluit mihi numos dare, me tibi frumentum metiri: tu eos nummos, quos mihi senatus dare voluit, ipse habebis? à me, cui singulos denarios dari oportuit, binos auferes? &c.* Ex hoc loco intelligi potest, quattuor sestertios vni denario pares esse, si conferas illa verba, *pro singulis modis, quos tibi impero, tu mihi octonos HS dato*, cum his, *à me cui singulos denarios dari oportuit, binos auferes?* Denique sestertius ferè duo asses cũ dimidio valebat, assem autè constat tertiam partè solidi Gallici, seu solidum Venetum valuisse. Suetonius scribit C. Iulium populo Ro. hortos circa Tiberim publi-

cè, & viritim trecentos sestertios legauisse. quæ summa æstimatione æqualis ferè est sex aureis Gallicis scutatis hodiernis. at si ciuibus Ro. singulis trecenta sestertia legata essent, sena circiter millia apereorum scutatorum nostratũ eis legata fuisset intelligerentur: quam summam neque populo Ro. viritim legatam esse, neque si legata fuisset, ex bonis C. Iulij Cæsaris redigi potuisse credibile est. Sestertium igitur dicimus mille sestertios nummos valuisse. id planum fiet exemplis, quorum id primũ sit, quod nobis hic locus suppeditat. Quæ nam fuisset hæc Philippus in Menâ liberalitas, si septem sestertios nummos, id est, vix octodecim solidos, seu markeros Venetos, aut sex Gallicos ei donasset, totidèmq; mutuos dedisset? Idem Horat. epist. ad Iul. Florum, lib. 2. epist. de quodam Luculli milite, qui castellum Mithridatis munitissimum ceperat, *Clarus ob id factum, donis ornatur honestis, Accipit & bis dena super sestertia nummũ.* nõnne ridicula fuisset Luculli in militem illum siue Valerianus fuerit, siue quis alius, munificẽtia, si vigintri sestertios, id est, x x. Carolinos nostros, ei donatos intelligeremus? quòd si quis quærat quid sibi velit vox *nummũm*, dico bis dena sestertia nummũm possum esse, pro eo, quod est, bis dena, seu x x. millia sestertium nummũm. atq; ita locutus est M. Tull. Verr. de iure dicundo. *Redeunt illi Rhegio Siracusis: queri cum multis, ita vt sit, incipiunt, sese HS x x x. nummũm frustra dedisse.* id est, octoginta millia sestertium nummũm. Idem Horat. lat. 3. lib. 1. *decies centena dedisses. Eius paruo paucis contento, quingue diebus Nil erat in oculis. decies centena sestertia, seu decies cõtena sestertium millia, nostra ratione valent circiter x x v. aureorum hodiernorum millia.* Ostendamus etiam ex M. Tullio, sestertium valere mille sestertios. Verr. de iure dicundo, *Dicebat quantũ cuique eius iussu nummorum esset datum: gemebant Syracusani: sed tamen patiebantur: repente recitatur vno nomine HS c c l. millia iussu prætoris data. sequitur mox aliis verbis eadem sententia. numeratur illa HS ducceta quinquaginta Siracusani. ea quemadmodum ad istum posita per pseudothyrum reuertantur, tabulis vobis & restibus iudices planum faciam.* Idem epist. lib. 5. ad Rufum, *Reliquum est de sestertium centum millibus, de quibus meminì mihi à te Myrina litteras esse allatas, non mei errati, sed tui, in quo peccatum videbatur esse: si modo erat fratris tui, & Tully. eadem epistola mox eandem summam iterat aliis verbis. Quòd si mihi expensa ista sestertia centum millibus, tamen quæ tua est suauitas, quique in me amor, nolles à me hoc tempore æstimatione accipere.* En, quæ supra sestertium centum millia dixit, hic sestertia centum appellat. Idem Paradox. vlt. de Crassio, *capit ille ex suis prædijs sexcenta sestertia, ego centena ex meis.* nõnne exploderetur, si quis diceret Crassum ex suorum prædiorum fructibus sexcentos sestertios duntaxat, M. Tull. ex suis centũ refecisse? Idem ad Attic. lib. 2. *de Terentia autem (mitto cetera, quæ sunt in-*

A numerabilia) quid ad hoc addi potest? scripseras, ut
 HS x i i. permutarer: tantum esse reliquum de argē-
 to. misit illa cccio. (id est, decem millia) mihi, &
 ascripsit tantum esse reliquum. Cum hoc tam paruum
 de paruo detraxerit, perspicis quid in maxima resece-
 rit? Queritur his verbis M. Tull. de Terentia,
 quod, cum ab ea expectaret x i i. millia fester-
 tium, decem millia duntaxat miserit, & de tam
 parua summa, videlicet, duodecim millibus fe-
 stertium, duo millia detraxerit, id est, ex trecentis
 aureis nostris, quinquaginta. quis erit tam ex-
 cors, qui hoc loco festeria duodecim idem esse
 dicat, quod festerios duodecim, cum ex festeriis
 nummis x i i. nullo modo duo festerium millia
 detrahi possint? Accedant superioribus exemplis
 alia ex Catullo, Sallustio, Martiali: Catullus igitur
 ad Furium, *Furi, cui neque seruus est, neque arca,
 Nec cimes, &c. Hæc tu comoda tam beata, Furi, Noli
 spernere, nec putare parui: Et festeria, quæ soles pre-
 cari Centum, desine: nam sat es beatus.* Non est profe-
 ctò verisimile, hunc Furium à Diis immortalibus
 centum festerios, id est, vix duos aureos hodie-
 nos optare in animum vnquam induxisse. Quid?
 in eo epigrammate, quod scripsit idem poeta ad
 Silonem lenonem, *Aut fides, mihi redde decem fe-
 stertia silo, &c.* decem festeria, decem festerios
 nummos interpretabimur, vt dicamus Catullum
 vix quintam partem aurei nostri huic lenoni de-
 didisse ea lege, vt puellam ab eo acciperet, deinde
 ab illo delusum, tantillam pecuniam reposcisse?
 Sallustius de coniurata. Catil. scribit, si quis
 quid indicasset de coniuratione, quæ contra
 remp. facta erat, præmium seruo libertatem, &
 festeria centum: libero impunitatem eius rei, &
 festeriorum ducenta millia senatum decreuis-
 se. quid minus credibile, quàm festerios cētum,
 pecuniam vilissimam, cum libertate, re omnium
 carissima, senatum coniunxisse? Martialis (vt est
 in epigrammate quodā lib. 6.) sex festeria à Pæ-
 ro petiuerat: ille non negauerat quidem, sed longo
 post tempore tradiderat: Martialis in eum sic
 scribit, *Sex festeria si statim dedisses, Cum dixi mi-
 hi, fume, tolle, dono: Debeo tibi, Pæte, pro ductis. Et
 nunc cum dederis, diu moratus, Post septem, puto, vel no-
 nem kalendas, Pæte, dicam tibi veriora verū? Sex fester-
 tia, Pæte, perdidisti.* non sit profectò audiendus, qui
 dicat, Martialem sex festerios à Pæto vnquam
 petiuisse, vix nonam aurei nostri partē: aut, cum
 eam pecuniolam accepisset, tanti eam fecisse, vt
 Pæto scriberet, eam iccirco illi periisse, quod serò
 liberalis fuisset.

B mundus, & inimicè fordidus est, verum etiā qui E
 in sumtu faciēdo elegans, & minimè parcus est.
 Plaut. Aulul. *Tamen è meo quidem animo, aliquanto
 facias rectius, si niriidior sis in filia nuptiis.*
 SVLCOSET VIN. CREP. MERA] ni-
 hil aliud loquitur, nihilque aliud habet in ore, q̄
 sulcos, & vineta, M. Tull. ad Attic. lib. 9. *Dolabel-
 la suis litteris idibus Martij datis merum bellum loqui-
 tur.* vide quæ notauit ad Od. 18. lib. 7. de verbo ore
 pandi. Vineta autē, loca sunt vitibus cōsita. sup.
 epist. ad August. *Vt vineta egomet cedam med.*
 VLMOS] quibus maritantur vites, alioqui vi-
 duis, vide supra annotationem ad illum locum,
Alas maritat populos. Od. 2. epod.
 SENECIT] maceratur, tabescit, conficitur.
 Cicero pro Sextio, otio, & tranquillitate resp. con-
 sensesebat. ita senium pro re odiosissima, tadique
 plenissima vsurpatur. Cæcilius, *Tibi ego Antipho-
 bas sero. Senium est, cum audio.* Plautus in Stichō,
*Hæc res vitæ me soror saturant: hæc mihi diuidiæ, & se-
 nio sunt.* Horat. epist. ad Loll. 2. *inhumana senium
 depone camera.*

C VERVM, VBI OV. F. M. P. C. A. P.] nō
 dissimile est exemplum illud apud Xenophonem
 Κύριον παύδ. lib. 8. vbi Pheraulas, qui ex pau-
 pere diues à Cyro factus erat, desiderio tandem
 pristina tranquillitatis, & quietis affectus, & cur-
 rarum, ac molestiarum, quas sibi diuitias impor-
 tasse querebatur, multitudine offensus, omnium
 bonorum suorum possessionem in Sacam trans-
 fert, hoc sibi tantum excipiens, vt ab eo, tamquam
 hospes, atque etiam parcius, minúsque eleganter
 ac sumtuosè, quàm hospes, alatur. Inter cetera au-
 tem diuitiarum incommoda, hoc quoque cōme-
 morat, quod necesse sit homini diuiti saepe ab ali-
 quo aut afferri oueis aliquot à lupo iugulatas, vel
 bouem è prærupto, & præcipiti loco delapsam:
 aut nuntiat, iumenta in morbum incidisse. ver-
 ba Xenophonis, quæ ad hunc locum pertinent,
 sunt hæc, *ἢ κει δὲ τις ἢ τῶν ἀεζέτων λευκω-
 ρδύρα φέρων, ἢ τῶν βοῶν κατακέρμημιονιδίας, ἢ
 νόσον φάσκων ἐμπροσθέντων τοῖς κήνησιν. ὅσα
 μοι δοκῶ, ἐφῆ ὁ φερῶλας, νῦν ἀγὼ τὸ πᾶν
 ἔχων, πλείω λυπείσθαι, ἢ ἀεζέσθαι. τὸ δὲ
 λίγα.* id est, venit autem aut oueis eas, quæ à lu-
 po morfa, vel iugulatae sunt afferens, aut boues,
 quæ præcipientes è saxo deciderūt, aut nuntians in
 pecora morbum aliquem inuasisse. Itaque mihi
 videor, ὁ Pheraula, pluribus nunc molestiis af-
 fici propterea quia multa possideam, quàm an-
 tea, quia pauca haberem.

D SPERMEN. SEC.] id est, minus reddi-
 dit, quàm sperauerat agricola, spem fecellit. vt su-
 præ Od. 1. lib. 3. *Fundusq̄ mendax arbore nunc aquas
 Culpante, nunc torrentia agros sidera.*
 BOS EST ENECTVS] bos arator: βοῦς
 ἀροτήρ. Prisc. lib. 9. docens, necatum ferro, ne-
 ctum verò alia vi peremtum] intelligi, hunc locū
 testem producit. sic Liuius, *fame, frigore, illuui-
 e, squallore enecti.* M. Tull. Tusc. 1. *siti enectus Tatalus.*

A MEDIA DE NOCTE] sic loquitur supra
 epist. 2. *urgunt de nocte latrones.* & fat. 3. lib. 2. *Vnde
 uxor media currat de nocte vocata.* & fat. vlt. eiusd.
 lib. *De medio potare die.* & epist. 14. quæ est ad Vil-
 lic. *quem bibulū liquidi media de luce Falerni, &c.
 de media nocte autem, de medio die, de meridie,
 id est, aliquanto post mediam noctem, medium
 diem, meridiem, sic M. Tull. pro Murena, *rigilas
 tu de nocte, vt consultoribus tuis respondeas.**

STMV] simulatque, vt saepe alibi.
 SCABRVM] horridum, squallidum, incom-
 tum, impexū: qui antea erat nitidus, pexus, mun-
 dus, comtus.

INTONSV] capillus intōsus, præterquam
 in pueris, mæroris, & luctus, & vitæ tristioris e-
 rat argumentum. Suet. in Aug. *Aded namque con-
 seruatum ferunt, vt per continuos menses, barba, ca-
 pilloque summissa, caput interdum foribus illideret.* vi-
 de quæ notauit ad illum locum fat. 3. lib. 2. *sapien-
 tem pascere barbam.* Sed Aristoteles rhet. 1. scribit
 pulchrum esse Lacedæmone, comā alere, ac pro-
 ducere. libertatis enim signum esse, quia non sit
 facile ei, qui sit capillatus, quicquam illiberale,
 aut mercenarium facere: *ἢ Λακεδæμονι κομῶν
 καλόν, ἐλευθερίας γὰρ σημεῖον. ἢ γὰρ ἔστι κομῶν-
 τὰ ῥέδιον ἔδδον ποῖόν ἐργον θηπιόν.*

D VRS] durus dicitur hoc loco nimis in
 negotio gerendo occupatus, nullum à labore va-
 cuum tempus intermitens, ab omnibus volupta-
 tibus, & animi oblectationibus abstinens, homo
 ferreus, & pæne dicam, inhumanus, doloris sensu
 carens. sic epist. ad Quinctium hoc eodem libro,
*sine pascat durus, arctè, aliter fat. 2. lib. 1. Sub patri-
 bus duris tironum.*

VLTET] Vultei disyllabum est, notat Prisc.
 lib. 7. & producit testē hunc versum. Sic & Pom-
 pei, à recto Pompeius. Od. 7. lib. 1. *Pompei meorum
 prime sodalium.*

VERVM MIHI PONERE NOM.] sic
 habent omnes ferè libri veteres, cum vulgati ha-
 beant dicere nomen. ponere autem, id est, imponere.
 sic fat. 4. lib. 2. *Ponere signa nouis præceptis.*

QVOD TE] id est, propter quod te obsecro,
 vt me reddas vitæ prioris. sic Virg. lib. 6. *Æn. Quod
 te per cali incundum lumen, & auræ, Per genitorem
 oro, per spem surgentis Iuli, Eripe me his iniuste malis.*

DE OSQVE PENATEIS] Cicero libro de
 natura Deorū 2. *penates à penū dicti sunt. est enim
 omne, quo vescuntur homines, penū: aut ab eo, quod pe-
 nitus insident.* Habebat autem suos quisque deos
 Penateis domi suæ. Idem pro domo sua. *Quid est
 sanctius, quid omni religione munitius, quàm domus
 vnus cuiusque ciuium? hic ara sunt, hic faci, hic Dii pe-
 nates, hic sacra, religiones, ceremonie continentur, &c.
 ijdem Lares familiares dicebantur.* Hor. fat. 1. lib.
 2. *dulcia poma, Et quoscunque feret cultus tibi fundus
 honores, Ante Larem gustet venerabilior Lare diues.*
 Iterū M. Tull. in orat. pro P. Quinctio. quos ap-
 pellauerat paullo antè deos Penateis, eisdem
 paullo post Lares familiaris dicit his verbis. *Et*

*hic quidem iam de fundo expulsi, iam à suis Diis Pe-
 natibus eiectus esset, idem infra. illud dico, dominum
 expulsum esse de prædio, domino à familia sua manus
 allatas esse ante suos Lares familiares.*

QVI SIMVL ASPEXIT, Q. D.] sic
 habent omnes libri manu scr. & item vulgati.
 Nonnulli tamen legi volūt, *Qui semel aspexit, &c.*
 & ita hunc locum explicant: qui semel aspexit,
 quantum d. p. Distent, is mature redeat. Ego ni-
 hil mirandum censeo, & hæc verba sic declaro:
 Qui, Philippus, simulatque aspexit, id est, cognouit,
 seu considerauit, quantum dimissa, id est, re-
 licta, distent à petitis: subintell. dixit ea, quæ se-
 quuntur, *mature redeat Vulteius*, ad prius vitæ ge-
 nus scilicet, seu ad pristinum vitæ institutum, si-
 ue orbem: repetatq̄, ea, quæ reliquit. Hæc au-
 tem ita dicuntur à Philippo, vt imperante alicui
 suorum, det operam, vt redeat Vulteius: videat
 eius rationes, & accipiat: agatque cum eo libera-
 liter, vt ille primo quoque tempore omni nego-
 tio & molestia, & cura vitæ rustica solutus ad
 vitam priorem reuerti possit. Non erat enim cō-
 sentaneum L. Philippum, clarissimum virum, &
 in rep. occupatissimum, cum Vulteio rationem
 inire & συμπρολογεῖν. Itaq; dat alicui è suis ne-
 gotium, vt eum quàm primum dissoluat.

MATVRE REDEAT] inquit Philippus,
 redeat quàm primum in vrbe: & quàm primum
 repetat ea, quæ reliquit.

MET. SEQV. SVO M. A. C. P. V. EST]
 verum est, id est, par est, vt fat. 3. lib. 2. *An, quod-
 cumque facit Macenas, te quoque verum est, Tanto
 dissimilem & tanto certare minorem? monet autem
 prouerbiū, vt id vitæ genus vnusquisq; sequatur,
 quod sibi aptum sit.*

8. AD CELSV M AL-
 binouanum.

CELSO gaudere, & bene rem ge-
 rere Albinouano
 Musa rogata refer, comiti, scribae Neronis. H
 Si quæret, quid agam: dic multa, & pulchra
 mimant em,
 Viuere nec rectè, nec suauiter: haud quia
 grandio
 Cōtuderit viteis oleamq̄, momorderit æstus:
 Nec quia longinquis armentum ægrotet in
 agris:
 Sed quia mente nimis validus, quàm cor-
 pore toto,
 Nil audire velim, nil discere, quod leuet
 agrum:

A *Fidis offendar medicis : irascar amicis,
Cur me funesto properent arcere veterno:
Quae nocuere sequar : fugiam , quae profore
credam :
Roma Tibur amem vetosus: Tibure Romae.
Post haec , vt valeat : quo pacto rem gerat,
& se :
Vt placeat iuueni , percontare , vtq; cohorti.
Si dicet recte , primum gaudere : subinde
Præceptū auriculis hoc instillare memento:
B *Vt tu fortunam , sic nos te , Celse , feremus.**

C *CEL SO GA VD. ET BENÈ REM GER.* &c.] Græcorum more locutus est, *κέλευσος* χαίρειν, *χαίρειν* *ἐν* *ἀφάρτων*, &c. ordo est, *ὁ* *μυσα* à me rogata refer, id est, renuntia salutem Celso, qui me prior saluere iussit. Plato in Charmide improbat hanc Græcorum salutationem, *χαίρειν*, id est, gaudeatque multo præstare ita salutare, *συνφρονέω*, quod idem valere dicit, atque *ἡνωθῆναι* *συντον*, id est, nosse teipsum.

C *COMITI, SCRIBÆ QVE*] notandū, inferiori eum amicum, comitem nominari. scribā autem eum accipio, qui scribendis litteris ab amico potentiore prapositus est.

C *MINANTEM*] prae me ferentem, promittentem, iactantē. sic loquitur sat. 3. lib. 2. *Atqui vultus erat pulchra, & præclara minantis*, id est, de te promittentis, atque cadem est interdum verbi *ἀπειλῆν* apud Græcos significatio. Hom. *ὀδυροῦ*. *θ. H. ἰδὲ ἀπειλήσας* *βητέρμονας* *ἐνεαί* *ἀρίστους*, id est, profectū minat⁹ es saltatores esse optimos, iungit item hoc verbū cum accusandi casu Od. 28. lib. 1. *sic, quodcumque minabitur Eurys Fluclibus Hesperius, &c.*

C *NON VIA GR. CONTYDERIT VITEIS*] nomen Græcum *χαλαροπόπτεω* videtur expressisse. translātē dictū illud sat. 7. lib. 2. *postquam illi iusta podagra contudit articulos, &c.*

D *MOMORDERIT*] affecerit, læserit. alibi ad frigus trāstulit, vt sat. 6. lib. 2. *Matutina minus cautus iam frigora mordent.* epistol. 16. translātē dixit, *Mordeat opprobrijs falsis, mutemque colores?*

A *EGROTET IN AGRIS*] sic est scriptum in duob. cod. Vatic. & Iann. Faern. Torn. Rain. Card. Ruff. Nicot. Cleric. ceteris. vulgati autem habent, *in aruis.*

M *ENTE MINVS VALIDVS*] animo aeger potius, quàm corpore. Hippocr. aphorif. *ἡνώμιον* *νοσέων.*

C *VR ME FUNESTO, &c.*] hæc ita sunt accipienda, quasi pronuntientur ab Horatio offenso, atque irato: vel cur hoc loco valet, propterea quòd, cuius rei exēpla sunt rariora. M. Tull. ad Attic. lib. 3. *Quòd me accusas, cur hunc meum casum tam grauius feram, debes ignoscere.* frequentio-

ra sunt illa M. Tull. ad Cæliū lib. 2. *Quid ergo acci- dit, cur consilium mutarem? nonne omnia potius, cur in sententia permanerem? & lib. 2. accus. tamen digna causa esset, cur inimicitias hominis improbiissimi susciperem.* & pro Sextio. male dicit Sabino, homini Reatino, cur tam temerè exclamarit occisum. Idem lib. 5. de finibus, sub extrem. non pugnem cum homine cur tantum habeat in natura boni: illud. *urgeam, &c.* T. Liuius lib. 47. *Feceit aliquid Philippus, cur aduersus eum armatum, & bellum gerentem hoc decerneremus.* dixit autem me arcere veterno pro eo, quod est à me veternum arcere, per hypallagen: vt epist. de arte poet. *classis Aquilonibus arceat.*

V *ETERO*] lethargo: vnde, qui veternosi à Latinis, lethargici à Græcis appellantur, qui veterno laborant. Horat. sat. 2. lib. 2. *Vt lethargicus hic, cum sit pugil.* vitur hoc nomine Cic. epist. ad Cælium lib. 2. *erat in eadem epistola veternus ciuitatis.* & Cæl ad Cic. 8. *nisi ego cum tabernariis, & aquariis pugnares, veternus ciuitatē occupasset.* Virg. Georg. 1. *Nec torpere graui passus sua regna veterno.* funestum appellat hoc loco Horatius: stolidum Catullus in carmine ad Coloniā, *si pote stolidum repente excitare veternum.* Est autem proprie veternus morbus, quo quis somni necessitate (vt ita dicam) adamantina vrgetur, omnium propemodum rerum oblitus.

Q *VE NOC. SEQVAR: FVGIAM, &c.*] ea sequar, quæ scio esse damnosa: fugiam autem, quæ mihi vitia futura exploratum habeā. quod est incontinentis, seu impotentis, id est, eius, quæ Aristoteles *ἀκρατή* nominat, dictus autem ex eo est, quòd in illo partem animi meliorem, videlicet rationem, vincat deterior, nempe cupiditas, & libido. vide Arist. lib. 7. de morib. ad Nicidas.

R *OMÆ TIB. AM. VENTOS.*] mobilis sim, & inconstans. simile illud est sat. 7. lib. 2. *Roma rus optas, absentem rusticus urbe Tollis ad Africam leuis.* infra epist. ad Mæcen. 3. *plebem, ventosam nominat.* Sic apud Eurip. Hippoly. coron. nutrix ait Phædrā offendit præsentibus, amare, quæ absunt, his verbis *Ὀὐδ' ἔσ' ἀρέσκαι τὸ παρὲν τὸ δ' ἄπὸν* *φίλτερον* *ἢ τὸν.*

E *T SE*] gerat. Cic. ad Matium lib. 2. epist. *Quomam modo me gereret aduersus Casarem, vsus tuo consilio sum.*

I *V VENI*] Tiberio Claudio Neroni. **V** *T QVE COHORTI*] & quomodo cohorti placeat. sic autem habent libri veteres, pro quo vulgati, atque cohorti, minus rectē.

S *V B INDE*] deinde, vt sat. 5. lib. 2. *sparge subinde.*

I *NSTILLARE*] tralatio est à rebus liquidis, quæ instillantur: vt sat. 2. lib. 2. *Cuius odorem olei nequeas perferre, &c. Caulibus instillat.*

V *T TV FORTVNAM.*] supra Od. 27. lib. 3. *bene ferre magnam Dife fortunam.* quasi dicat: si secundam fortunam insolentem, & immoderatē fereres, nec nos insolentiam tuam feremus.

9. AD CLAVDIUM Neronem.

S *EPTIMIVS, Claudi, nimirum intelligit vnus,
Quanti me facias, nam, cum rogat, & prece cogit
Scilicet, vt tibi se laudare, & tradere coner,
Dignum mente, domoque legentis honesta
Neronis:*

M *unere cum fungi propioris censet amici:
Quid posim videt, ac nouit me valdius ipso.
Multa quidem dixi, cur excusatus abirem:
Sed timui, mea ne finxisset mimora putarer,
Dissimulator opis propria: mihi comodus vni.
Sic ego maioris fugiens opprobria culpa,
Frontis ad vrbanae descendi premia, quòd si
Depositum laudas ob amici iussa pudorem:
Scribe tui gregis hunc: & fortem crede,
bonumque.*

C *SEPTIMIVS*] hic ille est Septimius, ad quē scripta est Oda 6. lib. 2. *Septimi Gadeis aditure mecum, &c.*

N *AM, CVM ROGAT*] secutus sum hoc loco & testimoniu P. Viēt. qui lib. Var. lect. x. x. restatur ita scriptum esse in antiq. cod. & meam ipsius conscientiam, qui hanc scripturam offendi expressam in tribus cod. Vatic. & Iannoct. Faër. Tornes. & Clericano, Nicotiano, Ruffard. meo. neque verò quemquam commouere debet alterum, cum, quod sequitur quarto abhinc versu. est enim locutio *ἀσύνετοσ*, hoc modo, cum rogat, cum censet me propioris, id est, in terioris, seu intimi amici munere fungi, *Quid posim videt, &c.*

E *T PRECE COGIT SCILICET*] legēda sunt hæc continenti, & non intermisso spiritu. significat autem, amicorum, & viroium bonorum preces vim cogendi quandam obtinere apud nos: hoc modo, cum rogat, & scilicet rogādo cogit, &c. *quid posim videt.*

L *AVDARE, ET TRADERE*] id est, commendare, vt eum in fidem, & amicitia tuam recipias. sic loquitur epist. ad Loll. 2. hoc libro, *Fallimur & quondam non dignum tradimus.* & sat. 9. lib. 1. *haberes Magnū aditorem, posset qui ferre secundas: Hunc hominem velles si tradere.* M. Tull. epistola ad Cæl. lib. 7. *torum denique hominem tibi trado de manu (vt aiunt) in manum tuam istam, & victoria, & fide præstantem.* & ad Trebat. eod. lib. *sic ei te commendauit, & tradidit, vt grauisimè, diligētissimèq; po-*

tui. Sallust. coniur. Catil. ex epist. Catilinæ, Nunc Orestillam tibi commendo, tuæque fidei trado.

D *IGNVM M. D. QVE L. H.*] vel tamquā dignum mente, & domo Neronis, &c. vel reuera dignum Neronis mente, id est, animo, & domo, id est, familia, seu contubernio & conuiuiū, legētis honesta, id est, res honestas, & honestos viros eligentis, atque in suam amicitiam recipientis.

M *VNERE CVM FUNGI PROPIORIS*] id est, cum censet me vti munere, & fungi officio interioris amici, quid apud te posim, videt, &c. nemo enim quemquam opulento alicui, & potenti viro commendat, nisi qui apud eum gratia valeat, sitq; ei pane intimus.

N *OVIT ME VALIDIUS IPSO*] proinde ac si diceret, non arbitror me tantum apud te valere, vt quemquam tibi commendare, & tradere conari debeam: sed ille tamen me rogat, vt id faciam, sibiq; ita persuasit, me abs te impetraturum. *valdius* autem valet idem, quod magis, vt in epist. ad Pifones, *valdius oblectant populum dimissa per aurem, &c.*

M *VITA QVIDEM DIXI, CVR*] multas quidem causas attuli, quibus hoc commendandi munus mihi ab eo inpositum deprecarer.

S *ED TIMVI, MEA NE, &c.*] id est, sed timui, ne ei vireis meas, meamq; apud te gratiā nimis extenuare, & dissimulare viderer. talis describitur *ἐπαιων* ab Aristotele lib. 4. de morib. ad Nicomach. his verbis, *ὁ δ' ἐπαιων δοκεῖ ἀπρῆστος τὰ ὑπάρχοντα, ἢ ἐλάττω ποιῆναι*, id est, dissimulator autem ea negare videtur, quæ in se insunt, aut minora fingere. sed hoc interest, quod *ἐπαιων* laudatur: dissimulator opis propriae, vituperabilis est, si suam opem dissimulat, ne alteri proficit. sic sat. 10. lib. 1. *Defendente vicem modò rhetoris, atque poetae, Interdum vrbani parcentis viribus, atque Extenuantis eas consulo.*

M *AIORIS CVLPÆ*] dissimulationis, & a nimis in officio tribuendo restricti, ac maligni. Est enim maior culpa, grauiusque peccatū nolle cōmendare aliquem virum bonum, & dignum amicitia potentium virorum, apud virum potentem, dissimulando suam gratiam, & extenuando suas vireis, quàm talem virum commendando, subimpudentem, & subaudacem ab illo potente viro existimari.

F *RONTIS AD VRB. DESC. PRÆM.*] ad impudentiam. vrbani enim perfrectioris oris esse solent, quàm rustici: atque hanc impudentiam, quam frontis vrbanae præmium dicit, proximo versiculo *depositum pudorem* nominat.

S *CRIBE TVI GREGIS HVNC*] hunc ascribe in amicorum tuorum numerum.

E *T FORTEM CR. BON.*] *fortem*, vel laborum perferentem, & patientem, minimèque mollem & leuem: vel proprie *ἀνδρείον*, id est, ad omnia pericula subeunda promtum ac paratum. bonum autem, *ἀγαθόν*, *εὐδόν*, virum bonum.

A IO. AD FVSCVM Aristium.

V RBIS amatorem Fuscum saluere iubemus

Ruris amatores: hac in re scilicet vna Multum dissimiles, ad cetera pæne gemelli: Fraternalis animis: quicquid negat alter, & alter:

Annuimus pariter, vetuli, notique columbi. Tu nidum seruas: ego laudo ruris amantem Riuos, & musco circumlita saxa, nemusq;

B Quid quæris? viuo, & regno: simul ista reliqui,

Quæ vos ad calum effertis rumore secundo. Ut sacerdotis fugitiuus, liba recuso: Pane ego iam mellitis potiore placentis. Viuere nature si conuenienter oportet:

Ponendaq; domo quærenda est area primium: Nouissime locum potiore rure beato?

Est vbi plus tepeant hiemes: vbi gratior aura Leniat & rabie Canis, & momenta Leonis,

C Cum semel accepit solem furibundus acutum? Est vbi depellat somnos minus inuida cura? Deteri? Libycis olet, aut nitet herba lapillis?

Purior in vicis aqua tedit rumpere plumbum, Quam, quæ per pronum trepidat cum murmure riuum?

Nempe inter varias nutritur silua colūnas: Laudaturq; domus, lōgos quæ prospicit agros. Naturam expelles furca: tamen vsque recurret:

Et mala perrumpet furtim fastidia vitrix.

D Non, qui Sidonio contendere callidus ostro Nescit Aquinatam potentia veller a fucum, Certius accipiet damnū, propiusve medullis: Quam, qui non poterit vero distinguere falsum.

Quem res plus nimio delectauere secunda: Mutata quatiens, siquid mirabere, pones Inuitus, fuge magna: licet sub paupere tecto Reges, & regum vita præcurrere amicos.

Cervus equum pugna melior communibus herbis

Pellebat: donec minor in certamine longo Implorauit opes hominis, frenūque recepit. Sed postquam victor violēs discessit ab hoste: Non equitem dorso, non frenum depulit ore: Sic, qui pauperiem veritus, potiore metallis Libertate caret, dominum vehet improbus: atque

Seruiet æternum, quia paruo nesciat vti. Cui non conueniet sua res, vt calceus olim, Si pede maior erit, subuertet: si minor, vret. F Letus sorte tua viues sapienter Aristi: Nec me dimittes incastigatum, vbi plura Cogere, quam satis est, ac non cessare videbor. Imperat, aut seruiet collecta pecunia cuique, Tortū digna sequi potius, quam ducere funē. Hæc tibi dictabā post fanum putre Vacuna, Excepto, quod non simul esses, cetera letus.

VRBIS AM. FVSC.] Nos ruris amatores Fuscum vrbis amatorem salutamus.

AD CETERA PÆNE GEMELLI] id est, pares maximè & similes. ductum à geminorū similitudine, ad distinguendum, atque interno-scendum perdifficili. & ita loquuntur boni scriptores. M. Tull. partit. memoria, qua est gemina literaturæ quoddammodo, & in dissimili genere persimilis. sic enim in eo loco legendum, non vt voluit Budæus noster, alioqui optimarū artium, & bonarum litterarū laude clarissimus, germana. Idem pro Rosc. comædo. simillima, & maximè gemina societas hereditatis est. Idem frumentaria ex epist. Timarchidis. Solo mihi fraterculo tuo credas. ad ea verba sic Cicero. consorti quidem in lucris, atque furtis, gemino, & simillimo nequitia, improbitate, audacia. Idem in Pison. Illud vero geminum consiliis Carilina & Lentuli. Catull. in Mamurram & Casarem. Morbo pariter, gemelli vtrique: Pno in ludulo erudituli ambo. Pacuuius. par fortitudo, gemina confidentia. Horat. sat. 3. lib. 2. Quinti progenies ArrI, par nobile fratrum, Nequitia, & nugis, prauorum & amore gemellū. breuiter, quod Græci ἀδελφοὶ nominant pro simillimo, Latini geminum dicunt, non germanū, vt etiam hodie quidam docti viri putant, Budæum secuti.

QVICQVID NEGAT] quidam libri veter. habent, siquid negat, &c.

VETULI, NOTIQUE COLUMBI] id est, tanquam vetuli, & notī columbi, quorū mutuus amor notus est. sic omnes quidem habent libri manu scrip. sed videtur legendum, Annuimus pa-

A mus pariter vetulis, notisque columbis, non vt vulgò, vetuli, notique columbi. dictum autem Græcorum more, pariter vetulis, &c. ἰσως, seu ὁμοίως τοῖς ἀετέρας, sic Homerus il. v. ἄ δὲ μὴ τις ἰσά τελεοῖ: id est, hic autem eum colebat pariter liberis. & Lucretius lib. 6. sic fulgorem quoque cernimus ante, quam tonitruum accipimus, pariter qui mittitur igni, à columborum mutuis oculis colubatum fecit Matus, in his versib. sinūque amicam recipio frigidam caldo, Columbatimque labra cōscrens labris. Omnino, vt ad meā diuinationē redeā, lectio vulgata mihi videtur ferri non posse, Annuimus pariter vetuli, n. q. col. id est, vt vulgò expli-cant, consentimus, & concordamus inter nos, tanquam vetuli, & notī columbi. Nam hoc tamquam addit de suo: quod videtur nō fuisse omis-surus Horatius, aut vocem aliquam similem.

B NIDVM] domicilium vrbis. Tu nidum seruas igitur, id est, tu domi manes: & ita Porphir. si modò Porphirionis verba sunt, ductū ab aibus: vt annotauimus supra ad Od. 4. lib. 3.

MUSCO CIRCUMLITA] muscosa, lanugine illa viridi obducta. Virgil. Georg. 3. & plena secundum Flumina, muscus vbi, & viridissima gramine ripa. Idem in Melib. Muscosi fontes, & somno mollior herba. Catull. riuus muscoso prosilit è lapide.

QVID QUÆRIS?] sic loquuntur boni scriptores, cum paucis rem expedire volūt. M. Tull. epist. ad Cornific. Quid quæris? magna spes est in eo.

C Idem ad Attic. lib. 2. Quid quæris? conturbati Græcam nationem. ibidem, Quid quæris? præter quercum Dodonæam, nihil desideramus. idem ad Qu. Fr. lib. 1. quid quæris? nihil festiuus.

VIVO ET REGNO] beatissimè viuo: quouis rege beatiorē vitā viuo. verè enim regnat, qui nulli cupiditati seruit, & qui re sua, quātumuis angusta, contentus est. Tū licet sub paupere tecto Reges, & regum vita præcurrere amicos: Et virtus vni regum, & diadema tutum dæfert, Quisquis ingentis oculo irretorto spectat aceros. Præterea sapiens vno minor est, Ioue, Dives, honoratus, pulcher, Rex denique regum: Et pueri ludentes rex eris, aiunt, Si rectè facies: Et rectius occupat Nomē beati, qui Deorum Muneribus sapienter vti, Duramq; callet pauperiem pati, Peiusque lecto flagitium timet. Et pastor ille Virgilianus patrios fincis, Pauperis & tugurI cōgestum castite culmen, sua regna nominat. Postremo, vt regnat, & rex est quique domi suæ: ita seruus est, & seruitutem durissimam seruit, qui diuitum, & potentium istorum amicitiam colit, qui in purpuratorum, & principum, & regum marmoris, atque auratis adibus ætatem agit, & cōsenciscit.

D SIMVL] simulac. millies diximus: & millies vsurpatum est ab Horatio. AD CALVM EFFERTIS] maximo opere laudatis: vt sup. educit in astra, Od. 2. lib. 4. & sat. 7. lib. 2. vrbem Tollis ad astra leuis. Quidam libri veteres habent fertis.

RVMORE SECUNDO] id est, ex opinio-

nè, & consensu vulgi: approbante populo. Virg. Eneid. 8. Ergo iter inceptum celerat rumore secūdo, quāquam hunc locum aliter explicat Seruius. M. Tull. Tuscul. libro 2. multitudini suspecta, & inuisa philosophia est, vt vel, si quis vniuersam velit vituperare, secūdo id populo facere possit, vel, &c. Idè cōtra Rull. secūda contione. Idem lib. 2. ep. ad Qu. Fratr. cum tamquam reum accusauimus multos, & secūda admurmurationibus cunctis senatus. Cassius ep. ad M. Tullium, cuius princeps nō me hercule. lib. 15. Pan-sam nostrum secūda voluntate hominum paludatum ex vrbe. exisse gaudeo, &c. sic Liuius dixit lib. 6. secūdis auribus. & lib. 27. secūda fama.

VT QVE SACERDOTIS FERUIT] id est, & vt sacerdotis seruus, sic enim seruum vocant Latini, cum seruum improbum & nequam significare volūt. Alioqui fugitiuus seruus, propriè is est, qui dominum reliquit, quive ab eo fugit, consilio non reuertendi: qui consiliū cepit fugiendi, & numquam ad dominum reuertendi, herifugam appellat. Catull. in Galliambo de Atti.

LIBA] placentas ex farina, & melle cōfectas, constant autem placenta ferè ex farina, & melle, vt subindicat interpret Theocriti ad eius versum illum eid. id. ὄσα τ' ἄπα γλυκερῶ μέλιτος, τὰ τ' ἐν ἰσθῶ ἐλάω. id est, & quacūq; cōficiuntur è dulci melle, & quæ ex liquido oleo. Athenæus autem lib. 3. significat, libum ex lacte, & sumine, & melle componi, his verbis, ἐξ ἧς δ' ἐπιεισεν ἔχη παραχῆς ἐκ γάλακτος, ἠρτίον τε, καὶ μέλιτος, δὲ ῥωμῆοι λέγον καλῶσι. Deniq; Horatius ipse satis declarat proximo versiculo, libum esse placentam mellitam. Varro lib. 4. de ling. Latina, libum cō appellatū esse scribit, quod libaretur priusquam esset cōctum.

PANE EGEO] δέομαι ἄπρῃ, desidero panem, vt de arte poet. Si plausoris egos aulae manentis.

VIVERE NATURÆ SI CONVEN.] Hac est Polemonis, & veterum Academicorum sententia, quam probant & Peripatetici, dicebāt enim finem bonorum esse secūdam naturam viuere, id est, virtute adhibita, frui primis à natura datis: quod Stoici postea dixerunt viuere naturæ conuenienter. vide M. Tull. lib. 2. & 4. de Finib. Idem Tuscul. 5. stoicorum quidem facilis conclusio est, qui, cum finem bonorum esse senserint, congruenter naturæ, conuenienterque viuere, &c. Idem de Finib. 3. Hunc ipsum Zenonis aiunt finem esse, declaratē illud, quod à te dictum est, conuenienter naturæ viuere. ibidē, relinquitur, vt summum bonum sit viuere scientiam adhibentem earum rerum, quæ natura enueniant, sili-gentem, quæ secundum naturam: & si quæ etiam cōtra naturam sunt, reuertentem, id est, conuenienter, cōgruenterque naturæ viuere.

PONENDÆ QVE DOMO] & si ponendæ domo, id est, ad domum ædificandā, primūm quærendum solum est, &c. Hesiod. Οἶκον μὲν ὀρώμενα, &c.

A BEATO] opulento, omni rerum copia affluente.

EST VBI FLVS, &c.] Est ne locus vllus, vbi hiemes sint tepidiores?

FLVS TEPEANT] minus sunt frigida.

RABIEM CANIS] immoderatum Canis calorem. vide ad Od. 13. lib. 3. Te flagrantis atrox hora Canicula Nescit tangere.

ET MOMENTA LEONIS] circiter Idus Quinctileis. supra Od. 29. lib. 3. iam Procyon furit, Et stella vesani Leonis sole dies referente ficos.

FVRIBVNDVS] vesaniū appellat Oda illa 29. lib. 3.

EST VBI DEPELLAT] diuellant habent libri vulgati: sed depellat scriptū est in duob. cod. Vatic. & Rain. Card. Iann. Faër. Torn. & Clerican. Nicotiano, vno Ruffardino, meo. quos secutus sum, quāuis videatur recepta scriptura probabilis. Nam sic ferè Virg. locutus est Georgic. 3. nec somnos abruptis cura salubres. Horat. autē ita, vt hic, Od. xi. lib. 2. Pelleute lasciuos amores Canitie, facilemque somnum. Omnino depellat magis probō, quā diuellant. itaque edendum curauī.

INVIDA CVRA] quæ hominibus omnē animi tranquillitatem, & oblectationem, somnū denique liberum ac solutum videtur inuidere. Est autē hæc cura vitiosa, & ab ægro animo profecta. alia est laudabilis, quæ industriā acuit, solertiamque excitat, qualis est hominum strenuorum, in duftriorum, nauorū, ac fortium, sine qua nihil præclarum, nihil cum officio coniunctum geri potest.

DETERIVS LIBYC. OL. &c.] deteriusne olet, id est, minus gratum odorē naribus afflat, aut minus nitida est herba, quā marmora ex Africa auecta?

LIBYCIS LAPILLIS] marmoribus Numidicis, ex quibus fiunt pauimenta.

PVRIOR IN VICIS AQ. T. &c.] id est, puriorne ea est aqua, quæ in vicis vrbis, è tubis plumbeis erumpit, quā, quæ sine tubulis per decliuem riuum trepidè manat? vicus ex domibus cōstat (inquit Varro) vicus Cyprius, vicus Africus, vicus sceleratus, &c. Vici Romę fuisse dicuntur quadraginta. Horat. sat. 9. lib. 1. cum quidlibet ille Garrivet, vicos, urbem laudaret. epist. ad lib. Hoc quoque te manet, vt pueros elementa docentē Occupet extremis in vicis balba senectus. & ad Augustū, Deferat in vicum vendentē thūs, & odores. & sat. 3. lib. 2. Tuscī turba impia vici.

TENDIT RVMP. PLVMB.] tanta celeritate, & copia fertur, vt tubulos plumbeos ruptura videatur.

TREP. CVM MYRM.] cum sonitu celeriter labitur, seu properè manat? κελάρυζει;

NEMPE INTER VARIAS, &c.] ea (inquit) quæ natura sponte sua præbet, & procreat, ijs, quæ ab arte proficiuntur, esse potiora argumentō est, quod inter columnas marmoreas, & ædificia sumtuosa, instituuntur à diuitibus horti

multis & proceris arboribus constiti; & laudatur domus, quæ habet longos, & latos agros adiunctos, & continereis. vel dic hoc modo, Nempe vt planè perspicias, optabilius, ac suauius esse fructu, quā in vrbeis viuere: diuites isti, & potentes in suis ædificiis magnificis, & inter columnas marmoreas, hortos, & pane dicam, siluas habere volunt. ita cogit eos ipsa natura fateri, vitam rusticam vrbana esse anteponendam. varias autem columnas intelligit verficuloreis, vel ex marmore verficolori. quidam legūt Parios, quemadmodum & ibi, Ten lapides varios lutulenta radere palma? fat. 4. lib. 2. nonnulli censent legendum Parios.

NATVRAM EXP. FVRCA] versus sunt vulgatissimi. significant autem, vim tantam esse naturæ, vt quauis fastidiosus hominū animus, morosa satietas, nouarum denique rerū cupiditas vim illi quodammodo afferat, multaque superuacanea ab arte facta conquirant, atque arceffant, nulla tamen alia in re tandem, quā in pulchritudine, copiatque naturali acquiescant. expelles autem habent cod. Iann. Faër. duo Vatic. Tornef. Ruffard. Nicot. Cleric. alij, quos secutus sum. Itā expellere furcā, prouerbiū est, quod valet, asperè, & ignominiosè expellere: sumtum ab iis, qui aliquem furca expellunt. sic M. Tull. lib. 16. epist. ad Atticum, epist. 11. sed quoniam furcilla extrudimur, Brundisium cogito. & Catull. Mentula conatur Pimplēum scandere mōtem: Musa furcillis præcipitem eijciunt. Sic Aristophanes Εἰρήνη. τῆνδε δὲ Δικροῖς εἰδῆσαι τὴν θεὸν κεκράγμεσι. id est, hanc deam (pacem) expellebant furcis.

ET MALA PERR. F.] Et vincet vitiosam istam diuitum istorū, & superuacanciam, & sumtuosam, rerūque; vfitatarum, ac parabilium fastidiosam luxuriam.

NON, QVI SIDON. &c.] id est, is, in quo non inest ea calliditas, aut solertia, vt sciat, eas lanas, quæ succo Aquinati infectæ sunt, cū purpura Tyria, seu Sidonia certare, hoc est, ad eā ita propè accedere, vt difficile sit interoscere: non maiore damno afficietur, neque certiore, quā, qui nō poterit verum à falso discernere. Vel sic, is, qui nescit callidè contendere, id est, comparare & conferre, lanas succo Aquinati tinctas, cum purpura Tyria, non certiore detrimento afficietur, quā, & cet. vt supra. Atq; ita Simeo Bosius Lemouix vir doctiss. hunc locum explicabat. Fgo ramen priorem explicationem malo. Nam non videtur esse magnæ solertia, magnæve calliditatis comparare purpuram simulatam, & falsam, cū germana & vera. sed alteram ab altera discernere, hoc opus, hic labor est. Nam si quis dicat, nihilo maioris prudētiæ esse interoscere falsam à vera, cū inter se componitur, & contenduntur, quod & ab Isocrate in oratione quadā positum est, negabo, quod simulata & falsa interdū ita sunt natiuis & veris propinqua ac similia, itaque obscuræ eorum notæ, vt difficillimè inter-

nosci

A nosci queant. Verumtamen Bosij, sentētiā non damno.

SIDONIO] id est, Tyrio, Punico.

PROPIVSVEMEP.] quidam libri veter. habent, propriusque. proprius medulis autem, id est, quod te proprius attingat, quod magis ad te perueniat. tralatio est à corpore.

FVGVY] colorem, vt Od. 5. lib. 3. nec amissos colores Lana refert medicata succo.

QVAMQVNON POT. V. D.] quod tamen omnium rerum difficillimum est. Obscuræ enim sunt veri & falsi, boni & mali, recti & prauī notæ. Adde quod vnumquodque bonorū humanorū videtur esse periculo proximū, nullūque à contrario purum ac sincerum. Quare scitum est illud poetæ cuiusdam, nullum esse bonum, quod in hac vita, tanquam arbor, ex vna radice nascatur: sed cōtrā ei aliquod etiam malum agnasci. Atque hoc ipsum est, quod vulgus hominum funditus in terit, quod nō facile possint meliora à deterioribus discernere, ac fecerere.

QVEM RES PLVS NIM. &c.] id est, qui rebus secundis nimium insolens fuit, conuersa, & mutata fortuna magnopere commouebitur, eiusdem est enim in dolis, & ingenij, nimia lacritate, & lætitiā efferri in rebus secundis, & contrahi, consternarique cōtrariis. plus nimio, id est, plus multo, vt Oda 33. lib. 1. plus nimio memor Inmittis Glyceræ.

QVATIENNT.] id est, commouebunt, supra Od. 3. lib. 3. Instum & tenacem proposuit virum Non cinium ardor prava iuuentium, Non vultus instantis tyranni, Mente quatit solida, &c. & Od. 18. lib. 1. non ego te candide Bassivem, Inuitum quatiam. & inf. epist. 2. lib. 2. statua taciturnius exit Plerumque & risu populum quatit.

SI QVID MIRAB. PON. INVIT.] id est, si quid magni facies, vel si quid erit tibi egregiè curam, amittes inuitus.

PONES] depones, amittes, ἀποβαλεῖς, ἀφῆσαι: sic sæpe aliās, vt epist. 16. Pone, meum est, inquit, &c.

REGVM AMICOS] gratiosos homines apud reges.

PRÆCVRRERE] antecire. tralatio est, vt fat. 2. lib. 1. aded sermonis amari, Sisennas, Barros vt equū præcurreret albū. Quidam libri veteres habent præcedere.

CERVVS EQV. PVGNA MEL. &c.] Aristoteles ῥητορικ. β. co in loco, in quo de exemplis & apologis loquitur, hanc fabulam ascribit Stesichoro, his verbis, Στησίχορος μὲν γὰρ ἐλομῶν στρατηγὸν ἀντιπράτορα τῶν ἰμερίων Φάλαριν, καὶ μελλόντων Φυλακίῳ δίδοναι τῶ σάματος, τὰλλα ἀγλαχεῖς εἶπεν αὐτοῖς λόγον, ὡς ἴππος κατέχευε λευκῶν μόνος. ἐλθόντος δ' ἐλάφου καὶ ἀγροῦντατος τῶ νομῶν, βελόμῶνος πικροῦσθαι τὸν ἐλάφον, ἦρώτα τὸν ἀγροῦντα, εἰ δύναιτο μετ' αὐτῶ κολάσαι τ' ἐλάφον. ὁ δὲ φησιν, εἰάν ἐλάφου χαλκόν, καὶ αὐτὸς ἀ-

ναβῆ ἐπὶ αὐτῶν ἐχρὼν ἀμύδιον· συνομολογήσαν· Ἐτος δὲ καὶ ἀναβάτος, ἀντὶ τῆς πικροῦσθαι αὐτὸς ἐδύνασεν ἠδὲ τῶ ἀγροῦντα, &c. id est, Stesichorus, cum Himerae Phalarim ducem exercitus, summo cum imperio creasset, præsidiumque, & custodiam corporis daturū viderentur: alia quadam locutus, hunc postea sermonem habuit. Olim equus prætiū obtinebat solus. Cum autem eō venisset ceruus, & eius pascua corrupperet, equus ceruum vlcisci volens, ex homine quaesivit, possētne eō ceruum coercere. Homo respondit, posse, si modò ille frenum recipiat, & ipse in eō ascendat, iaculis instructus. Cum assensus esset equus, & ascendisset homo, pro eō vt ceruum vlcisceretur, ipse iam homini seruit.

PVGNA MELIOR] id est, superior, potentior, καρεῖται, vt alibi docuimus.

MINOR] ἡττώ, id est, inferior, imbecillior, minus potens, nempe equus.

VICTOR VIOLENS DISCESSIT] si coniunctè legas, victor discessit, idem valebit, quod, discessit superior, vt loquitur M. Tullius: sin hoc modo, discessit ab hoste, sentētia erit aperta, quod magis probō. violens autem, id est, violentus, quo nomine vsus est & Oda 30. lib. 3. quæ violens obstrepat Ausidum. Qui autem legi hic volunt, sed postquam victor violento discessit ab hoste, falluntur.

IMPROBVS] id est, assidue, perpetuè, vt Virg. Georg. 1. labor omnia vincit Improbus, & duris virgens in rebus egestas. Horat. sat. 6. lib. 2. improbus urget Iratis miseris. vel dic improbus, id est, cupidus, & ideò miscer. vel dic compediis & rectā improbus, id est, miser, & laboriosus, πόνηρος.

QVIA PARVO NESCIAT VTI] sic habent aliquot libri manu scr. nonnulli nesciet, quos non sequor: malim legi nesciit. Passeratius nolebat ita legi, seruiet aternū qui paruo nesciit vti.

NON CONVENIET] vel amplior erit, vel angustior, quā fatis est.

VT CALC. OL. SI PEDE] tale est illud. Epicteti, μέτρον κτήσεως τὸ σῶμα ἐχέτω, ὡς ὁ πῦρ ἐπὶ δόμῳ. εἰν ἑδρῶν οὐδ' ἔπι τῆς γῆς, ἔχεις τὸ μέτρον, καὶ τὴν ἑπιβάτην. εἰν δ' ὑπερβῆς, ἀφῆκας, ὡς καὶ κρημνὸς σταυρῶν, ἔπι γῆνεται κατὰ γῆσιν ἐπὶ δόμῳ, εἰτα πορφυροῦ, εἰτα κεντήτων. ὑπερβῆ γὰρ τὴν χεῖρα τῆ ποδῶν. τὸ αὐτὸ καὶ ἔπι τῆς κτήσεως εἰν ὑπερβῆ σῶμα, ὅρος ἔδειξ ἔστι. id est, modulus possessionis vniciūque corpus est, quemadmodum pes calcet. si igitur in hoc consistas, habes modulum, & scalam: sin ultra modum prodeas, te ipsum præcipitem agis. Ita fit auratus calcens, deinde purpureus, deinde punctis distinctus. nam pedis usum superauit. idem & de possessione sentiendum. si extra corporis modum prodeat, infinita est. Non dissimile est illud Dionis Chrysostomi oratione περὶ πλεονεξίας: id est, de cupiditate immaniarum diuitiarum, & aliarum rerum fortuitarum, καὶ ἐδῆτα μὲν ἔδειξ βούλεται μέλλω τῶ σῶματος ἔχειν, ὡς δύνασθαι ἂν ἔσαι δὲ τῶ παντὶ μέλλω τῆς χεῖρας ἑπιθυμῶ σὶν ἅπαντες

Xx iij

A *ἔχων, ὅτε εἰδότες, ὅτι τὸ τοῦ ἐκείνου χαλεπότερον*: id est, Et vestem quidem nemo vult habere corpore maiorem, tanquam incommodum quiddam, rem familiarem autem omni ex parte maiorem, quam vsus postulet, cupiunt omnes habere, non intelligentes, hoc esse longè illo incommodius, ac molestius.

SI MINOR, VRET.] si minor, pedè lædet, & dolore afficiet.

OLIM] ποτε, aliquando, vel tunc. vt Plaut. in Milite glor. Curate, vt splendor meo sit chypeo clarior, quam solis radij esse olim, cum sudum est, solent. Idem Trinummo, Primum omnium olim terra cum profcinditur, in quinto quoque sulco moriuntur boves. Horat. sat. i. lib. i. vt pueris olim dant crustula blandi Doctores. Lucret. lib. 6. vt calidis candens ferrum e fornacibus olim stridit, ubi in gelidum properè demersimus imbrem. Virgil. Æneid. 3. sed tamen iidem olim curru succedere sueti Quadrupedes.

LÆTVSORTE] fors ab Horatio plerumque vsurpatur pro eo, quod cuique vel casu aliquo, & beneficio fortunæ, vel natura, vel ratione obigit: cuiusmodi sunt facultates, nobilitas, potentia, res secundæ, quæuis denique facultas, & condicio viuendi: idq; per tralationem quandam, vt Od. 16. lib. 3. Pure riuus aqua, siluæque ingerum Paucorum, &c. Fulgentem imperio fertilis Africa Fallit sorte beator. Od. 11. lib. 4. Telephum, quem tu petis, occupauit Non tuae fortis inuenem puella. Od. 14. epod. quòd si non pulchrior ignis Accendit obsessam Ilion, Gaude sorte tua. Od. 24. lib. 3. Desunt enimque laboribus Æquali recreat sorte vicarius. c. pist. ad villic. hoc lib. Cui placet alterius, sua nimirum est odio fors. & sat. i. lib. i. Qui sit Macenas, vt nemo, quam sibi sortem, seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa Contentus viuat? Virg. Æneid. 6. Multa putans, sortemque animo miseratus iniquam. eod. lib. Inuidus vireis vltra, sortemque senectæ. Idem Æneid. 5. Hæcorei socij, Troia quos sorte suprema Delegi comites. Lucret. lib. 4. Inde Venus varias producit sorte figuras, Maiorumque refert vultus, vocisq; comasque. fors autem longè aliud est, vt annotauimus ad sat. i. libri primi.

NEC MEDIM. INCAST.] id est, & me acriter castigabis, me acerbè reprehendes, & accusabis, &c. incastigatum, ἀνεπιτήμυτον.

COGRE] congerere, coaccrurare, quarere.

D IMPERAT, AVT SERV.] id est, alij bonis quæsitis & partis libenter vtuntur: alij parcunt, vt sacris: neque audent quicquam de acervo, aut summa demere. Epist. i. huius lib. Et mihi res, non me rebus subiungere conor.

TORTVM DIGNA SEQ. POT. &c.] id est, quæ tamen debet potius trahi, quam trahere: hoc est, seruire potius, quam imperare. videtur tralatio, aut allegoria ducta ab iis, qui restim ductant, vel, vt alij volunt, à machinationibus, præfulitoris autem erat funem, seu restim ductare: eorum, qui vnà saltabant, restem manu apprehensam sequi. Terent. A delph. Tu inter eas re-

stim ductans saltabis. Iam nomen tortus, funis est epithetum etiam aliis scriptoribus vsitatum, vt Virgil. 4. Æneid. tortos incidere funeis: Catull. in carm. de nuptiis Pelei, Candidisque intorti sustollant vela rudentes.

TIBI DICTABAM] puero meo dictabam, vt ab eo excepta, & scripta ad te mitterè. sic M. Tull. ad Q. fr. lib. 2. Non occupatione, qua eram sanè impeditus: sed paruula lippitudine adductus sum, vt dictarem hanc epistolam. & alibi ad eund. hæc inter cenandum dictavi Tironi. vide sup. ad epist. i. hæc recinunt iuuenes dictata, sentisque.

POSTFANVM PVTRVACVNÆ] ponè fanum Vacunæ Deæ, vctustate cõsumtum. Vacunæ dea à vacando dicta, quæ vacantibus & otiosis præerat. hæc in agro Reatino nobilia habebat memora. de quibus legè Plin. lib. 3. cap. 12. Erat etiam eorum, qui à crimine, aut calumnia, aut cõtumelia & maledicto liberati ac soluti, & quasi vacui erant, dea: quod ex Aufonio intelligere licet, Totam trado tibi simul Vacunam, Nec iam post metus ubique dictum.

EXCEPTO, QVOD NON SIM. ESS. &c.] id est, molestè ferès, quòd vnà mecum non esses: cetero qui lætus. vel sic, eo excepto, quòd mecum non esses, ceteris rebus lætus. cetera dicta Græcorum more, τὰλλα, id est, ἄτ' τὰλλα. & ita suprâ locutus est Od. 2. lib. 4. Quæ notam duxit, niueus videri: Cetera fuluus. sic Virg. Georg. 3. Cetera, nec fetura habilis, nec fortis aratris. T. Liuius lib. 22. Annalium, Hæc est pugna Cannensi clade nobilitata, par cetera Alliensis.

XI. AD BVLLATIVM.

QVID tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos?

Quid concinna Samos: quid Cræsi regia Sardi?

Smyrna quid, & Colophon? maiora, minoræne fama?

Cunctane præ campo, & Tiberino flumine sordent?

An venit in votum Attallicis ex vrbibus vna?

An Lebedum laudas odio maris, atque viarum?

Scis, Lebedus quàm sit Gabiis desertior, atque

Fidenis vicus: tamen illic viuere vellem:

Oblitusque meorum, obliuiscendus & illis

Neptunum procul è terra spectare furè em.

sed

A Sed neque, qui Capua Romam petit umbre, lutoque

Aspersus, volet in caupona viuere: nec, qui Frigus collegit, furnos, & balnea laudat,

Vt fortunatam plenè præstantia vitam. Nec, si te validus iactauerit Auster in alto:

Incircò nauem trans Egæum mare vendas. Incolumi Rhodos, & Mitylene pulchra facit, quod

Penula solstitio, campestre niualibus auris, Per brumâ Tiberis, sextili mense caminus.

Dû licet, & vultu seruat fortuna benignu: Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos absens.

Tu, quæcumque Deus tibi fortunauerit horam,

Grata sume manu: nec dulcia differ in annu: Vi, quocumque loco fueris, vixisse libenter

Te dicas. nam, si ratio, & prudentia curas, Non locus effusi latè maris arbitet aufert:

Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt.

Strenua nos exercet inertia, nauibus, atque Quadrigis petimus benè viuere, quod petis,

hic est:

Est Plubris, animus si te non deficit æquus.

CHIOS] insula est in mari Ionio, seu Icario: quæ nomen etiam hodie retinet.

LESBOS] insula est non longe à Troade, in qua est Mitylene.

CONCINNA] lepida, festiua, amœna, pulchris ædificiis descripta.

D SAMOS] Homerus σαπυλαόεσσαν nominat ὀδ. 8. id est, editam, aut asperam. Insula est in mari Ionio, non admodum longe distans à Chio insula.

CROESI REGIA SARDIS] in qua Cræsus rex Lydia commorabatur, & cõsistebat, vt in vrbe totius Lydiae princeps, & reliquarum omnium munitissima: quæ à Cyro expugnata, & capta est decimo quarto post oppugnationè die, vt narrat Herod. Clione. Sic Virg. lib. 7. Æn. de domo Pici, Tectum augustum, ingens, centum sublime columinû vrbe fuit summa, Laurentis regia Pici. Idem lib. 8. de Caci specu. At specus, & Caci detecta apparuit ingès Regia. sic Horat. epist. 7. ad Mæcen. 2. mihi iam non regia Roma, sed vacuum Tibur placet, aut imbelles Tarentum.

SMYRNA] vrbs in Ionia, Hæmo fl. & Mianti monti propinqua.

COLOPHON] vrbs in Ionia, nõ longè à Sardiibus, cõtinentem versus: ab altera parte, Lebedo vicina, & ad vnum quoddam promuntorium sinus Ionij posita.

CAMPO] Martio. epist. 7. ad Mæcen. 2. & post decisa negotia, campo.

SORDENT] nihil sunt? tibi vilia sunt? vt epist. ad Loll. 2. pretium atas altera sordet. Virg. in Alex. quoniam sordent tibi munera nostra.

AN VENIT IN VOTVM ATTAL.] id est, an vna aliqua ex vrbibus Asiaticis, quæ sub imperio Attali fuerunt, tibi optabilis est?

ANLEBED. LAVD. ODIOMARIS, &c.] an incircò Lebedum laudas Ionie oppidû desertum, atque infrequens, quòd te longæ nauigationis, longiq; itineris pignoreat? fuit tamen olim Lebedus Apollinis Clarij fanum nõ ignobile, neque incelebre, aut desertum.

SCIS, LEBEDVS QVAM SIT, &c.] vrbiorum, & pudentium hominum more primo eius consilium, factumq; approbat, qui Roma absit, quouis loco contentus: ostendens, se etiã Lebedi æquo animo, libenterque ætatem acturû, quamuis vicus sit desertissimus, etiam ea lege, vt & suorum obliuiscatur, & de suorum memoria effluat: verum tamen (inquit) quem admodum, qui Capua Romam venit, si fortè via luctulena, imbribusque corrupta iter fecerit, non incircò in deuersorio totam ætatem cõmorabitur: sed vbi vestes suas imbre, lutòq; madidas efficcauerit, atque aliquot horas quicuerit, iter in stitutum repetet: sic tu itineris longinquitate, aut difficultate deterreri non debes, quominus in vrbem redeas, tuosque reuisas, &c. Gabij oppidum fuit in via Prænestina, citra Præneste, Roma distans circiter centum stadia. Fidenæ quoque non admodum Roma aberant, quippe quæ essent in agro Ro. sita.

VELLEM] non recusarem, non nollem. aliàs velle, optare est.

OBLIVISCENDVS ET ILLIS] obliuiscendus dixit παθητικός, participium est futurum ab obliuiscor.

NEPTVN. PROCVL È TERRA, &c.] sic Lucret. lib. 2. suauè mari magno turbatibus ægora veniù, E terra magnum alterius spectare laborem. & Menander in Thrafileonte, Ω ενδὴ τὴν θάλασσαν σὸν γῆς ὄρεν, Ω μῆτέρ ἔστ' ἡ πλεοντα μὲνδ' αὖθ. id est, Quam dulce, mater, improbum è terra mare, Nullas in oras nauigantem cernere est? & Oppianus lib. e. ἀλευτ. ἀλλὰ θάλασσα καὶ πέμοι ἐκ γαῖης, ἐκασθεν δὲ μοι ἥπιος εἶναι, At mare salue n̄hi ex terra: longè autem mihi propitia sis. & M. Tull. ad Att. lib. 2. nũc verò cum cogar exire de nauì, non abiectû sed creptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terra intueri: cupio, vt ait tuus amicus Sophocles, καὶ ἄπο γέγη, Πυρναῖς αὖθ' σαυ φερέδος εὐδ' ἐσθ' οὐρεῖ. Xenocrates autè Xx iiii

A in A'ε'ί'ο'χ'ρ' sic loquitur, *ὡς ἐξ ἀπόπης θεάμενος*, id est, tanquam e specula prospiciens.
SED NEQVE, QVI CAP. ROM. P. E. T. &c.] sed, quemadmodum qui Capua Romam venit, brumali tempore, si assiduo imbre madidus, lutoque conspersus in cauponam aliquam devertit, non tamen in ea perpetuo vivere volet: neque, qui frigus contraxit, focum, & balnea ita laudat, quasi in eis posita sit vita beata: sic neque tu, quod aliquando incommodè nauigaris, atq; aduersa tempestate vsus sis, propterea loca ista transmarina patriæ anteferre debes.
NEC QVI FRIG. COLL.] id est, nec qui, frigus contraxit.

B NEC SI TE VAL. IACT.] nec si te aufer validus, i. acer, vehemens, & saeuus, *ἐαυτοῦ*, in mari dissecerit, &c.
AΓΕΥΜ ΜΑΡΕ] *Ἄγαυμ* mare dictum vel *Ἄγρο τῶν ἀγρών*, quæ est insula iuxta Eubœam, vel quod in eo mari scopuli. sic vocantur à similitudine caprarum. & ita Varro lib. 6. de lingua Lat. vide annot. ad illum locum, in *patenti Prensus Ageo*, Od. 16. lib. 2.

VENDAS] vendere debeas: aut venditurus sis.
INCOLVM RHODOS, ET MYTIL. &c.] Poterat ita respondere Bullatius, se Rhodi, & Mytilenis, & in altis nobilibus vrbibus, beatus, quam in patria victurum. cui orationi statim occurrit Horatius hoc modo, Si quis animo valeret, aequè superuacua est ei peregrinatio, vt *penula solstitio, campestra nivalibus auris*, &c. Penula autem ad imbræ arcendum comparata sunt: campestris ad tegendas eas corporis partes, quæ deformem essent aspectum habiturae, in certaminibus gymniciis, & campo Martio. ea enim nemo adhibebat ad propullandum frigus. decursio itè Tiberina æstiuo tempore fiebat. camini denique, & focus nullus est mense sextili, aut cerè paruus vsus.

INCOLVM I] sano, & valèti: animo scilicet.
PENULA SOLSTITIO, CAMP.] *penula vestis, quam supra tunicam accipimus*, inquit Festus. Varro Virgula diuina, *Non querenda est homini, qui habet virtutem, penula in imbri*.
CAMPESTRE] campestre, subligaculum, quo vtebatur ij, qui in campo Martio certabât, & sese exercebant.

NIVALIBVS AVRIS] mensibus hibernis: ventis frigidis, & niuem gignentibus.
CAMINVS] caminus, & focus nō eo tantum differunt, quod alterum Græcum est, alterū Latinum: sed quod caminus fornacem significat: focus vas, aut locum, vbi ignis excitari ex materia solet. talibus autem fumi spiraculis non esse veteres vsos, qualia hodie sunt nobis in vsu è tectorum fastigijs prolata, figura vel quadrata, vel rotunda, constat inter doctiores. voce *camini* virtutis & M. Tull. epist. ad Trebat. lib. 7. *valde meiuò ne frigens in hibernis. quamobrem camino luculento vitendum censeo*.

DVM LIC. ET VLTVM SERVAT, E &c.] declarat id, quod proximis superioribus versibus dixerat, *Incolum Rhodos, &c.* Dum licet (inquit) & dum tu incolumis es, dumq; tibi per fortunam liberalitatem licet, Romæ laudato Samum, & Chium, & Rhodum, id est, ne te Roma commouero, neque peregrinator: Samum quidè & Chium, & Rhodum laudato, Romæ & domi, longè distantes, sed ne in insulas illas peregrè proficiscitor. sic loquitur Virg. Georg. 4. *laudato ingentia rura, Exiguum colito*. sic Hesiodus *ἔργ. 2. ἡμῶν. Νῆ ὀλίγω ἀγῶνι, μεγάλη δ' ἐν φόρπαι θίασμα*, id est, nauem exiguum laudato, in magnâ verò onera imponito.

NEC DVLCIA DIFFER IN ANN.] sic sup. Od. 8. lib. 3. *Dona presens cape letus horæ*. vide annotata ad illum locum, *Letus in presens animus, quod vltro est, Oderit curare*, Od. 16. lib. 2. Quidam libri vet. habent, *non dulcia*.

NON LOC. EFF. LATE MAR. ARB.] id est, non locus mari propinquus.
CÆLYM, NON ANIM. MVTANT, &c.] sic Æschines in Ctesiph. *τόπον, ὃ τῶτον μεταβαλεῖ*. id est, locum, non mores mutauit. & M. Tull. pro Quinctio, *sit magna mutatio loci, non ingenij*.

STRENVA NOS EXERCET INERTIA] similia sunt illa, *Sanctia facilis, insaniens sapientia*, quæ notauimus ad Od. 34. lib. 1.

NAVIB. ATQ. QVADR. PET. B. VIV.] id est, nos maria, & terras peragramus, vt benè, beatèque viuamus, quasi in locis externis, atque à patria remotissimis tràquillius, beatiusq; victuri, quam domi: sed vehementer erramus. non enim ex loco, sed ex animo nostro: non foris, sed intrinsecus benè viuendi rationem petere debemus.

HIC EST] domi, in patria, non in externis locis.

EST VLVBRI] quouis in loco, quantumuis obscuro, & ignobili. Vlubras commemorat M. Tull. epist. quadam ad Trebat. lib. 7. *Nā vlubris honoris mei causa vim maximam ranuncularum se commosse constabat*.

ANIMVS SI TE NON DEF. EQ.] id est, si animus est tibi nulla cupiditate, nullaq; agridudine concitatus, aut perturbatus: animus tranquillius, ac sedatus. *ἔνυμιον* Græci nominât. epist. ad Loll. 2. hoc lib. *Det vitam, det opes, æquum mi animum ipse paro*. sic Plaut. in Aulular. *Pol. si est animus æquus tibi, satis habes qui benè vitam colas*. vide supra ad Od. 3. lib. 2. *Æquam memento rebus in arduis, &c.*

12. AD ICCIVM.

FRUCTIBVS Agrippæ Siculis, quos colligis, Icci, si rectè

A Si rectè frueris: non est, vt copia maior Ab Ioue donari possit tibi, tolle quærelas. Pauper enim non est, cui verū suppetit vsus. Si ventri benè, si lateri est, pedibusq; tuis: nil Diuitiæ poterunt regales addere manus.

Si forte in medio positòrū abstemius herbis Vinis, & vrtica, sic viues protinus, vt te Confestim liquidus fortune riuus inauret: Vel quia naturam mutare pecunia nescit: Vel quia cuncta putas vna virtute minorâ. Miramur, si Democriti pecus edit agellos, Cultaque, dum peregre est animus sine corpore velox:

B Cum tu inter scabiem tantam, & contagia lucri Nil paruum sapias: & adhuc sublimia cures? Quæ mare compestant causæ: quid temperet annum: Stella sponte sua, iussu vagetur, & errèt: Quid premat obscurum Lunæ, quid proferrat orbem:

C Quid velit, & possit rerū concordia discors? Empedocles, an Sterimium deliret acumen? Verum seu pisceis, seu porrum, & cepe trucidas: Vtere Pompeio Grossho: & si quid petet, vltro Defer nil Grosshus, nisi verum, orabit, & æquum.

Vilis amicorū amona, bonis vbi quid de st. Ne tamen ignores quo sit Romana loco res: Cantaber, Agrippæ: Claud I virtute Neronis Armenius cecidit. ius, imperiumq; Phraates Casaris accepit genibus minor. aurea fruges Italiae pleno defudit copia cornu.

NON EST, VT COP. M. AB IOVE DON. POSS. TIBI] id est, nulla ratione fieri potest, vt copia maior, &c. & ita loquuntur Græci, *ὅτι ἐστὶν ὅπως*: quod supra admonuimus ad Od. 1. lib. 3. *Est, vt viro vir latinus ordinet Arbusta sulcis*. Atque hoc loquedi genus crebro vsurpat Lucret. verbi causa lib. 2. *quare non est, vt credere possis Esse infinitis distantia semina formis*. eodè lib. *quin etiam, quanto in parte res quæque minutæ Distribuitur magis, hoc magis est, vt cernere possis Eua-*

nescere paulatim, singuisque colorem. & lib. 3. quod si linguuntur, & insunt: Eand erit, vt merito immortalis possit haberi. & lib. 4. Hic odor ipse igitur, nareis quicunq; lacepsit, Est aliò vt possit permitti longius alter.

TOLLE QUERELAS] desine conuerti, omitte querelas.

SI VENTRI BENÈ, SI LATRI EST, &c.] fortasse hæc sunt ex Theognide expressa: cuius existant hi versus, *Ἴσον τοι πλεῖστῶσιν, ὅτω πολλὸς ἀργυρὸς ἔσθι, καὶ χρυσὸς, καὶ χρῆσ πυροφόρος πέδια. Ἴπποδῶ, ἡμῶν ὄντες, καὶ ὡ τὰ θεῶν τα παρρησι, Γαστρί τε, καὶ πλεωραῖς, καὶ ποσὶν ἀσπὰ παρρησι. id est, Aequè diuites sunt & is, cui multū argētū suppetit, & aurū, & agri triticū ferētis campi, & equi, & muli: & is, cui ea, quæ oportet, ad sunt, neque venter, neque latera, neq; pedes dolēt. sed credibilis est Horatiū Metrodori, aut etiā Epicuri sententiā respexisse: quā pluribus locis exponit M. Tull. Ac de Epicuro quidem, res in promptu est. De Metrodoro aurem ita scribit off. 3. *Nam si non modò utilitas, sed vita omnis beata, corporis firma constitutione (vt à Metrodoro scriptum est) continetur, cerè hæc utilitas, & quidem summa (sic enim censent) cum honestate pugnat. Idè lib. 2. Tuscul. Metrodorus quidem eum perfectè putat beatum, cui corpus benè constitutum sit, & exploratū ita semper fore. Idem Tuscul. lib. 5. Tu verò Metrodore, quæ omne bonum in visceribus, medullisque condideris, & defineris: summum bonum firma corporis affectione, exploratūque spe continere: fortuna aditus interclusisti? quo modo? isto enim bono iam exspoliari potes. verba Metrodori sunt hæc, τέλος ἀγαθῶν τὸ σαρκὸς εὐταθὲς κατὰσθημα, καὶ τὸ παρὶ τῶν περὶ ἐλπίσμου. finis bonorum carnis cōstitutio stabilis, & spes certa atque explorata ita semper fore. Athenæus lib. 15. ex eius epistola ad Timocratem hæc citat, ὁ φυσιολόγος Τιμόκρατες, περὶ γαστέρας ὁ κτῆ φύσιν βαδύχρον λόγος ἀπασαι ἐχθὲρ ἀσθῆν. id est, ὁ, qui de natura disputare soles, Timocrates, ea, quæ naturam ducem sequitur ratio, omnem operam, omnèque studium in ventrem confert. Plutarchus autem in lib. ὅτι ἔδδ ἐστὶν ἔστιν ἡδῶος κατ' ὅπτηθρον, ita disputat aduersus Metrodorum, κατὰσθημα μὲν γὰρ εὐταθὲς σαρκὸς γίνεται πολλὰκις ἐλπίσμου δὲ πῆστρον ὑπὲρ σαρκὸς, καὶ βέλβιον, ὅτι ἐστὶν εἰ ψυχῆ καὶ ἐχθρὴ γαστέρας ἀλλ' ὡσαυτὲν ἐν θαλάσῃ κατ' ἀρχύλον. ὁ δὲ διὰ τί τὸ νῦν κυβερνήτη σὸφῶ καὶ ἐν γαλήνῃ ἔπω ψυχῆν ἐν σώματι εὐταθῆντι, καὶ τὰς παρὶ σῶματος ἐλπίσι τὰ γαθῶν θεμυλίω, ὅτι ἐστὶν ἀφοβόν, καὶ ἀκρυμὸν διεξαγαγῆν. ἔγὰρ ἔξωθεν μόνον, ὡσαυτὲν ἡ θάλασσα, χειμῶνας ἰσχυρὸν καὶ καίριμους τὸ σῶμα πλείονας δὲ παραχρῶς ἐξ ἑαυτῶ, καὶ βέλβιον ἀναδιδωσι. εὐδῆαν δὲ χημερῶν μάλλον ἀντις, ἡσασκὸς ἀβλάβιον ἐλπίσται ἐαυτῶ ὡδὲ μὲν ἐν βεβαίως, &c. id est, stabilis enim & firma carnis affectio, seu (vt ita dicam) constitutio sæpe contingit: spes autem de ea, explorata, & certa in animo mentis compote & sano, non potest exsistere: sed quemadmodum**

E

G

H

A ex sententia Aschyli, Etiam mari tranquillo nox curam grauem, Acrimque gubernatori sapienti parit: Ita fieri non potest, ut animus, qui in corpore bene affecto, benèque constituto, eiusque affectionis spe summum bonum collocat, timoris & perturbationis expers permaneat. Non enim extrinsecus duntaxat, ut mare, fluctibus, & percellis agitatur, & conturbatur, sed multo plures, ac maiores ex seipso motus gignit. Metrodori sententiam videtur propemodum expressisse Lucr. lib. 2. in princip. nonne videre, Nil aliud sibi naturæ latrare, nisi ut, cum Corpore sciuntis dolor absit: mente fruatur lucunda, sensu cura semota, metisque?

SI FORTE IN MED. POS. ABSTEM.] abstemius postiorum, Horatianum. abstemius autè propriè is dicitur, qui à vino abstinet: sed hinc latiore quam vim habet. significat enim cū, qui quibuslibet bonis ante se positis sua voluntate non vitur.

SIC VIVES PROTINVS, VT TE, &c.] putabam hunc locū sic explicari posse. tam parco & tenui victu, cultūque assidue, seu deinceps vtēris, vt statim ditissimus fias. Sed fortasse rectius hoc modo: & probat Muretus. æquè parco, & tenui victu. deinceps, seu postea, seu assidue, & sine intermissione vtēris, atque antea cōsueuisti, quamuis statim locupletissimus fias. protinus, seu potius protenus (vt quidam malunt) idē ferè valet, quod porro tenus, continuè, deinceps. pro quo veteres protinam, & protinis dixerūt, vt scribit Varro lib. 6. de ling. Lat. & Non. Marcell. & ita Virg. videtur vsurpasse lib. 7. Æn.

Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus vrbes Albanæ coluere sacrum. & 3. Disiluisse ferunt, cum protinus vtraque Tellus vna foret. & Georg. 4. Protinus æræ mellis cælestia dona exsequar. & M. Tull. lib. 1. de diuina. deum respondisse vsitatam esse Italiam, præcepisseque, ut pergeret protinus: quid retro, atq; à tergo fieret, ne laboraret. & Cæf. lib. 2. de bell. Gall. Hostes protinus ex eo loco ad flumen Axonam contenderunt. Idem lib. 2. de bello ciuili. ac nonnulli protinus eodem cursu in oppidum contenderunt. Sic & Hor. alibi, vt Od. 3. lib. 3. Nostri que ductum seditionibus Bellum resedit: protinus & grauis Iras, & inuisum nepotem, Troica, &c. Marti redonabo, cp. 18. huius lib. Protinus vt moneam, si quid monitoris egas tu, &c. & lat. 5. lib. 2. tu protinus, unde Diuinitas, ærisque ruam, dic angur, acruus.

LIQVIDVS FORT. RIV.] alludit ad fluuios illos, qui micis, & ramentis aureis nobilitati sunt, de quibus ad illum versum Odæ 15. epod. Tibique Paetolos fluat.

INAVRET] locupletet, dicitur. M. Tull. ad Trebat. moriar nisi (quæ tua gloria est) puto te male à Cæsare consuli, quam inaurari.

VEL, QVIA NATVRAM, &c.] duas rationes subiicit: priorem ferid, & ex animi sui sententia: alteram æpρωνεόμενος, id est, dissimulatione quadam vtens, & iocans, hoc modo: tu (inquit) ita tenuiter & restrictè sumtum facies, vt prope diem ingenti pecunia sis abundaturus,

vel quia hominis auari ingenium pecuniæ accessione nihilo fit liberalius: vel, quia tanti virtutem facis, vt minimo apparatu contentus sis, neque putes quicquam ad vitam beatam victus elegantiam, munditiâque habere momētū: & ita versus posterior erit ἐπὶ σφραῖωνος prioris. Quod si quis posteriorum explicationem sequetur, hæc erit sententia, reliquo tempore ætatis viues parcè, & sordide, quamuis totus inaueris: vel quia hominis auari ingenium à pecunia nō mutatur: vel quia, &c. vt supra.

MIR. SI DEM. P. E. C. EDIT.] miramur, si pecus edit agellos Democriti, &c. id est, miramur ne, si Democritus propter philosophiæ studium, rem familiarem neglexit, cum tu vno tempore, & in luci studio, & in rebus philosophicis occupatus sis: longè enim facilius est in vno elaborare, neglecto altero, quam simul in vtroque. De Democrito sic M. Tull. de finib. 5. dicitur oculis se priuasse: certè, vt quam minimè animus à cogitationibus abducatur. patrimonium neglexit: agros deseruit incultos, quid quærens aliud nisi beatam vitam? idem de eodem lib. 5. Tusc. quæst. Democritus luminibus amissis alba scilicet & atra discernere non poterat: at verò bona, mala: aqua, iniqua: honesta, turpia: vtilia, inutilia: magna, parua poterat: & sine varietate oculorum licebat ei viuere beatè, sine notione rerum non licebat, &c. De eodem Athen. lib. 4. καὶ Δημόκριτον δὲ ἐτίμισεν Ἀθηναίων δημοσία κρινόντες ὡς κατέφραρε τὰ πατρώα. ὅς, ἐπεὶ ἀναγκῆς αὐτοῖς τὸν μέγαν Διόσκομον, καὶ τὰ ἀεὶ τῶν εἰ ἀδῆ, ἔπει εἰς ταῦτα ἀνηλωμένοι, ἀφείθη, id est, & Democritū verò mulrarunt Abderite publicè in ius vocatum, quod patrimonium suum cōsumsisset: qui recitatio suo illo libro, quem μέγαν Διόσκομον inscripserat, & altero de rebus inferiorum, dixit se rem familiarem in hæc infumisse, & ita absolutus est. agros autè à pecudibus depastos & incultos Græci μηλοβότας, & ἀργῆς appellāt. Simeo Bosius putat, Horatium memoria vacillasse ac titubasse, propterea quod hoc idem de Anaxagora litteris proditum sit. Sic enim Plutarchus lib. ἀεὶ τοῦ μὴ δέν δανείζεσθαι, de eo scribit, Ἀναξαγόρας δὲ τὴν χάραν κατέλιπε μηλοβότον: id est, Anaxagoras autem agros suos reliquit incultos, & pecudibus depascendos. De eodem scriptum illud esse puto à Varrone in, Longè fugit qui suos fugit: Ager derelinqueretur ac periret squalè, scabréq; illuue & vastitudine.

MIR. SI DEM. P. E. C. EDIT.] miramur, si pecus edit agellos Democriti, &c. id est, miramur ne, si Democritus propter philosophiæ studium, rem familiarem neglexit, cum tu vno tempore, & in luci studio, & in rebus philosophicis occupatus sis: longè enim facilius est in vno elaborare, neglecto altero, quam simul in vtroque. De Democrito sic M. Tull. de finib. 5. dicitur oculis se priuasse: certè, vt quam minimè animus à cogitationibus abducatur. patrimonium neglexit: agros deseruit incultos, quid quærens aliud nisi beatam vitam? idem de eodem lib. 5. Tusc. quæst. Democritus luminibus amissis alba scilicet & atra discernere non poterat: at verò bona, mala: aqua, iniqua: honesta, turpia: vtilia, inutilia: magna, parua poterat: & sine varietate oculorum licebat ei viuere beatè, sine notione rerum non licebat, &c. De eodem Athen. lib. 4. καὶ Δημόκριτον δὲ ἐτίμισεν Ἀθηναίων δημοσία κρινόντες ὡς κατέφραρε τὰ πατρώα. ὅς, ἐπεὶ ἀναγκῆς αὐτοῖς τὸν μέγαν Διόσκομον, καὶ τὰ ἀεὶ τῶν εἰ ἀδῆ, ἔπει εἰς ταῦτα ἀνηλωμένοι, ἀφείθη, id est, & Democritū verò mulrarunt Abderite publicè in ius vocatum, quod patrimonium suum cōsumsisset: qui recitatio suo illo libro, quem μέγαν Διόσκομον inscripserat, & altero de rebus inferiorum, dixit se rem familiarem in hæc infumisse, & ita absolutus est. agros autè à pecudibus depastos & incultos Græci μηλοβότας, & ἀργῆς appellāt. Simeo Bosius putat, Horatium memoria vacillasse ac titubasse, propterea quod hoc idem de Anaxagora litteris proditum sit. Sic enim Plutarchus lib. ἀεὶ τοῦ μὴ δέν δανείζεσθαι, de eo scribit, Ἀναξαγόρας δὲ τὴν χάραν κατέλιπε μηλοβότον: id est, Anaxagoras autem agros suos reliquit incultos, & pecudibus depascendos. De eodem scriptum illud esse puto à Varrone in, Longè fugit qui suos fugit: Ager derelinqueretur ac periret squalè, scabréq; illuue & vastitudine.

DVM PEREGRE EST ANIMVS, &c.] id est, dum peregrinatur animus, in rerū magnarum contemplatione occupatus, & omni carum rerum, quæ ad corpus pertinet, cura solutus. Plato in Theæteto solū philosophi corpus ait εἶ τῆ πόλει κείνου, καὶ ἑπιδημείν, id est, in vrbe aut ciuitate habitare: animū autem peregrinari. Idē in Phædro scribit non immeritè philosophi mentem solam alis esse præditam. illis enim semper affixa eius memoria est quàm maximè fieri potest,

A rest, in quibus Deus occupatus, diuinus est. verba Platonis sunt hæc, διὸ δὴ διχῶς μὴ παρῆται ἢ τῷ φιλοσόφῳ ἀθροῖα. πρὸς γὰρ ἐκείνοις ἀεὶ ἐστὶ μνήμη καὶ δύναμις πρὸς οἷς περὶ ὁ θεὸς ὄν, θεῖός ἐστ.

SINE CORPORE VELOX.] à corpore semotus, ac sciuntis, assidueq; in rebus diuinis ac celestibus contemplanus defixus.

PVM TV INTER SCAB. TANTAM, &c.] pecuniæ & lucri studiū duobus lectissimis, & aptissimè rem significantibus nominibus appellauit: scabiem quidem, quia, quemadmodum scabies corpus assidueq; mordet, & vrit, perpetuèque scabendi cupiditate afficit: ita lucri studium animum perenni plura habendi cupiditate incendit: contagium autem, quia serpit hoc animi malum, & funditur in dies latius, atque ad alios etiam dimanat. Videtur hunc versum respexisse

Ausonius in epist. ad Symmachum, cuius initium est, Latebat inter nugas, &c. non longè à princip. Hunc locum de ternario numero ilico nostra illa poetica scabies cepit exsculpere: cuius morbi quoniam facile contagium est, vnam ad te quoque prurigo cōmigrat.

SVBLIMI A] μετέωρα: ardua quadam.

QVÆ MARE COMP. CAVS. &c.] Quibus causis mare compressum non effundatur latius, neque terras obruat. Hanc questionem tractat Lucret. lib. 6. & Aristot. μετέωρα. βιβλ. β. καρβ. ex cuius philosophi sententiâ, si quis hoc ex me quærat, respondeam, locum, quem mare occupauit, non esse maris locum, sed aqua. Cùm igitur hoc ita sit, elementa autem locū nacla sint suæ naturæ proprium, vnde non nisi per vim depellantur, & quò sua natura ferantur: neque est mirum, in maria fluuios omnes infuere, neque tot aquis in mare decurrētibus, id tamē non crescere, neq; terras obruere. Hæc Virg. Georg. 2. scire cupit, Me verò primum dulces ante omnia Musæ, Quæ nunc sacra fero ingenti percussus amore, Accipiant, cælique vias, & sidera monstrant, Defectus salis varios, lunæq; labores, Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescant.

QVID TEMPER. ANN.] quæ res efficiat vicissitudines dierum ac noctium, commutationem corporum & ad maturitatem frugum aptas: quæ vis terras vere ad concipiendas fruges relaxet, ætate ad maturandas partim mitiget, partim torreat: hieme ad continentium calorem comprimat, autumno ad effundendâ patefaciat. Si quis hoc quærat, audiat Virg. Georg. 1. princip. vos ὁ clarissima mundi Lumina, labentem celo qua duccitis annum, Liber & alma Ceres. Liber autem & Ceres, sunt sol & luna.

SPONTE SVA, IVSS' ÆNE] vtrum sua vi, & per se, an verò dei alicuius iussu, & imperio, & moderatone.

QVID PRÆMAT] quæ res, aut quæ causa condant lunam.

CONCORDIA DISCORS] quæ apparet

cùm in quattuor elementis, tum ceteris in rebus contrariis illis quidem inter se, & pugnantibus: sed tamen proportionem quadam cōsistentibus. de quo cōsensu præclare Oppianus lib. 1. ἀλιευ. Οἷη σὺ φιλότητι Διὰ κρήνας ἐκέδασας Αἰθέρα τ' ἀγλαΐαις, καὶ ἕρα καὶ χυτοὶ ὑδάρα, καὶ χυτοὶ γὰ παμμήτερας, ἀπ' ἀλλήλων δὲ ἔχερα. Πάντα δ' ἐν ἀλλήλοισιν ὀμοφροσύνης ἕπον δροσῶν Ἀρρήκω σωεδήσας, ἀνερχομένη δ' ἐπερυσσας Ἀσπερφεὶ πάγκοιον ἕπον ζυγόν. ἔπει γὰρ ἀθήνη Ἡέρος, ἔτ' ἀήρ ἀπὲρ ὑδάτος, ἐδὲ μὲ ὑδάρα Γαίης νόσφι τέτυκται, ἐν ἀλλήλοισι δὲ φόντα, Πάσι δ' ὄδον μίαν εἶσι, μίαν τ' ἀνελιόσεται ἀμοιβήν, &c. id est, Quali cum amicitia discorsuisti, & disti pauisti aethera lucidum, & ærem, & liquidam aquam, & terram omnium matrem, singula verò inter se separata sunt: omnia autem inter se concordia vinculo irrupto colligasti, necessitati autem immotæ affixisti sub communi iugo. neque enim aether separatim ab aère, neq; aër ab aqua, neque aqua à terra facta est, sed inter se nascuntur, & omnia vnam viam cūnt, vnaque vicissitudine conuertuntur, &c. Quid. lib. 1. Metamorph. Quippe ubi temperiem sumere humōrque, calorque, Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus: Cūmque sit ignis aqua pugnat, vapor humidus omnis Res creat, & discors concordia, feribus apta est.

EMPEDOCLES] qui ignem, aëra, aquam, terram, principia rerum statuebatur: quibus addebat amicitiam, qua illa contrahatur: & litem, qua dissipentur. Eum reprehendit Aristoteles cū in primo, & 6. lib. de principiis, tum maximè primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά. his verbis, εἰ γὰρ τις ἀκολληθῆναι, καὶ λαμβάνουι πρὸς τὴν ἀθροῖαν, καὶ μὴ πρὸς τὸ ἀλλήλοισι λέγων Ἐμπεδοκλῆς, εἴρησει τὴν μὴ φίλιαν εἶμα τῶν ἀγαθῶν, τὸ δὲ νεῖκος τῶν κακῶν. ὅς, ἔστι φάσις ἔπος, τὸ ὄντιον πινά, καὶ λέγειν, καὶ πρῶτον λέγειν τὸ κακόν, καὶ τὸ ἀγαθόν ἀρχάς Ἐμπεδοκλῆα, τὰ καὶ ἀνὸ λέγειν καλῶς, ἔπει τὸ τ' ἀγαθῶν ἀπάντων ἀίσιον, αὐτὸ τὸ ἀγαθόν ἔστι, καὶ τῶν κακῶν τὸ κακόν: id est, si quis enim rationem sequatur, & comprehendat, atque ad cogitationem, non ad ea, qua balbutit Empedocles, aspectum referat, reperiet, amicitiam quidem esse bonorum: litem autem malorum. Quapropter si quis dicat, Empedoclem quoque quodam modo ita dicere, & primum malum, primumque bonum principia dicere, fortasse rectè dicat: si quidem causa bonorum omnium est ipsum bonum, & malorum omnium ipsum malum. Empedoclis versus ad hanc rem pertinentes, qui producuntur à Simplicio, hi sunt, Ἄλλοτε μὲν φιλότητι σωερχόμεν' εἰς ἅπαντα, Ἄλλοτε δ' αὖ δίχα πάντα φορέμενα νεῖκος ἔχει. quorū hæc sententia est, Interdum omnia ab amicitia in unū contrahuntur: interdum autē singula à lite distrahuntur. Iterū Arist. eod. lib. 1. τῶν μετὰ τὰ φυσ. de eod. πολλάχ' ἔχεν αὐτῶ ἢ μὴ φίλια Διὰ κρήναι τὸ δὲ νεῖκος συγκρίνει, id est, multis locis ci amicitia quidem dissipat, his autem cōtrahit. Atque hanc Empedoclis opinionem attingit his verbis M. Tull. in Lælio, Argigentum quidē doctum

E

F

G

H

A *quendam virum carminibus Græciæ vaticinatum ferunt, que in rerum natura, totòque mundo constarent, quæq; mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam.* Hinc philosophum pluribus versibus laudat Lucretius lib. 1. quos, quia & pulcherrimi sunt, & huic loco mihi videntur conuenire, non me pigebit ascribere. *Quorum Scragantinus cum primis Empedocles est, In sila quem Triguëtris terrarum gestit in oris, Quam stantans circum magnis amfistibus aquor Ionium glaucis aspergit virum ab undis, Italiae terrarum oras à finibus eius.* sequitur deinceps paucis versibus interpositis, *Quæ cum magna modis multis miranda videtur Gentibus humanis regio, visendaque fertur Rebus optima bonis, multa munita virum vi:* Nihil tamen hoc habuisse viro præclarum in se, Nec sanctum magis, & mirum, carumque videtur. *Carmina quin etiam diuini pectoris eius Vociferantur, & exponit præclara reperia, Et vix humana videatur srippe creatus.* Iam de quattuor elementis, igni, aëre, aqua, terra: quæ Empedocles principia reru esse voluit, materia locum obtinentia, existant hi versus: *Τέσσαρα δ' ἢ πάντων οἰώματα ὡρώτων ἕσασιν Ζεὺς ἀρχῆς, ἤρπτε Φερσίβιος, ἢ δ' αἰδω- νεὺς Νηΐϊος, ἢ δακρυόεις γε πικροῖς.*

B *id est, Quattuor sunt omnium reru fundamenta, seu radices, Iupiter candidus, aut liquidus, aut celer: Lunòq; salutaris, & Pluto, &c.* AN STERTINIUM DEL. ACVM.] Stertinium, seu Stertinij acumen, id est, Stertinus, vt annotauimus supra ad Od. 5. lib. 3. de Stertino sat. 3. lib. 2. *Si quis sterlinus veri crepat.* in trib. cod. Vatic. & Iann. Tornef. Rain. Card. vno Russard. Nicot. Cleric. scriptum est, *stertinum acumen.* vt non dubitem, quin hæc sit vera, & incorrupta lectio. sic locutus est sup. Od. 12. lib. 4. *sulphureis accubat horreis.*

VERVM SEV PISC. SEV PORR. ET CEPE] id est, siue sumtuosè, & opipare: siue tenuiter, & parcè, frugalitèrque viuus, &c. piscis enim posuit pro obsonio carissimo: porrum & cepe pro cibo vilissimo. nã terra nata ferè omnia tenuiorum hominum, & plebis sunt epulæ. M. Tull. epist. ad Gallum lib. 7. *Nam, dum volunt isti lauti terra nata, quæ lege excepta sunt, in honore adducere, fungos, beluellas, herbas omnes ita condiunt, vt nihil possit esse sanius in eas cum incidissem in cenâ augurali apud Lentulum, tanta me didicisti arripuit, vt hodie primum videar capisse consistere.* Ita ego, qui me ostreis & muræis facile abstinebam, à beta & malua deceptus sum. ex quibus verbis intelligere licet, lege sumtuaria à C. Cæsare lata, piscibus, & ceteris obsoniis modum esse constitutum, ne in eis comparandis, & apponendis sumtus fieret nimius: terra nata autè eadem lege fuisse excepta. Hom. quidè ἰλ. λ. facit Hecamedâ Nestoris ancillâ bello captâ, nihil aliud ipsi Nestori, & Machaoni apponere præter cepe, mel, & farinâ, seu panem, his verbis, *Ἡ σφῶν ὡρώτων μὲν ἔστι τῶσι γὰρ τῶν ἀπέτρεζαν. Καλὴν, κρυανότρεζαν, εὐ- ζῶον, αὐτὰρ ἐπ' αὐτῆς Χάλακρον ἄγειον, ἔστι*

SEV PORR. ET CEPE TRUCID.] id est, seu tibi nihil apponitur animatum, nihilque aliud occidit in cenam, nisi porrum & cepe: quæ sine dubio cum sint inanima, occidi non dicuntur, nisi impropiè, aut ἐπαυκῶς, quomodo mihi videtur Horatius hoc loco posuisse, significas eum renouit viuere, nihilque omnino trucidare, qui porro, & cepe vescatur. Nam cenam sine sanguine veteres appellabant, tenuem, & sine magno admodum apparatu, sine piscibus, & reliquis obsoniis: Plautus terrestrè cenam, Captiuus. Sic enim ille, *E. terrestris cenæ: E. sus; terrestris bestia est. E. multis oleribus. E. curato agrotos domi.* verbo igitur communi vsus est ad res dissimileis, pisces, porrum, cepe. sic locutus est quodam loco Lucilius, *fragmenta inter sic' panis.*

VLTRO] id est, non rogatus: vt sat. 5. lib. 2. *caue te roget, vltro Penelopen facili potiori trade.* Itaque verba superiora, *siquid petet, sic interpretor, si quare egebit: vel si quid tacitus petet.* Nam reuera qui eger, tacitus petit. sic epist. 14. *Tu mediastinus tacita prece rura petebas.* Alioqui ei, qui petat, non possumus dici vltro deferre.

VILIS AMICOR. EST ANN. BON. VBI, &c.] hunc locum sic explico: paruo constant amici, cum viris bonis aliquid deest. nam vox bonis, cum verbo deest est coniungenda. Atque huius rei è vita communi sumamus exemplum. finge aliquem esse virum bonu, eundemq; non admodum copiosum, neque rebus ad victu, cultumque necessariis instructum: continuè hic talis ab homine locuplere, & copioso, beneficio deuinciendus, & quodammodo emendus est, vt eius amicitiam sibi comparet, & promereatur. nam quantumuis sese in eum præbuerit liberalè, & munificum, & benignum opulentum ille, talè amicum tamen, vt pote rem omnium carissimâ, Haud carè videbitur emisse. sic loquitur Plautus in Mil. glorioso. *si hoc parauissent, homines essent minus multi mali, & minus audacter scelestâ facerèt facta: & postea, Qui homines probi essent, esset his annona vilior.* Io. Passerinus putabat hunc locum esse corruptum, & ita legendum, *vbi quid des: vt sit hæc sententia, paruo constant amici, vbi quid viris bonis largiaris: quia paruo beneficio eorum amicitiam tibi comparas. ego nihil muto. verum tamen iudicet lector. hoc tantum lectori restat, in plerisque libris vet. scriptum esse deest, pro deest.*

CANTABER AGRIPPÆ] Σπιδ κοινῶ, virtute. supra Od. 8. lib. 3. *Cantaber sera domitus catena.* & Od. 14. lib. 4. *Te Cantaber non ante domabilis, Medusque, & Indus, se profugus Scythas Miratur.* CLAY-

A CLAVDI. VIRT. NER.] id est, Armenij Tiberij Claudij Neronis, Augusti priuigni virtute subacti sunt. de hoc sup. epist. 3. *Iuli Flore, quibus terrarum militet oris Claudius Augusti priu. &c.* IVS, IMP. QVE PHER. CÆS. &c.] Phraates Rex Parthorum, & Perfarus: de quo sic Strabon lib. 6. *ἔστ' ἔ μόνον τὰ τεύχεα ἐπέμψαν εἰς Ρώμην, ἃ ἔστ' Παυσάν ἄνεστησαν ποτε, ἀλλὰ ἔστ' πᾶσαι ἔστιν αὖτε. Φραδάτης τῶ σεβάτῳ Κόσσαι, id est, itaque non solum tropæa Romam miserunt Parthi, quæ aduersus Romanos quondam crexerant, verum etiam liberos suos Cæsari Augusto credidit Phraates. accepit ius & imperiū, id est, populi Ro. legibus, & imperio patere se, velle dixit, siue Augusti fama commotus, siue metu coactus.*

GENIBVS MINOR] supplex est enim supplicat, genua tangere. Eurip. in Hippol. *Καὶ σὺν γὰρ γνάτων ἔ μὲθ' ἑσσομῆ ποτε.* id est, & tua genua numquam omitam.

DEVDIT] sic habet tres cod. Vatic. & item Iannoct. Tornef. & vnus Russard. quam scripturam probò, reiecta altera *defudit*: quamquam ferri potest. *defudit* autem posuit pro *fudit de, ἔστ' ἀναστ' ποφῆν.* vt circumgemit, ometiris, personat, & similia.

AUREA COPIA] aurea, id est, optabilissima, & summo opere expetenda, τιμωρῶν, εὐδαιμονιωρῶν, id est, maximi pretij, & ad beatam vitam magnopere pertinens. supra beatam dixit in carm. seculari ad Deos, *apparè que beata pleno copia cornu.* & mediocritatè auream Od. 11. lib. 2. *Aureâ quisquis mediocritatè Diligit, &c.* & Od. 5. lib. 1. *Qui nunc te fruitor credulus aurea.*

13. AD VINNIUM Afellam.

Vt proficiscentem docui te sæpe, diuq; Augusto reddes signata volumina Vinni:

Si validus, si letus erit, si denique posset: Ne studio nostri pecces, odiūque libellis Sedulus importes opera vehemète minister. Si te forte meæ grauis vret sarcina chartæ: Abijcto potius, quam quò perferre iuberis, Clitellas ferus impingas: Afineq; paternum Cognomen vertas in risum, & fabula fias. Viribus vtèris per cliuos, flumina, lamas. Victor propositi simulac perueneris illuc: Sic positum seruabis onus, ne forte sub ala Fasciculi portes librorum, vt rusticus agnū:

Vt rimosa glomos furtiue Pyrrhia lana: E Vt cum pilcola soleas conuua tribulis: Ne vulgò narres te sudauisse ferendo Carmina, quæ possint oculos, aureisq; morari Cæsaris. oratus multa prece nitere porro. Vade, vale, caue ne titubes, mandatæque frangas.

VT PROFICISCENTEM, &c.] quemadmodum tibi hinc discedenti sæpe & diu præcipi: seu quemadmodum te abeuntem sæpe & diu monui, &c.

SIGNATA] ob signata, ne à quoquam legantur prius, quam ab Augusto. SI VALIDVS] si firmus erit, si valebit. contra malè validum posuit. pro infirmo. sat. 5. lib. 2. *Si cui præterea validum male filius, &c.* STUDIO NOSTRI] nimio in nos studio: dum studes nobis gratum facere.

ODIUM QVE LIBELLIS SEDVL.] id est, ne immoderato tuo erga nos officio, & sedulitate nostros libellos odiosos, & iniustos Augusto reddas. sedulum appellant Latini, qui diligentiam adhibet in re aliqua interdum nimiam, aut minus opportunam, minusque vtilem: sed tamè bona fide, & sine dolo. quod quidem exemplis perspicere licet. Terent. in Andr. *parum succedit, quod ago: arfacio sedulo.* Idem Adelp. *Ego istas verbis vsque à pueris curauit ambos sedulo.* Idè Hecyra, *ergo propterea te sedulo Et moneo, & hortor, ne cuiusquam misereat.* Idè Heaut. *pro se quisq; sedulo faciebat, quo illa mihi Leniret miseriam.* Ibid. *Nescio alias: me scio quid fecisse sedulo, vt ex illius commodo mecum compararem commodum.* M. Tull. pro Arch. poeta de Sylla. *Qui sedulitatem mali poeta duxerit aliquo tamen premio dignam: huius ingenium, & virtutem in scribendo, & copiam non experisset?* Idem in Rul. lum in senatu. *finem feci offerendi mei, ne forte mea sedulitas aut insidiosa, aut impudens videretur.* Hor. epist. ad Aug. lib. 2. *sedulitas autem, sicut quem diligit, urget. & supra epist. ad Mæcen. 2. Officiosaq; sedulitas, & opella forensis Adducit febreis.* Idem H. sat. 5. lib. 1. *vbi sedulus hostes Pane arsit macros dum turdos versat in igne.*

SI TE FORTE MEÆ GRAVIS] si tu forte meorum librorum onus agrè sustinere poteris, abijcto potius in itinere, quam in eo loco, quò te perferre iussi, defatigatus, ac defessus oneri succumbas. *clitellas impingas* autem dixit tralatione ducta ab asinis onere oppressis, alludès ad eius cognomen *Afellam*, seu *Asinam*: quod quidam malunt.

PERVS IMPINGAS] tanquam asinus onere oppressus clitellas in terram stolidè impingas. Priscian. lib. 18. ait *impingas* positum esse pro *impingito*, hoc modo, abijcto potius, quam clitellas impingito.

A **ASINÆ** QVE PATERNVN COGN.] id est, & cognomen paternum *Asina*, seu *Asella*: (dicebatur enim nomine *Vinnius*, cognomēto *Asella*) *veritas in risum*: id est, ridiculū reddas, seu ridendum præbeas, ac propines. dicent enim homines rusticitate tua audita, te nihil fecisse ab asini natura alienū, impingendo clitellas stolidē in eo ipso loco, quō te libros meos perferre iussi, id est, alieno tempore, & intempestiue, aut stultē, & rusticē, libros Augusto tradendo: vel in ipsis Augusti adibus, atque in eius oculis cū ei libros trades, inepte aliquid aut faciendo, aut loquendo. Asinorum tarditas & stoliditas etiam procerbiis notata est. vide annot. ad illum locū, *ut quis asellum in campo doceat*, &c. sat. i. lib. i. & ad illum, *ut iniqua mentis asellus*, &c. sat. 9. lib. eiusdem.

B **ET FABVLA FIAS**] sermonis ansam hominibus præbeas: in ora hominum pro ludibrio venias. sup. Od. xi. epod. *Fabula quanta fuit*

VIRIB. VTÉRIS PER CLIV. &c.] omnibus tuis viribus contendes per cliuos, flumina, lacunas iter faciens, ut, quōd vis, peruenias, librōsque perferas. *vtērīs* autem, futuro indicatiui, pro futuro imperatiui *vtor*, positum est, ut ibidem docet *Prisc.* idem de illo, *reddes*, quod est in secundo verū, sentiendum. idem enim valet, quod *reddiro*.

VICTOR PROPOSITI] id est, victis, atque expugnatis difficultatibus omnibus: vel comois propositi. sic enim Græci *ὑπατάς τῶ σκόπῳ*, & *ἵπιδυμίας*.

C **SIC POS. SERVAB. ON.**] sic accipe *Deum. mōs*. libros hoc modo, vel certo quodam loco cōditos seruabis, quoad Augusto poscenti reddas: neque ostentabis, aut palam habebis.

NE FORTE SVB ALA, &c.] hoc eo dico, ne forte sub ala, & in oculis omnium libros meos feras: ne subfarcinatus eas, quasi rusticus agram sub ala portans, aut conuina tribulis soleas cum pilcolo, aut *Pyrrhia* glomos lanæ furtiuæ. tria proponit exempla peridicula, quibus *Vinnium* monet, vt libros occultē ferat, aut domi feruet potius, donec reddendi maturum tempus aduenerit.

GLOMOS] sic legendum, & ita habent omnes ferē libri calamo exarati, & quos Romæ inspexi, & quos hīc in Gallia. *Glomus* autē & *glomer* (nam utrumque vsu receptum est pro eadē re) globus est lanæ, & filii. *Lucr.* in nomine *glomerere* producit primam syllabam lib. i. *Nam si tantumdem est in lana glomere, quantum Corporum in plumbo est*, &c. *glomerare* tamē verbum in eadem syllaba semper corripitur.

MORARI] retinere, delectare: vt epistol. ad *Pison.* *Valdius oblectat populum, meliusque moratur.* **ORATVS MVLTÀ PRECE**] sic loquitur & *Cæsar* lib. 6. de bello Gall. *stentes omnibus precibus orabāt.* & *M. Tull.* ep. ad *Att.* lib. 9. ep. ad *Cæsarem.* *Quamobrem a te peto, vel potius precibus*

omnibus oro, & obtestor, ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi sed quidam hæc sic distingui volunt, *Cæsaris, oratus multa prece. nitere porro, &c.*

VADÉ, VALE, quidam libri veteres habēt, *vine, vale*, quos non sequor.

NE TITVBS] ne offendas, ne pecces. *tratio* est.

EP. 14. AD VILLICVM suum.

VILLICE silvarum, & mihi me reddentis agelli,

Quem tu fastidis, habitatū quinq. focis, & Quinque bonos solitum Bariam dimittere patres:

Certemus, spinas animōne ego fortius, an tu Euellas agro: & melior sit Horatius, an res. Me quāuis La. vie pietas, & cura morietur Fratrem merentis, raptō de fratre dolentis Insolabiliter: tamen istuc mens, animūsq. Fert: & amat spatius obstantia rumpere claustra.

Rure ego viucentem tu dicis in vrbe beatū. Cui placet alterius, sua nimirū est odio fors. Stultus vterque locum immeritum causatur iniquē.

In culpa est animus, qui se nō effugit vniquā. Tu mediastmus tacita prece rura petebas: Nunc urbem, & ludos, & balnea villicus optas.

Me constare mihi scis, & discedere tristem, Quādo umq. irabūt misa negotia Romā. H. Non eadem miramur: eō disconuenit inter Mēque, & te, nam, quæ deserta, & inhospiā res quæ

Credis, amœna vocat, mecum qui sentit: & odit,

Quæ tu pulchra putas, fornix tibi, & vnicū popina

Incutiunt vrbis desiderium, video: & quōd Angulus iste feret piper, & tus ocyus vna: Nec vicinia subest, vniūm præbere taberna

Quæ possit tibi, nec meretrix tibi cura, cuius

Ad stre-

A **Ad strepitū salias terræ grauis, & tamen virges**

Iam pridem nō tacta ligonibus arua: bouēmq. Deumctū curas, & strictis frōdibus explēs.

Addit opus pigro riuus, si dēcidit imber, Multa mole docendus aprico par cere prato.

Nunc age, quid nostrum concentum diuidat, audi.

Quem tenues decuere togæ, nitidique capilli: Quē scis immūne Cynaræ placuisse rapaci:

B *Quem bibulū liquidi media de luce Falerni: Cena breuis inuat, & prope riuum somnus in herba.*

Nec luisse pudet: sed non incidere ludum. Non istic obliquo oculo mea cōmoda quisquā Limat: non odio obscuro, morsūque venenat.

Rident vicini, glebas, & saxa mouentem. Cum seruis urbana diaria rodere maus.

Horū tu in numerū voto ruis. inuidet usum Lignorum, & pecoris tibi calo argutus, & horti:

C *Optat ephippia bos piger: optat arare caballus. Quam scit vterque, libens, censebo, exerceat artem.*

MIHI ME REDDENTIS AG.] id est, cuius amicitate, & salubritate me officiis, negotiisq. vrbanis defatigatum, reficio, ac recreo. sic *Catull.* *carm.* ad *Fundum*, à cena illa *Sextiana* se vsque eō grauedine frigida, & frequenti tussi quassatum esse dicit, donec in sinum fundi sui *Ti burtis* confugerit, ibique se ocymo, & vrtica recurauerit.

D **QVINQVE FOCIS**] quinque familiis separatis, ac distinctis.

ET QVINQVE BONOS SOLITVM, &c.] intellige, ex hoc agro *Horatiano*, in quo quinque focī essent, quinque homines grandis natu in oppidum *Sabinorum Bariam* conuenire solitos, tamquam senatores, qui consultarent, & sententiam dicerent de re *Sabinorum* communi, & publica, nonnulli arbitrantur eō euocari solitos esse, vt ibi gererent magistratum. alij annotant, *Bariam* locum esse in *Sabinis*, ad quem soliti essent transire ad causas agendas. Ego de *Baria* nihil habeo dicere, præterquam quōd aiunt omnes fuisse oppidum in *Sabinis* aliquando frequentissimum, ac celeberrimum. Hoc etiam lectori testificabor, in omnibus ferē libris manu scriptis & *Vaticanis*, & aliis, legi *Bariam*, non *Bar-*

riam. Variā autē, cui *Appula* cognomen est, longē admodum distat à *Sabinis*.

SPINAS] eleganter *spinās* ad agrum, animūq. retulit: sed agri *spinæ*, propriē dicitur: animi *spinæ*, pro curis, & angoribus, translata. *Catullus* curas, *spinosas* appellauit in carmine de nuptiis *Pelei*, & *Thetidis*, *spinosas Erycina serens in pectore curas*. & *Horat.* epist. 2. lib. 2. *Quid te exemit inuat spinis de pluribus vna?*

ANRES] id est, an bona. sic sepe alibi: vt *sat.* 5. lib. 2. *Et genus & virtus, nisi cum re, vilior alga est.*

ET CVRA MORETVR,] quidam libri veteres habent, *moratur*.

RAPTO] sibi à *Parcis* crepto, id est, imitaturē mortuo. sic *Catullus* ad *Manl.* *ō misero frater ademte mihi.*

INSOLABILITER] ita acerbē, vt nullus consolationi locus sit relictus.

MENS, ANIMVS QVE] video, hæc sepe coniunctē poni à scriptoribus. *Terent.* *Andria*, *mala mens, malus animus*. *Lucr.* lib. 3. *Primum animum dico, mentem quam sepe vocamus*. Idem ita vtrumque coniunxit, vt alterum in patrio casu efferret, hoc modo, *mens animi*, vt lib. 4. *Nec ratio ne alia, cum somnus membra profundat, Mēs animi vigilat, nisi quōd simulacra laceffunt* Hæc eadem nostros animos. Idem lib. 5. *Tenuis enim natura Delim, longēque remota sensibus à nostris animi vix mente videtur*. Idem lib. 6. *Perturbata animi mens in meto-ro, metūque*. *Catull.* ad *Ortalam*, *Nec potis est dulcis Musarum expromere fetus Mens animi*. *Plautus* in *Cistell.* *Nullam mentem animi habeo: vbi sum, ibi nō sum: vbi non sum, ibi est animus*. *Aristoteles* autem huiusmodi *ἀνδρόθεν*, id est, comparationem, seu proportionem proponit, tum in lib. 1. de moribus. ad *Nicomach.* tum *Topicorum* primo, *ὅς ἐστὶ σόφιστος ὁ φησὶς, ὅτι οὐκ ἐστὶ ψυχῆ*, id est, vt in corpore aspectus, sic mens in animo.

ET AMAT SPAT. OBST. RVMP.] id est, & cupit impedimenta omnia, morasque præcidere: & quodammodo è carceribus euolare. *amat rumpere*, id est, libetè & cupidè rumpit: seu cupit rumpere.

CLAVSTRA] repagula, carceres. *sat.* 6. lib. 2. *tu pulsas omne quod obstat, Ad Macenatem memori si mente recurras.*

SVA NIM. EST OD. SORS] quidam libri veteres habent *sv. est od. res*: quos non sum secutus, quamuis non damnem.

STVLT. VTRQVE LOC. IMMER. CAVS.] culpam confert in locū, cum ea in ipso hæreat, vt statim subjicit, *In culpa est animus, &c. causatur*, more *Græcorum*, *ἀπαιταύ*: id est, accusat, criminatur, causam sui angoris, suæq. ægritudinis esse dicit. *Qui* ex animo laborat, id est, cuius animus non est ab omni perturbatione liber, ac solutus, is, cum perpetuè exercet, & aestuet, existimat se loco cōmutando curam, & molestiam ex animo depulsurū: sed magnopere fal-

A litur. nam morbi causa, & principium ægritudinis inest in animo, non in loco. vide supra annot. ad illum locum Od. 16. lib. 2. patria quis exsul, &c.

QVI SE NON EFFUGIT VM QVAM.] sic sup. Oda illa 16. lib. 2. patria quis exsul se quogue fugit?

TV MEDYASTINVS] sic hanc vocem scriptam reperi in omnibus codicib. antiq. non, vt in vulgatis, mediastinus. Est autem vox mera Latina ex duobus nominibus Latinis composita, medio & stando, non à Græco δῆλον, vt nonnulli varicinantur. Ac mediastini serui omnium propedum sunt laboriosissimi, quippe qui ad omnia ferè ministeria parati, & tamquam in medio positi esse debeant. Nonnulli per mediastinum, seruum balnearioris significari putant. Cato, ille imperator: tu illi, ac ceteris mediastinis. Nonius, Mediastinos, non solum balnearum, sed adiuu quoque ministros, &

B curatores legum. Lucill. 17. Villicum Aristocratem mediastinum atque bubulcum. Commanducatus corrupti, ad incita adegit. Quidam eosdem esse putant atque atriensis, quos Græci μεσσαυλιους, & περιτωους appellant.

TACITA PR. RVRA PET.] rura tacitus expetebas, & exoptabas.

CONSTARE MIHI] in sententia manere: semper commorationem, & vitam rusticam vrbanae anteponere.

DISCONVENIT INTER ME QVE, ET TE] eo inter nos diffidimus, ac discrepamus. disconuenit, id est, non concenit. nam imperfonale est hoc loco, vt loquitur Grammatici. supra epist. 1. personale est, æstuat, & vite disconuenit ordine toto.

C INHOSPITA] ἀξενεα. Virg. Æneid. 5. tot inhospita saxa.

TESCA] agrestia, difficilia, inculta, horrida, deserta loca. Attius in Philoctere, Quis tu es mortalis, qui in deserta Lemnia, Et tescia te apportes loca? ex Varrone & Festo: apud quos tamen non eodem modo scribitur hoc nomen: sed apud alterum resqua, apud alterum tescia. libri scripti pleriq; habent resqua. ego tamen malim scribi tescia, vt scriptum est apud Varron. qui deducit à tuendo, vt sint quasi tuescia. At Scaliger F. mauult à Græco defectere, vt dicta sint tescia, quasi δεισσια: id est, vmbrosa, seu nemorosa.

D AMOENA VOCAT] vocat amabilia, & ad se amanda allicientia: sic Festus.

MECVM QVI SENTIT] is, qui amat solitudinem, siluas, locaque ab arbitris remota.

PVLCH. PVTAS] sic habent cod. duo Vatic. Iannod. Faër. Rain. Card. Torn. Ruffard. Nicot. Cleric. meus: alij vocas, vt vulg. mendosè, opinor.

FORNIX] prostibulum, ganeum. sat. 2. lib. 1. Quidam notus homo, cum exiret fornice, matre virtute, &c. ead. sat. versu superiore, nisi olenti in fornice stantem.

VNCTA POPINA] in qua coquuntur

omnis generis obsonia. vnde popino, popinonis. E. sat. 4. lib. 2. Quæcumque immundis feruent allata popinis. Lucil. Infamem, immundam, turpemque odisse popinam.

INCVTIVNT VRBIS DESID.] iniiciunt tibi vrbis cupiditatem, vel afficiunt te vrbis desiderio. & est tralatio, vt dicimus incutere timorem, dolorem. Idem Horat. epist. ad Loll. 2. hoc lib. ne mox Incutiant aliena tibi peccata pudorem. incutere amorem Lucret. lib. 1. Et simul incusit suauem mi in pectus amorem Musarum. incutere tremorem idem lib. 6. Et fera vis venti per crebra foramina terra Disperitur, vt horror, & incutit inde tremorem. morbos idem ibidem, Multa cibos, qua sunt vitalia, multaque morbos incutere, & mortem qua post sint accelerare. Horatius incutere bellum sat. 1. lib. 2. seu quod Lucania bellum incuteret violenta. idem ibid. incutere negotium. ne forte negoti! Incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum. M. Tull. lib. 2. de orat. ad Q. frat. Item timor incutitur, aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus. T. Liuius lib. 2. postquam iam tenenti Consuli factum inter precationem Deum nuntium incutiunt mortuum eius filium esse.

ET QVOD ANGLVVS ISTE] id est, & hoc alterum tibi vrbis desiderium commouet, quod ager iste, cui colendo te præposui, neque vnam effert, neque cauponam propinquam habet, nec tibicinam, cuius ad cantum saltes. angulum Latinè per tralationem ponimus, pro longinquo, remoto, abdito, infrequenti loco, vt sup. Od. 6. lib. 2. Ille terrarum mihi præter omnes Angulus ridet. M. Tull. in Catil. 2. nemo non modò Roma, sed nec vllò in angulo totius Italia oppressus ere alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris factus ascinerit. angulù à Græco nomine ἀγυλον dictù esse verisimilius est, quàm ab aduerbio ἄγυς.

FERET PIP. ET TH. OCY. V.] id est, numquam feret vnam, cù thus, & piper in Arabia nascantur.

PRÆBERE] προίξεν, suppeditare, vt Virg. Georg. 1. Arbura sufficere, & fluuios præbere salubres. lege annotation. ad Od. 13. lib. 3.

CVIVS AD STREPITVM] ad strepitum tibicinæ tibia canentis, id est, ad strepitum tibiae, qua canit tibicina. sup. epist. 2. Ad strepitum ciuitatis cessatum ducere curam. Od. 3. lib. 4. Dulcem que strepitum Pieri temperas: ad quem locù plura.

SALIAS] saltes non admodum scienter, neque numerosè. saliant enim verius, quàm saltat rustici. idem de arte poet. saliet, stundet pede terrâ.

TERRÆ GRAVIS] tu grauis terræ, hoc dixit ad exprimendam villici saltantis vel inscitiam, vel contentionem, cuius grauitatem, & pòdus terra sentire videatur. vt supra Od. 18. lib. 3. Gaudet inuicem pepulisse fossor Ter pede terrâ. annot. ad Od. 4. lib. 1. Bostus ramen, terræ grauis, sic accipit: tu terræ grauis salias, vt terram onere leues: tu tanquam terræ grauis, salias, vt eam exonereres.

ET TAMEN VRGES IAMPRIDEM, &c.] hæc sunt referenda ad ea, quæ sunt supra,

nam, qua deserta, & inhospita resqua, vel ad principium epistolæ, quem tu fastidus habitasti, &c. hoc modo, quamuis agrum meum fastidias, vel quavis locum istum sterilem, desertum, & incultum esse dicas, tu tamen arua, quæ iam pridem non fuerunt culta, aut fossa, studiosè, & assidue fodis, subigis, & colis.

BOVEM DEI VNCTVM] bouem seiunctum, ac separatum ab altero: vel iam dissolutum: quod fit vesperi. idèoque βεβλυτον nominant Græci tempus vesperinum. annotatù supra ad Od. 6. lib. 3. ibi, & iuga demeret Bobus fatigatis. de iunctum autem excudendum curavi, quattuor libros manu scriptos secutus.

ET STRICTIS] id est, stringendo succis. sic Virg. in Mœride, hic, vbi densas Agricola stringunt frondeis. Idem Georg. 2. tunc stringe comas, tunc brachia tonde. Idem primo, sed tamen & quernas glandeas tunc stringere tempus, eodem libro, cum flauis melleis induceret aruis Agricola, & fragili iam stringeret hordeæ culmo.

EXPLES] saturas, pacis. Virgil. Georg. 2. hic piscibus aram Improbus ingluuiem, rarisque loquacibus explet. Idem lib. 3. Æneid. Nam simul expletus dapibus, &c.

ADDITION] negotiù tibi exhibet præter ea, quæ quotidiana sunt, & vstrata: non sinit te cessare: te exercet.

MVLTÀ MOLE DOCENDVS] multis molibus oppositis, in aliam partem auertendus, ne prato noceat. verbù docendi attribuit rei inanimæ, cum animata sola doceantur. sic in epist. ad Pisones. seu cursum mutauit iniquum frugibus annis Doctus iter melius.

QVOD NOSTR. CONC. DIV.] quid cause sit, quamobrem dissentiamus, alioqui maxime concordem. concentum, pro consensione, & concordia posuit translattè. propriè enim συμφωνία significat. quæ constat ex pluribus dissimilibus, & disparibus sonis, proportionè cõiunctis, æqualibus, & cõcordibus. dissoluitur autem & corrumpitur, vbi proportio, & similitudo rationum tollitur, & tum est symphonia discors, quæ commemorat epist. ad Pison. non longè ab extr. Ex disparibus autem sonis debet concentus, seu symphonia constare, nò paribus, aut iisdem. tum enim etiam corrumpetur, & feret ὁμοφωνία, id est, vnus vocis sonus, vt docet Aristoteles lib. 2. polit. vbi disputas aduersus Platonem, seu Socratem, qui communionem vxorum, & liberorù & possessionum in suis libris de rep. introduxit eo consilio, vt ciuitas maximè fiat vna, probat, nihilo magis oportere ciuitatem maximè vnam fieri, quàm symphoniam fieri ὁμοφωνία, id est, vnum sonum, aut rythmum, pedem vnâ. eò enim progrediretur illa, vt ita dicam, vnitas, vt desineret esse ciuitas, &c.

DIVIDAT] dissoluat, vel discordè efficiat. QVEM TENEBVS] me, quem tenues, &c. sequitur infra verbum iunat.

nam, qua deserta, & inhospita resqua, vel ad principium epistolæ, quem tu fastidus habitasti, &c. hoc modo, quamuis agrum meum fastidias, vel quavis locum istum sterilem, desertum, & incultum esse dicas, tu tamen arua, quæ iam pridem non fuerunt culta, aut fossa, studiosè, & assidue fodis, subigis, & colis.

BOVEM DEI VNCTVM] bouem seiunctum, ac separatum ab altero: vel iam dissolutum: quod fit vesperi. idèoque βεβλυτον nominant Græci tempus vesperinum. annotatù supra ad Od. 6. lib. 3. ibi, & iuga demeret Bobus fatigatis. de iunctum autem excudendum curavi, quattuor libros manu scriptos secutus.

ET STRICTIS] id est, stringendo succis. sic Virg. in Mœride, hic, vbi densas Agricola stringunt frondeis. Idem Georg. 2. tunc stringe comas, tunc brachia tonde. Idem primo, sed tamen & quernas glandeas tunc stringere tempus, eodem libro, cum flauis melleis induceret aruis Agricola, & fragili iam stringeret hordeæ culmo.

EXPLES] saturas, pacis. Virgil. Georg. 2. hic piscibus aram Improbus ingluuiem, rarisque loquacibus explet. Idem lib. 3. Æneid. Nam simul expletus dapibus, &c.

ADDITION] negotiù tibi exhibet præter ea, quæ quotidiana sunt, & vstrata: non sinit te cessare: te exercet.

MVLTÀ MOLE DOCENDVS] multis molibus oppositis, in aliam partem auertendus, ne prato noceat. verbù docendi attribuit rei inanimæ, cum animata sola doceantur. sic in epist. ad Pisones. seu cursum mutauit iniquum frugibus annis Doctus iter melius.

QVOD NOSTR. CONC. DIV.] quid cause sit, quamobrem dissentiamus, alioqui maxime concordem. concentum, pro consensione, & concordia posuit translattè. propriè enim συμφωνία significat. quæ constat ex pluribus dissimilibus, & disparibus sonis, proportionè cõiunctis, æqualibus, & cõcordibus. dissoluitur autem & corrumpitur, vbi proportio, & similitudo rationum tollitur, & tum est symphonia discors, quæ commemorat epist. ad Pison. non longè ab extr. Ex disparibus autem sonis debet concentus, seu symphonia constare, nò paribus, aut iisdem. tum enim etiam corrumpetur, & feret ὁμοφωνία, id est, vnus vocis sonus, vt docet Aristoteles lib. 2. polit. vbi disputas aduersus Platonem, seu Socratem, qui communionem vxorum, & liberorù & possessionum in suis libris de rep. introduxit eo consilio, vt ciuitas maximè fiat vna, probat, nihilo magis oportere ciuitatem maximè vnam fieri, quàm symphoniam fieri ὁμοφωνία, id est, vnum sonum, aut rythmum, pedem vnâ. eò enim progrediretur illa, vt ita dicam, vnitas, vt desineret esse ciuitas, &c.

DIVIDAT] dissoluat, vel discordè efficiat. QVEM TENEBVS] me, quem tenues, &c. sequitur infra verbum iunat.

NON ISTIC OBLIQ. OCULO, &c.] Non temere (inquit) vitæ rusticæ cupiditate afficior. Nam nemo istic, id est, rure, mea commoda oculo obliquo limat: hoc est nemo meis cõmodis invidet: nemo aspectu maligno, & intuido mea commoda falcinat, & minuit. Nam siquam inuidiam mihi constarent res secundæ meæ, risus vicinorum eam discuteret, atque obrueret.

LIMAT] limare puto esse à lima ductum, nò à limis oculis, vt nonnulli volunt, vt sit detere, attenuare, imminuere. Itaque sic mihi videtur hic locus esse explicandus. Nemo istic obliquo, id est, inuido, aut maleuolo oculo mea commoda atterit, aut minuit. putabant enim veteres, aspectum inimicum, atque insectum alteri nocere. sic Virg. in Palamone, Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. βασιγγην appellat Græci, & βασιανον τον οιονει φασεν, id est, ὀφθαλμοῖς ἡσίωντας, ἡσὶ φάειροντα τὸ ὑπ' αὐτῶν ἐραῖν. id est, qui oculis interficit, & corumpit quod ab ipso cernitur, vt scribit Theocr. in terpres. Quo modo autè fiat fascinatio, vel quamobrem fascinentur pueri maxime, declarat Alex. Aphrod. prob. 1. 53. lib. 2. & Plutarch. lib. 1. συμποσιακ. περὶ τῶν καταβασιγγῶν λεγομένων disputat. Est & limare

Y y iij

NITIDIQVE CAPILLI] λιπαροί, vnde Eguento delibuti. vt supra Od. 7. lib. 2. nitentis Malobathro Syrio capillos.

I-MVNE M] gratis, sine muneribus, vt sup. Od. 12. lib. 4. non ego te meis Immunem meditor tinguere poculo.

CYNARÆ] amica, de qua supra Od. 13. lib. 3. sed Cynara breuis Annos fata dederunt.

RAPACI] qualia sunt scorta. Catull. ad Thallum, puerum impudicum, Idèmq; Thalle turbida rapacior procella.

BIBVLVM] bibacè, vt infra ep. ad Loll. 2. Potores bibuli media de nocte Falerni. ita per tralationem bibulum arenam dixit Lucret. lib. 2. Litoris incurui bibulam laniis aqnor arenam.

MEDIA DE LVCE] fat. 8. lib. 2. dictus here illic De medio potare die. atque hoc tempore diem frangere dicebantur homines inertes, voluptarij, luxuriosi, in cõtè curanda occupati: conuiuiaque ad multam noctem nonnumquam producebant. ego igitur (inquit) qui cenis à meridie vsq; ad multam noctem productis olim delectabar, nunc breuius delector magis.

NEC LVSSISSE PVDET, &c.] neq; verò me pudet olim cenis longis, ac sumtuosis, delicisq; ac voluptatibus seruasse, atque indulgisse, cum ætas ferret: sed non constituere modum huiusmodi vitæ, intemperatæ, & libidinose. nam hic dies aliam vitam affert, alios mōres postulat. G

LVdere interdù valet, amori operi dare, vt epist. 2. lib. 2. Lussisti satis, edisti satis, atque bibisti. & Od. 13. lib. 4. Ludisque, & bibis impudēs. Liuius Andron. Affatim edisti, bibisti, lussisti.

SED NON INCID. LV D.] sed non facere finem ludi.

NON ISTIC OBLIQ. OCULO, &c.] Non temere (inquit) vitæ rusticæ cupiditate afficior. Nam nemo istic, id est, rure, mea commoda oculo obliquo limat: hoc est nemo meis cõmodis invidet: nemo aspectu maligno, & intuido mea commoda falcinat, & minuit. Nam siquam inuidiam mihi constarent res secundæ meæ, risus vicinorum eam discuteret, atque obrueret.

LIMAT] limare puto esse à lima ductum, nò à limis oculis, vt nonnulli volunt, vt sit detere, attenuare, imminuere. Itaque sic mihi videtur hic locus esse explicandus. Nemo istic obliquo, id est, inuido, aut maleuolo oculo mea commoda atterit, aut minuit. putabant enim veteres, aspectum inimicum, atque insectum alteri nocere. sic Virg. in Palamone, Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. βασιγγην appellat Græci, & βασιανον τον οιονει φασεν, id est, ὀφθαλμοῖς ἡσίωντας, ἡσὶ φάειροντα τὸ ὑπ' αὐτῶν ἐραῖν. id est, qui oculis interficit, & corumpit quod ab ipso cernitur, vt scribit Theocr. in terpres. Quo modo autè fiat fascinatio, vel quamobrem fascinentur pueri maxime, declarat Alex. Aphrod. prob. 1. 53. lib. 2. & Plutarch. lib. 1. συμποσιακ. περὶ τῶν καταβασιγγῶν λεγομένων disputat. Est & limare

A interdū copulare, vt ait Nonius Marcellus: quod ad hunc locum non quadrat. vtitur Plautus in Pœnulo. at vide sis. cum illa numquam limani caput. postremò limare significat etiam limo confpurcare. Plaut. ibidem, M. curram igitur aliquò ad piscinam, aut lacum, limum petam. A G. quid eo opus sit? M. ego dicam: vt tibi & illi limen caput.

RID. VIC. GLEB. ET SAXA MOV.] vicini, inquit, rident me dum glebas & saxa moueo, similiaque opera rustica facio. ita inuidia in me, & mea comoda nihil valet: neque mihi, meise nocere potest. Ridicula, & risum inuidiã ac fascino depellere atque auertere diximus supra ad illum locum, Inuidiam placare paras, &c. fat. 3. lib. 2.

VENENAT] corrumpit. translatio est. vtitur & Lucret. lib. 6. Vt spatium cali quadam de parte venenet.

B CVM SERVIS VRB. DIAR.] tu contra rusticus in vrbe viuere maus. diarium, victus est diurnus. Cic. ad Attic. lib. 8. eo modo autē ambulat Casar, & iis diariis militū celeritatē incitat, vt timeat, ne citius, quam opus sit, ad Brundisium accesserit.

RODERE] τρώγειν. significat victum aridū, & sollicitum. itaque verbo vsus est muribus conuenienti potius, quam hominibus. Notat hic Porphirio, non cum seruis manū, sed cum seruis rodere manū.

HORVM TV IN NVMER.] in numerū seruorum vrbanorum.

CALO] qui lignum domi non habet: qui it lignatum foras. Calones (inquit Festus) militum serui dicti, quia lignetas clauas gerebāt, quas Græci χάλια vocant. Cala (inquit Seruius in 6. Æneid.) dicebāt maiores nostri, fustes, quos portabant serui sequentes dominos ad prælium. M. Tull. lib. 3. de nat. Deor. Bos [Tyndaridas] tu canteris albis, nullis calonibus obuiam Vatiemo venisse existimas.

ARGVTVS] astutus, sollers, callidus, vafer.

OPTAT EPHIPP. BOS FIG. OPT.

AR.] Ephippium (inquit Nonius) regmen equi ad mollem vesturam paratum. Acron notat, aliis ephippia esse sagmata, id est, onera, aliis ea, quæ propè iugum equis curulibus imponuntur. proverbium conuenit in eos, qui muneris functionem, & conditionem sibi accommodatam, fastidiunt: alienã, & ad quam inepti sunt, expectant. M. Tull. ad Attic. lib. 5. Clitella boui sunt imposita. planè non est nostrum onus. sed feremus modo. si me amas, sim annuum.

D Cum his congruit illud Pindari, quod refert Plutarch. ἐν τῷ ἀεὶ εὐθυμίας. ἢ ἄρμασιν ἴππος. εἰ δ' ἀρότερος βῆς παρὰ ναυῶ ἰθὺς παχίστα δελφίς χέει τρω δὲ βουλεύοισα φόνον κεύθα δει θλάθυμον ἔξευρει. id est, equus currui aptus est, bos aratro: Delphinus præter nauē celerimè, & conctatissimè rapitur: ei autem, qui apro necem mediretur, canis reperendus est generosus, & laboriosus, qui aprum adortiri audeat. Ephippium porrò equi tergo imponitur, vt in eo insidens commodius vehatur eques. at ipsa bouum terga (vt scri-

bit M. Tull. lib. de nat. Deorum secundo) declerant non esse se ad onus accipiendum figurata: ceruicis autem nata ad iugum: tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda. Eodem pertinet illud Maximi Tyrii, λόγῳ βῆ, φέρε, εἴ τις ἐπεχειρεῖ τὸν βουῦ τὸ ἀροῦσας τὸν ἀρότερον ἢ τὸν ἴππον τῶ ἀρμάτων ὑπαλλάξας ἐκατέρῳ τῶ ἐργασίῳ, ὑπαγαγεῖν τοὶ ἰδὺ βουῦ τῶ ἀρματι, τὸν δὲ ἴππον τῶ ἀρότερος, ἢ ὅτι ἐν ἡν τῶς ἰδὺ τὴν φύσιν παράνομος, τῶς δὲ τὰ ζῶα αὐτὰ ὑβριστῆς, τῶς δὲ τὰς τέχνας ἀμαθῆς, τῶς δὲ τὴν χεῖρῶ ἀρετῆς, τῶς δὲ τὴν ὑπηρεσίαν καταγέλαστος; id est, Age, siquis conaretur boue diiuncto ab aratris, & equo à curribus, commutata vtriusque opera, subiungere bouem currui, equum aratro, nonne esset in naturam quidē exlex atque iniustus, in ipsa animalia autem contumeliosus, ad arteis autē rudis atque indoctus, ad vsū verò atque vtilitatem quæstus faciendi ignarus, ad ministerium autem ridiculus?

BOS FIGER.] qui ad arandum natus est, nō ad vehendum, neque ad cursum, vt equus. Itaque appellatur à Græcis ἀροτήρ, id est, arator. Hesiod. ἐργ. ἢ ἡμ. Οἴον ἰδὺ ἀρότητα, γυναικῶς τε, βουῶν τ' ἀροτήρα. id est, domum primum, & mulierem, & bouem aratorem. & Aratus, ἀρωτοὶ δὲ βουῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων: id est, primi autem gustarunt boues aratores.

QUAM SCIT VTER QVE, LIBENS] proverbium est vulgatissimum: quam quisque didicit, eam artem exerceat. Aristophanes in Vespis, Ἐρδὶ τις, ἡδ' ἕκαστος εἰ δὲ μὲν τέχνην. apud Athen. lib. 8. in illo Stratonic, hominis falsissimi responso ad harmonicum illum, qui antea horrorum custos fuerat, cum eo de harmoniis disputantem, scriptum est, ἔρδὶ τις, non ἔρδὶ τις, leui immutatione facta, propter eius, in quē dicebatur, personam. vtitur & M. Tull. epist. ad Attic. eod. lib. quem proximè citauit, O rem minime apta meis moribus, ὁ illum verum, ἔρδὶ τις.

15. AD C. NVMONIUM Valam.

QVÆ sit hiems Velie, quod cælum Vala Salerni:

Quorum hominū regio, & qualis via: (nam mihi Baias

Musa superuacuas Antonius: & tamen illis Me facit inuisum, gelida cum perlucor vnda Per medium frigus. sanè myrta relinqui, Dictaque cessantem neruis elidere morbum Sulfura cōtemmi, vicus gemit, inuidus agris, Qui caput, & stomachum supponere fontibus audent

Clusinus

A Clusinis: Gabiosque petunt, & frigida rura. Mutandus locus est: & deuersoria nota Præteragendus equus. quò tendis? non mihi Cumas

Est iter, aut Baias, leua stomachofus habena Dicit eques. sed equi frenato est auris in ore) Maior vtrum populū frumenti copia pascat: Collectosne bibant imbreis, puteosne peremneis

Dulcis aqua: nam vna nihil moror illius ora. Rure meo possum quiduis perferre patique: Ad mare cum veni, generosum, & lene requiro: (manet

B Quod curas abigat, quod cum spe diuite In venas, animumque meum: quod verba mimistret:

Quod me Lucanæ iuuenē cōmendet amica. Tractè vter plures leporis, vter educet apros: Vtramagis pisceis, & echinos aquora celēt: Pinguis vt inde domum possim, Phæaxque reuerti:

C Scribere te nobis, tibi nos accredere par est. Manius, vt rebus maternis, atque paternis Fortiter absuntis, vrbanus caput haberi, Scurra vagus, nō qui certū præsepe teneret: Impransus non qui ciuem dignosceret hoste: Quælibet in quēuis opprobria fingere seuis: Pernicies, & tempestas, baratbrumque marcelli,

Quicquid quaeserat, ventri donabat auaro. Hic, vbi nequitie fautoribus, & timidis nil,

D Aut paullum abstulerat, patinas cenabat omasi,

Vilas & agnina, tribus vsis quod satis esset. Scilicet vt ventres lamna candente nepotum Diceret vrendos correctus. Manius idem Quicquid erat nactus prædæ maioris, vbi omne (cule miror,

Verterat in fumum, & cinerem: non her Aiebat, si qui comedunt bona, cum sit obeso Nil melius turdo: nil vulua pulchrius ampla. Nimirum hic ego sum. nam tuta, & parvula laudo,

Cum res deficiunt: satis inter vilia fortis. Verum, vbi quid melius contingit, & vntus, idem Vos sapere, & solos aio benè viuere, quorum Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

AD C. NVMON.] Primum hanc inscriptionem præ se ferunt omnes ferè codices manu scr. & quos in Italia, & quos in Gallia mea vidi. Deinde Fuluius Vrsinus, homo & humanissimus, & Græcarum litterarum cognitione præstantissimus mihi ostendit domi suæ argenteum nummū hac ipsa inscriptione, C. NVMONIVS VALA LIA gemino A. A. similemque, & planè geminum domi suæ mihi ostendit Clemens Teuennius, quem supra cōmemorauit. ego tamen Valam excudendum curauit, vnico A. in ceteris, nummorum illorum inscriptionem secutus sum.

QVÆ SIT HIEMS VELIE, QVOD, &c.] hæc referenda sunt ad versum, qui est infra, Scribere te nobis, &c. ea autem, quæ statim sequuntur, nam mihi Baias Musa, &c. vsque ad versum, Maior vtrum populū, &c. includenda sunt interpositionis nota. Horatius ab Antonio Musa clarissimo, ac præstantissimo medico edoctus, Baias, Campania oppidum amoenissimum, ad cuius aquas, & ceteras delicias concurreret homines voluptarij, ad eadēque ægri, quod essent saluberrimæ, confugiebant, edoctus igitur, Baias minime sibi esse necessarias, nec ad valerudinē vtilis, cogitat Veliam, & Salernum proficisci, ibiq; hiemare. Iccircò petit à Vala, vt scribat ad se, quæ sit illis in locis hiems, quod cælum, &c.

NAM MIHI BAIAS, &c.] nam si quaras, cur Velia, & Salerni hiemare cogitem, & nō Baiis, Antonius Musa ait, aquas calidas Baiarum mihi esse superuacuas: id est, ad voluptatem gignendam duntaxat valere: ad bonam valerudinem autem inutiles esse. M. Tullius pro Cælio, si fas est cum à me hominem defendi, qui nullum conuiuium rennerit, qui vnguenta sumserit, qui Baias viderit.

ET TAMEN ILLIS ME FACIT] &, tamen si de Antonij Musæ sententia Baiarum aquas contemnam, & relinquam: mihi tamē Baiæ quodammodo sunt iratæ, & me oderunt, quod frigidis aquis vtar per medium frigus. Suetonius in Augusto, scribit Augustū, quia calida metameta non proderant, frigidis curati coactum esse.

QVI CAP. ET STOM. SVPP.] hæc vix intelligi possunt, nisi ab iis, qui experti sunt, tamen si Horatius non obscurè rem ipsam elocutus est. sed memini ego, cum vir clariss. Franc. Turnonius E. R. Card. ad aquas Lucæsis de medicorum consilio venisset duos ab hinc annos, videre me in iis locis agros complureis, ex quibus alij de aquis illis bibebant, alij lauabantur, alij partibus corporis affectas, vt caput, ventericulum, &c.

A nes stitilicidius supponebant, è quibus aqua in eas parres demandat. Eos horam vnâ eodem, quo cœperant, situ manere necesse erat. dies quindecim, aut viginti id factabant. fontes Clusini autem sunt in Etruria, à Clusio Etruriæ oppido nominati.

M Y R T E T A] loca myrtis cõsita, quæ sunt Bais, liber Iannocti, & nonnulli alij habent *myrta*, quod idem valet, à murto Murta Venus

C E S S. N E R V I S E L I D. M.] elidere, id est, depellere è nervis. cessantem autem morbum intellige, vel longum, & aduersus remedia contumacem, & difficilè curat: vel ab effectu, quia tardet, & cessare cogat. Articulorù dolores, qui manus, aut pedes infestos habent, significat.

B S V L F. C O N T. V I C V S G E M I T] Baia molestè ferit, sulfura, id est, aquas sulfuratas, quæ dicuntur valere ad morbum articulorum leuandum, contemni, ac pro nihilo putari.

M V T A N D V S L O C V S E S T] alius locus mihi petèdus est, quàm Baianus: vel alia via mihi iter faciendum est.

D E V E R S O R I A N O T A] deuersoria Baiana, seu potius, quæ sunt in via, quæ Baias ducit, vel mihi, vel ipsi equo nota.

P R A T E R A G E N D V S] equus est agendus, id est, ducendus præter deuersoria nota.

Q V Ò T E N D I S ?] verba Horatij, aut cuiusuis alius equitis, nota, & solita diuersoria præterire volentis, aut certè se velle simulantis, equumque sponte sua eò se conferentem, ac tendentem reuocantis.

S E D E Q V I F R E N A T O E S T, &c.] sed equus equitis voluntati obtemperat, non quòd eius vocem audiatur, aut intelligat, sed quòd freno doceatur quorsum iter facere debeat. equus enim non aure, sed ore, in quo inest frenù quòd sit eundem, sentit. frustra igitur equos vocem adhibet, frustra quæ; stomachatur, cum freno solo quouis equum impellere queat. & fortasse obscurè significat, equitem, quamuis sciat sibi frigidis aquis lauari expedire, calidas tamen persequi, & voluptatem vitilitati, bonæque valetudini anteferre: quod si quis prober, intelligere nos oportebit, hunc equitè, quamuis verbo neget se Baias proficisci in animo habere, re tamen, id est, consilio, & freno viam Baianam equo præmòstrare.

M A I O R V T R V M P O P V L V M] Velicæis, an Salernateis. & repetere eum, quem dixi, verbum, scribere te nobis, &c.

P V T E O S N E P E R E M N E I S] vox *perennis* ab anni originem ducit: iccirco cum m. & n. scribenda est, *perennis*. Vnde *perennia*, in auspiciis M. Tull. lib. 2. de nat. deor. *Nulla perennia seruantur, nulla ex acuminibus*. Festus, *Peremne dicitur auspiciari qui annum, aut aquam, quæ ex sacro oritur, auspiciatè transt*. Idem *Petronia annis est in Tiberim prestans, quam magistratus auspiciatè transeunt cum in campo quid agere volunt, quod genus auspicij *peremne* vocatur, annè autè femininè antiqui enuntiant.*

D V I C I S A Q V A] sic scriptum reperi in E duob' codicib. manuscriptis, vno Vatic. & Iann. atque hanc puto relictam, ac germanam scripturam: non *Iugis*, ut est in vulgatis, & aliis calamo exaratis, nam cum *peremneis* pureos dixerit, superuacuum sit addere, *Iugis aqua*: quandoquidem *ingis*, & *peremnis* idem valent. neq; verò est, quòd quisquam mihi dicat, aquam *Ἰγγιον*, id est, saporis expertè esse oportere, ut scribit Aristot. lib. *Ἐπι ἀποθῆς. ἔγγι ἀποθῆς* nò igitur dulcem: primùm enim dulcè aquam appellant Latini, & *γλυκὺ ὕδωρ* Græci, quæ non est falsa, à marina scilicet distinguentes, ut M. Tull. Verr. de signis. *In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomen *Arethusa* est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium*. idem de natura Deorum lib. 3. *Ali autem solem, lunam, reliqua astra, aquis alia dulcibus, alia marinis, &c.* Hirtius de bello Alexandr. *Nam puteis fossis aquam dulcem reperiri posse affirmabat: omnia enim littora naturaliter aquæ dulcis venas habere*. Lucret. lib. 6. *Quod genus endo mari spirat fons dulcis aquæ: qui scaturit, & salas circum se dimouet undas*. Virg. *Æn. 1. Intra aquæ dulces, vinòque sedilia saxo*. Virru. lib. 8. cap. 3. *supra se autem feruidum emittit in superiora loca vaporem, & ita sicuti in his locis, qui sunt supra, fontes dulcis aqua nascuntur, offensi eò vapore effervescent inter venas, & ita profusius in corruptio sapore*. Galen. *βιβ. βεραπ. μεθ. ια. οἶνος ὑδατώδης πινόμενος, ἀπάσας κνέει τὰς ἐκκρείσεις, καὶ λῆπτὸν ἐκκρατῶν ἐκ γλυκέος ὑδατος. εἰ δὲ καὶ μὴ τερσοκέοιο ποτὲ καὶ τὴν λέξιν τὸ γλυκὺν, τερσοπαχέων καὶ* id est, vinum, si bibatur multa aqua dilutè, & balneum temperatè ex aqua dulci, omnes excretiones, quas appellat, ciet. Deinde dulcis aqua non est semper accipièda, quæ sit reuera dulcis, & amara contraria: sed, quæ gustatu sit iucunda, quemadmodum ex Hippocrate cognoscere libet lib. *Ἐπι ἀέρ. ὑδατ. τὸπ. ὄμβρια ὑδατὰ κερφότατα, καὶ γλυκύτατα, καὶ λαμπερότατα, καὶ λεπτότατα*, id est, aquæ pluuia leuissima sunt, & dulcissima, & clarissima, & tenuissima. Postremò Aldus Pius vir doctiss. qui olim Venetiis Græcarum litterarum naufragij reliquias collegit, nobisque tradidit: huius loci; Paullum Manutium, hominem eloquentissimum suæ probitatis, atque humanitatis effigiè nobis reliquit, iam pridem testatus est, ita scriptum esse in antiquo exemplari, quod habebat domi suæ: & præter eam rationem, quâ initio de eius sententia proposui, exemplum profert è Virgilio Daphn. *Dulcis aqua saliente sitim restinguere riuo*.

N A M V I N A N I H I L M O R O R] vina, quæ illic nascuntur, nò magni facio: non desidero, sic Plaut. in Trucul. *salus est mihi tuæ salutis: nihil moror, non saluo*. Virg. *Æneid. 5. nec dona moror*.

R V R M E O P O S S V M, &c.] huius loci hæc sententia est, Cum rure sum, & in villa mea, tenuissimo apparatu contentus sum, & quouis cibo, ac portione æquo animo vtor: sed, ad mare cum

A cum veni, exempli causa, in Campaniam, aut Lucaniam: vinù generosum & lene, victumque mundiore, atque elegantiore, sequor, ac desidero. Itaque verus proximus *Ad mare cum veni, nò est*, (vt sit vulgò) ab hoc diuellendus, sed cù eo coniungendus. Non dissimulabo autem in nonnullis libris vet. scriptum esse *quiduis sufferre p. q.*

M A N E T] diffundatur, dimanet, didatur in corpus, & animum. sed quomodo vinum in animum manate potest? re vera non potest, sed ex contagione corporis vini potu concalescèti excitantur animorum motus.

M I N I S T R E T] suppeditet: præbeat, sed si vina illius oræ nihil moratur Horatius, quòd potest in illis locis vinum generosum requirere: pugnant enim nihil morari, & requirere. Intelligemeliora vina ex aliis locis eò supportari, quemadmodum fieri solet.

B E C H I N O S] de echinis sup. notauimus quædam ad Od. epod. & alibi.

P H A X Q V E] corpore benè curato, & nitida cute, quales erant Phæaces, homines voluptarij, conuiujs, citharis, choreis, & ceteris delicijs, ac luxuriæ dediti. vide Hom. *ὄδωσ. γ.* & sup. ain. ad epist. 2. **A C C R E D E R E]** vitur hoc verbo & Lucr. lib. 3. *facile hoc accedere possis, sèmina sèpe in eodè, vt nunc sunt, ordine pasta*. & Plaut.

M E N I V S, V T R E B V S, &c.] quidam hæc, quæ sequuntur, à superiore epistola separant: sed minus rectè, vna est enim epistola vsque ad eam, quæ est ad Quintium. cohæret autem hæc cum versiculo illo, *Pinguis vt inde domum possim, &c.* Ac proponit exemplum luxuriosij cuiusdam hominis, nomine Manij, cognomine Pantolabi, cui se in eo similem esse dicit, quòd quemadmodum ille, cum habebat, vnde sumtum faceret, sumtuosissimè, & luxuriosissimè epulabatur: cum res deperat, parsimoniam victus, & frugalitatem colebat: ita ipse, cum defunt facultates, victu tenui, & modico cõtentus est: cum abudat autè, & cum aliquid amplius, & lautius nactus est, diuiti fortunæ ait se laudare, & in pecunia, & fundorum fructibus benè, beatèque viuendi facultatem collocare. Porrò huius Menij nobilitate est multorum scriptorum litteris luxuria: ab eòque; Meniana dicta esse putantur. M. Tull. Acad. 2. *vt enim ij, qui nisi sub nube solem non ferunt, item ille (Antiochus) cum astuaret, veterum, vt Menianorum, sic Academicorum umbram secutus est*. Sextus Pompeius, *Meniana edificia à Menio sunt appellata. Is enim primus vltra columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora*. Hinc columna Menia, seu Meniana, ad quam Triumuii capitales de eorum maleficijs, qui ciues Romani non erant, cognoscebant: quâ solam Menius amplissimo patrimonio consumit, & domo vèdita exceperat, vnde spectaret gladiatores. M. Tullius columnam nominat simpliciter in Cluentiana, *Manilium plerique noratis non ille honorem à pueritia, non studia virtutis, non ullum existimationis bonæ fructum vquam cogitaret: sed*

ex petulantia, atque improbo scurrâ, in discordijs ciuitatis ad eam columnam, ad quam multorum sèpe conuicijs perductus erat, tum suffragijs populi peruenerat. Idem de accusatore in Verr. constit. Meniam columnam dicit: *vobis autem tanta inopia reorum est, vt mihi causam præripere conemini potius, quàm aliquos à Columna Menia, vestri ordinis reos reperiat*? ad quem locum Aconius. *Menius cum domum suâ venderet Catoni & Flacco censoribus, vt ibi Basilica edificaretur, sibi exceperat ius vnius columnæ, super quam rectum proieceret ex prouolatibus tabulatis, vnde ipse & posteri eius spectare munus gladiatorum possent, quod etiam tum in foro dabatur*. Ex illo igitur columna Menia vocata est. Alij Menianam columnam, & Meniana edificia à C. Menio P. F. censor fuit cum L. Papiro Crasso ann. cccxxxv. cui propterea quòd de Antiatibus, aliisque principis Latinis triumphauit, columna data est, dicta esse volunt, qua de re lege Plin. lib. 34. Vtrum autem Menius sine diphthongo, an Mænius cum diphthongo scribendum sit, viderint docti. in marmoribus quidem antiquis Mænius cum diphthongo æ. incium sèpe legi.

F O R T I T E R] strenuè, impigre, non timidè, neque ignauè. Sed videtur improprie dictum. Nam, vt docet Aristoteles lib. 4. de morib. ad Nicomach. Fortitudo versatur in rebus & terribilibus, & fiduciam afferentibus: non in pecunia, itaque dicimus proprie alioquem fortiter periculum adire pro patria: non fortiter pecuniam largiri, aut profundere. hoc enim est liberalitatis, & profusionis. Natè liberalitas in pecuniæ donatone, atque acceptioe versatur. Idem lib. 2. de re. disputans contra Platonem, disserit dicit non licere, seu non esse pote, leniter, aut fortiter vti patrimonio suo, aut re sua familiari: moderatè autem, & liberaliter, licere. Itaque necessarij est hos duos vsus tantum in re familiari, & pecunia versari, nempe moderatum, seu temperatum, & liberalem, quorum tamen vtriusque contrarij intelligendi sunt in eadem re loci habere, nempe fieri posse, vt quis dicatur & largiri pecuniam profuse, & dare parce atque illiberaliter: & item immoderate, seu intemperatè pecuniam profundere, & contra, &c. Verba Arist. hæc sunt lib. 2. Politic. *Ἐπεὶ μόναι γ' εἰσὶν ἕξεις αἰρεταὶ ἐπὶ τῷ ἔσσις καὶ εἰς αἰσῶν οἶον οὐσία πρῶτος, ἢ ἀνδρείως καὶ ἐπισημοφρόνως δὲ καὶ ἐλευθερίως ἔστιν. ὡς καὶ τὰς καὶ εἰς ἀναγκῆν ἐπὶ αὐτῷ εἶναι τὰς αἰρέσεις*: id est, Nā soli hi habitus [frugalitas & liberalitas] in vsu honorù, sunt laudabiles & expetendi. Verbi gratia, non est, seu non licet leniter, aut fortiter bonis ac facultatibus suis vti, frugaliter verò & liberaliter licet. Quare & hos vsus necessarium est in bonis, & pecunijs versari. Quid igitur dicendum? vel fortiter Horat. posuit improprie profuse, seu profusè: vel eò spectauit, quòd qui re suam dissipat & perdit, se ipsum perdit, & interimit, quia vita sine re tolerari nò potest. quem-

A admodum igitur dicitur quis mortē fortiter opterere, qui se offert in discrimen vitæ, pugnant pro patria: ita & qui rem suam effusè dissipat, dicitur hic ab Horatio fortiter patrimonii suū absumere, quia hoc factō moriatur necesse est. propriè dixit sat. 3. *nil verbi, pereas quin fortiter, addā.* **V R B A N Y S**] *εὐπελάτωλος*, vt risu mouē doctō ab diuitum mensas aditum compararet.

C O E P I T H A B E R I] cœptus est haberi. sic enim antiquiores loquebantur.

S C V R R A] *βωμολόχος*, alienarum mensarū insidiator: qui risum mouebat diuitibus, pastus causa. sat. 7. lib. 2. *scurræ Volaneriis*, quamquam scurræ nomen etiam vrbani hominibus, & faceris tribuebatur. Plautus Trinummō. *neque periuirius, quàm vrbani assidui ciues, quos scurras vocāt.* Idem Mostell. *Tu vrbani vērō scurræ, deliciae populū, rus mihi obiectas?* Idem Epidico. *T. scurræ es. E. scio te esse equidem hominem militem.* M. Tullius pro Quinctio. *nam neque parum facetus scurræ sextus Menius, neque inhumanus præco est vniquam existimatus.* **V A C V S**] modò hanc, modò illam mensam confectans: vt statim interpretatur.

N O N Q V I C E R T. P R A E S E P T E N.] declarat vocem, quæ antecedit *vagus*. non enim domi suæ cibum capiebat, sed mensas alienas sc̄tabatur: neque semper eandem, sed alias, atque alias. & est tralatio ab equis, per quam significat, homines gutturis vitio, & abdomini deditos, bestiarum esse similes.

I M P R. N O N Q V I C I V E M, &c.] id est, qui ficcus, & impræsus ita ferus erat, & inhumanus, vt ciuem ab hoste non distingueret, sed cuius petulantissimè malediceret: atque hæc tam libera, atque impunita petulantia, ac maledicentia, facilem ei ad diuitum mensas aditum patefaciebat, nequid in se crimen cōfingeret, metuērium. exstat epigramma Græcum lib. 2. hac sententia, nos vesperi, cum bibimus, homines esse: mane autem, dum sicci fumus, feras inter nos esse. *Αἰθροῦται δέλης, ὅτε πνοιδὺ ἰὼ δὲ γένηται Ὀφθρος, ἔω' ἀλλήλους ἕπρες ἐγειρόμεθα.*

F I N G E R E S A V V S] sc̄uus in confingēdis in quemis criminibus, & congerendis maledictis: atque iccirco diuitibus horribilis.

B A R A T H R V M Q V E M A C E L L I] id est, qui, quæcumque è macello obsonia petuntur, deuorat, & in ventrem, tanquam in barathrum quoddam, conijceret, atque abderet. fuit autem barathrum locus in terram altissimè depressus Athenis, in quem præcipites detrudebantur maledici, & scelerati. Cōmemorat Pausanias in Arcad. barathra quædam ad Phœnecum vrbem, quæ *χειροποιητὰ* appellat, id est, manufacta, eo consilio ab Hercule instituta, vt aquam ex propinquis montibus defluentem, agrōsque Phœnecensium obruentem exciperent. Barathrum (inquit Sex. Pompeius Festus) appellat Græci, locū præcipitem, vnde emergi non possit, dictum ab eo, quod est *καθύς*.

Q V I C Q V I D Q V A S I E R A T] quicquid Elucii fecerat, quicquid labore, aut opera sua pepererat.

H I C V. N E Q V. F A V T.] Hic Manius cum diuitibus, qui plerumque nequissimis hominibus veluti lenonibus, scurris, alectoribus, ganeonibus fauēt, ac benignè faciunt potius, quàm visis bonis. &c.

T I M I D I S] sic reperi scriptum in duobus cod. Vatic. & Iann. Faern. Tornes. non, vt alij librorum arrogantissimi corruptores, reposuerāt, *tumidis*. ac testatur quoque P. Victorius, quē semper honoris causa nominatum volo, ita scriptum esse in vno, atque altero codice antiquo: idēmq; hunc locum hoc modo explicat, intelligere oportere scurras eosdem fuisse, & sycophantas: quos diuites, propterea quod sibi ab eis metuerēt, studiosè, & crebrè ad cenam vocabant, & liberaliter, prolixèque accipiebant.

P A T I N A S C E N A B A T O M A S I V I L I S, &c.] tanta erat huius scurræ edacitas, vt cum epulæ lautiores, cariōtesque eum deficerēt, maximam sibi vilissimorum, & plebeiorum ciborum copiam apponendam curaret. agnium omasum dixit, vt distingueret à bubulo: de quo Plin. lib. 8. cap. 45. Horat. sat. 5. lib. 2. *seu pingui fētus omaso Furuis hibernas cana nive cōspuit alpeis. Patinas omasi cenare dixit, vt epist. ad Scæuam, si præderet olus.* & epist. 2. lib. 2. *Entum cenat olus.* & sat. vlt. lib. 2. *Nos (inquam) cenamus aueis.* Sed non est dissimulandum, in aliquot libris manu scriptis, ita legi, *patinas cenabat omasi, Vilis & agnina, &c.* quæ scriptura fortasse recta est: in voce *agnina* autem subintelligendum, *carnis*. de omaso supra ad sat. 5. lib. 1. Præterea quidam legunt *tabulas*, pro *patinas*: quo nomine scilicet maior significaretur edacitas. Græci *πινυαγς* dicunt.

T R I B V S V R S I S Q V O D S A T I S E S E T] edacitatem hominis declarat loquendi genere hyperbolico.

S C I L I C E T V T V E N T R E S] ita scilicet, vt nepotum luxuriam supplicio acerrimo cōtendendam esse diceret, inopia & egestate correctus, id est, vt Græci dicunt, *σωφρονισθεῖς*. vel potius corrector, vt mox dicemus. cōiunge *ventres*, cum patrio casu *nepotum*.

L A M N A C A N D E N T E] lamina cādente, genus cruciatus fuisse apparet vel ex illis verbis Ciceronis lib. 5. *accul. quid, cum ignes, candentesque lamina, ceterique cruciatus admouebantur?* quamquæ eo loco Ciceronis quidā libri habēt, *ardentesque*. quam scripturam non probo. lamina enim candens dicitur, non ardens. Erant autem laminæ, crustæ ferreæ, quæ igni candefactæ, admouebantur nocentium corporibus.

C O R R E C T V S] hunc locum in omnibus libris vulgatis & manu scriptis, in quibus legitur partim *correctus*, partim *correptus*, deprauatum esse puto, & emendandum, *corrector*, vt sit ironia, hoc modo. vbi nihil abstulerat à diuitibus, & profusus

A profusus hominibus, & nihil habebat opipari, quod esset, nepotes & luxuriosos dicebat esse castigandos, & grauibis suppliciis afficiendos, vt corrector quidam, & magister morum. sic Terēt. Adolph. *si illud, quod est maxime opus, iactu non cadit, illud, quod cecidit forte, id arte vt corrigas.* Dem. *Corrector. nempe tua arte, &c.* Nuper quidē paullo ante hanc secundam editionem, ita scriptum vidi in vno antiquissimo codice manu scripto.

M A N I V S I D E M] quidam libri veteres habent, *Bestius idem*. nonnulli sic, *diceret vtendos correptus*, al. *correctus Bestius. idem, &c.*

V E R T E R A T I N F V M. E T C I N.] cōfecerat, consumserat. *κατασποδέν* dicitur Græci, vt mihi nuper indicauit Scaliger F. *Æschylus κατασποδιδύδης* pro mortuis, & sepultis vsurpauit. sic ille de fratribus Thebanis, *ὄδρ ἀσποδιδύδης πλεὺ κατασποδιδύδης*: id est, ἀσποδιδύδης, seu de medio sublatis. Sed fortasse vertere in fumum & cinerem bona sua dicitur plane deoctoris. Præterea quid si dicamus, Horatium spectauisse illud sacrificij genus, quod fiebat Herculi propter viam, in quo id, quod ex epulis superabat, igni consumebatur?

S I Q V I C O M E D V N T B O N A] omnes codices manu scripti, quos quidem viderim, hanc scripturam tuentur, ac retinent: omnes viri docti probant: nonnulli tamen indoctissimi homines corrupta vera scriptura, *comedunt benè*, supposuerant. Est autem vsitatissimum loquendi genus bonis scriptoribus *bona comesse*. M. Tull. pro Flacco, *quid attrinuit hanc urbem relinquere, libertate iam præclara careret adire periculū nauigandi? quasi bona comesse regna non liceret.* idem epist. ad Pap. Pætū, lib. 9. *sed cura si me amas, vt valeas, ne ego te iacente bona tua comedim.* sic enim legit Non. Marcellus. Catull. in Cæli. *Vt ista vestra diffututa mentula Ducentias comesset, aut trecentias?* iterum M. Tullius in Sextiana, *virum ego tibi patrimonium eripui Gelli, an tu comedisti?* Nouius, *Adepol qui paternā comest pecuniā, &c.* Græci dicūt *καταφαγέειν τὴν ἑστίαν*, & *κατὰ εἶν τὰ πατρῶα*. Itaque comedum, & comedonem, bona sua consumentem veteres dixerunt, vt ait Festus.

C V M S I T O B E S O N I L M E L. T V R D O] turdum & vuluam exempli causa posuit, vt escas & gratissimas, & lautissimas. de turdo dicere nihil est necesse. vuluam suillam autem apud Athenæū laudat Archestratus *δολοδύδαλος*, id est, obsoniorum optimus artifex, cāmque; *μυτερον* nominat. *Γαστέρα & μυτερον ἐρεμνίω υἱὸς ἐπτε κρυμῆφι.* *Εὐτ' ἔξαι θρυμῆι.* id est, ventrem, & vuluam profundā suis, in cumino & aceto. obeso autem, id est, pingui: quauis aliter vsurpat Næuius apud Gell. lib. 19. cap. 7. *Corpore. pesto: ἐγ, vndique obeso, Ac mente exsensa, tardigemulo senio oppressum.*

N I M I R. H I C E G O S V M] nimirum (inquit Horatius) huic Mænio simillimus sum. admonuimus alibi prouocabulum *hic* apud hunc

poëtam, referri semper ad id, quod antecedit. **S A T I S I N T E R V I L I A F O R T I S**] satis fortiter, satis forti animo, satis patienter vilibus cibis famem explens.

V N C T I V S] delicatius, sumtuosius, apparatus. sic Catullus per vincta patrimonio, ampla & opima significat, in Cæsarem. *Quid hunc (malum) fouetis: aut quid hic potest, nisi vnctā deuorare patrimoniam?* Horat. in epist. de arte poët. *si verò est, vinctum rectè qui ponere possit.* vinctum interdum vnguento delibutum: vt epist. ad Scæuam hoc lib. *accēdes sicco ad vinctum.* translātè dixit M. Tullius in Bruto. *Iam enim erat vinctior quædam, splendidiōrque loquendi consuetudo.*

V O S S A P E R E] quasi vera sapientia, & vera virtus sit, diuitem esse, & habere vnde tibi bene facere possis.

B E N E V I V E R E] benè viuere hoc loco valet, beatè viuere, non, vt apud M. Tull. lib. 2. de finib. *Hos ego asōros benè quidem viuere, at beatè nūquam dixerm.* Idem tamen eod. lib. paullo post illum locum, ostendit ex Lucillij sententia numquam benè cenasse Gallonium, hominem luxuriosum, quia *quod benè (inquit) id rectè, frugaliter, honestè: ille porrò male, præuè, nequiter, turpiter cenabat.* Plato item in Critone vult hoc solidum, ac fixū esse, τὸ εὖ ζῆν, τὸ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν τὰ ὅτι ἐστὶν εὖ ζῆν, id est, benè viuere idem esse, atque honestè & iuste viuere. Item apud Aristotelem εὖ ζῆν valet beatè viuere.

Q V O R V M C O N S P I C I T V R N I T I D. F V N D.] id est, quorum pecunia ab incerto aliquo quæstu non pendet, sed in prædiorum, ac fundorum fructibus posita est. nitidas autē villas appellat, refertas, vberes, opimas, & fructuosas.

16. AD QVINCTIVM.

N E perconteris, fundus meus, optime Quinti, Aruo pascat herum: an bacis opulet et oliuæ: Pomisne, & pratis, an amicta vitibus vltimo: Scribetur tibi forma loquaciter, & sit agri. Continui montes, nisi dissiouentur opaca Valle sed vt veniens dextrum latus aspiciat sol: Læuam disciens curru fugiente vaporet. Temperie laudes, quid si rubicunda benignè Corna vepres, & pruna ferant? si quercus, & ilex, Multa fruge pecus, multa dominum iuuēt vmbra?

A Dicas adductum propius frondere Tarentū.
 Fons etiam riuo dare nomen idoneus, ut nec
 Frigidior Thracā, nec purior ambiat Hebr⁹,
 Infirmitate capiti fluit utilis, utilis alio:
 Hæ latebra dulces, etiam (si credis) amænæ
 Incolumem tibi me præstant Septembribus
 horis.
 Tu rectè vinis, si curas esse, quod audis.
 Iactamus iam pridem omnis te Roma beatū.
 Sed vereor necni de te plus, quàm tibi,
 credas:

B Nève putes alium sapiente, bonoque beatū.
 Neu, si te populus sanum, rectèque valentem
 Dicitur, occultam febrē sub tempus edendi
 Dissimules, donec manibus tremor incidat
 vntis.
 Stultorū incurata pudor malus vlcera celat.
 Si quis bella tibi terra pugnata, marique
 Dicat: & his verbis vacuas permulceat au-
 reis: (lum tu:
 Tene magis saluum populus velis, an popu-
 Seruet in ambiguo, qui consulit, & tibi, &

C vrbi,
 Iupiter: Augusti laudes agnoscere possis.
 Cum pateris sapiens, emēdatūque vocari:
 Respondeſne tuo, dic sodes, nomine: nempe
 Vir bonus, & prudēs dici delector ego, ac tu.
 Qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet:
 ut si
 Detulerit fasceis indigno, detrabet idem.
 Pone: meum est, inquit: pono: tristisque
 recedo.

D Idem si clamat furem, neget esse pudicum:
 Contendat laqueo collum pressisse paternum:
 Mordeat opprobriis falsis, mutemq; colores?
 Falsus honor inuat, & mēdax infamia terret
 Quem, nisi mendosum, & mendacem? vir
 bonus est quis?
 Qui consulta patrū, qui leges, iurāq; seruat:
 Quo multa magnæq; secantur iudice lites:
 Quo responſore, & quo causæ teste tenētur.
 Sed videt hūc omnis domus, & vicinia tota
 Introrsum turpem speciosum pelle decora.

E Nec fur tum feci, nec fugi, si mihi dicat
 Seruus: habes pretium: loris non vveris, aio.
 Nō hominē occidi, non pasces in cruce coruus.
 Sum bonus, & frugi, renuit, negat atque
 Sabellus.
 Cautus enim metuit foucā lupus: accipitēq;
 Suspectos laqueos: & operitū miluius hamū.
 Oderunt peccare boni virtutis amore.
 Tu nihil admittes in te formidine pænæ.
 Sit spes fallendi: miscebis sacra profanis:
 Nā de mille fabæ modis, cum surripis vntū:

F Est damnū leuius mihi, nō facinus tamē: esto.
 Vir bonus, omne forum quē spectat, & omne
 tribunal,
 Quandocumque deos vel porco, vel boue
 placat:
 Iane pater, clarē: clarē cum dixit, Apollo:
 Labra mouet metuens audiri: pulchra La-
 uerna
 Da mihi fallere: da iustū, sanctūmq; videri:
 Noctem peccatis, & fraudibus obijce nu-
 bem.

G Quū melior seruo, quū liberior sit auarus,
 In triuū fixum cum se demittit ob assem,
 Nūm video, nam, qui cupiet, metuet quoque:
 porro,
 Qui metuēs viuēt, liber mihi nō erit vntquā.
 Perdidit arma: locum virtutis deseruit, qui
 Semper in augenda festinat, & obruitur re.
 Vendere cum possis captiuum, occidere noli.
 Seruiet vtiliter, sine pascat durus, arētque:
 Nauiget: ac medius hiemet mercator in vn-
 dis:

H Ammonæ profuit: portet frumenta, & tenusque
 Vir bonus, & sapiens audebit dicere, Perheu
 Rector Thebarum, quid me perferre, pati-
 Indignum coges? adinam bona. nempe
 pecus, rem,
 Lectos, argentum, tollas licet, in manicis, &
 Compedibus sæuo te sub custode tenebo.
 Ipse deus, simulatq; volā, me soluet, opinor.
 Hoc sentit, moriar, mors vltima linea re-
 rum est.

A OPVLENTET] ditet, locupletet. opulenti
 (inquit Festus) dicuntur rebus terrestribus co-
 pioſi.

AN AMICTA VITIBVS VLMO.] quā
 vitium maritam nominat Catull. vide annot. ad
 illa verba, *Alas maritat populos*, Od. 2. epos.

CONTINVI MONTES, NISI DIS-
 so c.] continui sunt montes, coniuncti & co-
 tintentes, nisi quōd vallis est interiecta, qua ſepa-
 rantur. sed quid opus fuit hac exceptione, cum
 sine valle mons ne intelligi quidem possit? con-
 tinui quidem hi montes sua quisque valle alius
 ab alio distinguebantur, sed erat hæc vallis, in
 qua situs erat fundus Horatianus, ceteris maior,
 explicatio, longior, ac latior, per quam montes
 illi alioqui continui, disparabantur.

SED VT VENIENS, &c.] sed ita est hæc
 vallis opaca, vt eam sol & exoriens aspiciat, &
 occidentis vaporem. dextrū igitur fundi latus spe-
 ctabat solem orientem: sinistrum, occidentem.

CVR RV FUGIENTE] de curtu solis, vi-
 de quæ notauit supra ad Od. 6. lib. 3. ibi, *abeunte
 curru*. significat autem per curru solis fugien-
 tem, solem occidentem.

VAPOR ET] tepesciat, calefaciat. vapor e-
 nim calorem significat, vt Lucr. lib. 1. *Disſiliuntq;
 ferro feruentia saxa vapore*. ibid. *Assifer ignis vti
 lumen iacit, atque vaporem*. & lib. 2. *Et vapor is,
 quem sol mittit, lumēque serent*, Non per inane meat
 vacuum. & lib. 5. *Multa videmus enim caelestibus in-
 cita flammis Fulgere, cum cali donauit plāga vapores*.

C Idem Lucretius vaporandi verbum, facit ab solu-
 tum. lib. 6. *Inuidia quoniam, seu fulmine, summa va-
 porant fleruntque, & quæ sunt aliis magis edita cum-
 que*. vide ann. ad Od. 3. epos.

TEMPERIE M LAVDIS] cali & loci tem-
 periem meritō laudauerunt.

QVID, SIRVBICYNDA BENIGNE],
 &c.] sententia huius loci hæc est, quid dicas, si
 & frutices corna ferant, & quercus, ceteraque id
 genus arbores, partim glandem affatim pecori
 suppeditent, partim vmbra domino præbeat?
 tum profecō dicere possis, fundum meū amō-
 nitate, & fertilitate cum Tarento cōparari posse,
 atque adeō Tarentum ipsum in fundum meum
 translatum esse. in duobus cod. Var. & Iannoct.
 Faëm. Torn. scriptum est, *Quod si, &c.* sine inter-
 rogationis nota.

BENIGNE] largē, copiosē, vt alibi diximus.

MVLTA FRVGE] glande. sed cur glandē
 frugem appellauit, cum glans, & fruges quodam
 modo videantur inter se opponi? sic enim M.
 Tullius in perf. oratore, *Quæ est autem in hominibus
 tanta peruersitas, vt inuentis frugibus glande vescantur?*
 Idē acc. lib. 4. nam & natus esse hæc in locis deas,
 & fruges in ea terra primum reperit as arbitratur. ad-
 de prouerb. *Λλις σπυδς*, id est, satis quercus.

TARENTVM] vrbe[m] & amōenam, & ad-
 modum pacatam: quam sæpe laudat Horat. vt
 Od. 6. lib. 2. *Dulce pellitur omnibus Galeſi Flumen, &*

regnata petam Laconi Rura Phalantho. & epist. ad
 Mæcen. 2. lib. 1. *mibi iam non regia Roma, sed vacuū
 Tibur placet, aut imbelles Tarentum.*

FONS ETIAM RIVO DARE NOMEN
IDONEVS] fons tam salubris, purus, gelidus,
 & vber, vt dignus sit, cuius riuus ab eo nōmine-
 tur. Digētiam significat, de quo 18. epist. ad Lol-
 lium 2.

THRACAM] *Θρακων*, vt supra ad Iul. Flo-
 rum, *Thracōne vos, Ebrusque nivali compede vin-
 ctus, &c.*

SEPTEMBRIÆ. HORIS] illo anni tempo-
 re: vt epistola de arte poet. *sub verni temporis ho-
 ram*. septembre tempus autem dixit, vt fundi sui
 amōenitatem, & salubritatem demonstrat ac de-
 claret, qui tempore anni maximē insalubri, Ho-
 ratium saluum & rectē valentē præstet amicis. **F**

QVOD AVDIS] quod diceris, vt supra, *rexq;
 patērg. Audisti coram*, epist. ad Mæcen. 2.

SED VERBOR, NE CVI DE TE, &c.]
 id est, vereor ne te aliorū sermone de te, magis,
 quàm tua conscientia metiaris, ita vt si illi te vi-
 rum bonum, aut beatum prædicent, tu illis cre-
 das, etiam si aliter esse scias: sin contrā te impro-
 bum, & miserum dicant, eorum verbis commo-
 uearis. huic loco similis est locus ille Aristotelis
 lib. 1. de morib. ad Nicom. *ἐπι δ' ἑσθιασι τὴν τι-
 μὴν διακρίνειν, πιστεύουσιν ἑαυτοῦς ἀγαθὸς εἶναι.*
 quem sic vertimus, *Præterea vero eo videntur homo-
 rem persequi, vt seipſos bonos esse credant.* Atque hæc
 Aristotelis sententiam suo loco explanauimus. **G**

sic M. Tull. de Finib. lib. 2. in Epicureos, *Ita, quod
 certissimum est, pro vera, certaque iustitia simulationē
 nobis iustitia traditis, præcipitisque quodammodo, vt
 nostram stabilem conscientiam contemnimus, aliorum
 errantem opinionem aucupemur.* Præclara igitur laus
 illa Amphiarai apud Æschyl. *Ὁὐ γὰρ δοκῆν δ-
 ριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει, Βαθεῖαν ἀβλακα Ὀφ-
 φρενὸς καὶ τῆς ἰδῆος Ἀφ' ἧς τὰ κέδναι βλαστῆ-
 νει βυλεύματα.* id est, Non enim videri vir opti-
 mus, sed esse vult, ex profunda mentis glēba fru-
 ctus percipiens: Ex qua considerata pullulant
 consilia.

ALIVM SAPIENTE, &c.] id est, alium ā
 sapiente: insipientem, sapienti dissimilem, vt e-
 pist. 1. lib. 2. *Edicto vetuit, ne quis se præter Apellem
 Pingeret, aut alius Lysippo duceret arā, &c.* vide quæ
 notata sunt ad illum locum fat. 3. lib. 2. *Qui species
 alias veris, &c.* Qui autem dicunt hic esse *εὐαλ-
 λαγῆ*, & beatum positum pro beatiorem, desipiūt.
SVB TEMPVS] paullo ante tempus, vel cir-
 citer tempus.

PVDOR MALVS] pudor vitiosus: *δυσσ-
 πται* Græci vocant: de quo scribit Plutarchus li-
 bellum vtilissimum. fat. 3. lib. 2. *pudor (inquit) te
 malus urget, insanos qui inter vereare insanos haberi.*
 ob hunc vitiosum pudorē, dij immortales, quàm
 multa peccamus: quàm multa virtutis officia præ-
 termittimus, dum populi sermone reformida-
 mus, si ab eo vita, factisque dissentiamus: de quo

A venustissime, vt omnia, scripsit Io. Casa Florentinus, antistes ecclesie Beneuentanæ, vir cum primis eruditus, qui non ita dudum Romæ est mortuus, his verbis, *Deberam dudum crimem sequisse decorum: Hoc est, argentum, comites, & stragula, cenas, Lusisque, & musas missus fecisse loquacem, Intrepidus nuper corruptæ mentis, & acer Corrector, sed enim præuis populi pudor obstat. Hunc propter pauidi phaleris amicum inepitis. Nec feci madidam audentis veriti bene potum Cœnâ vulgus, collo demisse coronâ, &c.*

BELLA TIBI PVGNATA] id est, bella abs te gesta, seu prælia commissa. pugnare pugnam etiam M. Tull. dixit, vt annotauimus sup. ad Od. 6. lib. 2. ibi, *& regnata petam Laconi rura Phalantho.*

VACVAS] inaneis, stultas, assentationi patentes, vt supra Od. 18. lib. 1. *vacuum verticem* dixit.

TENE MAGIS SALVVM, &c.] hæc oratio neque ad Quintium aptè cõuenit, neque omnino ad quemquam alium, quàm ad Augustum: estq; verisimile versum esse alicuius poetæ illius temporis, Augusto assentantis. Si quis igitur (inquit) tecum ita loquatur, Vtrum tu cupidior sis populi salutis, an tuæ populus, dubiū est, atque incertum: faxitq; Deus, ne huius rei periculum fiat, id est, vt quàm ditissimè viuas, ne te mortuo, ex desiderio tui, populiq; mæore intelligatur quàm sis carus populo: si quis igitur huiusmodi orationem tecum habeat, facile intelligere possis, talis laudes ad te non quadrare, sed ad Augustum: itaque continud eas respicis.

SERVET IN AMBIGVO] ita legendum, non *seruat*, vt habent quidam libri corrupti, est enim bene precantis oratio.

AVG. LAVD. AGNOSC. POSS.] hæc sunt legenda enuntiando, & sine interrogationis nota.

CVM PATERIS SAPIENS, &c.] Latinorum more dixisset, cum pateris te sapientem, emendatumq; vocari. nunc autem Grecorum exemplo locutus est, vt annot. sup. Od. 2. lib. 1. *patres vocari Casaris vltor.*

RESP. NE TVO, DIC SOD. NOM.] cum te aliquis sapientem, atque ab omni vitio integrum appellat, tibine hæc nomina conuenire existimas? itane respondes, quasi nominatim sis appellatus?

NEMPE VIR BONVS, &c.] respondet ipse Horatius per concessionem quandam. nempe, nemo est, qui non delectetur viri boni, & sapientis appellatione: sed, cum hæc appellatio, atque laudatio pendeat ab arbitrio, & libidine populi: atque idem possit cras eam adimere, qui hodie dedit: non est, cur ea tantopere delectemur. ostendit, famam popularem, incertissimum & leuissimum quiddam esse, neque viri boni existimationem ex opinione vulgi, sed ex virtute, & recta conscientia pendere.

VT SI DETULERIT F.] vt si populus Ro. detulerit consulatum indigno, idem adimet.

honor enim (vt scribit Aristot. lib. 1. de moribus E ad Nicom.) videtur in iis esse, qui honorem deserunt, non in eo, qui honorem cõsequitur, id est, in illorum potestate situs esse, non in huius. *Ἐκεῖ γὰρ ἐν τοῖς πικρῶσι μάλλον εἶναι, ἢ ἐν τῷ πικρῶν ἢ πικρῶν.*

FASCIS] honorem, puta præturam, vel cõsulatum, &c. sic Virg. Georg. 2. *Illum non populi fascies, non purpura regum Flexit.* sic idem Horatius Oda 2. lib. 3. *secure pro honoribus populi vsurpauit, ibi, Nec sumit, aut ponit secureis Arbitrio popularis auræ.* & ab eodem Od. 16. lib. 2. *consularis lioster pro consulatu ponitur: quamquam ibi venustè, & liculente dixit, liostorem consularem non summouere tumultus mentis & curas, quia liostoris quidem erat turbam summouere: sed non habebat potestatem tamen summouendarum curarum, & agritudinum animi, ceterarumq; animi perturbatiõnũ, vt ad illum locum admonuimus. & sat. 6. lib. 1. *onestos, [al. honestos] Fascibus, & sellis nolim mihi sumere.**

PONE] deponere magistratum, (inquit populus, qui eum mandauit.) quod idem dicere non potest virtuti, aut viro virtute prædico, quia *Virtus repulsa nescia sordida in Contaminatis fulget honoribus, Nec sumit, aut ponit secureis Arbitrio popularis auræ.*

IDEM SICLAMET, &c.] significat, neque nostram bonam exitimationem ex oratione, aut iudicio vulgi pendere, neque eam pertimescendam esse infamiam, quæ ex leuitate, aut malevolentia populi, nõ ex culpa nostra nata sit. **QUEMADMODUM** igitur (inquit) si quis me virũ fortem, sapientem, iustum, temperantem esse dicat: si ab his virtutibus longè absum, non debeam falsam illam de me prædicationem, falsumq; testimonium agnoscere, neque probare: sic si quis me furem, paricidam, impudicum esse criminatur, causa non sit, quare hoc maledicto commouear.

PVDICVM] pudicus est, qui alienam libidinem non est perpeffus, qui muliebria nõ est passus. impudicus cõtrà, qui alienæ libidini obtempauit, & gratificatus est, siue mas sit, siue femina. notum est maledictum illud in nescio quem, *auerfus, & aduersus impudicus es.* quo arguebatur ille, *τῷ ἐρωτικῷ, καὶ τῷ ζῆλοντι.* id est, & parte postica, & ea, quæ totius corporis sanctissima est, alterius libidinem pertulisse. esse autè hanc pudici, & impudici apud Latinos scriptores significatiõnem, testimonio mihi erunt Plaut. Catull. M. Tull. Plautus in Amphitr. *ego tibi istam hodie, scelereste, comprimam linguam. A. haud potes bene, pudicèque custoditur.* inest autè ambiguum in illis verbis, *comprimam linguam,* vt comprimere linguam alterius, sit vel eius loquacitatem comprimere, vel in osciis meiere. Idem Trinummo, *nam pudicum neminem esse oportet, qui abs terra, ad celũ peruenit.* Idem Captiuus, *Nam ù mecum à puero puere bene, pudicèque educatus est vsque ad adolescentiam.* Catull.

A Catull. ad Aurelium. *ueniam peto pudentem, vt si quicquam animo tuo cupisti, Quod castum expeteres, & integellum, Conserues puerũ mihi pudicò.* ad eundem, *Quare desine, dum licet pudico, Ne finem facias, sed irruatus, in Casarem, Quo hoc potest videre, quis potest pati, Nisi impudicus, & vorax, & aleo?* Ibid. *Cinade Romule, hæc videbis, & feres? Es impudicus, & vorax, & aleo.* Ibid. *Aut facere ingenuum est, aut non promissè, Auslana, fuit.* M. Tull. pro C. Rabirio, *Nam quid ego ad id longam orationem comparem, quod est in eadem multa irrogatione perscriptum, hunc nec sua, nec aliena pudicitia peperisse?* Idem pro Milone, *Pudicitiam cum eriperet mihi tribuumus militaris in exercitu C. Marij, propinquæ eius imperatoris, interfectus ab eo est, cui vim asferebat.* Idem pro Cœlio, *parcat inuentus pudicitia suæ, ne spoliat alienam.* Horat. sat. 5. lib. 1. *quid multa? pudicum, Qui primus virtutis honos, seruauit ab omni non solum factò, verum opprobrio quoque turpi.* Mart. lib. 10. *Nec tristis torus, attamen pudicus, & in Priapeis, Prædictum tibi, ne negare possis: si fur ueneris, impudicus ibi.*

CONTENDAT LAQVEO COLL. PR. P.] si contendat obfirmatè, & pertinaciter dicat, me patrem strangulasse, &c. sic ferè sup. Od. 3. epod. *Parentis olim si quis impia manu senile guttur Eregerit, gulam digitis oblidere dixit M. Tullius in oratione pro Scauro: quæ non exstat.*

MORDEAR OPPROBRIIS FALSI S IS?] mordeârne his falsis criminationibus, & maledictis? proinde quasi dicat, non mordear. morderi maledicto est offendi, commoueri, pungi. sic Terent. loquitur in Eunuch. *Tu par pari reserto, quod eam mordeat.* Idem Adelph. *Principio si id te mordet, sumtum sily quem faciunt, &c.* & M. Tull. ad Att. lib. xi. *Quod rogas, vt in bonam partem accipiam, si qua sint in tuis litteris, quæ me mordeant, ego verò in optimam.* Idem lib. 4. quæst. Tuscul. *Impunitas enim peccatorũ data videtur eis, qui & ignominiam, & infamiam ferunt sine dolore. morderi est melius conscientia.* Graeci dicunt *δαρνεσαι*, quod tantundem valet. Xenoph. *Oeconomico, καὶ μάδ, δὲ ἔσθ' ὁ Ἰσχυμαχος, καὶ διχθεῖσθαι γὰρ αὐτῷ οἶδα, καὶ ἐπιχθισσασθαι σφόδρα, ἐπὶ τῶν εἰσέ- νεχθέντων ἐπιχθισσας ἐμῶν, ὅτε εἶχέ μοι δ' ἔσει.* Mehercule (inquit Ischomachus) & memini eã valde morderi, & erubescere, si quid eorum, quæ domum illata erant, cum ego poscerem, nõ posset mihi dare. Aristoph. in Nubibus, *Ἄλλ' ὃ δὲ δὲ αἰγῆ δέειλος εὐδεν δακνόμενος ὑπὸ τῷ δαπάνῃ,* id est, At non possum infelix dormire à sumtu morsus. dicunt & *κνίεσθαι*, vt Theocritus *ὀδύπτορις, εἰδ. ε. Κη γὼ μὲν κνίεσθαι, Μόρσων, τινα, καὶ σὺ δὲ λέουσις.* Atq; ego quidem, ὁ Μόρσῳ, aliquem pungo, seu vellico. Eodem pertinet verbũ *κνίσσομαι*, quod est falsè dicto aliquè pun- gere, aut morderi, aut carperè: ad verbum autè, cor aut animum scindere. vsitatum est Latinis & verbum *pungendi* ferè pro eodem illo, de quo agimus, *morderi*: vt Cic. ad Treb. lib. 7. *mo-*

stè ferebam antea te inuitum istico esse: pungit me rursus, quod scribis te esse istico libenter. Idem ad Cœl. lib. 2. *extrema pagella pupugit me tuo chirographo.* **MYTEM QVAE COLORES?]** expallescim? minime scilicet.

FALSVS HONOR IVVAT, &c.] què admodum, qui falso honore delectatur, leuis est, vanus, & mendax: ita & qui falsa infamia commouetur, & exterritur. Plutarchus in proemio Agidis & Cleomenis eleganter, & grauitèr ostendit infamia merum Tibi, & C. Gracchos summo loco natos, & optimè educatos, & rectissimo sibi sine proposito, ad temp. administrandam ingressos, percussisse ac perdidisse. *Γράχχης ἀπὸ λαισῶν ἀδελφῶν φόνος, καὶ quille. Sed non celabolestorem, me in nonnullis libris manuscriptis reperisse scriptum. Quem nisi mendosum & medicandum? quam scripturam probat Simeo Bosius, & interpretatur medicandum, insanum, & medicamentis egentem.*

VIR BONVS EST QVIS?] quis est vir bonus opinione vulgi? nam versus duo, qui subsequuntur, *sed videt hunc omnis, &c.* declarant, hunc talem non esse reuera virum bonum.

CONSULTA PATRYM] senatusconsultum. nam senatores patres appellabantur.

SECANTVR] transiguntur, dirimuntur, deciduntur. sic idem sat. x. lib. 1. *vidiculum acri Fortius, & melius magnas plerumque secat res.*

QVO RESP. ET Q. C. T. TEN.] id est, quo iurisconsulto consilium dante, & quo teste, causæ obtinentur.

SED VID. HVNC OMNIS, &c.] significat, multos haberi viros bonos, castos, integros, incorruptos, religiosos, qui si explorentur, penitusque inspiciantur, ac spectentur, reperiantur improbi, corrupti, scelcetri, periuri, perfidi.

INTRORS. TVRP. SPEC.] sic disputat Glaucò apud Platon. lib. 2. de rep. atque ita colligit, *Quandoquidem existimatio, & opinio vim afferit veritati, & penes eam est vita beata principatus, omnino studium nostrum eò conferendum est, vt viri boni, & iusti videamur: vestibula, & umbracula quædam, & species, & adumbrata virtutis descriptio, nobis est comparanda, & circumdanda. vulpes autem Archilochi varia, atque astuta, post illa inuolucra, & pone illius generis umbracula, attrahenda. verba Platonis sunt hæc, *ἐκὼν ἔπειθ' ἡ τὸ δοκεῖν, ὡς ἀλλ' ὅτι μοι οἱ σοφοί, καὶ ἀληθεῖαι βίαται, καὶ κύριον ὅτι εὐδαιμονίας, ὅτι τὸ δι' ἡμεῶν ὄ- λως, ἀεθδρα μὲν καὶ εὐχῆ καὶ κλῆρα, καὶ ἐμαυ- τὸν, σκιαγραφίαν ἀρετῆς ἀειπραπίων, τῶν δὲ τῶ σφωατῶν Ἀρχιλόχῳ ἀλώπεκα ἐκλήθειν ἐξ- ὀπιθεῖν κερδαλέων, καὶ ποικίλων.**

NECVRT. FECI, NEC FVCI] ostendit, magnam partem hominum sese à maleficio, ac peccato abstinere metu legum, & pœnæ. boni autem viri appellationem ei soli conuenire, qui sua sponte, & virtutis studio, non metu coactus, rectè faciat. idque declarat similitudine

A seruatorum, qui plerumque in officio continentur verberibus, & plagis.

V R E R I S] cæderis. vrit enim verberum dolor. sic sup. Od. 4. epod. Ibericus peruste funibus la- tus. & sat. 7. lib. 2. Quid refert vri virgine, ferroque necari. Ausonatus eas.

NON PASCES IN CRUCE] non tollis in crucem, aliòve supplicio afficiaris.

SVM BON. ET FR.] quia hominem non occidit: aut quia non sum furatus.

REN. NEG. ATQVE SABELL.] ego Horatius Sabellus renuo ac nego, te idèd bonū esse dicendum, quòd hominem nō occideris, aut furatus nō sis. nam pœnæ metu abstinuiti à maleficio, non amore recti. Sabellus autem idem va- ler, quod Venusinus: quia pulsus Sabellus, in loca vacua coloni Venusini deducti sunt à Romanis. sat. 1. lib. 2. Nam Venusinus arat finem sub vitrumque colonis. Mihius ad hoc. pulsus, vetus est ut fama Sabel- lus, &c.

M E T V I T] vitat, φυλάττω. annotat. ad Od. 2. lib. 2.

O P E R T V M] occultū, vt sup. epist. 7. ad Mæcen. 2. hic ubi sepe occultum visus decurrere piscis ad haurum.

O D E R V N T P E C C . B O N I V I R T .] boni à peccando abstinent sua sponte, propterea quòd in animum induxerūt, virtutem vitio præstare, siue ita sint comparati natura, siue hoc à re- cta institutione sint consecuti, siue ex vtroque. Atq; hi pærent legibus sua voluntate, non metu pœnæ: quin nec legibus eis opus est, vt rectè faciant, cum sine legibus, & suapte natura iustè, & temperanter viuant, iniustitiam autem & intem- perantiam fugiant.

T V N I H I L A D M I T T E S I N T E] tu autè à peccato te abstinebis, metu pœnæ. nō igitur reuera bonus es. ita si speres fore clām, ad in- genium redibis, vt ait Terentius. Atqui qui pœnæ metu à furando, & similibus, se continet, non quòd rem ipsam oderit, & cōdemnet, nihilo mi- nus fur est, quā qui furatur, inquit Dion Chry- sostemus, nisi forte eū, qui interdiu quidem non furatur, sed noctis præsidio fretus, furari non di- cemus interdiu, sed iustum esse. Verba Dionis sunt hæc oratione πάλαι ἀρετής, id est, de virtute:

D Καὶ τοὶ ἐδὲν ἠπίον ὁ φόβος κολάσεως τοῦ κλέπ- τῆν ἀπέχεσθαι δυνάων, ἀλλὰ μὴ μισῶν τὸ πρᾶ- γμα, καὶ καταγνώσκων. κλέπτης τῶν ὑφαιρου- μένων ἐστὶν: εἰ μὴ καὶ τὸν ἡμέρας ἐ κλέπτονα, ἀλλὰ νυκτὸς γνομῶνις, κλέπτης ἔ φησιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ἀλλὰ δὲ δειχθῆναι ἐν αὐτῇ.

S I T S P E S F A L L E N D I] si sit spes occul- tādī faciōris: si speres fore clām maleficiū, aut peccatum tuum: si speres fore vt lateas, &c. falle- re hoc loco valet λαθάνειν. i. latere, vt annotauim- us ad Oden 10. lib. 1. Plato lib. secundum de rep. similia quædam de vulgari hominum iustitia di- sputat, ostendens, eam parū admodum ab iniu- stitia discrepare, his verbis, ὡς δὲ καὶ οἱ ὄπιτη-

δουοντες τὸ δειχθῆναι, ἀδωαμία τῷ ἀδικεῖν, ἀ- κοντες αὐτὸ ὄπιτηθεύσαι, μάλιστα αὐ αἰδοί- μεθα, εἰ τοῖον δὲ ποιήσασιν, τῇ ἀλγοίᾳ ὄντες ἐξέσταν ἐλατέρω ποιῶν ὅ, τι αὐ βέλγηται, τῶτε δειχθῶ, καὶ τῷ ἀδικῶ, εἴτ' επακολουθήσασιν θεώμενοι ποὶ ἡ ὄπιθυμία ἐκείτηρον ἀξία. ἐπαυλο- φόρω οὐδ' ἀβουμῶν αὐ τὸν δειχθῆναι τῷ ἀδικῶ εἰς τ' αὐτὸν ἰόντα. ἀλ' τῆν πλεονεξία, ἡ μὴ πᾶσα φύ- σις δύναιεν περὶ σκεν, ὡς ἀγαθὸν, νόμω δὲ ἔ βίαι- α ὄργισται ὄπι τῆν τῷ ἴσῳ τιμῆ. id est, eos au- tem, qui iniustitiam colere se profitentur, propterea, quòd iniustitiam facere non possint, inuitos eam colere, facile intelligere possimus, si tale quiddam faciamus, primum vt cogitatione nostra vtrique, tum iusto, tum iniusto quidlibet agendi potestatem permittamus: deinde eos sequamur, spectantes quoniam vtrumque cupiditas impellat. Manifesto igitur deprehendamus, iustum eò- dem, quo iniustum ire, propter immoderatam, & præci- puas opes, quas omnis natura, tamquam bonum, persè- qui solet: sed lege, & vi ad equalitatis, seu ad equita- tis cultum, studiumque reuocatur. hæcenus Plato. eodem loco deinceps affert fabulam illam Gygis omnibus notissimam, quam & M. Tull. posuit in tertio libro de Officiis: cuius quidem exēpli hæc vis est, vt ostendat, diuitiarum, potentia, domi- nationis, libidinis causa, nihil iniustè esse facien- dum, etiam si Diis, hominibusque semper igno- tum sit futurum. Idem M. Tull. lib. 1. de legibus, Quòd si pœnæ, (inquit) si metus supplicij, non ipsa tur- pido deterret ab iniurioso, facinorosoque vita, nemo est iniustus: & incauti potius habendi sunt, quàm im- probi. Tum autem, qui non ipso honesto mouemur, vt bo- ni viri simus, sed utilitate aliqua, atque fructu, callidi sumus, non boni. Nam quid faciet is homo in tenebris, qui nihil timet, nisi testem, vel iudicem? quid in deser- to loco, nactus, quem multo auro spoliare possit, imbecil- lum, atque solum: ad eandem sententiam pertinēt, quæ scribit lib. 2. de Finibus, his verbis, Iam si mo- destia, si pudicitia, si vno verbo, temperantia, pœnæ, aut infamia metu cōcedebuntur, non sanctitate sua se tue- buntur: quod adulterij, quod stuprum non se proripiet, ac propiciet aut occultatione propiciat, aut impunita- te, ac licentia?

M I S C E B I S S A C R A P R O F A N I S] id est, sacra, & profana libidine, & cupiditate tua exæquabis: sacrorum, & profanorum dilectū, at- que discrimen vtilitate tolles.

E S T D A M N . L E V I S : S E D N O N F A C I N . T A M . E S T O :] sic reperi hūc ver- sum productum ab antiquo, & nobili scriptore, Accursio Florēt. Et verò cōsuetudo Latini sermo- nis postulat, vt ita loquamur, lene damnū, lene faciū, non lene.

E S T O] concessio est, vt sat. 1. lib. 2. esto, si quis mala. & sat. 2. lib. 2. hac magis illa, Impariibus formis deceptum te patet: esto. Vnde dicitur sentis, &c. & sat. 3. eiusdem. Integer est mentis Damaspipi creditor? esto. sat. 6. lib. 1. Namque esto: populus Leuino mallet honorem, Quam Decio mandare notis. epist. 1. lib. 1. verum Esto aliis alios rebis studiisq; teneri, & epist. proxima,

A proxima, infra, sedit, qui timuit, ne non succederet: esto. sic M. Tull. Diuinat. in Ver. Esto: ipse nihil est, nihil potest, at venit paratus cum subscriptoribus ex- ercitiis, & disertis. Idem Ver. 4. Verum esto: alio loco de aratorum animo, & iniuriis videro: Ver. 5. Verum esto: reperietur aliquis fortis, & experiens ara- tor. Idem de Finib. 2. Esto: faceret, si ita vis, Torqua- tus propter suas utilitates. Lucret. lib. 2. Sed tamen esto iam posse hac aeterna manere. sic & Plato cum multis in locis, tum in Sophista: & ceteri Græci, esto. vtitur & voce esse, pro eodē, Eurip. Medea, Εἴς' καὶ δὴ τεθνήσκει τίς με δέξεται πόλις;

V I R B O N V S] opinio vulgi.

D E O S V E L P O R C O] vt Tellurem, epist. ad Aug. Tellurem porco, siluamque lacte piabant. & Genium, vt Od. 17. lib. 3. in extr. cras Genium mero Curabis, & porco bimēstri, &c.

I A N E P A T E R , C L A R E : C L A R E , & c.] postquam (inquit Horatius) hæc pronun- tiavit clarè, & Iane pater, vel si Apollinem pre- cetur, & Apollo, reliqua, quæ petit à Diis, summissa voce, & lingua compressa, persequitur, ne à quoquam exaudiatur. sic infra sat. 6. Matutine pa- ter, seu Iane libentius audis. Sed cur Ianum, patrem appellat? fortasse propter eius antiquissimam, & maxima in populum Ro. beneficia, vt à quo Itali feritate posita, humanitatem & mansuetudinem acceperunt. Idem primus coronas, quas in vino adhibebant, rateis, & nauigia, & nummos æreos

C inuēnit, vt testatur Athen. lib. vltimo, his verbis, Ιανὸς ὁ παρ' ἡμῶν θεὸς, ὃν πατέρα πρῶτον ἠ- ρεῖομῶν, πρῶτος εἶρε φεραῶν, &c. paucis post Ιανὸν δὲ λόγος ἔχει δι' αὐτοῦ ποτὶ γερωνέων τὸ μὴ ὄπισσιν, τὸ δ' ἐμπερὶθεν ἔχοντα πρῶτον- τον ἄπο τῶν κατὰ τὸν Ιανὸν ποταμῶν, καὶ τὸ ὄ- ρος Ιανὸν ὀνομάζεσθαι κατοικήσαντος αὐτῷ ὄπι τῷ ὄρους: πρῶτον δὲ ἔ φεραῶν εἶρεν ἔ χεδίας, καὶ πλοία καὶ νόμισμα χαλκοῦ πρῶτον χα- ράξαι. διὸ καὶ τῶν κατὰ τὴν ἑλλάδα πολλὰς πόλεις, καὶ κατὰ τὴν ἰταλίαν, καὶ σικελίαν ὄπι τῶ νομισματος ἐγχαράξαι πρῶτον διέ- φεραῶν, καὶ ἐκ θατέρου μέρους ἔ χεδίας, ἢ φερα- ῶν, ἢ πλοίων. id est, Ianus, qui apud nos deus est, quem patrem appellamus, primus coronā repe- rit, &c. Ianus autem dicūt duas facies habuisse, vnam pōst, alteram antè. ex hoc & Ianum fluuiū, & montem Ianum nominari, quòd is in eo mon- te habitavit. Primum autem etiam coronam repe- risse, & rateis, & nauigia, & nummū æreum scul- pisse. Quapropter multas & Græcia ciuitates, & Italia, & Sicilia in nummo faciem incidere bicipientem, aut bifrontem, & in eius altera parte aut ratem, aut coronam, aut nauigiū.

L A B R A M O V E T M E T . A V D .] labra mouet tantum: vocem autem nō attollit, nolens audiri, hunc locum æmulatus est Persius satyr. 2. Haud cuius promtum est, murmurque, humileisque su- furros Tollere de templis, & aperto viuere voto. vo- lebant autem Pythagorei, clara voce diis immor- talibus supplicari: eiusque rei rationem afferens

Clemens Alexandr. ἔρωμ. δ. non quòd (inquit) existimarent, eos à Deo non exaudiri, qui sum- missè loquerentur; sed quòd preces, iustas esse vo- lebant: quales certè neminem pudeat multis au- dientibus, & conficis nuncupare. Clementis ver- ba sunt hæc, πὶ τοῖνυ οἱ Πυθαγόρειοι βυλόμε- νοι μετὰ φωνῆς εὐχεσθαι κελεύουσιν; ἐμοὶ δοκεῖ, ἔχ ὅτι τὸ θεῶν ὄντο μὴ δύνασθαι τῶν ἰσυχῶν. φηγομένων ἐπαίειν, ἀλλ' ὅτι διχῶς ἐβόλοντο εἶναι πᾶς εὐχάς, ἀς ὄντ' αὐ τῆς αἰδέσθαι ποιεῖ- σθαι πολλῶν σκευδῶν. hæc notauit P. Victo- rius Flor. Var. lect. lib. Quibus adde illa Platonis ex Alcibiade secundo, gratiorem esse deo εὐφη- μίαν, id est, bona dicta, seu bona verba, hoc est, vt Plato interpretatur, iustas & ritè nuncupatas preces, quàm omnes omnium Græcorum vitas- mas cum blasphemia, id est, maledicentia cōiun- ctas. Vtinam nos Christiani hæc audiremus, & a- liquando intelligeremus, bona verba, id est, pre- ces ritè cōceptas, quales sunt ea, quæ ex sacris lit- teris sumtæ, & quæque intellectæ, & pura mente elate sunt, deo gratas esse, non blasphemiam, id est, preces arbitrari nostro, & ex libidine nostra compositas, iniustas scilicet, & planè impias, & quod ridiculum est, plerumque neque ab iis, qui eas lingua nuncupant, neque ab iis, qui audiunt, intellectas.

L A V E R N A] hanc furum, & eorum, qui sua consilia, factaque occultari volunt, deam esse di- cunt, à qua lauernones, fures, antiqui dixerunt, (inquit Festus) quia sub eius tutela essent. & No- nius: Lauerna, dea, cui fures supplicant.

F A L L E R E] id est, latere. da vt latere pos- sim: da vt mea iniustè facta, sint ignota, atque oc- culta.

D A I V S T V M , S A N C T . Q . V .] sic legen- dum videtur, & ita habent omnes nostri libri ve- teres, duob. exceptis, in quibus est da iusto, sanctiō, videri. quam scripturam tamen etiam proba- retur enim ἀπὸ κοινῆ mibi: vt sit, da mibi iu- sto, &c.

Q V I M E L I O R , & c.] id est, qua re melior: quasi dicat, nihilo melior. Qui melior seruo, quòd li- berior, &c. habent tres cod. Vatic. & Ianoct. H Faern. Torn. & quattuor alij, quos hic in Gallia cōsului, Clericanus, Nicotianus, Russatini duo, vt non dubitem, quin ita legendum sit, non Quo.

N A M , Q V I C V P . M E T . Q V O Q V E] e- iusdē enim est ingenij cupere, quod non habeas, bonum, & meture, quod habere nolis, malum.

I O C V M V I R T . D E S E R .] ἐπιτε τὴν τε- ξην, locum non tenuit. est oram translatio ducta à re militari. Sic Demosth. in orat. περὶ φερώνυ, translatè dixit, se solum duris reipub. temporibus benevolentia erga populum Ath. ordinem non deseruisse, μόνος τῶν πολιτευομένων τὴν δ' εὐ- νοίας πᾶσιν ἐν τοῖς ὄντοις ὄντ' ἔλαττον. λαπτοτά- νλιας, appellant Græci, loci, seu ordinis deserto- res. & λειπτοταξίαν, crimen eius, qui locum non tenuit in acie, & λειπτοταξίαν, locum, seu ordi-

A nem suum relinquere, ac deserere: quod est flagitiosissimum in re militari.

FESTINAT] semper studet augenda rei: occupatus est in amplificanda re familiari. Festinat qui ita properat, ut nihil agat.

ET OBRVITVR RE] & obruitur pecunia, tanquam fluctu.

VEND. CVM POSS. CAPT. &c.] hominem auarum, & nimio lucri studio deditum, cum seruo comparat hoc modo, Quemadmodum (inquit) captiuum occidere non solemus, sed seruamus, ut nobis vsui sit: sic hominem auarum, nihil a captiuo differentem, utpote qui se pecuniae tradiderit constringendum, neque a suo studio abducere, neque occidere debemus, sed ei permittere, ut pascat, aret, nauiget, & ceteris seruilibus muneribus per omnem vitam fungatur. Plauto quidem lib. 2. de reip. mercatores ἀγοράς πώλεως, id est, seruos ciuitatis, appellat.

OCCIDERE NOLI] id est, serua. serui enim a seruando dicti sunt.

SINE PASCAT] sine ut pascat oucis, boues, capras, &c.

DVRVS] laboriosus, laboris perferens, labori non succumbens. supra epist. 7. lib. 1. Durus, ait, Vulsci nimis, attentusque videtur.

ANNONAE PROSIT] annonam efficiat viuacorem, tritico, vino, ceterisque rebus aliunde supportandis.

PENVS QVE] hoc penus, oris dicimus, & haec penus, us. M. Tull. lib. de nat. deorum. 2. Penates, siue a penu ducto nomine, (est enim omne, quo vescuntur homines: penus) siue ab eo, quod penitus insideant.

VIR BONVS, ET SAPIENS] nunc de eo, qui reuera sit vir bonus, & sapiens, loquitur.

A VDEBIT DICERE] nullo metu deteritus dicet.

PENTHEV, RECTOR THEB.] haec, quae deinceps sequuntur, ab Euripide paululum immutata mutatus est Horatius. conatus est autem his versibus hic poeta viri boni, verèque sapientis libertatem, animique magnitudinem, & constantiam ante oculos ponere: quibus ille virtutibus sepius, ac munitus, omnes res humanas vna virtute inferiores esse dicit: paupertatem, morbum, exsulum, vincula, cruciatum corporis, mortem denique contemnit, summum bonum in honesto, & virtute locat: turpitudinem, & vitium, summum malum esse existimat. versus Euripidis sunt hi in Bacchis, Διον. Εἶψ' ὁ, π παρ' αὐτῶν δ' εἰ. τί με τὸ δ' αἰμῶν αὐτῶν; Πενθ. Πρώτον μὲν ἀβρόν βόσφυλον τεμῶ σθέν. Διον. Ἱερὸς ὁ πλόχαμος. τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω. Πενθ. Ἐπειτα θύρῃσιν τὸνδε παράδωξ ἐκ χειρῶν. Διον. Αὐτὸς μ' ἀφωρῶ. τὸν δὲ Διονύσιον φορῶ. Πενθ. Εἰρηταίσι τ' ἐνδοῖσ' αἶμα σὸν φυλάττομεν. Διον. Λύσει μ' ὁ δ' αἰμῶν αὐτῶν, ὅταν ἐγὼ θέλω. qui fuerant iam ante à Mureto ad hunc locum annotati, animaduertat autem studiosus vtriusque linguae adole-

scens, primum Euripidis versus sic esse ab Horatio redditum, quid me perferre, patique Indignum coges? Secundo autè Euripidis versus prætermisso, in quo minatur Pentheus Baccho, se ei comtos capillos secturum, & tertio, quo Bacchus respondet, eos Deo consecratos esse: quarto versus Græco respondere hæc Latina aliquantum à Græcis dissidentia, adimam bona. illa autem, quæ deinceps sequuntur, nempe pecus, rem, Lectos, argentum, ab Horatio esse de suo addita: Græcis illis Αὐτὸς μ' ἀφωρῶ, paria propemodum esse hæc Latina, tollas licet. reliquam Græci versus partem à Latino poeta esse prætermissam. sextum versus ab Horatio sic esse redditum, in manibus, & Compeditibus scæno, &c. septimum sic, ipse deus, simulatque volam, me soluet.

NEMPE PECVS, REM, &c.] hæc intelligenda sunt à sapiente responderi, hoc modo, tu minaris te mihi bona ademurum, quæ bona? nempe bona fortunæ, quæ ego bona non appello. Errant autem qui putant hæc etiam esse verba Penthei. neque eos mouere debet vox nempe, responsioni seruiens. sic enim Terent. Andr. nempe ut curentur recte hæc. huc pertinent illa, quæ sunt parad. 1. Nec ego unquam illum bona perdidisse dicam, si qui pecus, aut suppellectilem amiserit, &c.

IN MANICIS] manica, vincula, quibus manus vinciuntur. Virg. Æn. 2. manicas, atque arcta leuari Vincla iubet Priamus. Plaut. Capt. Inijce huic actutum manicas mastigia.

OPINOR, HOC SENTIT] opinor (inquit Horatius) hoc sentit vir bonus, & sapiens: hocque significat his verbis, ipse deus me soluet, se moriturum, Gulielmus Sirletus paullo ante hanc secundam editionem propter singulare doctrinam ac virtutem factus ecclesie Ro. cardinalis, dicebat sibi videri Euripidis sententiam ab Horatio non esse intellectam. nam verbis illis, λύσει μ' ὁ δ' αἰμῶν αὐτῶν, id est, soluet me deus ipse, non significat Bacchus apud Euripidem (inquit ille) se moriturum, sed se vinculis & carcere liberatum iri. Sed respondere licet, Horatium tum superiores Euripidis versus, tum postremum aptissimè in rem suam veris, atque ad sententiam suam Hæc felicissimè accommodasse. Nam cum corpus animi sit tanquam carcer, ut plerique philosophi dixerunt, & mortuos dicamus corporis vinculis esse solutos: quemadmodum, qui carcere, & vinculis liberati sunt, rectè solutos dicimus: ita quos deus vitam cum morte commutare voluerit, cum moriendo omnibus miseriis humanis defungantur, non ineptè solui dici possunt.

MORS VLT. LIN. RER. EST] vltima linea, id est, terminus, finis, seu extremum, ut M. Tull. ad Toranium, cum omnium rerum mors sit extremum. & Demosth. περὶ τρωάδου. πέρας μὲν γὰρ ἔστιν ἀπανσι ἀνθρώποις τὸ εἶς θάνατος. & Arist. lib. 3. de morib. ad Nicom. hanc rationem afferit, quare mors sit omnium rerum hoc horribilissima, quia est extremum, nihilque reliquum est mortuo,

A mortuo, neque quod bonum, neque quod malum sit. Videtur autem in his verbis vltima linea, tractatio esse ducta vel à figuris mathematicis, quæ lineis terminantur, vel à pictura. Sciendum est autem veteribus illis, tum philosophis, tum plebique aliis nihil minus, quam philosophis, mortem non fuisse habitam in malis, immò illos ad eam, tanquam ad certissimum miseriarum suarum portum, confugere esse solitos. referti sunt libri M. Tullij hac sententia, nihil mali esse in morte: in qua si resideat sensus, immortalitas illa potius, quam mors ducenda sit: sin sit amissus, nulla videri miseria debeat, quæ non sentiat. Veruntamen Pythagoras vetabat, imperatoris, id est, dei iniussu, de vitæ præsidio decedere: & Plutarchus in libro ὅτι ἔδει τῶν ἑστῶν ἰδέσθαι κατ' Ἐπίου. grauissimè contra eos disputat, qui in rebus aduersis mortem sibi conciscere licere putant: & Aristoteles lib. 4. de morib. ad Nicom. negat esse magnanimitatem in rebus aduersis sibi manus afferre. idè ait lib. 5. eum, qui se sua manu exanimet, iniuriâ facere, si non sibi, certè ciuitati.

17. AD SCÆVAM.

QVAMVIS, Scæua, satis per te tibi consulis: & scis,

Quo tandem pacto deceat maioribus vti:

C Disce docendus adhuc, quæ censet amicus: ut si

Cacus iter monstrare velit: tamen aspice, si quid

Et nos, quod cures propriū fecisse, loquamur.

Si te grata quies, & primā somnus in horam

Delectat: si te puluis, strepitusque rotarum,

Si lædit caupona: Ferentinum ire iubebo.

Nam neque diuitibus cōtingunt gaudia solis:

Nec vixit malè, qui natus, moriensq; fefellit.

D Si prodesse tuis, paulloque benignius ipsum

Te tractare voles: accedes siccus ad vinctum.

Si pranderet olus patienter: regibus vti

Nollet Aristippus. si sciret regibus vti:

Fastidiret olus, qui me notat, vtrius horum

Verba probes, & facta, doce: vel iunior audi,

Cur sit Aristippi potior sententia, namque

Mordacem Cynicum sic eludebat, (ut aiunt)

Scurror' ego ipse tibi: populo tu, rectius

hoc, &

Splendidius multo est, equus ut me portet:

alat rex.

Officium facio. tu postis vilia rerum, E

Dante minor: quamuis fers te nullius egere.

Omnis Aristippum decuit color, & status, & res,

Tentatèmaiora, ferè presentibus æquum.

Contra, quem duplici panno patientia velat:

Mirabor, vitæ via si conuersa decebit.

Alter purpureū non expectabit amictum:

Quilibet indutus celeberrima per loca vadet:

Personamq; feret non inconcinna vtramque. F

Alter Mileti textam cane peius, & angue

Vitabit chlamydem: morietur frigore, si non

Rettuleris pannum. refer: & sine viuat ineptus.

Res gerere, & captos ostendere ciuib' hosteis:

Attingit solum Iouis, & caelestia tentat.

Principibus placuisse viris, non vltima laus est.

Non cuius homini contingit adire Corinthū.

Sedit qui timuit, ne non succederet: esto.

Quid: qui peruenit, fecitne viriliter? atqui G

hic est, aut nusquam, quod querimus, hic onus horret,

Ut paruis animis, & paruo corpore maus:

Hic subit: & perfert. aut virtus nomen inane est:

Aut decus, & pretium rectè petit experies vir.

Coram rege suo de paupertate tacentes

Plus poscete ferre, distat, sumasne pudèter:

An rapias, atqui rerum caput hoc erat, hic fons.

Indotata tibi soror est, paupercula mater, H

Et fundus nec vedibilis, nec pascere firmus,

Qui dicit: clamat, victum date, succinit alter:

Et tibi diuiduo findetur munere quadra.

Sed tacitus pasci si possit coruus: haberet

Plus dapnis, & rixæ multo minus, inuidiaq;

Brundisium comes, aut Surrentum ductus amœnum,

Qui queritur salebras, & acerbum frigus,

& imbreis:

Aut cistam effractam, aut subducta viaticaplorat:

A Nota refert meretricis acumina, saepe catellā
 Saep̄ periscelidem raptam sibi fletis: uti mox
 Nulla fides damnis, verisq; doloribus asit.
 Nec semel irrisus triuvis attollere curat
 Fractō crure plānū: licet illi plurima mānet
 Lacryma: per sanctum iuratus dicat Osirim:
 Credite, non ludo, crudeles tollite claudum.
 Quare peregrinum, vicinia rauca reclamat.

PER T] id est, sine alterius p̄cepto, aut
 consilio. Sapientissimus autem ille est, qui per se
 sibi consulit: secundum sapientiā gradum tenet
 qui alteri bene suadenti obtemperat: deterrimus
 qui neque per se sapit, neque bene mouenti p̄ar-
 ret. Heliod. Οὐτος μὲν πανάρτος, &c. Optimus
 ille quidem est, &c. notissimi sunt versus. Ieg. A-
 ristot. lib. 1. de morib. ad Nicomach. non longē à
 princip.

MAIORIBVS VTI] id est, aduersus ma-
 iores se gerere: quo pacto maiores & potentiores
 tractandi sint. etiam sat. 1. lib. 2. potentiores ami-
 cos, maiores vocat. maiorum ne quis amicus frigore
 teferat. Quōd autem ad loquendum genus attinet,
 maioribus uti: sic loquuntur Graeci ῥηῖσθαι. Epi-
 charmus, γῶνι πὸς ἄλλω κέρηται, id est, co-
 gnoscito quo pacto se aduersus alium gesserit.
 Xenoph. Σπομῆμα ἀλλὰ Κρίτων τε Σωκρά-
 τος ἢ ὀμιλητῆς, καὶ Χαυρεφῶν, καὶ Χαυρεφά-
 τος, &c. ἔχ' ἵνα δημογρηγοίη δεικνύοι γένον-
 το, ἀλλ' ἵνα καλοὶ τε, καὶ ἀγαθοὶ γένωσθαι καὶ
 οἰκῶ, καὶ οἰκέταις, καὶ οἰκέοις, καὶ φίλοις, καὶ
 πόλει, καὶ πόλιταις δῶναυτο καλῶς ῥηῖσθαι.
 id est, & Crito Socratis erat familiaris, & Chare-
 phon, & Charecrates, &c. nō vt ad contionan-
 dum, aut iudicandum parati, atque instructi es-
 sent, sed vt viri boni atque honesti effecti & sua
 domo, & seruis, & propinquis, & amicis, & ciui-
 tate, & ciuibus bene vti possent.

VT SI CÆCVS ITER MONSTRARE
 VELIT] hoc dicit εἰρωνεύομενος: quod est Ho-
 ratio v̄sitarum. nam neque ducem viā cæcū quif-
 quam adhibet impudē, neque stulti cōsiliū se-
 quitur. notum illud τυφλός, ὀδηγός. id est, cæ-
 cus viā dux.

D SI QVID] id est, an aliquid: vt Graeci εἶπν: vt
 alibi admonuimus.

POPRIVM FECISSE] in rem tuam ver-
 tere, tibi asciscere, vendicare, σφετερίζειν.

SI TE GR. QVIES] si te otiosa vita de-
 lectat, &c.

PRIAM SOMNVS IN HORAM]
 somnus vsque ad solis ortum. si te delectat (in-
 quit) vita quies, tranquilla, securā: sequitur dein-
 cept, si te pulvis, strepitusque rot. id est, ab omni
 strepitu vibano remota, &c.

SI TE PVLVIS, STREP. QVE RO-
 TAR. &c.] quæ sunt in vrbe Roma propter

pter crebra, quæ in ea sunt, vehicula.

SI LÆDIT CAVP.] quidam libri manu
 scribent, si lædet, &c.

FERENTIVM] oppidū Hernicorum in-
 frequens, & incelebre.

NAM NEQVE DIVIT. CONT. G. S.]
 immo plerique diuites arumnosissimē ac miser-
 rimē viuunt. Quis autem in diuitiis vitam beatā
 v̄mquam positam esse dixit, nisi aut qui numquā
 gustauerit verissimas & sincerissimas voluptates:
 aut qui nihil aliud habeat, quo delectetur, quā
 bona externa: aut qui sit egentissimus, careatque
 rebus omnibus ad victum necessariis, & victum
 mendicare cogatur: nam talem hominem nō sit
 mirum in diuitiis summum bonum collocare.

NEC VIX. MA. QVI NA. MOR. FEF.]
 Græcē locutus est Latino sermone, sic enim illi lo-
 querentur, ὅς εἶλαθε γενόμενος τε καὶ θανάτῳ
 natus & mortuus latuit, id est, cuius ortus, & in-
 teritus fuit hominibus incognitus atque obscu-
 rus: vel quem neque natū, neque mortuum esse
 quisquam mortalium sciuit. sic enim loquitur M.
 Tull. epist. ad Pap. Patum lib. 9. cuius princ. *Dua-
 bus tuis, &c. quos ego non modo Reges appellatos, sed
 omnino natos nesciebam.* Respexit autem illud Epi-
 curi λάθε βιώσας: quod improbat, & refellit
 Plutarchus in libello, εἰ καλῶς εἴρηται τὸ λάθε
 βιώσας, eodem pertinet Heritianum illud in e-
 pist. ad Loll. 2. inf. *fallentis somita vita.* sic Eurip.
 Iphig. in Aulide, ἔληθ' ἀφ' ὧν, ὅς ἀκινδύων
 βίον ἔξέπερασ' ἀγνώστῳ ἀκλήστῳ τῆς δ' εἰ τιμῆς
 Ἥστον ἔληθ'. quorum versuum hac ferē senten-
 tia est. fortunatum autem eum iudico, qui igno-
 tus, in honoratus, inglorius cursum vitæ confecit:
 eos verō, qui honores adepti sunt, minus fortu-
 natos puto. Sententia cōtraria in Medea. Εἴη δ'
 ἔμοι γὰρ μήτε χρευσὸς εἰ δόμοις, Μῆτ' Ὀρφέως
 τι χελλιον ὑμῶσσαι μέλος Εἰμὶ πῖσιμος ἢ τυ-
 χη γένοντό μοι, id est, verum neque auro mi domus
 resurgat, Neque Orpheo cantare dulcis sciam, Nisi
 honore, gloriāque magnus claream.

BENIGNIVS] liberalius, largius, lautius: vt
 alibi docuimus. huic loco similis est ille sat. 2. lib.
 2. & tractari mollius atas Imbecilla vobis.

ACCEDES SICCVS AD VNCTVM] H
 tu pauper, & tenuis te ad amicitiam copiosi & di-
 uitis applicabis. vnctum, id est, vnctum delibum-
 rum, & ita diuitem. Terent. in Phorm. *Tene asym-
 bolum venire vnctum, atque lautum ē balneo, &c. vel
 dic esse ἀλλυγρηρίαν.*

SI PRANDERET OLVS PATIEN-
 TER, &c.] Diogenes Laërtius hoc Diogenis in
 Aristippum dictum, & Aristippi responsum sic
 refert in Aristippo, & Diogene, παρῖοντά ποτε
 αὐτὸν λάχανα πλυῶν Διογένης ἐσώψη, καὶ
 φησὶν εἰ τὰυτὰ ἔμαθες ποσφάρεσθαι; ὅστις αὐ-
 τὸν ἄνθρωπον αὐτὰς ἐφ' ἑράπνευες, ὃ δὲ καὶ σὺ εἶπες,
 εἴπερ ἡδεὺς ἀνθρώποις ὀμαλεῖν. ὅστις αὐτὸν λάχα-
 να ἐπὶ λυγῆς, id est, prateruentem quondam eum ole-
 va lavans Diogenes castillatus est, his verbis: si hac in
 cibum

A cibum adhibere didicisses, tyrannorum anlas non cole-
 res: ille autem, at tu (inquit) si hominum consuetudine
 & congressu vti scires, olera non lauares. Fuit porro
 Aristippus Socratis discipulus, & ab eo fluxit Cy-
 renaica disciplina. vixit enim molliter, sumtuose,
 voluptariē, omni vnquentorum, vestium, mu-
 lierum luxuria conquisita, vitam beatam in vna
 voluptate locans, eaque præsentē, similiter, atque
 asōti, neque memoriam præteritarum voluptatum,
 neque spem futurarum quicquā existimans
 ad se pertinere. M. Tull. lib. 3. de orat. ad Qu. Fr.
 tum ab Aristippo, quem illa magis voluptaria dispo-
 sitiones delectarant, Cyrenaica philosophia manavit.

FASTIDIRET] aspernaretur, respueret. e-
 pist. ad Iul. Flor. hoc lib. *Fastidire lacus, & riuos au-
 sus apertos.*

QVI M NOTAT] Diogenes, qui mihi tur-
 pem notam inurit.

MORDACVM CYNICVM] rectē & ap-
 tē mordacem dixit, cum de Cynico, id est, quasi
 canē loqueretur. Nam & Plautus mordacem canē
 dixit quodā loco, & Laërtius in Cynici vi-
 ta scribit, eum interrogatum, quid faciat, quam-
 obrem canis nominetur, respondisse, se iis, qui lar-
 giantur, adulari: non largientis allatrare: impro-
 bos mordere. sic ille, τῆς μὲν δίδουτας σάκων,
 τῆς δὲ μὴ δίδουτας ὑλακῶν, τῆς δὲ πανηροῦς
 δάκνων. Idem Horatius mordaces sollicitudines di-
 xit Oda 18. libri 1. & mordax ferrum Oda 6. lib. 4.
 & mordacem pro eo, quem Graeci φιλεπιδιμηκτὴν,
 & φιλόφορον, & χαλῆγορον, & κέρτομον, id est,
 reprehendendi, & vituperandi cupidum, & cor-
 scindentem, & maledicum, appellant, sat. 4. lib. 1.
Linidus & mordax videor tibi.

ELVD EAT] risu & ioco refellebat. sumtum
 à gladiatoribus. Sic M. Tull. principio actionis
 primæ in Verr. *magnas accusatoris minas, magnamq;
 expectationem iudicis, ad nostrum arbitrium, libidinēque
 eludens.*

SCVRROR EGO IPSE MIHI] risum
 moueo diuitibus, vt mihi profim, & iucundē vi-
 uam. tu scurando ludum, & voluptatem popu-
 lo præbes, nihilque tibi ex ea re quaritur.

EQV. VT ME PORT. ALAT REX]
 prouerbium est Græcū ἵππος με φέρει, βασι-
 λεύς τῆ εἴρε, regem autē appellat Latini etiam
 eum, qui parasitos, atq; adeo viros honestos alit.
 Terent. in Phorm. *immo enim nemo satis pro merito
 gratiam regi refert. Tene asymbolum venire vnctum,
 atque lautum ē balneo, otiosum ab animo: cum ille
 cura & sumtu absumitur, dum tibi sit, quod placeat?*
 &c. lege ann. ad illud Od. 36. lib. 1. non alio rege.

TV POSCIS VILIA RERV] hunc
 locum restitui, secutus auctoritatem trium libro-
 rum Vatic. & Iann. Torn. Rain. Card. & eorum,
 quos postea in Gallia vidi, Cleric. Nicotianorū,
 Ruffardinorum. dictum est autem vilia rerum, vt
 vana rerum, amara curarum, angusta viarum, & si-
 mila, qua notauimus ad Od. 12. lib. 4.

DANTE MINOR] tu inferior eo, qui tibi

dat. QVAMVIS FERSETE NYLL.] id est,
 est, quamuis ita te factes, atque ostētes, quasi nul-
 la re egere videaris.

COLOR] vel vestitus, vel vitæ genus. sic Laërt.
 ἡ δὲ ἱκανὸς ἀριμύσεισθαι καὶ πόσῳ, καὶ ῥεθῶν,
 καὶ ποσῶσῳ, καὶ πᾶσαν ἀεὶσταισιν ἀρμονίαις ὑ-
 ποκρίνασθαι, id est, poterat autem Aristippus se
 ad locum, & ad tempus, & ad personam accommoda-
 re, atque omnem vitæ statum conuenienter, aptēque si-
 mulare. sat. 1. lib. 2. *quisquis erit, scribam, vitæ color.*

TENT. MAIORA, FERERE PRÆ. A-
 QVVM] id est, quærentem quidem maiora, seu
 meliora: præsentibus autem ferē contentum: præ-
 sentia æquo animo ferentem. sic Isocr. ad Dem. *φέρει
 μὲν τὰ παρόντα, ζητεῖ δὲ τὰ βελτίω.* id
 est, ama quidem præsentia, seu æquum animum
 præsta in præsentibus, sed quare meliora.

CONTRA, QVEM DVPLICI PAN-
 NO, &c.] Diogenem Cynicum, qui patienter
 panno duplici vestitur, ac velatur. duplicē pan-
 num διπλοῖδα interpretantur nonnulli. Instituit
 autem primus Diogenes Cynicus pallium dupli-
 care, vt refert Laërt. his verbis: *πρόρον ἐξέειπεν
 ἀειπάστας τριβωνα διπλόσας ὑπόστας.* Seruius
 ad illum locum Virg. *Aeneid. 5. duplicem ex hume-
 ris reiecit amictum:* profert hunc locum.

MIRABOR, &c.] id est, mirum mihi erit,
 si noua viuendi ratio eum decebit: quasi dicat,
 vix adduci possum, vt credam, futurum, vt con-
 uersa, & commutata vitæ ratio eum deceat.

VITÆ VIA] vitæ institutum, vitæ genus, &
 vt loquitur ipse, *vita color.*

ALTER] Aristippus non exspectabit, dum ha-
 beat amictum purpureum, sed qualibet veste a-
 mictus, per medium forum ambulabit. Itaque re-
 fert Diog. Laërt. ei dixisse Platonem, vel (vt alij)
 Stratonem, *σι μόνω δέδωτες καὶ χλαμύδα φο-
 ρεῖν, καὶ ῥάκος.* id est, tibi soli datum est & chla-
 mydem gestare, & pānum lacerum. lib. Iannoct.
 habet enitabit.

NON INCONCINNVS] non inconcinne,
 non inuenuste, non indecorē: vel non inconcin-
 nus, id est, non indecoram speciem præ se ferens,
 ὅστις ἀχρήμων, non deformi specie.

VTRAMQVE] nunc cibum ornatiore, nunc H
 sordido, humilique vestitu vctur. *personam ferre
 etiam Lilius dixit lib. 3. Ille finis Appio aliena per-
 sona ferenda fuit: suo iam inde viuere ingenio capite.*

ALTER] Diogenes Mileciam vestem reciecit
 ex optima lana. Virg. Georg. 3. *quamuis Milesia ma-
 gno Vellera mutantur.* Est autē Miletus vrbs Asiæ,
 in qua optima lana nascebantur & tingebātur.
 Sic fere inter se comparat Diogenē Cynicū, &
 Aristippum Tyrius Max. *λόγω λῆ, ἔδεν γὰρ
 ἔχλου ἄξιον, πὸ τοῦ Διογένης ἑυλάμιον καὶ ἡ
 βακτηρία: ἀλλ' ἐξέσθι που καὶ τὰυτὰ ἀεὶ βέλτη-
 μόνον. Σαρδαναπατὶ λῆ ἐνὶ κελκοδαίμων ἔσθρον. ὃ
 Ἀριστιππος ἐκείνος ποσφουρίδι ἀμμογόμενος, καὶ
 μύροις ῥεθόμενος, ἔχ' ἡπὸν τοῦ Διογένης ἐσω-
 φρόνει, &c.* id est, Nihil enim habet æmulatio-

A ne, aut admiratione dignum Diogenis faccus, & baculum: sed licet etiam his amicum, Sardana-palo esse inferiorem. Aristippus ille vestem pur-puream gerens, & vnguentis delibutus, nihilo Diogene sapientior ac temperantior erat, &c.

CANE PEIUS, ET ANG. VITAB.] vitabit aertimè, prouerbialiter dictum. Plautus Mercat. nempè uxor ruri est tua, quam dudum dixi- ras te disisse aque, atque anguis. Theophr. libro, qui inscribitur, ἠθικὰ χαρακτῆρες, cap. αὐτὴ ἐρωεῖας: τὰ δὴ πᾶν ἡγῶν μὴ ἀπλά, ἀλλ' ἑπιβούλα φυ- λάσσεται μάλλον δ' αἰ, ἢ τοῦς ἔχεις. id est, mo- res igitur nō simpliciter, sed infidiosos, vitare ma- gis oportet, quam viperas.

INEPTVS] ineptus ad omnem fortunæ ha- bitum, vel ad vtramque personam, vel ineptus simpliciter.

RES GER. ET CAPT. OSTEND. &c.]

B Qui in rep. gerēda versantur, & qui res magnas, & laudabiles gerūt sine domi, siue belli, diuinis propemodum honoribus afficiuntur, & proximè ad Deos accedunt. sic Pindarus ἐῖδ' α. ἰδμ. ait ex certaminibus, aut re militari laudem, & gloriam maximam comparari: ex ceteris autem studiis, atque artibus eam dumtaxat quemque mercedē ferre, quæ ad ventrem explendū, famēque pro- pulsandam valeat. Pindari verba sunt hæc, μι- αὶδὸς γὰρ ἄλλοις ἐφ' ἔργμασιν αὐτῶν ποῖς γλυ- κὺς, μιλοβότα τ', ἀρότα τ', ὀρνιθόχο τε, καὶ ὄν πόντος τρέφει. Γαστρί δ' ἐ πᾶς πῆς ἀμύμων λι- μὸν ἀγαθὴ τέταται. ὅς δ' ἀμφο' ἀθλοῖς, ἢ πολε- μίαν ἀριτὸν κῦδος ἀβρῶν, εὐ ἀγορηθεῖς, κέρδος ἕλκιστον δέχεται, πολλῶν καὶ ἕνων γλώσσας ἀάτων. id est, merces enim aliis alia dulcis ob sua facta hominibus queritur, ouium pastori, & aratori, & aucupi, & mercatori per mare currenti, & ex mari victum paranti. Sed vnusquisque eō spectat, eoque suos omnes conatus confert, vt fa- niem horribilem à ventre propulset. Qui verò vel in certaminibus circēsis, vel in bello & in acie gloriam insignem consecutus fuerit, ab om- nibus laudatus, maximum lucrum facit, nempe ciuiū & peregrinorū lingue florem accipit. hoc igitur significat Horatius: res gerere bellicas, aut vrbanas propemodum ad deorum immortalium laudes ascensum parat: estq; hoc omnium rerum humanarum primum, & præcipuum quiddam: secundum est à principibus, & clarissimis in rep. ciuibus diligī, atque in eorum amicis numerari.

D ATTINGIT SOL. IOV.] est proximum sedi Iouis: proximè accedit ad diuinitatem.

NON CVIVIS HOM. CONTING. &c.] sic Græci efferunt, Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόριν- θόν ἐστ' ὁ πᾶς. huic prouerbio locus est, cum significare volumus, esse difficile, & operosum ad rem aliquam peruenire valde optabilem, & ex- petendam. natum est autem (vt vult Strabo) à Corinthiorum deliciis, illecebris, ac luxuria. vide, quæ notat scholiastes Aristophanis in Pluto de scortis Corinthiis: & quæ Eustath. ad lib. secund.

lliad. & quæ Aulus Gellius lib. i. cap. 8. de Laide meretrice, & Demosthene rhetore. Eodem per- tinent & ea, quæ Dion Chrysostomus ait, oratio- ne, διογένης ἢ αὐτὸς ἀρετῆς, non longè à princi- pio, εἴωρα γὰρ [Διογένης] ὅτι πλεῖστοι ἀφ' ἡρωῶν ἐκεί σωῖασιν Διὸς τοῦς λιμῶνας, καὶ τὸς ἐταί- ρας: id est, videbat enim Diogenes plurimos ho- mines eō cōuenire propter portū & meretrices.

SEDIT, QVI TIM. NE NON SVCC.] qui timuit, ne ex potentioris amicitia nullū fructum perciperet, quieuit, neque periculum face- re voluit.

QVID? QVI PERVENIT, FECIT- NE] id est, quid? qui, quod voluit, consecutus est, fecitne fortiter, an nō? uiriliter, ἀνδρείως, fortiter.

ATQVI HIC EST, AVT NVS QVAM, &c.] atqui, aut in hoc, aut nusquam positum est id, de quo queritur.

HIC ONVS HORRET] qui ad principū amicitiam aspirare non audeat, non putat se tan- to oneri parem esse, vereturque ne opprimatur, id est, veretur, ne non succedat conatus.

HIC SVBIT] alter subit hoc onus, & ad extremum perseverat.

AVT VIRTVS NOMEN INANE EST] id est, aut dicendum est virtutem esse mera ver- ba, λόγους, seu λόγον, & ὄνομα, & inania philo- sophorum Stoicorum commenta, & ita nihil ad vitam beatam pertinere: aut, si quid in ea ponde- ris inest ad vitam beatam, consentaneum est, vi- rum bonum, & experientem, honorem & vtili- tatem, tanquam suæ virtutis præmia, expetiturū. Vide quæ annotata sunt suprā ad illum locum, virtutem verba putas, epistol. 6. quibus adde ex- empla ex Terētio & Plauto. Terētius Phormio- ne. Phæd. Feneratum tibi pulchre dices. Dor. lo- gi. Plaut. quodā loco, non vendo logos. Sic autem Græci loquuntur, λόγον εἶναι, nomen, si verba esse, pro nullius bonæ frugis esse, seu inutile esse, vt ad illam epistolam 6. notauiamus.

AVT DECVS] aut honorem, & ornamentum, non, vt alij honestū. sup. Od. i. lib. i. ο & pra- siliūm & dulce decus meum.

ET PRETIUM.] i. præmium, seu mercedē. Cato oratione ad equites: maiores seorsum, atque diuersum pretium parauere bonis atque strenuis, &c.

RECTE PETIT] rectè, id est, iure & meri- to: χαλδὸς ποῖων. Sed Passeratius noster puta- bat esse legendum resti: quod quia nusquam re- peri, vulgatam scripturam retinco. Cum his Ho- ratianis congruunt illa Ciceronis ex libro. 3. de rep. vult planè virtus honorem, nec est virtutis vlla alia merces: quam tamen illa facile accipit: exigit non acerbe, sed si aut ingrati vniuersi, aut inuidi multi, aut inimici potentes suis virtutem præmiis spoliant: ne illa se tamen multis solatiis oblectat, maximeque suo decore se ipsa sustentat. Contrā lib. i. de legibus. Ergo item expetit: eademque omnium virtutum causa, atque sententia est.

A EXPERIENS] id est, prudēs, & vsu peritus. sic vitur eadem voce M. Tull. lib. 4. Accusatio- nis. Promi hominis, & experientis & in primis gratiosi.

REG SV O] amico magno, amico potētio- re. sic sup. epist. 7. ad Mæcenat. 2. rex, paterque Audisti coram. Instituit amicum inferiōrē, eique præcepta dar, quo pacto sese aduersus potentio- rem gerere debeat: ostendens, modestiam, pudorem, patientiam teniori amico fructuosorem esse, quam impudentiam, festinationem, proca- citatem in petendo: cuiusmodi quadam repre- hendit M. Tull. in Trebatio lib. 7. Nam primorū mensum litteris tuis vehementer commouebat, quod mihi interdum (pace tua dixerim) lenis in vrbis, vr- banitate desiderio, interdum piger, interdum timi- dus in labore militari, saepe autem (quod à te alienissi- mum est) subimpudens videbare. tanquam enim syn- grapham ad imperatorem, non epistolam attulisses, sic pecunia ablata domum redire properabas, &c.

PLVS POSC. FER.] id est, plus accipient à potentiore amico, quam is, qui poscit.

DISTAT SVM.] differt, interest, vtrum cum pudore sumas, an, &c.

AN RAPIA S] an impudenter petendo extorqueas.

ATQVI RERV M CAPVT] id est, atqui hæc erat totius rei pars maxima, & præcipua, hæc origo, nempe rem suam benè gerere, locuplari- & ditari.

INDOTATA MIHI SOROR EST, &c.] Sunt quidam alij, qui apertè quidem non flagitant, sed suam tenuitatem, inopiāque cre- bro coram rege suo commemorant, idque clara voce, & eiusdem sortis, & contubernij homini- bus audientibus. in eo (inquit) bis peccant, pri- mum, quod tenuitatem suam diuiti, aut potenti amico exponere, poscere est: dein de quod dum collegam testem adhibent in regis sui erga se li- beralitate, & munificentia, munus auferunt non integrum, sed diuisum, dimidiatum, & cum al- tero communicatum. Vtilius igitur erat nullo te- ste, aut conscio beneficium à potentiore amico accipere, vt omittam quod sibi ex eo inuidiam constant, vt docet exemplo corui.

NEC PASCERE FIRMVS S] & χ. ικανὸς τρέφειν, non ita fructuosus, vt sumtus ad victum necessarios suppeditare possit. pascere firmus, ge- nus loquendi Græcum.

CLAMAT, VICTVM DATE] qui supe- riora illa dicit, clamare videtur, victum date, etiā si hoc non dicat. quod genus loquendi vsurpatur interdū etiā in rebus inanimis. M. Tull. Verr. 4. Littera sunt in medio, quæ se corruptas, atque interlitas esse clamant. Demosth. orat. αὐτὴ ἰσχυροτέρη τῶν ἐχθρῶν, & λέγει, ὅτι γένηται ἐλπίων Αἰχμῆς: id est, hæc nonne clamant & loquuntur pecunias accepisse A schinem? & Catull. ad Fla- uium. Nam te non viduas iacere nocteis Nequicissimū taciturnū cubile clamat.

SVCCINIT ALTER] alter (inquit Hora- tius) huius collega, seu (vt ita dicam) conferuus, audiens illum coram rege suo querentem, ipse quoque se egentem esse succlamat, oratque diui- tem, vt munus, quod vni illi daturus erat, duo- bus diuidat, sibi videlicet, & illi. succinit autē va- let, sub illius prioris orationem, vocemque que- ribūdā, hæc loquitur, quæ deinceps sequitur.

ET MIHI DIVIDVO FNDATVR] id est, mihi quoque portio, quam huic daturus eras solidam, atque integram, sit cum eo cōma- nis, vel inter nos cōmunicetur. quadra est vel quarta pars cuiuslibet rei, exempli causa, circuli: vel figura quadrata. per quadram hoc loco signi- ficatur quarta pars panis, seu fructū panis, quod datur mendico. hoc igitur dicit, findatur pars, quam ei destinaras, munere diuiduo, id est, munere diuiso: vel, quod diuisionem recipit. in libro Do- nati scriptum est quadrans, non quadra.

SED TAC. PASCISI POSS. CORV.] videtur tamen hoc omnium fere auium cōmune, vt pabulum nocte, lactitiam suam cantu, aut voce significat: atque ita ceteras aueis eiusdem gene- ris ad cibi societatem vocent.

ET RIXÆ MVLTQ MINVS, INVI- DÆ QV E] minus cū eo cetera rixarentur aues, id est, minus cōtenderent: minūsq; ei inuiderēt.

BRVNDISIVM COMES, &c.] aliud ex- ponit inferioris amici peccatum, quod is cum su- periore amico vnā iter faciens, vel quoritur diffi- cultatem itineris, viæque asperitatem, & frigoris acrimoniam, & pluuiam: vel simulat se iacturam fecisse in itinere, nempè cistam suam esse effra- ctam, & viatica sibi esse furtim ademta, &c.

SVRENTVM] oppidum in Campania: Brundisium autem in Calabria est.

ET SVBDVCTA VIATICA] id est, aut plorat sibi furtim esse ablata viatica, quæ nō sunt ablata.

NOTA REFERT MERETR. ACVM.] imitatur illius meretricis astutias, & calliditates, quæ conungebat nunc sibi catellam esse creprā, nunc pericelidem, id est, cruris ornamentum. si- mile exemplum est apud Plautum in Truc. aut petit aurum, quod confissa pallula est, aut emta ancil- la, aut aliquid v sum argenteum, aut v sum æneum aliquid, aut lectus dapsilis, aut armariola Græca, aut aliquid semper, quod peccat, debet amans scortis suo. & Ouid. lib. i. de arte. Quid, cum mendaci damno mestissima plorat? Elapsusq; caua fingitur aure lapis?

CATELLAM] paruulam catenam. T. Liuius lib. 39. Quintimus aliter prætor suos equites catellis, ac fibulis donauit.

SÆPE PERISC.] pericelis, ornamentum cruris. vox mæ Græca est.

VTI MOX NVLLA FIDES DAM- NIS] ita saepe mentiens inferior amicus, hoc as- sequitur, vt, cum vera dicat, ei nō credatur. nulla fides adst, id est, nulla fides habeatur, fides deo- getur veris damnis, & veris doloribus. Nam hæc

A damna erant simulata ac & falsa, & ploratus falsi, atque conficti.

VERIS QVE DOLORIBVS] Od. 37. lib. I. Mentemque lymphatam Maroticio rededit in veros timores.

NEC SEMEL IRRIS. TRIV.] nec is, qui semel irrisus fuit ab eo, qui in triuio sibi crus fractum esse, cum fletu, & lacrymis metuebatur, orans, vt se quasi claudum attolleret, fidei ei iteram habet.

PLANVM] planus vox est Græca, qua & M. Tull. vitur in Cluentiana. significat autem fallacem, & qui in fraudem alterū inducit. sic Cic. de Staleno iudice. hic ille planus improbitissimus, quæstus iudiciario passus, contrahit frontem. Theocr. ἐὶ ἀλειψῶν, ἐδω δδν, id est, escam, qua inescatur pisces, πλάνου appellat. idē ἔρωτι δραπέτ. δῶρα πλάνα. Athen. lib. 14. duos nobileis planos com memorat Cephisidōrum, & Pantaleontem: ac de posteriore hæc à Chryssippo lib. 5. αὐτὸ καλεῖται ἡδονῆς scripta esse tradit. ὁ δὲ πλάνος Πανταλέων τελευταῖον μέλλον ἑχέτερον ἢ ἕδον κατ' ἰδίαν ἐξήπατησεν, φήσας μόνον αὐτῷ λέγειν, ὅτι κατὰ τὸν ἑσπέρου ὄρα ματῶν ὑπερῶν κοινῇ σχεπλονταις αἰδῶσθαι ἐξήπατηδύς, id est, planus autem Pantaleon, cum iam iam esset moriturus, vtrumque filium seorsum decepit, cum vni diceret se ei soli aperire, ubi aurum candidisset, ac defodisset: ita vt illi ambo postea vnā fodientes, se a patre deceptos esse senserint.

LICET ILLI PLVRIMVM] licet planus ille vbertim lacrymetur: licet per Osirim Ægyptiorum Deū iuret. Herodotus in Euterpa, Osirim scribit eundem esse, atq; Dionysum. Idemq; sentit Tibull. lib. 1. eleg. 7. Primus aratra manu solerti fecit Osiris, &c. De Osiride multa Plutarchus in lib. de Iside & Osiride.

TOLLITE] attollite, erigite, vt epist. ad Pisonem, non sit, qui tollere curet. vel tollite equo, aut vehiculo, vt sat. 6. lib. 2. quem tollere rheda vellet iter faciēs. quod minus placet: quamuis ita loquatur & M. Tull. ep. ad Q. Fr. lib. 2. sed mea factū est iniuisa verecundia, vt te proficiscens nō tollerem. Idem off. 3. optauit, vt in curru patris tolleretur. T. Liuius lib. 23. ann. saucios vehiculis tolli, portarique iubet.

QVARE PEREGRINVM, VICINI] id est, vicini quàm maxima voce possunt, reclamant illi plano, cuius fallacias habent cognitās: quare peregrinum aliquem, nempe qui te non norit, vt ei fucum facias. nam nos quidem, qui te nouimus, in ducere, seu fallere amplius nō potes.

18. AD LOLLIVM. 2.

SI bene te noui, metues liberrime Lolli, Scurrantis speciem præbere, professus amicū.

Vt matrona meretrici dispar erit, atque

Discolor infido scurræ distabit amicū. E

Est huic diuersum vitio vitium, & propè manus,

Asperitas agrestis, & inconcinna, grauisque: Quæ se cōmendat tonsa cute, dentibus atris, Dum vult libertas mera dici, veraq; virtus. Virtus est medium vitiorum, & vtrinq; reductum.

Alter in obsequiū plus æquo pronus, & imi Derisor lecti, sic nutum diuitis horret:

Sic iterat voces, & verba cadentia tollit, Vt puerum seuo credas dictata magistro

Reddere: vel parteis minū tractare secūdas. F

Alter rixatur de lana sepe caprina, Propugnat nugis, armatus: scilicet vt non

Sit mihi prima fides: & , verè quod placet, vt non

Acriter elatè: pretium ætas altera sordet. Ambigitur quid enim? Castor sciat, an Docilis plus. (AppI.)

Brundisium Numici melius via ducat, an Quem damnosa Venus, quem præceps alea nudat: G

Gloria quæ supra viuis & vestit, & vngit: Quæ tenet argenti fitis importuna, famæque: Quæ paupertatis pudor, & fuga: diues amic⁹

Sæpe decè vitiiis instruetior odit, & horret. Aut, si non odit, regit: ac, veluti pia mater,

Plus, quàm se, sapere, & virtutibus esse priorem

Vult: & ait propè vera: mihi cōtendere noli: Stultitiam patiūtur opes. tibi paruula res est. H

Arctæ decet sanū comitè toga, desine mecum Certare. Entrapel⁹, cuiusq; nocere volebat,

Vestimenta dabat pretiosa, beatus enim iam Cum pulchris tunicis, sumet noua consilia, & spes:

Dormiet in lucem: scorto postponet honestū Officiū: nummos alienos pascet: ad innum Thrax erit: aut olitoris aget mercede caballū.

Arcanum neq; tu scrutaberis vilius vniquā: Cōmissūque teges & vno tortus, & ira.

Nec tua laudabis studia, aut aliena reprædes: Nec,

A Nec, cum venari volet ille, poemata panges. Gratia sic fratrum geminorum Amphionis, atque

Zethi disiluit: donec suspecta se uero Conticuit lyra, fraternis cefsisse putatur

Moribus Amphion, tu cede potentis amici Lenibus imperiis: quotiesque educet in agros

Ætōlis operata plagis iumenta, canēsque: Surge: & inhumana senū deponē camæna:

Cenes vt pariter pulmenta laboribus eruit: Romanis sollemne viris opus, vtile famæ,

Vitæq; & mēbris: præsertim cum valeas, & Vel cursu superare canem, vel viribus aprū

B Possis, adde, virilia quodd speciosius arma Non est, qui tractet. scis quo clamore coronæ

Prælia sustineas campestria, denique seuam Militium puer, & Cantabrica bella tulusi

Sub duce, qui templis Parthorum signa refixit:

Et nūc, si quid abest, Italas adiudicat armis. Ac, ne te retrahas, & inexcusabilis absis:

C (Quamuis nil extra numerum fecisse, modūque

Curas) interdum nugaris rure paterno. Partitur lintreis exercitus: Actia pugna

Te duce per pueros hostili more refertur. Aduersarius est frater. lacus, Adria: donec

Alterutrum velox victoria fronde coronet. Consentire suis studiis qui crediderit te,

Fautor vtroque tuū laudabit pollice ludum. Protinus vt moneam (si quid monitoris eges

tu:) (deto.

D Quid de quoque viro, & cui dicas, sæpe vi Percunctorē fugito, nam garrulus idē est:

Nec retinent patulæ cōmissa fideliter aures: Et semel emissum volat irrevocabile verbū.

Non ancilla tuū iecur vlceret vlla, puérve Intra marmoreum venerandi limen amici:

Ne domnus pueri pulchri, caræve puellæ Munere te paruo beet: aut incōmodus angat.

Qualem commēdes, etiam, atque etiam aspice: ne mox

Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Fallimur: & quondam non dignum tradimus, ergo

Quem sua culpa premet, deceptus omite tueri:

Vt penitus notum si tentent crimina, serues, Tuterisque tuo fidentem præsidio: qui,

Dente Theonimo cum circumroditur: ecquid Ad te post paullo ventura pericula sentis?

Nam tuarēs agitur, paries cum proximus ardet:

Et neglecta solent incendia sumere viuis. Dulcis in expertis cultura potentis amici:

Expertus metuit. tu, dū tua nauis in alto est: Hoc age: ne mutata retrorsum te ferat aura.

Oderunt bilarem tristes, tristēque iocosi: Sedatū celeres, agilem, nauūque remissi:

Potōres bibuli media de nocte Falerni Oderūt porrecta negantem pocula: quamuis

Nocturnos iures te formidare vapōres. Deme supercilio nubem, plerumq; modestus

Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi. Inter cuncta leges, & percunctabere doctos, G

Qua ratione queas traducere leniter æuū: Ne te semper inops agitet, vexetque cupido:

Ne pauor, & verū mediocriter vtiliū spes: Virtutem doctrina par et, naturāne donet:

Quid minuat curas: quid te tibi reddat amicū: (cellum,

Quid purè tranquillet: honos, an dulce lus An secretū iter, & fallentis semita vitæ.

Me quoties reficit gelidus Digentia riuus: Quem Mandala bibit, rugosus frigore pagus: H

Quid sentire putas? quid credis amice precari?

Sit mihi quod nunc est, etiam minus: & mihi viuam,

Quod superest æui, si quid superesse volunt dij: (num

Sit bona librorum, & prouisa frugis in copia, ne fluitem dubiæ spe pendulus horæ.

Sed satis est orare Iouē, qui donat, & aufert, Det vitam, det opes: æquum mi animum ipse parabo.

A M E T V B S] id est, vitabis, nolles, cauebis. mil- lies admonimus. lege annotation. ad Odam 2. libri 2. ibi, illum ager penna metuente solui.

S C V R R. S P E C. P R A B.] speciem prae te ferre hominis pabuli causa assentantis, sic loquitur Brutus ad Ciceron. in epistolis ad Brutum, in ea, cuius initium est, Particulam litterarum. qui potes intueri, quae gesseris, simul & ista vel probare, vel ita demisse, ac facile pati, ut probatis speciem praebeas? quamquam vulgo legitur habeas? & Iul. Caesar lib. 3. de bello Gallico, speciem, atque opinionem pugnantium praeberent. & T. Livius lib. 3. Annalium, Romanam prima luce venientes procul speciem hostium praebuere. scurra est, ut sup. diximus, qui pabuli causa potentiori alicui assentator, & risum mouet. βαμολόχον, & αὐτοκρίστην vocant Graeci, neque verò multum interest inter scurram, & assentatorē, quem illi χαλακὰ nominant: aut, si quid interest, Horatius tamen hoc loco scurram pro assentatore excipit. Quemadmodum autē hic poeta scurram, id est, assentatorem, ab amico distinguit, ac separat, ita M. Tull. scurram ab oratore faceto, & vrbano lib. 2. de oratore ad Qu. frat. his verbis, Temporis igitur ratio, & ipsius dicacitatis moderatio, & temperantia, & varietas dictionum distinguit oratorem à scurra. Iam verò quid interest inter assentatorem & amicū, & quomodo alter ab altero discerni possit, scripserunt Plutarchus, & Maximus Tyrius, oratione 4. & Themistius iunior, oratione 3. Postremo assentatoris mores pulcherrimè descripsit Theophrastus in libello, qui inscribitur, ἡμιολοχία.

V T M A T R O N A M E R E T R I C I D I S P.] epist. ad Pison. Effuere leuis indigna tragadia versu, prae festis matrona moueri iussa diebus, intererit satyris paululum pudibunda proteruis. D I S C O L O R] vel dissimili vestitu, vel dissimilis simpliciter. ego tamen illo modo malo. matrona enim alio genere vestis vtuntur, aliūmq; etiam in vestitu colorē fortassis vsurpant, quā meretrices. I N F I D O S C V R R A] deest sic. est enim hic ἀνταπόδοσις, seu redditio similitudinis. infido autem, id est, ἀπίστῳ, seu cui non est credendum, neque fidendum. E S T H V I C D I V E R S V M V I T I O] sic Aristot. lib. 2. de morib. ad Nicomach. φίλον, id est, amicū, seu affabilem, medium constituit inter eum, qui omnia loquitur ad voluptatē, numquamque alterius orationem improbat, aut resclit, quem ἀπεισιον: id est, blandum, seu placendi studiosum appellat: & eum, qui in omni sermone & congressu acerbum, atque insuauem se prebet, quē δυσέριον, & δυσκολον nominat. & prope autem repositū, secutus liberos veteres. I N C O N C I N N A] inuenusta, illepidia, insuauis, à societate, & conuictu hominum aliena. Q V A E S E C O M M E N D A T O N S A C V T E] quae ex corporis horrore, asperitate, squalore, illiue, immunditia, laudē aucupatur. Quia,

qua tondentur, hirsuta, & pilosa sint necesse est, E iccirco per totam cutem, totius corporis horridam quādam, & hirsutam asperitatem significat. M. Anton. Muretus dicebat, iccirco per totam cutem immūditiā, & squallorem significari, quia eo tempore Romani neq; barbā, neque capillū tondēbant, praeter immundos, & sordidos homines: quod puto esse falsum. nam contrarium est verum, vt perspicuum est, cum ex multis aliis locis, tūm ex his versibus Horat. epistol. ad Pison. Nanciscetur enim pretium, nomēque poetae, si tribus Anticyris caput insamabile numquā Tonsoni Licino comiserit: & iis, qui sunt fat. 3. lib. 2. dij te, Damasppe, deasq; Verum ob consilium donent tonsonē. Qui autē putant hoc loco legendū, tonsa hand cute, falluntur.

V I R T V S E S T M E D I V M V I T I.] sic Aristot. virtutes omnes dicit esse μεσότητας, id est, mediocritates, & (vt ita dicam) medietates. E T V T R I M Q V E R E D V C T V M] ab utroque extremo remotum.

A L T E R I N O B S E Q V I V M P L V S A Q V O] alter ille, siue assentator, siue scurra, plus aequo officiosus, ita vt facile appareat, accessitiam, & de industria quaesitam, & simulatam esse blanditiam.

I M I L E C T I] in quo ipse accūbit. est enim imus lectus vel infima pars lecti, vel lectus infimus, minusque honorificus, in quo videlicet discumbunt inferiores amici, quod declarat locus Sueton. in Augusto, Neque cenauit vnamquam, nisi in imo lecto assiderent. Plautus in Stich. scis tu me dudum esse imi subfelliū virū. ibid. Ergo oratores populi, summates viri summi accūbent, ego infimatis infimus.

I M I I G I T U R L E C T I D E R I S O R E M S I C A C C I P I O, Q U I S E, & E I U S D E M L O C I, O R D I N I S Q U E H O M I N E S D E R I D E A T. solent enim assentatores, & scurrae de se, quā maximè fieri potest, detrahere, suāque omnia extenuare, seiplos denique deridendo: diuiti autem parcere: ei omnia tribuere: eum suspicere, & admirari: vt satyra 4. lib. 1. saepe tribus lectis videas cenare quateruos: E quibus vnus auct quauis aspergere cūctos. Praeter eum, qui praebet aquam, &c. Iam quod ad summos & imos lectos attinet, lege quae annotata sunt ad illum versum, Languidus in cubitum sese conuicta reponet: fat. 4. lib. 2. & illum, summus ego, & prope me vsus, &c. cum duobus deinceps sequentibus, fat. vlt. eiusd. lib. Huc pertinet versus ex eadem sat. Inuertunt Alifanis vinaria tota videntis, Balatrosque, secus omnibus imis. imus autem valet idem ferè, quod infimus, aut extremus. lege annot. ad epistol. 2. lib. 2. talos à vertice pulcher ad imos.

V O C E S] diuitis voces iterat, quasi admirans. V E R B A C A D E N T I A T O L L I T] verba diuitis excipit, vel quasi de terra tollit. fat. 4. li. 1. Cum fueret lutulentus, erat quod tollere velles.

D I C T A T A M R E D D E R E] propriè dixit dictata reddere. sic M. Tull. de nat. deorū lib. 1. Istā enim à vobis, quasi dictata, redduntur. aliud reddere voces. Horat. epist. ad Pisones, Reddere qui voc-

A tes iam scit puer, VEL PARTEIS MIMVM TRACTARE] duabus aptissimis similitudinibus assentatoris ingenium, & mores expressit. Quemadmodum (inquit) puer, magistri docētis, ac praeregētis vocem subsequitur, & excipit: quā ab eo dictata sunt, colligit, repetit, & pronuntiat: sic assentator orationem potentioris amici blandissimè excipit, atque iterat; vt eū quā maximè admirari, probareq; videatur. altera similitudo ducta est ab histrionibus, & actoribus comœdiarū. sciendum est autē, histriones alios fuisse primarum partium, alios secundarum, & sic dein cept, vsque ad eum numerum personarum, quae intercedebant in comœdia. Eum igitur, qui primas partes agebat, ceteris omnibus voce, & gestu praestare oportebat, adeo vt si fortē is, cui secundae partes obtigerant, possēt aliquanto clarius, quā ipse primarum, dicere, minus contenderet, quā posset: ne sese principi illi exaequaret, aut ne etiam eum superaret. Quod declarat M. Tull. diuinatione in Verrem, his verbis, vt in actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum, qui est secundarū partium, cum possit aliquanto clarius dicere, quā ipse primarum, multum summittere, vt ille princeps quā maximè excellat: sic faciet Alibiens, &c. talis igitur est assentator, aut scurra, qualis actor secundarū, aut tertiarum partium, in eo, quod vireis, & facultatem suā quā maximè extēnuat, atque eleuat. Nam si sit ei, exempli causa, sermo aliquis cū diuite indoctissimo, & infantissimo institutus, cum sit ipse disertus, eruditus, & eloquens, is suam eloquentiam, quā maximè poterit, extenuabit, & occultabit, atque vltro hāsītabit, ac balbutiet, vt diues ille quā disertissimus, ac facundissimus esse videatur.

M I M V M] histrionem. aliā mimus fabula est paulo obsecātor, ac licentior, quā comœdia, quales erāt Laberij mimi, ἀπὸ τῆς μιμνῆδος appellata: quia ea imitatur & sermones obscenos, & facta indecora, ac turpia. A L T E R] agrestis ille, & inconcinuus. R I X A T V R] nonnulli legi volunt rixator, & delent comma post vocem caprina: à quibus dissentio.

D E L A N A C A P R I N A] de re nihili, notū prouerbiū est. P R O P V G N A T N V G I S] .i. pugnat pro nugis, quod est, nugas defendit, armatus proinde ac si pro aris, ac focis pugnandū sit, caue ita coniungas, armatus nugis, quod vulgò faciunt, neque est, quod quisquam hoc loquendi genus improbet, propugnare nugis, nam apud veteres in verbis compositis non solebat praepositio repeti, vt adigere insurandum, & adigere arbitrum dicebant, non ad arbitrum, & ita M. Tull. 3. de Offic. arbitriū illum adigit, quicquid sibi ea de re facere oporteret ex fide bona. & in Topic. aqua plusia arceda adigere arbitrum non possis. & pro Roscio Com. Quae cum ita sint: cur non arbitrum pro scio adegeris Roscium,

quaro. id est, ad arbitrium, seu ad praetorem adigeris. Virgil. Aeneid. 9. Quis deus Italiam, quae vos demētia adigit? Horat. de arte poet. neu quid mediis intercinat actus. ita propugnare nugis valet, propugnare pro nugis. vel, si quis malit; propugnare pro nugis.

S C I L. V T N O N S I T M. P. R. F. I. B. E. T. V. E. R. E.] &c.] Totius huius loci haec sententia est; Scilicet, ait agrestis ille, (est enim μιμνῆς) si quis mihi alteram atatem, id est, vel adolescentiam, vel alteram vitam, seu atatem longiorem, quā natura, & fata ferant, mercedis; & pretij loco promittat, vt ne liberè dicam, acriterque defendam, & obtineam, quod mihi reuera placeret: ego reijciam, ac respuam. vsitatus diceremus, nolim merere alteram atatem, vt non liceat mihi, quod verè placet, defendere, & vt non mihi in primis fides habeatur. sic enim loquitur Plautus in Menæchmis, Neque hodie, vt te perdam, mercedem deum diuitias mihi. Idē Mostell. quid mereur, quam obrem meriar? id est, quid est, quod tanti faciam, vt eo accepto mentiri velim? sic & M. Tullius orat. de signis, Quid arbitramini Rhēginos, qui in ciues Ro. sunt, mereri velle, vt ab iis marmorea Venus illa auferatur? Idem lib. 2. de Finib. quid merearis igitur, vt te dicas in eo magistratu omnia volupratū causa facturum esse? Iterum Plautus Bacchid. quadringentis Philippis filiis me, & Chrysalus circumdaxerunt: quem quidem ego vt non exorcem, alterum tantum auri non meream. Tibullus autem propius accessit ad hoc genus Horatianū ep. 9. lib. 1. Tum mihi iurabas nullo te diuitis auri Pondere, non gemmis videri velle fidem: Non, tibi si pretium Campaniam terra daretur: Non, tibi si Bacchi cura, Falernus ager. Iam quod Horatius alteram atatem posuit, pro grandi, & amplo pretio, videtur in eo Hommerum esse imitatus, apud quem in 1. Phœnix negat Achilli se vlla conditione passurum, vt ab eo distraharur: non, si deus ipse sibi promittat necesse absterga, atque ablata, adolescentiam, & pubertatem. Sic Homer. Ως αὖ ἐπιτῆσπὸ σείο, φίλον τέρος, ὅτε ἐθέλοιμι Δείπεδῶ, ἐδ' ἐθέλω μοι ἄποστῶνθι θεὸς ἀπὸς Γῆρας ἀποχύσεισθι σέω νέον ἡβώοντα. fortasse verò haec sunt referenda ad illam de Phaone fabulam, qui, cum Venērem ex Chio traicessisset, hanc mercedem operis, officijq; tulit, quod ex rugoso, arido, imbecillo, ac debili sene, nitidus, & firmus, & integra atate iuuenis effectus est. Iolaus item, cum apud inferos, & iam mortuus, cognouisset, Eurystem ab Atheniensibus Heraclidas ad supplicium deponscere, optauit à Diis inferas, vt sibi liceret reuiuiscere, tantisper dum illum interficeret. quo iuuetrato, Eurysteoq; interfecto, ad inferos bis mortuus reuersus est. alij dicant non mortuum reuiuissē, sed atate iam cōfecta, & corpore vieto, iterum pubuissē, deinde Eurysteo interfecto, iterū senem factum esse. Huc quoq; ascribere licet notissimam de Pelia fabulam, quae promiserat Medea se ē sene, iuuenem puberem, ac florentē esse.

Afecturam: de quo vide ad satyr. 5. lib. 2. Præterea Pherecydes, & Simonides scripsisse dicuntur, Iasonem à Medea recoñdum, iuniorēque, quàm erat antea, esse factum. Idēmq; de Ælone eius patre Græcus quidam poëta scribit, his versibus: *Αὐτίκα δ' Αἰῶνα θῆκε φίλον χρόνον ἠβόασα, Γῆρας ἄπο βύσσου εἰδύησι παραπίδουσι, Φάρμακα πῶλλ' ἐβύσθησι χροσίοισι λέθησι.* id est, statim autem Ælonem puerū reddidit pubescentem, senectute absterfa atque abrafā, ingenio sollerti & mente docta, cūm medicamenta multa coxisset in aureis lebetibus. qui versus extant in argumento Medæ Eurip.

S O R D E T] nihili fit à me, nihili penditur. supra epist. 11. *Cunctane præ campo & Tiberino flumine sordens?*

A M B I G I T U R Q U I D E N I M?] *ἢ γὰρ ἀμφισβητεῖται;* qua enim de re cōtrouersia est? nempe de nugis, de rebus minimi ponderis.

C A S T O R S C I A T, A N D O C I L I S P L Y S] Castor & Docilis par gladiatorum. alij, histriones fuisse volunt.

N V M, M E L. V. &c.] Numicia via, an Appia. De via Numicia (sic enim legitur in vulgatis cod.) nihil comperi. neque hanc viam Publius Victor, qui scripsit de regionibus, & locis vrbis Romæ, vsquam commemorat, cūm ceteras vias enumeret, in codice quidem Tornesiano sine vlla litura scriptum est *Minucia*, nō *Numicia*: & item in Ruffardino, & Nicotianis, & aliis quibusdam de Minucia via autem meminit M. Tull. lib. 9. epist. ad Attic. epist. cuius principium est, *Natali die tuo, &c. cohortelsque sex, qua Ælba fuissent, ad Curtium Minucia tr. insisse, &c.* vt mihi fiat verisimile legendum hic esse *Minucia via*. nisi cui fortē secunda syllaba nominis *Minucia* videbitur esse longa. quod ratio postulat. sed fortasse aut iisdem erant *Minucij*, qui *Minicij*: & dici potest, hanc viam, *Miniciam* esse nominatam à *Minicio*, & legēdum apud Cicer. *Minicia via*. nam apud Publ. Victorem quidem suspicor in nomine *Ciminia*, litteras esse præpostero, consuloque ordine locatas, & pro *Ciminia* totidem litteris legendum esse *Minicia*. veruntamen iudicet lector. Nam doctis quibusdam video nō esse dubium ex hoc loco reponendum esse apud Ciceronem. *Numicia*, quomodo me testor scriptum reperisse in duobus codicibus Memmianis. Sed ne iis assentiar facit codex Tornesianus earundem epist. in quo est litteris plenis scriptum *Minucia*.

D A M N O S A V E N V S] infra epist. ad Aug. lib. 2. *damnosā libido.*

P R A E C E P S A L E A] epithetum aptissimū ad alex iactum.

N V D A T] pauperat, vt loquitur Plautus, & item noster Horat. sat. 5. lib. 2. *Contemtu cussa nuce pauperet, &c.*

G L O R. Q V E M S V P. V I R E I S, &c.] eum, qui ostentationis, & gloriæ causa, vestitu virtutis sumtuosiore, vnguentoque largiore, aut ca-

riore, quàm facultates ferant.

Q V E M T E N. A R G. S I T I S] quē constrictū tenet argēti, seu pecuniæ cupiditas, & appetentia. *firis & fames* tralatio.

I M P O R T V N A] quæ desiderantem cōquiescere non sinit, quæque à portu quodammodo prohibet: vt supra Od. 16. lib. 3. *Importuna tamen pauperies abest.*

P A V P E R T A T I S P V D O R] parsimonix, vel paupertatis pudorem ait esse pessimum M. Porcius Cato apud Liuium lib. 34. annalium. Sic ex vulgi opinione dixit Horat. Od. 24. lib. 3. *Magnam pauperies opprobrium inbet Quidvis & facere & pati.* eodem pertinet illud epist. 1. lib. 1. *vides, qua maxima credis Esse mala, exiguum censum, turpenque repulsam Quanto deuites animi, capitisque labore.*

D I V E S A M I C V S] ordo verborū hic est, diues amicus sæpe multis partibus vitiosior inferiore amico, quamuis hic amicus inferior, talis sit, qualem eum descripsit, nempe Veneri deditus, aleator, ostentator, & gloriosus, pecuniæ cupidissimus, &c. eum odit, ab eoque abhorret, ac refugit: aut, si non odit, &c.

P I A M A T E R] pia, id est, cui debetur pietas, vel quæ magis diligit filium, quàm à filio diligitur, cuius est pie & colere parentis.

A C V I R T V T I B. E S S E P R I O R E M V L T.] vult eum esse meliorem, quàm se. sic multi sunt hodie, qui suos familiaris ac ministros volunt esse temperatēis, modestos, ac frugi, cūm sint ipsi dissolutissimi, ac nequissimi: in quos conuenit illud Varronis, quod refert Gellius lib. 15. cap. 19. *Si quantum operæ sumpsisti, vt tuus pistor bonum faceret panem, eius duodecimam philosophia dedisses: ipse bonus iam pridem esses factus. Nunc, illum qui norunt, volunt emere millibus centum: te qui nouit, nemo centus.* Sunt & qui amicos quidem bonos viros, & virtute præstantes esse volunt, ipsi autem sunt nequissimi: quos reprehēdit M. Tullius in Lælio, his verbis. *sed plerique peruersē, ne dicam impudenter, amicū habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt: quæq; ipsi non tribuunt amicis, hac ab iis desiderant.*

M I H I C O N T E N D. N O L I, &c.] hac loquitur potentior amicus, significat autem Horatius, diuites existimare sibi aut omnia licere, aut certē plura, quàm tenuibus. Itaque Aristoteles scribit Rhetor. 2. *ὅτι ἀνοήτοι ὁπλίζονται ἑβί, id est, stultas esse diuitias.* & Isocrates Areopagitico, *συντάκται, καὶ συναγολῆται πρὸς πλεῖστοις, καὶ τοῖς δυναταῖς ἀνοία, καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία.* id est, vno ordine incedūt, & vnā ambulānt cū diuitibus & potentibus amentia, & cum ea intemperantia. & Plautus in Stichō, *secundus fortunatus decent superbia.* Iam totum hunc locum, secut' veteres libros & Vaticanos, & alios, restitui, cūm antea legeretur, *mea contendere nolī sult. p. o.* Est autem Horatianum, *mibi contendere, pro eo, quod est, mecum contendere.* sic Virg. Daphn. *Menti-*

M I H I C O N T E N D. N O L I, &c.] hac loquitur potentior amicus, significat autem Horatius, diuites existimare sibi aut omnia licere, aut certē plura, quàm tenuibus. Itaque Aristoteles scribit Rhetor. 2. *ὅτι ἀνοήτοι ὁπλίζονται ἑβί, id est, stultas esse diuitias.* & Isocrates Areopagitico, *συντάκται, καὶ συναγολῆται πρὸς πλεῖστοις, καὶ τοῖς δυναταῖς ἀνοία, καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία.* id est, vno ordine incedūt, & vnā ambulānt cū diuitibus & potentibus amentia, & cum ea intemperantia. & Plautus in Stichō, *secundus fortunatus decent superbia.* Iam totum hunc locum, secut' veteres libros & Vaticanos, & alios, restitui, cūm antea legeretur, *mea contendere nolī sult. p. o.* Est autem Horatianum, *mibi contendere, pro eo, quod est, mecum contendere.* sic Virg. Daphn. *Menti-*

C O M M I S S V M Q V E T E G E S] sic sat. 4. lib. 1. *missa tacere qui nequit, hic niger est.* sat. 3. eiuſd. *quid faciam, si furum fecerit, aut si prodiderit commissā fidē?* & commissā simpliciter intelliguntur arca, & consilia alterius fidei commissā, vt hic, & inf. ead. epist. *Nec retinent patula commissā fideliter aures.* & in epist. de arte poët. *Ille regat commissā.* Isocrates appellat λόγων ἀδικηματα ἡκας, ad Demonicum, his verbis, *μάλλον τήρει τὰς τ' λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων ἀδικηματα ἡκας.*

M. Tull. Tuscul. 2. *an colū iustitia poterit ab hominē propter vim doloris enuntiantē commissā, prudente conſeio?*

E T V I N O T O R T V S, E T I R A] torquetur enim homines quodammodo vino, & ira, id est, vino & ira explorantur, & spectantur; καὶ σαυνοῖ (οὐραῖ, sicut) ne fidi. nam potui, & irati arcana sibi commissā interdum enuntiant. Iam hominū ingenia vino explorari constat: vt Od. 21. lib. 3. *τὴ λene tormentum ingenio ἀδμονος πλερῦνque duro.* & de arte poët. *Reges dicuntur multis urgere culiculis, Et torquere mero, quem perſeſſe laborant, An sit amicitia dignus.* hoc ergo dicitur: neque potus, neque iratus occulta tuæ fidei credita, aperies.

N E C, C V M V E N A R I V O I E T I L L E, &c.] inferior amicus totum se ad nutum, & voluntatem potentioris inflectere, & torquere debet. Itaque danda ei opēta est, vt illius studia omnia amare, ac probare videatur. nam quemadmodum morum, & animorum, ita & studiorum similitudo amicitiam congruitat: dissimilitudo, inimicitias cōcitāt: idq; declarat exemplo geminorum fratrum Amphionis, & Zethi.

P O E M A T A P A N G E S] scribes versus, cūm, &c. pangere proprie figere est. itaque dicuntur rustici pangere plantas, & terminos, nisi quis dicat non minus proprie dici pangere versus & carmina, quàm plantas, quia veteres, qui in cera scribebant, versus in cera figere non immerito dicitur poterant. sic Lucret. lib. 1. *Te sociam studeo scribundis versibus esse, Quos ego de rerum natura pangere conor.* Idem ibid. *Deinde quod obscura de re ram lucida pango Carmina.* Horat. epist. ad Pisqnes, *Nunc satis est dixisse, ego mira poemata pango.*

G R A T I A S I C F R A T R V M, &c.] Zethus, & Amphion gemini fratres, ingenio, & instituta ratione vitæ, & studio, multum inter se dissimiles fuisse dicuntur. hic enim fuit philosophus, idēmq; musicus: ille pastor à Musis, & philosophia alienissimus: hic comis, suauis, commodus: ille agrestis, seuerus, insuauis, & inhumanus. qua ex dissimilitudine factum est, vt amicitia, caritasque illa fraterna facile inter eos dissolueretur. Zethum à musica admodum alienum fuisse declarat Stratonici hominis facetissimi iocus in musicum quandam Zethum nomine, vt scribit Athen. lib. 7. *Ἐῆθος δὲ τοῦ κθαριστοῦ διεξίχθητος ἀεὶ μουσικῆς, μόνον σοι, ἔφη, & ἀεσομένη ἀεὶ μουσικῆς λαλεῖν, ὅτι τὸ ἀμυσσοῦται τῶν ἀνομοῦτων εἶδος, εἰ σεαυτῶν ἀντ' ἀμφοῖνος ἔφηθος καλεῖς, id est, cūm Zethus citharista à musica disſereret, tibi soli (inquit) minimè omnium conuenit de musica verba facere, qui quidem nomen tibi aſciueris à musis alienissimū, si te ipsum pro Amphione Zethum nominas. Ex Platone quoq; facile intelligere licet magna sæpe fuisse inter fratres illos iurgia. apud quem Callicles molestè ferens se à Socrate conuincī, ea vsurpat in Socratem, quæ Zethus in Amphione apud Euripidē, paullum immutata. sic enim ille in Gorgia ex Eu-*

A Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas. plura collegimus exempla ad Odam 6. lib. 2. ibi; *viridique certat Bacca Venatio.*

A R C T A D E C. S A N. C O M. T O G A] vtebantur laxioribus, & amplioribus togis diuites, quàm tenues homines, vt supra Od. 4. epod. *Videsne sacram meriente te viam, Cum bis ter vlnarū toga, Vt ora verat huc, & huc euntium Liberrima indignatio?* hoc igitur dicit, vestitus parui pretij, nō sumtuosus, decet amicum inferiorem, qui modo sit sana mentis.

E Y T R A P E L. C V I C V M Q.] stulto diuiti, & improbo, orationem affingit sapientem, & veram, vt tanto apertius demōstret, diuitias homini, præsertim prauo, & insipienti, nocere potius, quàm prodesse. sed illud præterea, & quidē præcipuè docet, non eadem licere inferiori amico, quæ superiori. Atbitror autē, hic designari Volunthium illum Eutrapelū, ad quē exstant epist. M. Tull. lib. 7. duæ postremæ: quem commentor. rat & epistola quadam ad Papir. Pætum, lib. 9. & Philippica 13. qui fuit Antonij intimus.

B E A T Y S E N I M' I A M] diues factus, benè nummatus: vel qui sua opinione sit beatus.

S V M E T N O V A C O N S I L I A] suscipiet per se, & nemine consulto, noua consilia. aliud fortasse est capere consilium.

E T S P E S] repete ἀπὸ κοινῶν sumet: noua sperabit.

D O R M I E T I N L V C E M] dormire in luctu est inertium hominum, aut certē otiosorum, securiorum, & solutorum, vt supra epist. ad Scæam, *si te grata quies, & primam somnus in horam Delectat.* & sat. 6. lib. 1. *Deinde eo dormitum non sollicitus, mihi quod cras surgendum sit manē.*

N V M M O S A L I E N O S P A S C E T] pecuniam alienam accipiet grandi fânore. nam ita fit, vt nummi alieni pascantur, & crescant, pecuniæque pecuniam pariat; ex quo τῶνος à Græcis est appellatus. translatum videtur à pecudibus, quæ pascuntur.

A D I M V M] ad extremum, tandem.

T H R A X E R I T] gladiator erit. vel sefe autorari parietur, vt depugnet in ludo. M. Tull. oratione de prouinciis consular. *Cuius iter in prouinciam fuit eiusmodi, vt rex Ariobarzanes consulente vestrum ad eadem faciendam, tanquam aliquem Thraxem, conduceret.* Horat. sat. 6. lib. 2. *Thrax, an Gallina s'yo par?* In quibusd. libris reperi scriptū. *Threx erit: in nonnullis Threx erit.*

C O M M I S S V M Q V E T E G E S] sic sat. 4. lib. 1. *missa tacere qui nequit, hic niger est.* sat. 3. eiuſd. *quid faciam, si furum fecerit, aut si prodiderit commissā fidē?* & commissā simpliciter intelliguntur arca, & consilia alterius fidei commissā, vt hic, & inf. ead. epist. *Nec retinent patula commissā fideliter aures.* & in epist. de arte poët. *Ille regat commissā.* Isocrates appellat λόγων ἀδικηματα ἡκας, ad Demonicum, his verbis, *μάλλον τήρει τὰς τ' λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων ἀδικηματα ἡκας.*

M. Tull. Tuscul. 2. *an colū iustitia poterit ab hominē propter vim doloris enuntiantē commissā, prudente conſeio?*

E T V I N O T O R T V S, E T I R A] torquetur enim homines quodammodo vino, & ira, id est, vino & ira explorantur, & spectantur; καὶ σαυνοῖ (οὐραῖ, sicut) ne fidi. nam potui, & irati arcana sibi commissā interdum enuntiant. Iam hominū ingenia vino explorari constat: vt Od. 21. lib. 3. *τὴ λene tormentum ingenio ἀδμονος πλερῦνque duro.* & de arte poët. *Reges dicuntur multis urgere culiculis, Et torquere mero, quem perſeſſe laborant, An sit amicitia dignus.* hoc ergo dicitur: neque potus, neque iratus occulta tuæ fidei credita, aperies.

N E C, C V M V E N A R I V O I E T I L L E, &c.] inferior amicus totum se ad nutum, & voluntatem potentioris inflectere, & torquere debet. Itaque danda ei opēta est, vt illius studia omnia amare, ac probare videatur. nam quemadmodum morum, & animorum, ita & studiorum similitudo amicitiam congruitat: dissimilitudo, inimicitias cōcitāt: idq; declarat exemplo geminorum fratrum Amphionis, & Zethi.

P O E M A T A P A N G E S] scribes versus, cūm, &c. pangere proprie figere est. itaque dicuntur rustici pangere plantas, & terminos, nisi quis dicat non minus proprie dici pangere versus & carmina, quàm plantas, quia veteres, qui in cera scribebant, versus in cera figere non immerito dicitur poterant. sic Lucret. lib. 1. *Te sociam studeo scribundis versibus esse, Quos ego de rerum natura pangere conor.* Idem ibid. *Deinde quod obscura de re ram lucida pango Carmina.* Horat. epist. ad Pisqnes, *Nunc satis est dixisse, ego mira poemata pango.*

G R A T I A S I C F R A T R V M, &c.] Zethus, & Amphion gemini fratres, ingenio, & instituta ratione vitæ, & studio, multum inter se dissimiles fuisse dicuntur. hic enim fuit philosophus, idēmq; musicus: ille pastor à Musis, & philosophia alienissimus: hic comis, suauis, commodus: ille agrestis, seuerus, insuauis, & inhumanus. qua ex dissimilitudine factum est, vt amicitia, caritasque illa fraterna facile inter eos dissolueretur. Zethum à musica admodum alienum fuisse declarat Stratonici hominis facetissimi iocus in musicum quandam Zethum nomine, vt scribit Athen. lib. 7. *Ἐῆθος δὲ τοῦ κθαριστοῦ διεξίχθητος ἀεὶ μουσικῆς, μόνον σοι, ἔφη, & ἀεσομένη ἀεὶ μουσικῆς λαλεῖν, ὅτι τὸ ἀμυσσοῦται τῶν ἀνομοῦτων εἶδος, εἰ σεαυτῶν ἀντ' ἀμφοῖνος ἔφηθος καλεῖς, id est, cūm Zethus citharista à musica disſereret, tibi soli (inquit) minimè omnium conuenit de musica verba facere, qui quidem nomen tibi aſciueris à musis alienissimū, si te ipsum pro Amphione Zethum nominas. Ex Platone quoq; facile intelligere licet magna sæpe fuisse inter fratres illos iurgia. apud quem Callicles molestè ferens se à Socrate conuincī, ea vsurpat in Socratem, quæ Zethus in Amphione apud Euripidē, paullum immutata. sic enim ille in Gorgia ex Eu-*

A ripidis tragœdia quadam, quæ non existat. *Κυ-
διωεύω εν πεποιθηναι νυν, εσθ' ο ζήθος πορως τ'
Αμφιονα Εύριπίδ' ε, εσθ' εμνησθ' ε, κ' γαρ εμοι
απ' α ποιαυτα επεργασται πορως σε λθγειν, οια
περ εκεινος πορως τον αδελφον, οτι αμελεις ο
Σωκρατης, αν δει σε βπτιμαλειοσαι. Καθ φύσιν
ψυχης ο δε γεννησιν έχων, μερακλαδ ειπι δι-
απορως εις μορφωματα: κ' ούτ' αν δικης βελασι
πορως αι απορως λογον, ούτ' εικος κ' σιτα-
νον αν λαβοις, ούτ' υπερ άλλων νεωνικον βελε-
μα βουλεύσαιο. Καθ ποι ο φιλε Σωκρατες (καθ
μοι μηδεν αχθεσθης: ευνοια γαρ ερα, &c.) αλλ
ω γαθε, εμοι πειθου παύσαι δ' ελεγχων: πορ-
γματος δ' εμυσται ασκει, καθ ασκει ο πορ γεν
δδεις φρονειν, άλλοις πακόμφο ταύτ' αφεις ει-
τε ληρηματα ζηθ φαναι εναι, ειτε φλυαριος,
εξ αν κενοισιν εγκατοιχησεις δομοις, Σηλων εκ
ελεγχουταις ανδραϊ τοι μηρα ταυτα, άλλ' οίς
εσθ' καθ βιος, καθ δδξα, καθ άλλα πολλα αγαθα.
id est, Vereor igitur ne ego ita sim in te affectus nunc,
ut Zethus in Amphionem Euripidis. Nam mihi quo-
que talia quadam tibi dicere in mentem venit, qualia
ille patri: te negligere, O Socrates, qua te maxime cu-
rare oportet. Et cum ingenio, animoq, ita generoso pra-
ditus sis, iuuenilis quodam corporis gestu & figuratio-
ne ornamentum tibi comparas, neque ratione erecta at-
que excitata veris atque iustis consiliis vix obtempera-
re, neque ut quicquam probabile, & rationi consenta-
neum in tuis negotiis sequare, neque ut quicquam for-
titer, & strenue in alienis consulas animum inducere
potes. Atqui, o care Socrates in te autem offensorem
in me praebeo, benevolentia enim in te adductus dicat.)
C &c. At vir bone mihi crede, & define me & alios
coarguere: rerum autem, non fidium, & neruorū,
musicam suauem exerce: eaque exerce, quibus sa-
pere videberis, aliis gloriosas istas siue nugas, si-
ue tricas dicere oportet, relinquens: quibus dedi-
tus, in domo inani habitabis, amulans viros, non
eos, qui in istis rebus leuibus & paruis refellun-
dis & conuincendis occupati sunt, sed eos, qui-
bus res est parua, & bona existimatio, & multa a-
lia bona. Zethum à philosophia abhorruisse etiā
ex M. Tullio intelligere licet lib. 2. de orat. quos
tu cum haberes auctores, Antoni, miror cur philoso-
phia, sicut Zethus ille Pacuianus, propè bellum indi-
xeris. Licet & ex Dione Chrystostomo orat. ελε-
χηματος, & quidem multo apertius. Sic enim il-
le in extr. Πολυ γαρ αν ελλω τη Ζηθου φωλο-
τερος, ποιαυται βπτιμων. ως εκεινος ειουηται τ'
αδελφον, οση α ζηθον φιλοσοφων αυτον, εδδ πορ
μουσικην Διδασκεισεν, εδσαγα τλω των ιδιων
σπιμελειων. εση δε αυτον αποστον τινα, κ' ασυμ-
φορον μυσαν εισαγειν, &c. id est, multo enim es-
sem Zetho deterior, talia tibi vitio vertens. Nam
ille fratrem monebat, & à philosophia, & musica
deterrebat, ne has arteis coleret, rei familiaris cu-
ra abiecta: & dicebat, eum absurdam quandam,
& inutilem musam in roducere, &c.
D **D**ISSILVIT.] dissoluta, & diuulsa, & dissi-
cta est. tralatio est.
DONEC SYSP. SEVERO, &c.] donec*

lyra Amphionis, citharicedi, & musici clarissimi E-
suspecta, & inuisa Zetho à musica abhorrenti,
conticuit, & desit sonare. Accedat his Proper-
t. lib. 3. de Antiopa. *Est durum Zethum, & lacrymis
Amphiona mollem Expertæ est stabulis mater ab-
ita suis.*
POTENTIS AMIC] amici superioris,
Oda 18. lib. 2. *nec potentem amicum Largiora flagito.*
amicum magnum vocat M. Curius lib. 7. ad fa-
miliareis, epist. 29. *sed amice magne, noli hanc epi-
stolam Attico ostendere.*
ÆTOLIS ONERATA FLAGIS] pla-
gas Ætolas posuit pro optimis, & præstantissimis,
& ad apros capiendos aptissimis, vel ad venan-
dum natura factis: idque propter Meleagrūm,
qui aprum Calydoniū cepit. Sic Martialis aprū
nescio quem, ei similem, ac parem, qui cuspidē
Ætola captus est, dixit, significans aprum ingen-
tem, lib. 13. *Qui Diomedis meruendus fisteri agris
Ætola cecidit cuspidē, talis erat.* Erat autem Caly-
don in Ætolia.
SENIVM] id est, odium, infuauitatem seni-
lem: vel quia senilia fere omnia molesta, & iniu-
cunda sunt: itaq; senectus mala ætas appellaba-
tur à veteribus: vel quia molestia senectutē ante
tempus accelerant, vide quæ annot. sup. ad epist.
7. ibi, & amore senescit habendi. M. Tull. pro Mi-
lone, *mares equester ordo, tota ciuitas confecta senio
est.* Plaut. in Trucul. *male quod mulier incepit, nisi
officere perpetrat, id illi morbo, id illi senio est.* vide &
Nonium Marc.
PVLMENTA] pulmētaria ex pulpis, & lum-
bis leporinis & pulte confecta. dicta sunt enim à
pulte pulmēta, & pulmentaria: neque eo minus
pulmēta dicuntur, si quid aliud præter pultem
sit, vt docet I sidorus. Pulpamētum autem à pul-
pa dictum est. Terent. Eun. *Tute lepum est, & pul-
pamentum quaris.*
ROMANIS SOLENNE VIRIS
OPVS] Venari est opus solenne, id est, statum, &
vilitatum Romanis. contra ludus trochi, & disci,
Græcis vilitatus. Oda 24. lib. 3. *nescit equo rudis
Hæere ingenuus puer: Venarique timet ludere doctior,
seu Græco iubeas trocho, seu malis verita legibus alea.*
& sat. 2. lib. 2. *leporem scilicet, equoque Lassus ab in-
domito, vel si Romana fatigat Militia assuetum Gra-
cari, seu pila velox, &c.*
SPECTIOSVS] venustius, *εὐχρημονέτερον,*
decentius, apertius.
QUO CLAMORE CORONÆ] quo as-
sensu, qua approbatione circumstantis multitu-
dinis, quo applausu, qua acclamatione.
PROEL. CAMP.] certamina ludicra, quæ
committuntur in campo Martio. in lib. de arte
poët. *Ludere qui nescit, campēstribus abstinet armis.*
SVSTINEAS] inecas, perferas, subeas.
SEVAM] χαλεπήν, asperam, laboriosam,
difficilem.
CANTABRICA BELLA] sup. Oda 8. lib.
3. *seruio Hispana vetus hostis ora Cantaber sera domi-*

A tus catena. & epist. 12. huius lib. *Cantaber Augu-
sti: Claudī virtute Neronis Armenius cecidit.*
SVBDUCE] Augusto: vt sup. Od. 15. lib. 4.
*Et signa nostra restituit Ioni Derepta Parthorū Super-
bis Po stibus.*
REFIXIT] quinque libri veteres, & manu
scripti, quibus Romæ vsus sum, & totidem, qui-
bus in Gallia, sic habent signa refigit Nunc: & si
quid, &c.
ADIVDICAT ARMIS] acquirit popu-
lo Rom. idque exercitu populi Rom.
AC, NE TE RETRAHAS, &c.] id est,
atque, vt ne te nimis longè abducas ab exercita-
tionibus tuis, & certaminibus campi Martij, &
ne ita abs ab vrbe, vt probabilem absentia ex-
culationem afferre nō possis, interdum quædam
belli simulacra exeres in agro paterno: interdū
ludis rure, quamuis nil nisi sapienter, & pruden-
ter facias.
(QVAMVIS NIL EXTRA NYM. P.
M. Q. CVRAS] hæc sunt includenda interpo-
sitionis nota. est enim *επιθεσις* verbi nu-
gari. *extra numerum* autem valet inceptè, insipienter,
inconsideratè, temerè, tralatione ducta à sal-
tatoribus, quorum motus & saltatio certis legi-
bus, ac numeris constat. ex quo moueri dicun-
tur in numerum, qui numerosè, aptè, & compo-
sitè mouentur. Lucret. lib. 4. *Quid porro, in numerū
procedere cum simulacra Cernimus in somnis, & mol-
lia membra mouere. Molliā mobiliter, &c.* & lib. 2. *in
numerūque exsultant sanguine pleri.* Iterum lib. 4.
*Quod superest, non est mirum simulacra moueri, Bra-
chiūque in numerum iactare, & cetera membra.* Virg.
Georg. 4. de Cyclop. *illi inter sese magna vi bra-
chia tollunt In numerum, versūq; tenaci forcipe fer-
rum.* Idem in Sileno, *Tū verò in numerū Faunusq;
ferasque videres Ludere.* cuius contrarium est extra
numerū. Lucret. lib. 5. *Atque extra numerū procedere
membra mouentes Duriter, & duro terram pede pel-
lere matrem.* M. Tull. parad. *ον ιστα τα αμαερ.
histris si paullo se mouit extra numerum, aut si versus
pronuntiatius est syllaba vna breuior, aut longior, exsi-
bilatur, & exploditur.* similiter extra modum valet
sine modo, non seruato modo. Cic. de orat. ad Q.
Fratr. *vox extra modum absana.* numerus autem ad
ρυθμον, seu metrum refertur, modus ad cantum:
vt epist. de arte poët. *Accesit numerisque, modisq;
licentia maior.* & in modum valet modulatè, non,
numerosè, seu *επιρhythμωσ*, quāuis ita Muretus ex-
plicet apud Catull. in carmine in nupt. Iuliae &
Manlij.
PARTITVR LINTREIS] id est, diuidit
nauculas inter se, vt duæ sint aduersariae clas-
ses, vna, quæ similitudinē classis Cæsarianæ præ-
beat, altera, quæ Antonianæ. fuit autem hæc pu-
gna, naualis serid commissa ad Actium promun-
torium Epirī.
ACTIA PVGNA TEDUCEPER
PVEROS, &c.] hæc scilicet fiebant quidem à
Lollio, eo consilio, vt Augusto gratum faceret,

cum Actiæ victoriæ memoriæ puerorū pu-
gna ludicra renouaret: sed tamen fortasse ad hi-
toriam referenda sunt. Narrat enim Dion lib.
50. pueros, qui Romæ erant, Antonio cladem pu-
gnæ Actiæ præsignificasse. Nam diuisi inter
se, nemine iubente; cum se altera pars Cæsaria-
nos, altera Antonianos dicerent, inter se conffli-
xerunt ad duos dies. ad extremum autem victi
sunt, qui Antoniani appellabatur. Verba Dionis
Græcā non ascribā. satis est mihi locū indicasse.
REFERTVR] simulatur, representatur.
VELOX VICTORIA] Vel hoc ad histo-
riam referendum est: Nam tradunt Plutarchus,
Florus, alij, victoriā illam Actiā fuisse ce-
lebratissimā: vel ad victoriæ naturam, quæ ferè ve-
lox est. sic fat. 1. *quid enim? concurritur, aut cita mors
venit, aut victoria læta.*
LACVS] lacus, qui est in fundo paterno. *lacus*
(inquit Varro) *lacuna magna, vbi aqua contineri
potest.* sat. 4. *omnis Cestiet à furno redeunteis scire,
lacū que.*
QUI CREDIDERIT] Augustus, poten-
tior amicus.
VTROQUE POLICE] vtroque pollice
compresso. nam premere pollicem, gestus erat fa-
uentis, Plin. lib. 27. cap. 2. vel sequamur Porphy-
rum, qui vtroque pollice vult dictum esse *συνεκδο-
χικός* pro, vttraque manu. *laudabit igitur vtroque
pollice,* id est, summo opere comprobabit.
PROTIIVS VTMONEAM, &c.] Pro-
tinus, continuatè significat, inquit Varro. hoc
igitur dicit. Continuato sermone, vt te moneam,
videto & quid, & de quo, & cum quo loquare. Si
legemus *Protenus*, facilius erit lectio. nam *protenus*
valer potrotenus, deinceps, consequenter.
(SI QVID MON. EG. TV)] hæc sunt in-
cludenda interpositionis nota.
PATVLE AVRES] percontatoris videli-
cet, qui ea ab aliis sciscitatur, & exquirat, quæ ad
alios continuò perferat, & renuntiet.
COMMISSA] arcana & occulta fidei com-
missa, vt supra.
VOLAT] iccirco Homerus verba ferè sem-
per pennigera, aut (vt ita dicam) pēnara, seu ala-
ta nominat. Nam passim apud eum verba volatilia,
επτα πτερετα αερονιδα: id est verba volatilia
locutus est.
NON ANCILLA TVVM IEC. VLG.
&c.] id est, vide, ne vllius puellæ, pueriue amore
captaris in ædibus potentioris amici. sup. ad Od.
1. lib. 4. admonuimus, iecur sedem libidinis esse.
MARMOREVM] ex limine & vestibulo
ædium marmoreo, ædium magnificētiam, & or-
natum intellige.
NEDOMINVS PV. PVLEH. CA-
R AVE, &c.] ne tibi eueniat alterum è duobus
malis, vel vt impetres, quod amas, tibique illud
ipsum magni beneficij loco numeretur, vel repul-
sam feras, & ita potētiorem amicum illiberalem
se erga te præbuisse queraris.

A AVT INCOMM. ANG.] aut te angat, si se incommodum erga te, dum tibi, quod amas, atque expetis, denegat, præbeat. *incommodus*, vel nomen est verbum adiutivus: cuiusmodi exempla sunt apud hunc poetam innumerabilia: vel dic *incommodus*, id est, quia se in te præbeat incommodum & illiberaliter, denegando tibi munus paruum, puellam, scilicet, aut puerum, cuius amore captus sis. & ita subintelligitur *du*: quodd sit.

QVALEM COMMENDES, &c.] vtilissimum præceptum, diligentissimæque retinendū, cui non dissimile est illud Theognidis, Μη ποτ' ἐπαρήσῃς, ἄρῃν αἰ εἰδ' ἡς ἀνδρα σαφηνός, Ὀργίλῳ, ἢ ῥυθμῶν, ἢ τὸ ὀπίσθ' ὅτις αἰ ἦ. id est, ne vquam quemquam prius laudaveris, quam plane noveris affectus, ingenium, mores.

NE MOX INCVTIANT ALIENA, &c.] verbum *incutiendi* grauiorem quendam perturbationis ictum animo illatū significat, per translationē sermonis. nam incutere proprie est, quantiando, & commouendo inferre: vt *incutere plagam*, ex quo *incutere dolorem, timorem, tremorem, desiderium, amorem*, vt supra diximus in epist. ad Villicum.

FALLIMVR] dum commendamus indignū, qui à nobis comēdetur, vt pore qui sit improbus. **ET QVONDA M]** nonnumquam, aliquando, interdum.

TRADIMVS] commendamus alteri, vt supra epist. ad Claud. Ner. *vt tibi se laudare, & tradere coner.*

ERGO, QVEM SVA CVLPA PREMERT, &c.] ergo si acciderit, vt is, qui fuerat abs te commendatus, tanquam vir bonus, & integer, cum eum talem esse putares, sua culpa in periculum adducatur, tum tu tua spe falsus, desine eum tueri.

VT PENITVS NOTVM, &c.] ratio est superioris versus. desine (inquit) illum, qui tuam spem fecellit, tueri, vt amicum hominē tibi perspectum, & cognitum, falsis criminibus circumuentum, atque oppressum, omni studio, & acerrima contentione subleues, tegas, ac defendas.

QVI, DENTE THEONINO, &c.] qui, cum maledictis configitur, cum maledico dente carpitur, non intelligis communem esse metum, commune periculum: non vides tibi idem periculum, imminere? non vides periculum, quod in illum intenditur, ad te paullo post esse peruenturum? Hūc Theonem tradunt poetam petulantissimum, ac maledicentissimum fuisse. Apertissime autem dentem cum verbo rodendi coniunxit. nam & dente maledico carpere dixit M. Tullius orat. pro Corn. Balbo. & rodere pro eo, quod est obscure, & dissimulanter maledictis insectari, in eadem *more hominū inuidet: in cōiuiis rodunt.* & Hor. sat. 4. lib. 1. *absentem qui rodit amicum.* & sat. 6. *quē rodunt omnes libertino patre natū.*

NAM TVA RES AGITVR,] in periculo versatur, sic dicimus *agitur caput, fama, existimatio, fides, officium, fortuna mea.* numquam autem *agitur de capite, &c.* nam agere de aliqua re, est verba facere: sermonem, aut consilium habere: vt M. Tull. epist. ad M. Caelium lib. 5. *Non potuit accuratius agi, neque prudentius, quam actum est à te cum Curione de supplicatione.* In Lælio autem locus ille corruptus est, *si qua fortuna acciderit, vt minus iuste amicorum voluntates sint adiudicæ, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, &c.* legendūque est, vt scriptum reperi in cod. antiq. *aut caput agatur.* & ita Aul. Gell. lib. 1. cap. 3. Tum in oratione pro Quinctio, vbi legitur *si de pradiis tuis ageretur*, legēdū ita, vt emendauit Budæus, *si dupandis tuis ageretur.* cum hoc loco congruit illud Luianum lib. 7. *quamquam pugnamus verbo pro sidicini, vt pro nobis, cum videremus finitimum popululum nefario latrocinio samnitium peti, & vbi conflagrasset sidicini, ad nos trahēturum illud incendium esse.*

ET NEGLECTA SOLENT INCENDIA, &c.] sic Pind. *ἔδ. γ. Pyth. πολλὰν τ' εἰ ὄρε πύρ ἐξ ἐνὸς ἀπέρματος εἴθορον ἀΐτωσιν ὕλα.* id est, multam, seu magnam in monte ignis ex vna scintilla excitatus absumsit siluam. Et Eurip. quodam loco, *μικρὸν δ' ἐκ λαμπήρος Ἰδαίου σέλας ποιήσεται ἀπὸς.* id est, ex parua autē scintilla magnum fulgorem quis excitare possit.

DVLICIS INEXPERTIS CVLTVRA] non dissimile est hoc prouerbiū Græcorū, vsurpatum à Pindaro, *γλυκὺς πόλεμος ἀπέρτος.* id est, dulce bellum inexperitis. sequitur mox apud Pindar. *πεπειραυμένων δὲ τις παρθεὶ παροσίη:* quod videtur expressisse Horatius proximi versus principib. *expertus metuit.* ad verbum sic vertere possis, At eorum, qui experti sunt, aliquis timet adueniens, seu vbi iam aduenit, nempe bellum. culturam autem pro cultu posuit.

EXPERTVS] ὁ ἀπὸ πείρας ἰών: ὁ πεπειραυμένος: qui periculum fecit. hoc ex Pindaro expressum, vt paullo antē dixi.

DVM TVA NAVIS IN ALTO EST] id est, dum in cutsu es. tralatio est.

HOC AGE] in hanc curam incumbere. *hoc agere* loquendi genus Latinis vsitatum est, quod valet negotium susceptum accuratē administrare: attentum esse in re aliqua, aut in sermone, qui habetur: totum suum studium, & cogitationē in vna re ponere. Terent. in Andr. *hoccine agis, an non?* D. ego verō istuc. *ibid. ipsum adeo præsto video cum D. uo. hoc agē.* in Eunuch. Chr. *alios res agis.* P. *istuc ego quidē.* sic Xenophon. *Ἐλλῶνικ. δ. ἔδ' ἔγ' ἔκρ' ἔκρ' ἔκρ' αὐτ' αἰ τὸ σάματος ἰδοναί' ἀλλ' αἰεὶ παρὸς ὧ εἰν ἔργω, τὸτ' ἐπαρῆα.* id est, nequē enim vincebam eū corporis voluptates: sed semper quodcumque negotium suscepisset, hoc agebat. Horat. sat. 3. lib. 2. *vt vinus igitur, vigila: hoc age.* Plautus Mil. glorios. *hanc age rem. res subitaria est.* Plutarch. in Coriolano scribit, cum magistratus, aut pontifices sacrificabant, præconē magna voce clamare solitū esse, *hoc age.* quibus verbis

magis iubebat animum ad sacra attendere, nullūque omnino opus alienum interponere. verba Plutarchi sunt hæc, ὅταν γὰρ ἀρχόντες, ἢ ἱερεῖς ἀρῆται πὶ τῶν θείων, ὁ κληρὸς παρῆται μετὰ τὴν φωνὴν βοῶν, ὅκ ἀγε. σηκύνει δὲ ἡ φωνὴ, τὸτο παρῆται. παρῆται γὰρ κληρὸς τοῖς ἱερεῖς, ἢ μὴ δὲν ἔργον ἐμὲ ἀλλ' ἐν μετὰ τὸ. id est, cum enim magistratus, aut sacerdotes aliquam rem diuinam faciunt, prodit præconē magna voce clamans, hoc age, significat autem vocem, τὸτο παρῆται, iubens attendere ad sacra, & nullum opus intermiscere.

AGILEM, NAVVM QVEM] hominem ad agendum promptum, ac paratum. ad res agendas aptum, δραστηρίων, δρακίλων: vt sup. epist. 1. *Nunc agillis fio.*

REMISSE] ignaui, desides, ἀνεμύροι, inertes.

POTORES BIBVLI] bibuli cohæret cum nomine potores: estq; numeri multitudinis.

VAPORES] quidam libri veteres habent tepores.

DEME SVPERCILIO NVBEM] aufer à vultu tristitiam, atque immoderatam seueritatem, quæ contracto, ac sublato supercilio significatur: quod Græci τὸν ὄφρῶν νεφός, id est, superciliorum nubem, appellant. & ita Euripid. in Hippol. coron. ex quo ὄφρῶν νεφός, id est, superciliosū, à Græcis appellantur seueri, tristes, superbi: & παρῆται τὸν στυφρῶν νεφῶν Eurip. in Alcestid. dixit vultum superciliosum, seu supercilio obductum. & ἀφρὸν τῶν ὄφρῶν, id est, tollere supercilium, proverbij locum obtinet tum apud Græcos, tum apud Latinos, pro eo, quod est, vultu tristitiam quandam præ se ferre. Diphilus comicus apud Athen. lib. 2. *τὸν τῶν ὄφρῶν ἀφρῶν, συμπαίης γὰρ ἐν, τὸν τ' ἀδδὲν τολμῶν π, τ' δὲ γλῶν, ἡρασῶν.* id est, eum, qui supercilia tollit, adducis vt rideat: imbecillum, vt aliquid audeat: timidum, audeam reddis. & ita Catull. Ad Ianuā mulieris impudicæ. *Prætereū addebat quendam, quæ dicere nolo nomine, ne tollat rubra supercilia,* id est, ne sublato supercilio significet, se mihi iratū esse, ne grauius, & iniquo animo ferat. *συννεφῆς* etiā appellatur à Græcis is, qui supercilij nube, id est, contractione, tristitia quandam præ se fert, ex quo verbum *συννεφῶν, & συννεφῶν ὄμματα* apud Euripidem in Electra. & Sophocles in Antigone disertè νεφέλων ὄφρῶν nominat, aspectū mæstum, ac tristē, sic Sophocles. *νεφέλη δ' ὄφρῶν ὑπερ ἀμμάτων πέδος ἀρχαῖος τήγισ' εὐώπε παρῆται.* id est, nubes autem superciliorū lupæ certantem faciem deformat, irrigas lacrymis formosam genam. sic Cicero in orat. in Pison. *ὑπερβολικῶς quidem Cicillus,* sed tamen vibanē, ac faceret, Pilonem interrogatū quid sentiret de suo consulatu, ait respondisse altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio, crudelitate sibi non placere, significans, sed descibens eum inceptam, atque importunam seueritatem, quam in eadem oratione frontis nubeculam appellat. Idem de eo-

dem in orat. pro Sextio, *τὰντα erat gravitas in oculis: tantæ frontis contractio, vt illo supercilio, tanquam Atlante celum, annus ille nisi videretur.* Demosthenes in orat. *τὸ δὲ τὸ ὄφρῶν ἀνασπῆν τῶν ὄφρῶν, viderur accipere pro eo, quod est, plus æquo sibi arrogare, & gerere se insolentem.* sic ille τὸτε ἰδὸν μέγιστον παρῆται ἑαυτῶν ἐπειδὴ δὲ μέγιστον ἐργασίαι χεῖρας, τῶν ὄφρῶν ἀνάσπῆα. id est, tunc quidem modestū seipsum præbebat: posteaquam autem maxima mala effecit, supercilia sursum extulit. & σὺν ἀφρῶν τῶν ὄφρῶν, id est, contrahere seu conducere supercilia, apud Aristoph. in Plauto, tristitiam & mæstitiam significat. Quemadmodum autem sublata, & contracta supercilium tristitiam, & seueritatem significat, sic remissum & laxum, hilaritatem. Pindarus *ἔδ. θ. Πιθ. ἀγαθὴν χλιαρὸν γαλάσιος ὄφρῶν.* id est, hilare tepidum ridens supercilio. & turpid. Iphigen. in Aulide remittere supercilia. *Μέθης νῦν ὄφρῶν, ὄμμα τ' ἐκλεινον φιλῶν.* id est, remitte nunc supercilium, & oculum carum extendito. Idem in Cyclope. Silenus. *Ὡς ἐκπιεῖν αἰ κώλικα βουλοῖμην μίαν. Πάντων κηκλώπων ἀπιδόου βοσκίματα, Πίφουτ' ἐς ἀλλίμην λειψάδος πέτρας ἀπο, Ἀπῆξ μεθυθεῖς, καταβαλῶν τε τῶν ὄφρῶν.* Ὡς, ὅς γε πῖνον μὴ γέγηθε, μίμνετα, ἰ. Nā calicē vnū exhaurire velim, pro eo omnium Cyclopū datis pecudibus, meque ipsum ex rupe Leucade in mare præcipitem agere, semel ebrius factus, superciliosque demissis, ac deiectis. Hom. *ἰλ. ο. de Iunone, ἰδ' ἐγγέλασσε Χείλεσιν, ἔδὲ μέτωπον ἐπ' ὄφρῶσι κινῆσθην Ἰάνθη.* id est, Illa autem nisi labris, neque frons super supercilia nigra hilarata est. Prætereā supercilio tū inuimus, tum annuimus. inuimus, vt Homoc. *δ. δ. π. Ἡδ' ἀρ' ἐπ' ὄφρῶσι νεύσε. νόσσε δὲ δῖος ὀδισσέως.* Illa autem superciliis innuit: intellexit verō Vlysses. & ὀδ. φ. H, *χρὶ ἐπ' ὄφρῶσι νεύσε, ὁ δ' ἀμφίθετο ξίφος ὄξυ.* id est, dixit, & superciliis innuit: ille autem gladium acutum accinxit, annuendi exemplum est apud eundem H, *χρὶ κινῆσθην ἐπ' ὄφρῶσι νεύσε κρονίων.* id est, dixit, & nigris superciliis annuit Iupiter. Libet autem mihi hoc loco colligere alia affectuum animi indicia, quæ du cuntur ex partibus corporis, siue illa sua sponte, & nobis inuitis moueantur, atque immutentur, vt cum metu pallefcimus, horremus, obmutescimus: siue nostra voluntate, vt cum in dolore frōtem ferimus, aut femur. Vt igitur à capite ordiamur, caput percurrete maiorem significat. Hom. *ἰλ. χ. Ἐὶ μῆξεν δ' ὁ γέρον, κεφαλήν δ' ὄρε κόψατο χεῖρσι.* id est, miserum se clamauit senex: caput autem manibus percussit. Herod. Thal. *ὁ δὲ ψαμμυνητός ὡς εἶδεν, ἀνακλεισάσας μῆλα, χὶ καλέσας ὀνοματὶ τὸν ἐπιτῶρον, ἐπληξάσαστο τὴν κεφαλήν:* id est, Plamemum se clamauit senex: caput autem manu nominatim appellato, caput percussit, ob eandem causam capillus vellitur. *ὁ δ. κ. Ἐξ ὀμῶν δὲ κατὰ τῶν ῥῶν, τίλλοντά τε χεῖρας.* id est, sedentes autem illic gemebāt, & comas vellebant. sic Attius de Agam. *scindens*

A bis iubebat animum ad sacra attendere, nullūque omnino opus alienum interponere. verba Plutarchi sunt hæc, ὅταν γὰρ ἀρχόντες, ἢ ἱερεῖς ἀρῆται πὶ τῶν θείων, ὁ κληρὸς παρῆται μετὰ τὴν φωνὴν βοῶν, ὅκ ἀγε. σηκύνει δὲ ἡ φωνὴ, τὸτο παρῆται. παρῆται γὰρ κληρὸς τοῖς ἱερεῖς, ἢ μὴ δὲν ἔργον ἐμὲ ἀλλ' ἐν μετὰ τὸ. id est, cum enim magistratus, aut sacerdotes aliquam rem diuinam faciunt, prodit præconē magna voce clamans, hoc age, significat autem vocem, τὸτο παρῆται, iubens attendere ad sacra, & nullum opus intermiscere.

AGILEM, NAVVM QVEM] hominem ad agendum promptum, ac paratum. ad res agendas aptum, δραστηρίων, δρακίλων: vt sup. epist. 1. *Nunc agillis fio.*

REMISSE] ignaui, desides, ἀνεμύροι, inertes.

POTORES BIBVLI] bibuli cohæret cum nomine potores: estq; numeri multitudinis.

VAPORES] quidam libri veteres habent tepores.

DEME SVPERCILIO NVBEM] aufer à vultu tristitiam, atque immoderatam seueritatem, quæ contracto, ac sublato supercilio significatur: quod Græci τὸν ὄφρῶν νεφός, id est, superciliorum nubem, appellant. & ita Euripid. in Hippol. coron. ex quo ὄφρῶν νεφός, id est, superciliosū, à Græcis appellantur seueri, tristes, superbi: & παρῆται τὸν στυφρῶν νεφῶν Eurip. in Alcestid. dixit vultum superciliosum, seu supercilio obductum. & ἀφρὸν τῶν ὄφρῶν, id est, tollere supercilium, proerbij locum obtinet tum apud Græcos, tum apud Latinos, pro eo, quod est, vultu tristitiam quandam præ se ferre. Diphilus comicus apud Athen. lib. 2. *τὸν τῶν ὄφρῶν ἀφρῶν, συμπαίης γὰρ ἐν, τὸν τ' ἀδδὲν τολμῶν π, τ' δὲ γλῶν, ἡρασῶν.* id est, eum, qui supercilia tollit, adducis vt rideat: imbecillum, vt aliquid audeat: timidum, audeam reddis. & ita Catull. Ad Ianuā mulieris impudicæ. *Prætereū addebat quendam, quæ dicere nolo nomine, ne tollat rubra supercilia,* id est, ne sublato supercilio significet, se mihi iratū esse, ne grauius, & iniquo animo ferat. *συννεφῆς* etiā appellatur à Græcis is, qui supercilij nube, id est, contractione, tristitia quandam præ se fert, ex quo verbum *συννεφῶν, & συννεφῶν ὄμματα* apud Euripidem in Electra. & Sophocles in Antigone disertè νεφέλων ὄφρῶν nominat, aspectū mæstum, ac tristē, sic Sophocles. *νεφέλη δ' ὄφρῶν ὑπερ ἀμμάτων πέδος ἀρχαῖος τήγισ' εὐώπε παρῆται.* id est, nubes autem superciliorū lupæ certantem faciem deformat, irrigas lacrymis formosam genam. sic Cicero in orat. in Pison. *ὑπερβολικῶς quidem Cicillus,* sed tamen vibanē, ac faceret, Pilonem interrogatū quid sentiret de suo consulatu, ait respondisse altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio, crudelitate sibi non placere, significans, sed descibens eum inceptam, atque importunam seueritatem, quam in eadem oratione frontis nubeculam appellat. Idem de eo-

dem in orat. pro Sextio, *τὰντα erat gravitas in oculis: tantæ frontis contractio, vt illo supercilio, tanquam Atlante celum, annus ille nisi videretur.* Demosthenes in orat. *τὸ δὲ τὸ ὄφρῶν ἀνασπῆν τῶν ὄφρῶν, viderur accipere pro eo, quod est, plus æquo sibi arrogare, & gerere se insolentem.* sic ille τὸτε ἰδὸν μέγιστον παρῆται ἑαυτῶν ἐπειδὴ δὲ μέγιστον ἐργασίαι χεῖρας, τῶν ὄφρῶν ἀνάσπῆα. id est, tunc quidem modestū seipsum præbebat: posteaquam autem maxima mala effecit, supercilia sursum extulit. & σὺν ἀφρῶν τῶν ὄφρῶν, id est, contrahere seu conducere supercilia, apud Aristoph. in Plauto, tristitiam & mæstitiam significat. Quemadmodum autem sublata, & contracta supercilium tristitiam, & seueritatem significat, sic remissum & laxum, hilaritatem. Pindarus *ἔδ. θ. Πιθ. ἀγαθὴν χλιαρὸν γαλάσιος ὄφρῶν.* id est, hilare tepidum ridens supercilio. & turpid. Iphigen. in Aulide remittere supercilia. *Μέθης νῦν ὄφρῶν, ὄμμα τ' ἐκλεινον φιλῶν.* id est, remitte nunc supercilium, & oculum carum extendito. Idem in Cyclope. Silenus. *Ὡς ἐκπιεῖν αἰ κώλικα βουλοῖμην μίαν. Πάντων κηκλώπων ἀπιδόου βοσκίματα, Πίφουτ' ἐς ἀλλίμην λειψάδος πέτρας ἀπο, Ἀπῆξ μεθυθεῖς, καταβαλῶν τε τῶν ὄφρῶν.* Ὡς, ὅς γε πῖνον μὴ γέγηθε, μίμνετα, ἰ. Nā calicē vnū exhaurire velim, pro eo omnium Cyclopū datis pecudibus, meque ipsum ex rupe Leucade in mare præcipitem agere, semel ebrius factus, superciliosque demissis, ac deiectis. Hom. *ἰλ. ο. de Iunone, ἰδ' ἐγγέλασσε Χείλεσιν, ἔδὲ μέτωπον ἐπ' ὄφρῶσι κινῆσθην Ἰάνθη.* id est, Illa autem nisi labris, neque frons super supercilia nigra hilarata est. Prætereā supercilio tū inuimus, tum annuimus. inuimus, vt Homoc. *δ. δ. π. Ἡδ' ἀρ' ἐπ' ὄφρῶσι νεύσε. νόσσε δὲ δῖος ὀδισσέως.* Illa autem superciliis innuit: intellexit verō Vlysses. & ὀδ. φ. H, *χρὶ ἐπ' ὄφρῶσι νεύσε, ὁ δ' ἀμφίθετο ξίφος ὄξυ.* id est, dixit, & superciliis innuit: ille autem gladium acutum accinxit, annuendi exemplum est apud eundem H, *χρὶ κινῆσθην ἐπ' ὄφρῶσι νεύσε κρονίων.* id est, dixit, & nigris superciliis annuit Iupiter. Libet autem mihi hoc loco colligere alia affectuum animi indicia, quæ du cuntur ex partibus corporis, siue illa sua sponte, & nobis inuitis moueantur, atque immutentur, vt cum metu pallefcimus, horremus, obmutescimus: siue nostra voluntate, vt cum in dolore frōtem ferimus, aut femur. Vt igitur à capite ordiamur, caput percurrete maiorem significat. Hom. *ἰλ. χ. Ἐὶ μῆξεν δ' ὁ γέρον, κεφαλήν δ' ὄρε κόψατο χεῖρσι.* id est, miserum se clamauit senex: caput autem manibus percussit. Herod. Thal. *ὁ δὲ ψαμμυνητός ὡς εἶδεν, ἀνακλεισάσας μῆλα, χὶ καλέσας ὀνοματὶ τὸν ἐπιτῶρον, ἐπληξάσαστο τὴν κεφαλήν:* id est, Plamemum se clamauit senex: caput autem manu nominatim appellato, caput percussit, ob eandem causam capillus vellitur. *ὁ δ. κ. Ἐξ ὀμῶν δὲ κατὰ τῶν ῥῶν, τίλλοντά τε χεῖρας.* id est, sedentes autem illic gemebāt, & comas vellebant. sic Attius de Agam. *scindens*

dem in orat. pro Sextio, *τὰντα erat gravitas in oculis: tantæ frontis contractio, vt illo supercilio, tanquam Atlante celum, annus ille nisi videretur.* Demosthenes in orat. *τὸ δὲ τὸ ὄφρῶν ἀνασπῆν τῶν ὄφρῶν, viderur accipere pro eo, quod est, plus æquo sibi arrogare, & gerere se insolentem.* sic ille τὸτε ἰδὸν μέγιστον παρῆται ἑαυτῶν ἐπειδὴ δὲ μέγιστον ἐργασίαι χεῖρας, τῶν ὄφρῶν ἀνάσπῆα. id est, tunc quidem modestū seipsum præbebat: posteaquam autem maxima mala effecit, supercilia sursum extulit. & σὺν ἀφρῶν τῶν ὄφρῶν, id est, contrahere seu conducere supercilia, apud Aristoph. in Plauto, tristitiam & mæstitiam significat. Quemadmodum autem sublata, & contracta supercilium tristitiam, & seueritatem significat, sic remissum & laxum, hilaritatem. Pindarus *ἔδ. θ. Πιθ. ἀγαθὴν χλιαρὸν γαλάσιος ὄφρῶν.* id est, hilare tepidum ridens supercilio. & turpid. Iphigen. in Aulide remittere supercilia. *Μέθης νῦν ὄφρῶν, ὄμμα τ' ἐκλεινον φιλῶν.* id est, remitte nunc supercilium, & oculum carum extendito. Idem in Cyclope. Silenus. *Ὡς ἐκπιεῖν αἰ κώλικα βουλοῖμην μίαν. Πάντων κηκλώπων ἀπιδόου βοσκίματα, Πίφουτ' ἐς ἀλλίμην λειψάδος πέτρας ἀπο, Ἀπῆξ μεθυθεῖς, καταβαλῶν τε τῶν ὄφρῶν.* Ὡς, ὅς γε πῖνον μὴ γέγηθε, μίμνετα, ἰ. Nā calicē vnū exhaurire velim, pro eo omnium Cyclopū datis pecudibus, meque ipsum ex rupe Leucade in mare præcipitem agere, semel ebrius factus, superciliosque demissis, ac deiectis. Hom. *ἰλ. ο. de Iunone, ἰδ' ἐγγέλασσε Χείλεσιν, ἔδὲ μέτωπον ἐπ' ὄφρῶσι κινῆσθην Ἰάνθη.* id est, Illa autem nisi labris, neque frons super supercilia nigra hilarata est. Prætereā supercilio tū inuimus, tum annuimus. inuimus, vt Homoc. *δ. δ. π. Ἡδ' ἀρ' ἐπ' ὄφρῶσι νεύσε. νόσσε δὲ δῖος ὀδισσέως.* Illa autem superciliis innuit: intellexit verō Vlysses. & ὀδ. φ. H, *χρὶ ἐπ' ὄφρῶσι νεύσε, ὁ δ' ἀμφίθετο ξίφος ὄξυ.* id est, dixit, & superciliis innuit: ille autem gladium acutum accinxit, annuendi exemplum est apud eundem H, *χρὶ κινῆσθην ἐπ' ὄφρῶσι νεύσε κρονίων.* id est, dixit, & nigris superciliis annuit Iupiter. Libet autem mihi hoc loco colligere alia affectuum animi indicia, quæ du cuntur ex partibus corporis, siue illa sua sponte, & nobis inuitis moueantur, atque immutentur, vt cum metu pallefcimus, horremus, obmutescimus: siue nostra voluntate, vt cum in dolore frōtem ferimus, aut femur. Vt igitur à capite ordiamur, caput percurrete maiorem significat. Hom. *ἰλ. χ. Ἐὶ μῆξεν δ' ὁ γέρον, κεφαλήν δ' ὄρε κόψατο χεῖρσι.* id est, miserum se clamauit senex: caput autem manibus percussit. Herod. Thal. *ὁ δὲ ψαμμυνητός ὡς εἶδεν, ἀνακλεισάσας μῆλα, χὶ καλέσας ὀνοματὶ τὸν ἐπιτῶρον, ἐπληξάσαστο τὴν κεφαλήν:* id est, Plamemum se clamauit senex: caput autem manu nominatim appellato, caput percussit, ob eandem causam capillus vellitur. *ὁ δ. κ. Ἐξ ὀμῶν δὲ κατὰ τῶν ῥῶν, τίλλοντά τε χεῖρας.* id est, sedentes autem illic gemebāt, & comas vellebant. sic Attius de Agam. *scindens*

dem in orat. pro Sextio, *τὰντα erat gravitas in oculis: tantæ frontis contractio, vt illo supercilio, tanquam Atlante celum, annus ille nisi videretur.* Demosthenes in orat. *τὸ δὲ τὸ ὄφρῶν ἀνασπῆν τῶν ὄφρῶν, viderur accipere pro eo, quod est, plus æquo sibi arrogare, & gerere se insolentem.* sic ille τὸτε ἰδὸν μέγιστον παρῆται ἑαυτῶν ἐπειδὴ δὲ μέγιστον ἐργασίαι χεῖρας, τῶν ὄφρῶν ἀνάσπῆα. id est, tunc quidem modestū seipsum præbebat: posteaquam autem maxima mala effecit, supercilia sursum extulit. & σὺν ἀφρῶν τῶν ὄφρῶν, id est, contrahere seu conducere supercilia, apud Aristoph. in Plauto, tristitiam & mæstitiam significat. Quemadmodum autem sublata, & contracta supercilium tristitiam, & seueritatem significat, sic remissum & laxum, hilaritatem. Pindarus *ἔδ. θ. Πιθ. ἀγαθὴν χλιαρὸν γαλάσιος ὄφρῶν.* id est, hilare tepidum ridens supercilio. & turpid. Iphigen. in Aulide remittere supercilia. *Μέθης νῦν ὄφρῶν, ὄμμα τ' ἐκλεινον φιλῶν.* id est, remitte nunc supercilium, & oculum carum extendito. Idem in Cyclope. Silenus. *Ὡς ἐκπιεῖν αἰ κώλικα βουλοῖμην μίαν. Πάντων κηκλώπων ἀπιδόου βοσκίματα, Πίφουτ' ἐς ἀλλίμην λειψάδος πέτρας ἀπο, Ἀπῆξ μεθυθεῖς, καταβαλῶν τε τῶν ὄφρῶν.* Ὡς, ὅς γε πῖνον μὴ γέγηθε, μίμνετα, ἰ. Nā calicē vnū exhaurire velim, pro eo omnium Cyclopū datis pecudibus, meque ipsum ex rupe Leucade in mare præcipitem agere, semel ebrius factus, superciliosque demissis, ac deiectis. Hom. *ἰλ. ο. de Iunone, ἰδ' ἐγγέλασσε Χείλεσιν, ἔδὲ μέτωπον ἐπ' ὄφρῶσι κινῆσθην Ἰάνθη.* id est, Illa autem nisi labris, neque frons super supercilia nigra hilarata est. Prætereā supercilio tū inuimus, tum annuimus. inuimus, vt Homoc. *δ. δ. π. Ἡδ' ἀρ' ἐπ' ὄφρῶσι νεύσε. νόσσε δὲ δῖος ὀδισσέως.* Illa autem superciliis innuit: intellexit verō Vlysses. & ὀδ. φ. H, *χρὶ ἐπ' ὄφρῶσι νεύσε, ὁ δ' ἀμφίθετο ξίφος ὄξυ.* id est, dixit, & superciliis innuit: ille autem gladium acutum accinxit, annuendi exemplum est apud eundem H, *χρὶ κινῆσθην ἐπ' ὄφρῶσι νεύσε κρονίων.* id est, dixit, & nigris superciliis annuit Iupiter. Libet autem mihi hoc loco colligere alia affectuum animi indicia, quæ du cuntur ex partibus corporis, siue illa sua sponte, & nobis inuitis moueantur, atque immutentur, vt cum metu pallefcimus, horremus, obmutescimus: siue nostra voluntate, vt cum in dolore frōtem ferimus, aut femur. Vt igitur à capite ordiamur, caput percurrete maiorem significat. Hom. *ἰλ. χ. Ἐὶ μῆξεν δ' ὁ γέρον, κεφαλήν δ' ὄρε κόψατο χεῖρσι.* id est, miserum se clamauit senex: caput autem manibus percussit. Herod. Thal. *ὁ δὲ ψαμμυνητός ὡς εἶδεν, ἀνακλεισάσας μῆλα, χὶ καλέσας ὀνοματὶ τὸν ἐπιτῶρον, ἐπληξάσαστο τὴν κεφαλήν:* id est, Plamemum se clamauit senex: caput autem manu nominatim appellato, caput percussit, ob eandem causam capillus vellitur. *ὁ δ. κ. Ἐξ ὀμῶν δὲ κατὰ τῶν ῥῶν, τίλλοντά τε χεῖρας.* id est, sedentes autem illic gemebāt, & comas vellebant. sic Attius de Agam. *scindens*

dem in orat. pro Sextio, *τὰντα erat gravitas in oculis: tantæ frontis contractio, vt illo supercilio, tanquam Atlante celum, annus ille nisi videretur.* Demosthenes in orat. *τὸ δὲ τὸ ὄφρῶν ἀνασπῆν τῶν ὄφρῶν, viderur accipere pro eo, quod est, plus æquo sibi arrogare, & gerere se insolentem.* sic ille τὸτε ἰδὸν μέγιστον παρῆται ἑαυτῶν ἐπειδὴ δὲ μέγιστον ἐργασίαι χεῖρας, τῶν ὄφρῶν ἀνάσπῆα. id est, tunc quidem modestū seipsum præbebat: posteaquam autem maxima mala effecit, supercilia sursum extulit. & σὺν ἀφρῶν τῶν ὄφρῶν, id est, contrahere seu conducere supercilia, apud Aristoph. in Plauto, tristitiam & mæstitiam significat. Quemadmodum autem sublata, & contracta supercilium tristitiam, & seueritatem significat, sic remissum & laxum, hilaritatem. Pindarus *ἔδ. θ. Πιθ. ἀγαθὴν χλιαρ*

A *dolore identidem intonsam comam*: eodem pertinet, caput puluere confpergere. ὀδυσ.ω. de Laerte. Αμφοτέρησι δὲ χερσὶν ἐλὼν κόμην ἀβαλόεσσαν Χέωατο κακ κεφαλῆς πολλῆς ἀδὼν ἐναχίζων. id est, ambabus autem manibus sumto cinere fu- liginoso, infudit in caput canum, crebrò ingemi- scens. ἰλ. σ. de Achille. Αμφοτέρησι δὲ χερσὶν ἐ- λὼν κόμην ἀβαλόεσσαν Χέωατο κακ κεφαλῆς, χάρησι δ' ἠέχουμε ᾤεσσαντων. id est, ambabus au- tem manibus nigrum cinerem cum sumisset, in- fudit in caput, pulchram autem faciem inqui- nauit. ibid. φιλῆσι δὲ χερσὶ κόμην ἠέχουμε δαί- ζων. id est, caris autē manibus comam inquina- uit lacerans. Sic Catullus carm. de nupt. Pelei, & Thet. *Canitiem terra, atque infuso puluere sedans. Capitiu motus gestus manantis.* sic Neptunus Vly- sem secundo cursu nauigantem, patriæque iam appropinquantē prospiciens, ὀδυσ. ε. δδ' ἐχρό- σατο κηφθὴ μάλλον Κινήσας δὲ χερσὶ ᾤεσσι ὄν μωήσαστο θυμὸν Ὡ πόποι, &c. id est, ille autē iratus est ex animo magis. Caput autem mouens apud se locut⁹ est. O dii immortales, &c. & Vly- ses ab Antinoò pulsatus, ὀδυσ. ρ. Ἄλλ' ἀκλέων κίμπε χερσὶ κακῶ βυσοδομῶων. id est. At taci- tus mouit caput, mala in alto mentis recessu mol- liēs. Horat. sat. 5. lib. 1. *caput et mouet.* Virg. lib. 7. *Æneid. Tum quassans caput hæc effudit pectore dicta.* Innuimus, cum alteri nutu significamus, vt ali- quid fiat, vt ὀδυσ.ω. Νέωσα μὲν τοι ἐγὼ κε- φαλῆ, σὺ δ' ἐπέετα νήσας, &c. id est, inuam tibi quidem capite: Tu autem deinde cum intel- lexeris, &c. & Eid' ἄγε τοι κεφαλῆ ὀπνεύσο- μαι. id est, Si verò, age, tum ego tibi innuā. Ter. Adelph. *ne mora sit si innuerim, quin pugnis conti- nuò in mala hereat.* M. Tull. pro Quinctio. *nò mo- dò enim pollicitus erat in Gallia, sed Roma quotidè, si- mul atque sibi hic innuisset, numeraturus se esse dicebat.* vbi corruptè, & mendosè legitur in lib. vul- gatis, *annuisset.* annuere enim est eius, qui se af- sentiri alteri, & quippiam approbare significat. *Exporrigere frontem,* animi remissionem, atque hil- aritatem significat. Terent. Adelp. *mitte iam istac: da te hodie mihi: Exporge frontem.* Plaut. Casina. *prim- um ego te porrectiore fronte volo tecum loqui. Ex- plicare frontem* idem valet. sed ab Horat. ponitur pro eo, quod est hilaritatis, & lætitiæ causam præ- bere. Od. 29. lib. 3. *Mundaque paruo sub Lare pau- perum Cene sine aulæ & ostro sollicitam explicue- re frontem.* idem sat. 2. lib. 2. *Æc venerata Ceres, vt culmo surgeret alto Explicuit vino contracta serua frō- tū.* contrā frontem contrahere. M. Tull. in Cluentia- na. *Hic ille plānus improbitissimus questu iudiciario pas- sus contrahit frontem.* Et *consulcare frontem*, quo vitur Plaut. in Prol. Bacch. Item *caperare frons* di- citur ei, cui frons contrahitur. Plaut. in Epid. *quid illuc est, quod illi caperat frons seueritudine? Frontem ferire* gestus hominis quippiam agrè ferentis, & indignantis. Cic. ad Att. lib. 1. *puto te in hoc aut ri- sisse, aut ingemuisse, vt frontem ferias.* Idem in Bruto, *nulla perturbatio animi, nulla corporis: frons non per-*

eiusa, non femur. Dionys. Halicarn. lib. 10. ἀρχαῖο- λογ. ραμ. παῖοντες τὰ μέτωπα, καὶ κελίφεις τὰς ὀφείας ποίησαντες ferientes fronteis, & aspectus tristis præferentes. *Frontem, vel os perspi- cuisse* dicimus eum, quem significare volumus ni- hil pudere. Cic. Tusc. 3. *quam tu idem, cum os perspi- cuiti, soles dicere? ex quo hominem ferrei, & duri oris dicere solemus, id est, impudètem.* Idem pro Quinct. *homini pro amicitia familiaris dixi, mihi videri ore durissimo esse, qui presente eo gestu agere co- maretur.* Idem de orat. lib. 2. *quoniam soleo sape mi- rari eorum impudèciam, qui agunt in scena gestu præ- sente refugio.* Idem in Pisonem, *si os tuum ferreum senatus conuicio verberari noluisse.* Catull. in quan- dam. *quod si non aliud pote est, ruborem Ferreo canis exprimitis ore.* Ter. in Eunuch. *os durum.* Iterum M. Tull. lib. acc. 4. *nostis os hominis, nostis audaciā.* Idem lib. 9. epist. ad Varr. *Misi autē ad te quattuor admonitores non nimis verecundos, nosti enim profectò os huius adolescentioris Academiae.* Idem epist. 5. lib. 12. epist. ad Attic. princip. *O stultitiam, nisi mea maior esset, singularem. quod autem os, in hac rem ἔρωον abs te? Ita enim legendū esse ostendimus in notis Ciceronianis: quod & Turnebo venit eodem tempore in mentem, cum ei libru epist. ad Attic. manuscriptum, vtendum dedissem. eodem referendū est illud Afiniij Galli in M. Pom- ponium Marcellum, grammaticum veterē, quē commemorat Suetonius in libello de illust. grā- maticis. Qui caput ad laeuam didicit glossemata nobis præcipit, os nullum, vel potius pugile. significabat autem Afinius irridens, hunc grammaticum esse impudentem, qui cum pugil fuisset, grammaticā profiteretur: vel potius hoc tantum, pugilē fuisset. Nam pugiles cum aduersarij pugnantēs, caput ad laeuam partem flectebant, ne autem læuā plagis apertam & expositā haberent. ἀμφιλογία autem est in illis os nullum, & os pugilū. nam pri- mum ore nullo esse dicuntur, qui nullo sunt pu- dore, & pugilibus ita interdum os verberabatur castibus, vt in formi ore esse videretur: deinde os pugilū significat etiam os durum, quale credibile est esse eius, cui os pugnis & castibus tunditur. oculorum niētus, & crebra agitatio, admonen- tis gestus. Hom. ὀδυσ. σ. Οὐκ ἀτίεις, ὅτι δὴ μοι ὀπλιλλίζωσιν ἅπαντες: id est, non intelligis mihi oculis innuere omnes? idē ἰλ. 1. Τοῖσι δὲ πόλλ' ἐπέτελλε γερύλιος ἰσπότα Νέτωρ, Δειδύλλων ἐς ἔκαστον, &c. id est, νεύων ὀφθαλμοῖς. quod va- let, oculis innuens. Horat. sat. 9. lib. 1. *Distorquens oculos, vt me eriperet. Oculi nimis arguti* (vt scribit M. Tull. lib. 1. de legib.) *quem admodum animo affe- ti simus, loquuntur.* Ardor oculorum iram signifi- cat. M. Tull. lib. 5. *accul. ipse in summatus scelere, & furore in forum venit: ardebant oculi: toto ex ore crudelitas eminebat.* & lib. 4. de Theomasto quo- dam. *Nam cum spiritus ageret in ore, arderent oculi, voce maxima vim se sibi afferre clamaret.* Hom. ἰλ. α. de Achille. μένος δὲ μέγα φρένας ἀμφὶ μέλαινα Πίμπρατ' ὄσσε δὲ οἱ στυρὶ λαμπε-*

τόωντι

A *πῶντι ἔσκεν.* id est, spiritu autē mens nigra valde implebatur: oculi autē ei igni ardenti, seu lucenti similes erāt. Oculos etiam aiunt esse pu- doris sedem. ex quo Socrates in Phædro, ἐγνα- λυδάμνος, id est, operta facie de amore dispu- tat. Præterea scribit Aristor. ῥητορ. 6. prouerbiū esse, *εἰ ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδῶ, καὶ ἀφ' ὅτου τὸς ἀεὶ παροσθιδύεις μάλλον ἀρχιμύονται, καὶ τὸς παροσθοντας αὐτοῖς, &c.* id est, in oculis esse pudorem, & propter hanc causam solēt eos, qui semper affuturi sunt magis veteri, & eos, qui ad ipsos animū sunt aduersuri, huc pertinet respon- sum illud Sapphonis: quæ, cum ei Alcaus dixisset, se aliquid ei dicere vellet, sed pudore prohiberi. Αἴτ' εἰχέες ἐσθλῶν ἴμερον, ἢ καλῶν, καὶ μὲν εἴπειν γλώσσ' ἐκὼνα χερσὶν, Αἰδῶς μὲν ὅτε εἰχέει σε τ' ὀμμά- τ', ἀλλ' ἔλεγεσ' ὅτι τῶ δὴχ' οἰ. id est, si te rerum bonarum, aut honesta- rum desiderium teneret, neque lingua quicquam turpe proloqui conaretur: non tibi pudor oculos obsideret, sed de re iusta verba faceres. Oculi defixi significat at- tenditissimam in re aliqua cogitationem: idque vel sine vlla animi molestia, vt ἰλ. γ. de Vlyse. Σπύ- σκεν ὑπὸ δὲ ἰδέσθαι καὶ χροῖος ὀμμάτα πηξας. id est, stabat: subtus autem aspicebat, defixis in terram oculis. Theoc. ἐλ. β. Καὶ μ' ἐσθλῶν ἄ- σορρος ὅτι χροῖος ὀμμάτα πηξας ἔζετ' ὅτι κληντήρος. Et cum me aspexisset ferreus ille, & om- nini affectu humano carens, defixis in terrā ocu- lis sedebat in sella, seu in lecto, & Apoll. ἀρ- γοναυτ. lib. 3. Η, καὶ ἐπ' ἔδδος αἴγα ποδῶν πά- ρος ὀμμάτ' ἐπῆξαν, Ἀνδύχα πορφύρεσσι ἐν σφισί: id est, dixit, & in solum, seu terram illā ante pedes oculos defixerunt, in duas partes cog- itatione distractæ. vel cum aliqua molestia, vt apud Eurip. Med. 87. ὀμμ' ἐπ' ἄρσος, ἔτ' ἀπαλλάσσασα γῆς ᾤεσσαντων. i. neq; oculū attol- lens, neq; à terra os remouēs. Interdum admira- tionem quandam, & stuporem significat. vt Virgil. Æncid. 1. *Dum stupet, obtutuque hæret defi- xus in vno.* Idem lib. 7. *Talibus Ilionei dictis defi- xus Latinus obtutu tener ora.* Horat. epist. ad Num- micium, *Defixus oculis, animoque ex corpore torpet.* T. Liuius lib. 21. *utraq; simul obiecta res oculis, ani- mū immobiles parumper eos defixit.* Idem lib. 5. *Gal- los quos, velut obstupefactos miraculum victoriae tam repentina tenuit, & ipsi pauore defixi primum stete- runt, velut ignari, quid accidisset: deinde, &c.* Inter- dum animum in aliqua re obfirmatum, & per- seuerantem: vt, cum Hom. ὀδυσ. η. oculos Vly- sis cum cornibus, aut ferro comparat, qui Pene- lopa virum suum præsentem quidem, sed non- dum agnitum desclente, ac multis cum lacrymis desiderantem, nè tantillū quidem ingemuerit, aut illacrymarit. Οφθαλμοῖ δ' ὡσεὶ κέρα ἔσασαν, ἢ δὲ σῆδρος Ατρεμεας ἐβλεφάροισι. δδω δ' ὄ- γε δάκρυα κεύθε. id est, oculi autem vt cornua stabant, aut vt ferrum, immobiles in palpebris, ille autem dolo lacrymas occultabat. Horat. Od. 5. lib. 3. *et virilem Torius humi posuisse vultū.* Lacrymas tum gaudium, tum dolor, & luctus ex-

primit. gaudium, vt ὀδυσ. ω. Ὡς αἴρα φωνήσας Ε ἰδὼν κούσε, καδ δὲ παρῆων Δάκρυον ἠέε χάρμα- ρε. id est, sic igitur locutus filium osculatus est, ex- genis autem lacrymam misit in terram. & ὀδυσ. ι. Penelopa Vlysem agnosceus. Δακρύοισα δ' ἔπειτ' ἰδὼς δρδάμω, ἀμφὶ δὲ χεῖρας Δειρῆ βάλ' ὀδυσσῆ. id est, illacrymata autem posuit rectā ad eum curcirit, manus autē collo impli- cuit Vlyssis. ibid. de Vlyse. Ὡς φάτο τῶ δ' ἐπι μάλλον ὑφ' ἴμερον ὄρετ γόοιο. Κλάει δ' ἔχων ἀλοχον θυμάρια κέδ' εἰδ' ἴσων. id est, sic locutus est. ei autem tanto magis desiderium flendi inic- cit. Ille autem plorabat habens vxorem ea scientem, quæ viro essent grata, & iucunda. Terent. Heautont. *vbi dicimus redisse te, & rogare vti ve- niret ad te, mulier telam deserit continuo, & lacrymis opplet os totum sibi: vt facie scires, desiderio id fieri nū. Idem Adelph. Dem. ob lacrumo gaudio.* Virg. lib. 6. Æn. *alacris palmis utrasque tetendit, Effusa- que geni lacryme.* Liuius lib. 5. ann. *Certatim pa- tribus, plebique manare gaudio lacryme.* tales fortal- se sunt nouarum nuptiarum lacryma, aut certe fictæ. Catull. in carmin. nupt. *At lubet innuptis ficto te carpere questu.* Idem de coma Berenices. *Est ne nouis nuptis odio Venus? anne parentū Frustran- tur falsis gaudia lacrymulis?* exemplum lacrymarū ab agritudine, aut dolore corporis expressarum exstat apud Hom. ἰλ. β. vbi de Theriste loquitur ab Vlyse percussò. ὀδ' ἰδνῶθι, γαλερόν δὲ οἱ ἔκπεσε δάκρυ. id est, ille autem incuruatus est, tenera autē ei excidit lacryma. & ὀδυσ. δ. Οὐδ' αἴρα Νέστωρος ἰδὲ ἀδάκρυτο ἔχεν ὄσσε Μνήσα- τε γὰρ καὶ θυμὸν ἀμύμονος Ἀντιλόχοιο. Τὸν β ἠέε ἐκλίεινε φραενῆς ἀγλαδὸς ἰδὲ. id est, neque verò Nestoris filius lacrymarum experteis ocu- los habebat. Recordatus est enim Antiochi sui ab omni ignominia & dedecore vacui, seu vigi- lātis & strenui, quem aurora lucidæ clarus filius interfecit. Terent. Heaut. *lacrymas excussit mihi.* Cæs. lib. 1. de bell. Gall. *Diuitiacus multū cū lacry- mis Casarem complexus obsecrare cepit ne quid gra- uis in fratrem statueret.* Menelaus apud Eurip. in Helena, ait dicit, esse viri generosi lacrymas in rebus aduersis fundere. Καὶ τοι λέξουσιν, ὡς ᾤεσας αἰδρὸς εὐγενῆς. En συμφορῶσι δάκρυ ἀπ' ὀ- φθαλμῶν βαλεῖν. id est, A tq; aiunt esse viri ge- nerosi in calamitatibus lacrymas ex oculis emi- ttere. sudor obortus sine fatigatione, aut labore cor- poris, animi agritudinem, aut molestiam signifi- cat. Homer. ὀδυσ. υ. Ἰδων, ὡς εἰσῆσση δὲ δάκρυω- ται δὲ μοι ὄσσε. id est, sudabam, vbi aspexi: ocu- li autem mihi lacrymis oppleti fuerūt. Apollon. lib. α. ἀργοναυτ. Ὡς φάτο τῶ δ' ἀνὴρι καὶ κρο- τάφων ἀλιε ἰφῶς Κίριεν. id est, Sic locutus est: ei autem audienti ex temporibus affatim sudor manabat. Hor. sat. 9. lib. 1. *cum sudor ad imos Ma- naret talos.* M. Tull. epist. ad Appiū Pulch. lib. 3. *Vides sudare me, iandudū laboratē, quomodo ea tuesar, quæ mihi tuenda sunt, & te non offendam.* Idem lib. 3. Acc. ex epistola Timarch. *fac sciat improbitatem aratorum. ipsi sudabunt, si Dij volent.* Pallor nō na-

A turalis, & repentinus significat aliquam animi perturbationem, & maxime metum. Sappho. *χλωρή ὑπὸν δέεις*, id est, pallida prae metu, seu ob metum. Homer. *ὄδυσσ. χ. Ως φάτο τῆς δ' ἄρα πάντας ἑπὶ χλωρὸν δέος ἔειλεν*. sic locutus est: eos autem omnēs metus pallidus occupavit. & *ὄδυσσ. φ. Μνηστῆρον δ' ἄρ' ἄχος γένετο μέγα*, πῶσι δ' ἄρα χεῖρὸς ἔτραπέτο. id est, prociis autem dolor magnus accidit: omnibus autem color immutatus est. Cic. lib. 1. Acc. *Isi color immutatus est: vultus, oratio, mens denique excidit*. Idem in Cluentiana. *timor eius, perturbationis, suspensio, incertitque vultus, crebra coloris mutatio, quae erant ante suspiciosa, haec aperta, ac manifesta faciebant*. Hom. *ἰλ. ν. Εἴθ' ἦγε δειλὸς ἀνήρ, ὅς' ἄλκιμος, ἔξερσάδην. Τῷ μὲν γὰρ τε κακὸν πέτραι χεῖρὸς ἀλλυδὶς ἄλλῃ*, &c. id est, hic & homo ignavus, & vir fortis apparuit. Nam ignavi quidem color itentidum immutatur. Hor. epist. 1. huius lib. *nil conscire sibi, nulla palefcere culpa*. Idē epist. 3. eiusd. *Pindarici fontis qui non expalluit hauritus*, id est, qui non extimuit. *Capilli arreῖti etiam metum significat*. *ἰλ. ω. Ορθαὶ δὲ τείχεος ἔσαν ἐνὶ γναμπῶσι μέλασι*, id est, arreῖti autem pili steterunt in mēbris flexibilibus. Virgil. *Aeneid. 2. & 3. obstupui, steteruntque comae, & vox faucibus haesit*. Plato in *Iōne*, *ὀρθαὶ αὖ τείχεος ἔσαν τῶν τῆς φόβου*, id est, recti autem pili stant ob metum, seu prae metu. *Manus ad os apponere significat aliquid dici, quod is, qui dicat, ab aliis exaudiri nolit*. Cael. ad Cic. lib. 8. *At Domitius, cum manus ad os apposuit. Cordis latratus significat iram effervescentem*. *ὄδυσσ. ν. de Vlyffe iam iam interitum prociis meditant*. *κρηδὴ δὲ οἱ ἔδδον ὑλάσει*, id est, cor autem ei intus latrabat. Nam cor irae sedes est, vt alibi annotauimus. **Femoris percussio**, index doloris. Hom. *ἰλ. π. αὐτὸς Ἀχιλλεύς Μυρῶ πηξάειδος πατροκλήνα παρσέειπε*, id est, At Achilles femoribus percussis Patroclum allocutus est. & *ὄδυσσ. γ. Ωἴμωξεν δ' ἄρ' ἔπειτα, καὶ ὠ πεπλήγητο μυρῶ Χερσὶ καταφωλεύεσσι*, id est, miserum se exclamavit, & sua femora percussit manibus pronis. & *ἰλ. μ. Δὴ ῥα τὸτ' ἄμωξεν τε, καὶ ὠ πεπλήγητο μυρῶ Αἰσῖος ὑρτακλήνης*, id est, Tunc se miserum clamavit, & sua femora percussit Aesius Hyrtacides. Plutarch. lib. 1. *εἰ αὐτὰρ κῆς ἢ κακία παρὸς χαροδομῶνιαν*. θυμὸν δ' ὄκλ' ἄν πεύσειας δυσφορουῦντα μετανοῖα, μὴ βοῶσαι, μὴ δὲ τ' τευχῶν λαβέσθαι, ἢ τὸν μῦθον κερῖσαι: οὗτος καὶ πυρὸς βῆτι ἢ κακία καὶ σιθῆρου βιωτέρα: id est, irae autem effervercenti, & agrē aliquid ferenti propter aliquod factum, quod infectum nolit, nunquam perussus, vt non clamer, & non capillos laceret, aut femur percutiat: ita & igne & ferro violentior vitiositas est. Plaut. in *Milite glor. dignis rationē computat feriens femur dextrerum*. Idem in *Trucul. hoc vide: dentibus frendit: icit femur*, licet hoc etiam ascribere illud M. Tull. in Bruto, quod supra produximus, *frans non percussa, non femur*. Idem Tuscul. 3. *multibres lacerationes genarum, pe-*

toris, feminum, capitis percussio. Inflare buccas, quod Graeci dicunt *τὰς γνάθους φυσῶν*, est irascentis. Hor. sat. 1. lib. 1. *quid cause est, merito quin illis Insipiter ambas Iratus buccas inflet*: videtur esse & inflascentis, vt apud Demosth. *γνάθους φυσῶν. Mordere labra, tinātis*. Hom. *ὄδυσσ. α. & υ οἱ δ' ἄρα πάντες ὀδῶν ἐν χεῖλεσι φῶτες*, id est, illi autē omnes dentibus labra mordentes, seu mordicus labra tenentes. idem significat interdum *caput mouere*, vt supra diximus. *ridere labris significat risum simulatū*, vt *ἰλ. ο. ἦδ' ἐβλάσσε Χείλεσι*, id est, illa autem risit libris. Tale est illud de Vlyffe, *ὄδυσσ. υ. μέιδησε δὲ θυμῷ Σαρδόνιον μάλα πῶνον*, id est, subrisit autem animo Sardonium quendam risum. & *ὄδυσσ. σ. de Penelopa. Ἀχρεῖον δ' ἐβλάσασε, ἵππος τ' ἔφατο*, id est, frustra & sine causa, vel non ex animo risit, & locuta est. Non dissimile illud est, *ridere malis alienis*. Homer. *ὄδυσσ. υ. de prociis*, οἱ δ' ἦδη γναθμοῖσι γελῶν ἀλλοτροίσιον id est, illi autē malis iam ridebant alienis. Horat. sat. 3. lib. 2. *Cum rapies in ius malis ridentem alienis. Dentium crepitu, & stridore motus arguitur*. Hom. *ἰλ. ν. πῆταρος δὲ τε γίνετ' ὄδδοντων*. i. crepitus autem dentium fiebat. M. Tull. Tuscul. 4. *ex quo fit, vt tremorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur. Manus tollere gestus vel admirantium, vel latrantium, vel precantium*. M. Tull. in Lucullo. *Fortentius autem vehementer admirans, quod quidē perpetuō Lucullo loquente fecerat, vt etiam manus sepe tolleret, &c.* Idem epist. ad Cael. lib. 7. *sustulimus manus ego & Balbus: tanta fuit opportunitas, vt illud nescio quid, non fortuitum, sed diuinum videretur*. Catull. de quodam, & Caluo. *Admirans ait haec, manisque tollens, Dij magni, salicippium desertum*. T. Liuius lib. 24. *Ad quam vocem cum clamor ingenti abacritate sublatus esset, ac nunc complexi inter se gratulantētesque, nunc manus ad caelum tollentes, bona omnia populo Rom. Gracchōque ipsi precarentur, &c.* Hor. sat. 5. lib. 2. *Importunus imat laudari, donec, obe iam, Ad caelum manibus sublatis, dixerit*. Hom. *ὄδυσσ. σ. Χείρας ἀναχθῆνοι γέλω ἔκθρονον*, id est, manibus sublatis risu emoriebantur. *Pectoris percussio* seipsum reprimētis gestus est. Hom. *ὄδυσσ. υ. Σπῆθος δὲ πλῆξας κρηδύλω ἠνίπα πε μύθω*, id est, pectore autem percussio cor suum sermone increpuit. est & dolentis, agrēque aliquid ferentis. Hom. *ἰλ. σ. de ancillis Achilles*, audito de nece Patrocli nuntio; *exanimatis, ἐκδ' ἐ θύραζε Εδραμον ἄμω* Ἀχιλλῆα διαφρονα, χερσὶ δὲ πᾶσαι Σπῆθεα πεπλήγητον, id est, foras autem cucurrerunt ad Achillem bellicosum: manibus autem pectora percusserunt. Plaut. in *Mil. glor. cogitās pectus digitis pulsat, cor, credo, euocaturus foris. soluta genua pauore*, & perturbatione animi significant. *ὄδυσσ. δ. Ως φάτο, τῆς δ' αὐτῆ λύτο γένατα, καὶ φίλον ἦτορ. Δίω δὲ μιν ἄμωσιν ἐπέων λάβε, πῶ δὲ οἱ ὄστε Δακρυόφιν πλῆθον, θαλερῆ δὲ οἱ ἔκπασε φωνῆ*, id est, Sic locutus est: eius autem ibi soluta sunt genua, & carus animus: diu porro silentium, & impotentia lo-

quendi

A quendi eam cepit: oculi aurem ei lacrymis completi fuerunt, & tenuis vox ei excidit. in hoc exemplo multa concurrunt: externati animi indicia, genua soluta, lingua stupor, & silentium, oculi lacrymis oppleti, vox interclusa. & *ὄδυσσ. ω. Ως φάτο, τῆ δ' αὐτῆ λύτο γένατα, καὶ φίλον ἦτορ, Σπῆματ' ἀναγνόντος, πᾶ οἱ ἔμπεδα πέφραδ' ὀδυσσεύς*, id est, Sic locutus est: animus autem ibidem soluta sunt genua, & carus animus, cum signa agnouisset, quae ei certa dixisset Vlyffes, omitto quod scriptores per genus firmatent, aut viriditatem, etatem integram, & corporis vireis significant, vt annot. ad Od. 13. epod. *Supplices tangebant eorum genua, quibus supplicabat*. *ὄδυσσ. ν. vbi Vlyffes Palladi pastoris similitudinem prae ferenti supplicat. σοὶ γὰρ ἔταρε Εὐχόμεν, ὡσε θεῶ, καὶ σευ φίλα γένατ' ἰχέω*, id est, Te enim precibus maximis obsecro, vt deū, & ad tua cara genua accedo. & Eurip. Hecuba. *Αγάμεμνον, ἰκετεύω σε πῶν δὲ γονάτων, καὶ σου γαυέου, δεξιάστ' ἐδάμμοιο*: id est, Agamemnon, supplicat ad tua genua ardeo, & per tuum mentum te oro, & per tuam dexteram beatam. & *ἰλ. α. de Thetide, Καὶ ῥα παροῖτ' αὐτοῖο καθέζετο, καὶ λάβε γένατα Σιχῆν, δεξιτερῆ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθεραδῶς ἔλυσσε*, id est, & ante eum sedebat, & genua eius laua prendit: dextera autem mentum tetigit. *ὄδυσσ. δ. Τύνηα μὲν τὰ σὸ γένατ' ἰχέωσιν, αἰεὶ ἐβέλησθε*, id est, Quare nunc ad tua genua accedo, si forte velis, &c. & *ἰλ. ω. ἀγχι δ' ἄρα σὰς Χερσὶν Ἀχιλλῆος λάβε γένατα, καὶ κύσει χείρας*, id est, propē autem cum staret, manibus Achilles genua prendit, & osculatus est manus. T. Liuius lib. 45. *summittentēque se ad pedes sustulit, nec attingere genua passus*. ex quo γαστροῦ, quod idem ferē valet, quod supplicare. **ibid.** *Καὶ τῶτε δὴ ὡσε θῆνα βαλάσσις εὐρυπόροιο* Ηἰα πολλὰ θεῶς γένεθλονος, id est, Et tūc praeter litus maris late meantis ibam precibus deos fatigans, & genua flectens. Osculabatur autem etiam veteres os, & manus, & superiores inferiorum, & inferiores superiorum, tum in salutationibus, tū in gratulationibus. *ὄδυσσ. ω. Vlyffes Laërtem patrem osculatur*. *Κύσει δὲ μιν περιφύς ἔπιταλῶνος*, id est, Osculatus autē est eum circum harentis, asilicentis. **ibid.** Vlyffes Dolij ferui dexteram osculatur. *Ως ἀρ' ἔφη, Δόλιος δ' ἰδὸς κίε χείρας πεπύσσεσας*. Ἀμωπτρας: ὀδυσσεύς δὲ λαβὼν κύσει χείρ' ἔπι καρπῶ. id est, Sic locutus est: Dolius autem reclusa ibat manibus ambabus expansis. At Vlyffes osculatus est ei iuncturā manus, Plutarch. in *Caton. Vtic. Ἐποπθῆτων πᾶ ἰμῶπα τοῖς ποσίν, ἢ βαδύσοι, καὶ καταφιλοῦτων τὰς χείρας*, id est, eum subicerent vestimentis pedibus, quā ingrederetur, & manus osculatur. Corn. Tacitus de Nerone, *ad genua ipsius aduulsi, & dexteram oculis fatigare*. Vlyffes Telemachum filium osculatur, *ὄδ. π. Ως ἄρα φωνήσας ὑὸν κύσει*, id est, sic locutus filium osculatus est. Eumeneus & Dolius Vlyffis ferui, caput & humeros domini osculantur: & item Vlyffes illo-

rum. *ὄδ. φ. καὶ κίβον ἀγαπαζόμοιο κεφαλήω τε καὶ ὤμων*: Ως δ' αὐτῶς ὀδυσσεύς κεφαλὰς, καὶ χείρας ἐκύσει. id est, & osculabantur amplectentes caput & humeros. eodem modo autem Vlyffes eorū capita & manus osculabatur. Etiam manus tangebant. Patercul. *salutationis νομῆα quaedam exsultatio, & manū contingendi cupiditas*. Virg. *Aeneid. lib. 7. Pars miri pacis erit, dextram tetigisse tyranni*. Pedibus terram percutere, vim doloris significat. *ὄδ. σ. de Iro, σὺν δ' ἦλασ' ὀδδοντας Λακπίων ποδὶ γέωω*, id est, compressit autem deuteis pede terram calcitando pulsans. Idem ferē pedem supplodere, nisi forte gestus est indignantis, & grauiter ferentis. Cic. Bruto, *nulla pedum supplotio*. Idem lib. 1. de orat. ad Q. frat. *quid multa: pedem nemo illo in iudicio supplotit*. *Trahere pedibus*, est indignis modis accipere, & contumeliosē tractare. Homer. *ἰλ. α. Πρίψε ποδὸς πεπαγῶν ἀπὸ βηλῆ θεασσῖοιο*, id est, deiecit eum pede porrectum a pavimento diuino. & *ὄδ. σ. Εἰλκε δὲ ἐκ παρθύροιο λαβῶν ποδὸς, ὄρσ' ἔκετ' αὐλῆν, Αἰθῆσος τε θύρας*, id est, trahēbat autem eum ex vestibulo pede prehefūm, donec peruenit ad aulam, & porticus foris. & *ὄδ. π. Vlyffes Telemacho praecipit, ne etiam si se proci pedibus trahant, eius rei praenas repetat, eōve factō commoueat, sed potius tacitus ferat*. *Εἰ δὲ μ' ἀπιμῖσσι δόμον κἄτα, σὺν δὲ φίλον κῆρ Τετλάτω ἐπ' ἑήθεσι κεκάς παρῶντος ἐμοῖο*, *Ἦν περ καὶ Διὸς δόμα ποδῶν ἔλασσι θύραζε*, id est, si autem me ignominia & contumelia afficient in domo: tuus animus in pectore ferat dum in me mala à prociis ingeruntur, quamuis me per domum pedibus foras trahant. Et qui cadunt in acie apud Homerum, trahuntur pedibus vel à suis, vt sepeliatur, vel ab aduersariis, vt spolientur, & obijciantur feris: à suis, vt *ἰλιάδ. Δ. ἦτοι οἱ ἰφιδάμαντα καστῆγνητον καὶ ὅπα τῶν Ἑλαε ποδὸς μεμῶσ*, &c. ab aduersariis, vt *ἰλιάδ. ν. Ως ἔπιον ποδὸς ἔλκε κατ' κρατερῶν ὑσμίνω Ἠρωσ ἰδοῦνός*, id est, sic locutus pede eum traxit in praelio heros Idomeneus. & *ὄδ. σ. Εἶκε γέρον παρθύροιο, μὴ δὴ τᾶχα καὶ ποδὸς ἔλκεν*. sic Virgil. de *Caco lib. 8. Aeneid. Pedibusq; infirme cadamer protrahitur*. Cic. ad Attic. lib. 4. *fratrem meum, & te si habebō, per me ista pedibus trahatur. vobis ἐμφοροσφῖσσαι possum*. Idem ad Volum. lib. 7. epist. *ναὶ de iudiciis quōd quereris, multo laboro minus: trahatur per me pedibus omnes rei*. T. Liuius lib. 34. *hanc vocem Dionysius sollebat usurpare, non equo insidentem, sed pedibus tractū tyrannum debere relinquere tyrannidem*. Tremor corporis metum, & ignauiam significat. *ὄδ. σ. de Iro cum Vlyffe certamen ineunte. σῶρες δὲ παρῶμοῖοντο μέλεσσιν*, id est, carnes autē circa mēbra contremiscebant. **ibid.** de eodem, *τῶ δ' ἔπι μᾶλλον ἔσπο πρόμοιο ἦλθε γῆα*, id est, ei autē etiam magis ac magis tremor in membra penetravit. Horat. *Ode 23. lib. 1. Et corde, & genibus tremis*. Hom. *ἰλ. γ. Εἴθ' ἦγε δειλὸς ἀνήρ*, &c. vt sup. pag. 288. versu 15. sed haec fuerit, (vt ait Thucyd.) ἐκβολῆ λόγῶν. nūc ad pēsum nostrū reuertamur.

Bbb

A Furium. Et festertia, quæ soles precari Centum, desine. nam sat es beatus. Nam εὐχῆς apud Græcos & preces, & optata significant: & εὐχῆς ἀξία res, quæ optari potius, quam sperari possunt: & εὐχῆς ἄμοια, apud Platonē, id est optatis familia. **VT MIHI VIVAM**] non potentioribus, id est, vt meo modo, meoque arbitrato viuam, non potentiorum.

SIC QUID SVPERESSE VOL. D.] pulchra ἡ υπερπρωσις, seu ἐπιπρωσις Nam quis scit, an adiciant hodierna tempora summa [al. vitæ]. Crastina dñ superi? Oda 7. lib. 4.

PROVISÆ FRVG. IN ANN.] prouisæ in annu, non in multos annos. dixit enim supra Od. x. lib. i. & statio breui spem longam refecit. sic autem loquitur Cæf. lib. i. de bello ciuili. Multum erat frumentum prouisum, & conuectum superioribus temporibus. & Horat. de arte poet. Verbaque prouisam rem non inuita sequentur.

NE FL. DV B. SPE PEND. H.] id est, vt ne pendeam à bonis incertis, ac speratis, sed potius fruam præsentibus, ac paratis: vel ne semper incertus sim, pendens à futuris, sed potius præsentis vitæ iucunditate fruam, ac potiar.

SED SATIS EST, &c.] dissentiant hîc libri veteres inter se. alij enim habent, sed satis est orare, &c. alij. Hac satis est, &c. vtraq; lectio probabilis est.

QUI DONAT, ET AVFERT] Græci poetæ Deos appellant δωτιστας ἐδάων: id est, largitores bonorum.

ÆQVVM ANIM.] animum æquabile, moderatum, & præsentibus cõtentum, animi æquitatem, vide annotata ad Od. 3. lib. 2. quibus addo aliud exemplum ex M. Tull. pro M. Marcello, hic tu modum tuæ vitæ non salute Reip. sed æquitate animi definies? Sic autem hic locus intelligendus, & interpretandus est, non, vt ludimagister quidam nuper, homo ad risum mouendum, quàm ad docendum, aptior, multis audientibus asseuerabat, virtutem, & iustitiam mihi ipse comparabo, quasi significet Horatius, bona externa, & fortuita à diis esse petenda, atq; optanda: iustitiam verò & ceteras virtutes, à nobis sumendas: vt est apud M. Tullium lib. 3. de nat. deorum. Num quis quod bonus vir esset, gratias diis egit vnumquam? at quod diues, quod honoratus, quod incoluimus: Iouemque optimū maximum ob eam rem appellant, nō quod nos iustos, temperantes, sapientes efficiat, sed quod saluos, incoluimus, opulentos, copiosos. Non igitur eadem omni ex parte loquuntur Cicero & Horatius: sed ille quidē bona fortuita à diis petenda, virtutem à nobis: Horatius autem quod ad primum quidem illud attinet, idem, quod Cicero dicit, bona externa à diis esse precibus flagitanda: quod ad alterum, & secundum, non idem loquitur, sed æquitatem animi, siue (vt ita dicam) æquanimitatem, & εὐθυμίαν esse à nobis promendam, & sumendam significat.

19. AD C. CILNIVM E Mæcenatem. 3.

PRISCO si credis, Mæcenat docte, Cratino:

Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt,

Quæ scribuntur aquæ potioribus, vt male Adscripsit Liber Satyris, Faunisque poetas.

Vina ferè dulces oliuerunt manè camænae:

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.

Ennius ipse pater numquam, nisi potus, ad arma

Profluit dicenda, forum, putealque Libonis

Mandabo siccis: adimam cantare seueris.

Hoc simul edixit, non cessauere poetæ

Nocturno certare mero: putere diurno.

Quid si quis vultu toruo ferè, & pede nudo,

Exiguæq; togæ simulet textore Latonem:

Vt in domo repræsentet, morèsque Catonis?

Rupit Hyarbita Timagenis æmula lingua:

Dū studet vrbano, tenditq; disertus haberi.

Decipit exemplar vitii imitabile, quod si

Pallerem casu, biberent ex sanguine cuminum.

O imitatores, seruum pecus: vt mihi sæpe

Bilem, sæpe iocum vestri mouere tumultus.

Liberaper vacuum posui vestigia princeps:

Non aliena meo pressi pede, qui sibi fidet

Dux, reget examen. Parios ego primus Iambos

Ostendi Latio, numeros, animosque secutus

Archilochi, non res, & agentia verba Ly-

camben.

Ac ne me foliis idè breuioribus ornes,

Quod timui mutare modos, & carminis ar-

tem: (la Sappho:

Temperat Archilochi Musam pede masculi-

Temperat Alcæus: sed rebus, & ordine

dispar

Nec socrum querit, quem versibus oblinat

aris:

Nec sponsæ laqueum famoso carmine necit.

Hunc ego non alio dictum prius ore, Latinus

Vulga-

A Vulgari fidicen inuat immemorata feret em Ingeniis oculisque legi, manibusque teneri. Scire velis, mea cur ingratus opuscula lector Laudet, amètque domi: premat extra lumen iniquus:

Non ego ventose plebis suffragia venor

Impensis cenarum, & tritæ munere vestis.

Non ego, nobiliti scriptorū auditor, & vltor,

Grammaticas ambire tribus, & pulpita dignor.

Hinc illa lacrymæ, spissis indigna theatris

Scripta pudet recitare, & nugis addere

pondus,

B Si dixi: rides, ait: & Iouis auribus ista

Seruas, fides enim manare poetica mella

Te solti, tibi pulcher, ad hæc ego naribus vti

Formido: & luctantis acuto ne fecer vngui,

Displicet ille locus, clamo: & diludia posco.

Ludus enim genuit trepidum certamen, &

iram:

Ira truceis inimicitias, & funebre bellum.

C CRATINO] poetæ comico, de quo sat. 4. lib. i. Eupolis, atque Cratinus, Aristophanisque poetæ, &c.

NEC VIVERE] nec diu viuere, id est, nec diu in manibus hominū versari. tralatio est. Quidam nolunt reperi τὸν χρόνον diu, à quibus dissentio. Est inquit, tralatio. sic Mart. Victorius Geniū debet habere liber.

QVÆ SCRIB. A QVÆ POT.] id est, quæ scribuntur ab aquæ potioribus: vt Oda 6. lib. 1. Scribèrū Vario fortis, &c.

AQVÆ POTIORIBVS] ὑδροποτιστας, qui se vino abstinent, ὑδρα πινυσι: siccis, aquam bibentibus.

VT MALE SANOS] tanquam insanos, aut parum sanos. Non celabo lectorè tamen, veteres interpretes, vt hoc loco accipere pro postquam, quod probat Simco Bofius: vt sit hæc sententia. Postquam Liber retulit in numerū Satyrorum, & Faunorum poetas Græcos ac Latinos, Vina ferè dulces, &c. Vult enim, treis versus, qui deinceps sequuntur, pendere ab illis verbis, vt male sanos Ascripsit Lib. sat. F. que p. quod mihi vix probari potest.

ASCRIPSIT LIBER SATYRIS, &c.] retulit in numerum Satyrorum, & Faunorum, qui vtrique vinosi sunt, poetas, vt diuinos, & funosos. ascripsit autem habent duo cod. Vatic. Iann. Faer. Torn. & alij manuscr. quinque,

quos hîc nuper in Gallia inspexi, duo Russ. Cleric. Nicot. vnus meus. quos secutus sum. Postremo ita legit Seruius in commētarij in Melibæum Virg. ibi, P. astores hedera crescit. orn. p. vulgari Ascribit. Satyrorum autem nomen referendum est ad poetas Græcos: Faunorum ad Latinos, vt rectè putat Bofius. Itaque Homerum, poetam Græcū, & eum quidem principem, primo loco posuit: & sic respondet Satyris: Ennius, poetarum Latinorum patrem, secundo: atque hic respondet Faunis.

LAVDIBVS ARGVITVR VINI, &c.] id est, crebra apud Homerum vini laudes, cum fuisse vinosum indicant. arguitur vinosus, id est, declaratur fuisse vinosus: laudibus vini, id est, eò quod crebrè vinū laudet. vinū laudat Homerus sub persona Hecubæ, ἰλ. ζ. Ἀνδρῖ δὲ κεκμηῶπι μῦθος μέγα οἶνος ἀέθει. id est, Viro autem defatigato magnas vires vinum amplificat, mox sub Hectoris persona vituperat. Μὴ μοι οἶνον ἀερε μάλιστρον ποτνια μήτερ, Μὴ μὲ Σπογγιάσσης, μένεος δ', ἀλκῆς τε δάθωμυ. id est, Ne mihi vinum aliquoq; suauitæ asser, ò veneranda mater, ne me debilites, & ita virium & roboris sim immemor. Quamquam responderi potest ab Hectore vinum vituperari non simpliciter, sed eò tempore, cum hostis à mœnibus arcèdus est. Poeta quidem ipse quodcumque aliena persona posita, ex sua loquitur, vinū semper laudat, nunc εὐνορορα. id est, fortem efficiens, nunc μάλιστρον, id est, dulce, seu iucundum, nunc μενομῆα, i. viribus cõueniens, nunc ἀθροπα nominans.

ENNIUS IPSE PATER] cur pater? an quia primus poetæ Latinus: vt Lucr. lib. i. Ennius vt noster cecinit, qui primus amano Detulit ex Helicone perenni fonde coronâ Per gæcis Italas. an propter antiquitatem, & ita comuend omniū poetarum veterum nomen est?

PROSILVIT] quidam libri manuscr. habent profluit.

FORVM, PVTEALQVE LIB. &c.] siccis hominibus suadebo, vt sese ad causas agendas conferant: vt in foro, tribunalibusque versentur. Sed animaduertat lector quod mihi indicauit Bofius, hîc esse formulam quandam edictorum prætoris. Ita enim prætores edicere solebāt. verbi causa. Patta conuenta, quæ neque dolo mala, neque aduersus leges, plebscita, senatus consulta, edicta, decreta principum: neque quo frans cuique eorum fuit, facta erunt, seruabo, & alibi. Argentario, eiue, qui iterum postulauerit, causa cognita edi iubebo. & alibi. Que dolo malo facta esse dicentur, si de his rebus alia actio non erit, & infra causa esse videbitur, iudicium dabo, & alibi. Quod cum minore, quàm x x v. annorum natu gestum esse dicitur, vti quæque ea res erit, animaduertam. Queritur iam cuius hæc verba sint, Liberine, an Ennij, an Cratini, à cuius nomine & sententia hanc epistolam orditur. Simco Bofius putat esse Liberti, seu Bacchi: veteres interpretes, Ennij: ego olim putauit, Cratini: neque

A video quid melius dici possit. verumtamen nō satis liquet.

P V T E A L I B O N I S] locum, vbi ius dicebat prator in foro Romano. vide annotata ad illum locum sat. 6. lib. 2. ante secundam Rescius orabat sibi adesse ad puceal cras.

M A N D A B O] frequētandum dabo, committam. Significat iocans, homines ficos, ad poetiam inepros esse: ad res forenses, iudiciāq; pratoria aptiores. mandabo forum autem sic dictum, vt mandare partes. in lib. de arte poet. ne forte seniles Mandentur iuueni partes. ibid. malē sī mandata loqueris.

A D I M A M C A N T. S E V.] adimam cantandi facultatem tristibus, & ficos, & sobriis, & res serias assidue meditantibus, ac tractantibus. dixit autem adimam cantare Græcorum exemplo, ἀφαιρήσομαι τὸ ἄδων.

H O C S I M V L E D I X I T] simul vt hoc edixit siue Liber, siue Ennius, siue, vt probabilius est, Cratinus. nam, vt ingenuē fatear, à quo potissimum horum trium, hoc edictum esse dicam, statuerē nequeo: & quod multis aliis in rebus euenire solet, multo facilius postum quod alij dicunt, refellere, quàm quod mihi probabile videtur, confirmare. Simeo Bosius putat, Liberū hęc edixisse. Vult enim, hęc verba, forum pucealque Libonis, &c. quæ similitudinem & formulam editorum pratoris præ se ferunt, esse declarationē & explicationem superiorum illorum, vt male sanos Ascripsit Liber Satyris, &c. proinde quasi

C Liber ita edicendo, forum pucealque Libonis Mandabo ficos, adimam cant. seuer. ascripserit poetas Græcos Satyris, Latinos Faunis. quod mihi persuaderi non potest. Nam primū longē aliud est dicere, Liber poetas Satyris & Faunis ascripsit, quod significat, Bacchum quasi cooptasse in collegium Satyrorum, & Faunorū poetas: aliud mandare forum, & puceal Libonis ficos, &c. id est, reijcere ficos & sobrios, & aqua potores, ad forum, & tribunalia pratorum: adimere cantus & carmina hominibus studia seria & seuera colentibus. Deinde cur sit tam abruptē mutatio personarum? Liber ascripsit, &c. forum mandabo, &c. Quod autem alij Ennium edixisse volunt: multo mihi incredibilis est. Nam cur Ennius potius, quàm Homerus? aut si Ennius hęc edixit, cur nihil Homerus? Maneo igitur in sententia, donec aliquid reperiam probabilius, vt putem, Cratinum hęc edixisse, cum ipsum, à quo initiū huius epistolæ nascitur, à quōque huius disputationis auctoritas sumitur. Nam Bacchus, Musa, Homerus, Ennius videntur foris assumi ad probandam Cratini sententiam, nulla carmina nec diu placere, nec vinere posse, quæ scribuntur ab aqua potabilibus, id est ficos & abstemiis: proinde ac si dicat, hoc ita esse, licet hinc intelligere, quod Musæ ab ipso tempore matutino, vinum olent: Bacchus poetas cooptauit, vel ascripsit in ordinem ac numerum Satyrorum ac Faunorum, comitum &

D P V T E R E D I V R N O.] repetē, mero. Sed cur nō dixit putere diurnū, vt dixit supra oluerūt vinas? E T P E D E N V D O] Plurarchus in Catone Vticensi, πολλὰ κινεῖ δὲ ἀνυπόδητος, καὶ ἀχρίτων αἰς τὸ δημόσιον παρῳχέει μετ' ἄριστον, id est, sæpe autem sine calceis, & sine tunica in publicū prodibat à prandio. E X I G V A Q V E T O G A E T E X T O R E] id est, exigua toga, vt sit μετ'ωνυμία. quemadmodum supra epist. 1. per capillos ab inæquali tonsore decurtatos, capillos inæqualiter tonsos significat, quidam viri docti assuntant, scriptū esse in quodam cod. antiquo resquore. eoa scripturam nusquam reperit. C A T O N E M] Vticensem, vt apparet ex Plutarcho.

seclatorum suorum, qui vinosi sunt. Homerus E vinosus fuit, vt declarant crebra apud eum vini laudes: Ennius ipse, pater poetarum Latino rum, numquam ad arma canenda se contulit, nisi madidus, & viduus. recte igitur illud Cratinus, & verē: cui consentaneum est nunc eius edictū, forum pucealque Libonis, &c. ab Horatio relatum. Hęc erat mea de hoc loco diuinatio potius, quàm sententia. Nam nihil mihi in eis, quæ dixi, satis firmum, aut certum videtur. Quod si legeremus edixit, quemadmodum scriptum est in vno codice Ruffardino, (erat enim in verbo edixit, t. vltima littera, deleta) facilius esset iam, huius loci explicatio. Intellexeretur enim illud ab Horatio edictum: forum pucealque Libonis, &c. & sequeretur aptē, Hoc simul edixit, &c. Non est autem silentio prætereundum, quod à Suida traditū est, Cratinum, poetam comicum, fuisse φιλοπότην, hoc est bibacem, seu bibulum, & potandi cupidum. edicere autem est clarē, & suo iure, & non sine auctoritatē dicere. sic sat. 3. lib. 2. Hic simul accepit patrimonium mille talenta, Edixit piscator vti, pomarius, auceps, &c. Idem epist. ad Aug. lib. 2. Edicto venit, ne quis se prater Apellem pingeret.

N O N C E S S A V. P O E T I A] stultum in hominibus imitandi studium notat, qui præstātium virorum vitia, non virtutes imitantur: vt, qui sese optimos poetas futuros arbitrantur, si, quia Homerus, & Ennius vinosos fuisse traditū est, vinolenti se ad scribendum conferant: aut si, quia poetas animi quodam impetu concitatos esse oportere aiunt nonnulli philosophi, iccirco quàm maximē furorē, insaniamque simulent. qua de re dicemus in epist. de arte poet. ad illum locum, Ingenium misera quia fortunatum arte Credit, &c. excludit sanos Heliconē poetas Democritus, bona pars nō vngueis ponere curat, Non barbam: secreta petit loca, balnea vitat, &c. M. Tull. in perfecto oratore, Ego autem (inquit) illos ipsos laudo, idque meriti, quorum se isti imitatores esse dicunt: est in eis aliquid desidero: hos verò minime, qui nihil illorum, nisi vitium, sequuntur, cum à bonis absint longissime.

N O C T. C E R T. M E R O.] totam noctem cum æqualibus certatim potare.

P V T E R E D I V R N O.] repetē, mero. Sed cur nō dixit putere diurnū, vt dixit supra oluerūt vinas? E T P E D E N V D O] Plurarchus in Catone Vticensi, πολλὰ κινεῖ δὲ ἀνυπόδητος, καὶ ἀχρίτων αἰς τὸ δημόσιον παρῳχέει μετ' ἄριστον, id est, sæpe autem sine calceis, & sine tunica in publicū prodibat à prandio.

E X I G V A Q V E T O G A E T E X T O R E] id est, exigua toga, vt sit μετ'ωνυμία. quemadmodum supra epist. 1. per capillos ab inæquali tonsore decurtatos, capillos inæqualiter tonsos significat, quidam viri docti assuntant, scriptū esse in quodam cod. antiquo resquore. eoa scripturam nusquam reperit.

C A T O N E M] Vticensem, vt apparet ex Plutarcho.

A R E P R A E S E N T E T] repræsentare propriè locum habet in pecunia in diem debita, die præfenti solueda. & diem promissi repræsentare, est promissum, antè quàm dies aduenerit, vel certè cum aduenerit, exsoluere. ex quo repræsentandi verbo vtitur pro eo, quod est, rem, quæ abest, præsentem constituere, vt M. Tull. pro Sextio, erat eo tempore senatus in aede concordia, quod ipsum templū repræsentabat in memoria consularis mei. Cæsar lib. 1. de bell. Gall. Itaque se, quod in longiorem diem collaturus fuisset, repræsentaturum esse.

R V P I T H Y A R B I T, &c.] id est, dū Hyarbita Timagenis eloquentiam conatur imitari, dirupit sese, scilicet nimium cōtendendo, & clamando. sic M. Tull. epist. ad Mariū lib. 7. Hic ego tamen diebus ludis scenicis, ne forte videar tibi nō modo beatus, sed nec liber omnino fuisse, dirupi pane me in iudicio Galli Caninij familiaris tui. ex quo dirupit appellatur, ordo verborum est, lingua Hyarbitæ, æmula Timagenis, rupit Hyarbitam. cōuenit autem interdum hoc verbū in stultos, & indoctos imitatores, cum significare volumus, eos numquàm culturos: vt hic, & sat. 3. lib. 2. ad extremum, cum magis, atque se magis inflaret, nō si te ruperis (inquit) Pareris. vide quæ ad eum locum annotaui. Timagenem commemorat Suidas, atque rhetorē fuisse Alexandrinum, vel, vt alij volunt, Ægyptium, à Gabinio captiuum Romam abductum: à Fausto Syllæ filio redemptum: Romæ rhetoricam docuisse, & sophisticam fecisse, vsque ad Augusti tempora vixisse: ad extremum interdictū ei esse docendi munere propter nimiam orationis libertatem, & maledictū, & ita reliquam ætatem in agro quodam Tusculano egisse, & vomere conantem à cena, interiisse. De Hyarbita nihil vquam me legere memini.

T E N D I T Q V E] & dum contendit, vt supra Od. 29. lib. 1. Socraticam ex domum Mutare loriceis Iberis Pollicitus meliora tendis.

D E C I P I T E X E M P L A R, &c.] id est, exemplar, in quo aliqua in sunt vitia cum virtutibus coniuncta, imitatore plerumque inducit, vt virtutibus omiſſis, vitia imitetur.

D Q V O D S I P A L L E R E M C A S V, &c.] sat. 3. aut argenti palles amore. & epist. 1. lib. 1. nulla pallescere culpa.

B I B R E N T E X S A N G V E C V M.] pallorem meum imitari studēs. Cuminum, ex sanguine appellat, quia pallidum reddit, id est, veluti ex sanguinem. Dioscor. lib. 3. de cumino, περιπέει δὲ καὶ λεῖπτα ὅτι τὸ ὠρεοτερον πινιδυρόν τε, καὶ συγγειρόμενον, id est, cuminum immut. at colorem, pal lidiorēque efficit, siue bibatur, siue illinatur. Vt quædam autem hoc verum est, vt si qua mulier purpureum colorem faciei cerussa, aut alio aliquo fuco appinxerit, granis cumini manſis roborem illum continud amittat, & narium pallorem recipiat. κυμνοποιήτω vocant Græci, id est, cumini sescitorem, hominem illicentem, ac præparcum,

ὁ ἄβολικὸς, quod, cum granum cutini sit minutissimum, insignem parcimoniam præ se ferat, ac declaret is, qui rem tantillā integram impendere, aut dare nolit, sed diuidat. Theocrit. eid. 1. quod inficitur ἐργαῖον, καὶ μὲν ὠπιμὲν ἰδὲ Φιλάργυρε τὸς φακὸς ἐβειν. Μη' ἰπιτὰ μὲν τὸν χεῖρα κατασπῶρον τὸ κύμνον, id est, Honestus est ὁ procurator auare, lenteis coquere ne manū incidās cuminum secans. vbi interpretēs εἰσθαλδὺ τὸς ἀγὰν φειδύλλης, κυμνοποιήτης καλέω. id est, solemus præparcos homines cumini sectores appellare. vitur hoc nomine Aristoteles lib. 4. de moribus ad Nicom.

O I M I T A T. S E R V. P E C. &c.] non improbat Horatius imitationem, neque simpliciter reprehendit imitatores. Nam M. Tullius Demosthenem, & Isocratem imitatus est: Virgilius Homerum, Theocritum, Hesiodum: ipse Horatius Alcaicum, Pindarum, Sapphonem, Archilocum, Simonidem, Stefichorum, Anacreōtem, ceteros. sed eos imitatores insectatur, atque exagitat, qui nimis seruiunt imitationi, nec quicquam audent ab eo, quem sibi proposuerunt imitandum, discedere, & quod deterrimum est, vitiosissima quæq; æmulantur. duo sunt igitur peccata stultorū imitatorum, quæ his duobus nominibus, seruum pecus, vt opinor, significantur: vnum, quod nimis religiosè, & pæne dicam, seruiliter imitantur: alterum, quod ita tardi sunt, & hebetes, & peruersi, vt eorum, quorum similes esse, aut haberi volunt, vitia pro virtutibus imitentur: in quo peccatum similes esse, id est, communi sensū, & iudicio carere videntur. quos itē notat M. Tull. lib. 2. de orat. his verbis, Tum accedit exercitatio, qua illum, quem antea delegerit, imitando effingat, atque ita exprimat, non vt multos imitatores sepe cognouit, qui aut ea, quæ facilia sunt, aut etiam illa, quæ insignia ac pene vitiosa, confectantur imitando.

V T] quàm. sic supra Od. 25. lib. 3. vt mihi deuio Ripas, & vacuum nemus mirari libet!

I O C V M.] risum. sat. 5. lib. 2. Ne quid tu perdas, neu sis iocum.

V E S T R I T V M V L T V S] vestri timores exanimes, vestræ cōturbationes, & trepidationes. tumultus enim est timor multus, vt ait M. Tull. Philipp. 8. Quid enim est aliud tumultus, nisi perturbationo tanta, vt maior timor oriatur? unde etiam nomen ductum est tumultus.

L I B E R A F E R V A C V V M, &c.] vacuū dicitur, quod à nemine occupatum est. libera autem vestigia respondent illi, seruum pecus. gloriatur igitur Horatius, se vestigia in vacuo posuisse, & quidē libera: id est, se scriptiois genus à nemine adhuc occupatum, aut vsurpatum, liberè, & suo arbitratu secutum esse. sic Propert. lib. 3. Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos Itala per Graios Orgia ferre choros. sic item Lucret. lib. 4. Ania Pieridum peragro loca nullius antè Trita solo, iuuat integros accedere fontis, Atque haurire: iuuatq; nomos decerpere flores. Insignemq; meo capiti petere inde

A coronam, vnde prius nulli velarunt tempora Musa. PRINCEPS] primus, vt saepe alias. annot. ad Od. 16. lib. 1. principi limo.

REGEXAMEN] tralatio ab apibus. qui sua virtuti (inquit) suboque ingenio confidet, non dubitabit alius praesse, seu praere: audebit se aliorum ducem profiteri, fides, reget in tempore futuro excudendum curavi, octo codicibus veteribus excutus.

PARIOS EGO PRIM. IAMB. &c.] en, cur se paullo ante dixerit principem, id est, primum vestigia in vacuo posuisse. non enim negauerit Horatius se Graecos imitatum esse: sed suo iure gloriari potest, se primum & Latinis versus lyricos scripsisse, quamuis eorum Graeci fuerint inventores. sic Ode vltima lib. 3. dicar ex humili potens Princeps Aelium carmen ad Italos Deduxisse modos.

B PARIOS] Archilochios. Archilochus enim Parius fuit. Iambis autem maxime vsus est in epod.

NUMEROS] ποσμων, vel metrum. translata dixit epist. 2. lib. 2. sed vera numerosque, modosque ediscere visa.

ANIMOSQUE] vim, & acrimoniam: spiritus, φρονιμα.

NON RES, ET AGENTIA] id est, non materiam, & verba iis similia, quae Lycamben ad laqueum adegerunt. De Lycambe diximus in epod.

ACNE ME FOLIIS] id est, ac ne mihi ic circò minorem laudem tribuas, quòd numeros Archilochi, & legem carminis immutare nò sum ausus, ego iambos Archilochi, quamuis nulla ex parte à me immutatos, carmine Sapphico tamè, & Alcaico temperavi, nempe in libris carminu. nonnulli aiunt, Sapphonom quoque, & Alcaicum scripsisse iambicos versus, sed Archilochi versus moderatiores.

TEMP. ARCH. MVS. PEDE MASC. SAPHO, &c.] id est, Sapphica carmina, quae scripti in libris carminum, seu odarum, ad exemplum Sapphonis: & Alcaica, quae ad Alcaei, temperant Archilochi iambos nimis acris, & contumeliosos, quibus vsus sum in lib. epod.

MASCULA] vel quòd ita puellas amaret, vt solent viri, quòdque cum eis tanquam mas, rem haberet: vel, quòd ingenio masculino fuerit in eo, quod venustissimos & politissimos versus scripserit, neque in lanificio aliarum mulierum more atatem consumserit, aut operam posuerit: vel quòd animo forti ac virili fuerit in eo, quòd se è petra Leucade praecipitè in mare deiecere ausa sit: quod magis placet Turnebo: mihi non item. Puto enim masculam dici ob id potius, quòd virilia, & viris digna, non muliebria studia coluerit ac tractarit.

D SED REB. ET ORD. DISP. NEC SOC. QV.] ordo est. sed Archilochus apud me rebus, & ordine dissimilis Archilochò illi, qui so-

cerum illum ad suspendium adegit, non querit E focerum, &c.

NESCOCERYM QVÆRIT, &c.] de Archilochò sup. ad Od. 6. epod. Pindarus eid. β. πρὸς. Archilochò suam maledicentiam nocuisse ostendit his verbis, ἐμὲ δὲ πρῶτον φεύγειν δόλοσ ἀδύκων. κακουργοσίαν. εἰδὼν γὰρ ἔχρας εἶναι τὰ πολλὰ ἐν ἀμαχανίᾳ. φησὶ γὰρ Ἀρχιλόχου. id est, me autem oportet fugere mortum iniustū, maledicentiam. Vidi enim, cum longè ab essem, saepe còsiliij, & facultatum inopem maledicum Archilochum. Interpunctio vitiosa hunc locum obscurabat: quam ego sustuli: & nomen dispar ad Archilochum refero, vt sit haec sententia, Archilochus, quem ego meis versibus exprimo, dissimilis illi Archilochò, cuius versus acerbissimi, & atrocissimi sunt, neque focerum querit, &c. Lycamben significat.

OBLINEAT] dedecoret, infamè reddat, ignominia afficiat. versus atris autem, id est, versus contumeliosis, criminosis, tristibus, molestis, iniucundis, acerbis.

HVN C] Archilochum: non, vt alij, Alcaum. NON ALIO] non ab alio Latino Latine expressum.

FIDICEN] ego poeta Lyricus Latinus. vt Od. 3. lib. 4. Quòd monstror digito prateruentium Romana fidicen Lyra. Latini autem habent omnes cod. antiqui.

IUVAT IMMEM. FER.] iuuat me, dum G immemorata profero, legi oculis ingenius, id est, hominum ingeniuorum, & manibus teneri. cum in vulgatis omnibus legeretur ingenius, ego auctoritatem duorum lib. Var. & Iann. Faern. Torn. & aliquot aliorum secutus, ingenius excudendum curavi.

INGRATVS] qui cum meorum librorum lectione domi deleatur ac iuuetur, gratiam mihi non referat, sed foris & publice non laudet.

PREMAT EXTRA LIMEN] foris vituperet, vel dissimulet se eorum lectione delectari: laudes meas taceat.

INIQVVS] inimicus, insensus, maleuolus.

H NON EGO VENT. PLEBIS, &c.] Solebant indocti poetae, & ijdem locupletres, cenis sumtuosis, muneribus, fidei iussionibus, promissis, imperitæ multitudinis assensum, atque approbationem emere, vt Horat. & hic, & in epist. ad Pisones ostendit his verbis. si verò est, vultum qui rectè ponere possit, Et spondere leni pro paupere, &c. Allegoria est à comitiis, aut petitione magistratuuum.

VENTOSÆ] mobilis. T. Linius lib. 42. quòsdam ventosum ingenium praecipites ad omnia novanda agebat. sup. epist. ad Celsum. Roma Tibur amem ventosus, Tibure Romam.

VENOR] capto, colligo, aucupor. alia est metaphora.

IMPENSIS CENARVM] cenis sumtuosis, & opiparis.

ET

A ET TRITAE MVNBRE VESTIS] sic Perf. sat. 1. scis comitem horridulum trita donare lacerna. tritam vestem intellige, non novam.

NOBILIVM SCRIPT. AVD.] criticus, qui audio scripta nobilium poetarum.

BT VLTOR] & qui eis vicissim mea recito. fit enim eos vlciscor: vel qui castigo, & corrigo. vtraque explicatio probabilis est. nonnulli legi volunt, & actor. & ita se dicunt reperisse scriptum in vno libro manu scr. Ego primum vulgaram & receptam lectionem retineo, testificans me cum libros manu scriptos, antiquissimos, numero 14. inspexerim, & consuluerim, in eorum nullo reperisse & actor: deinde, si quis querat ex me ecquid probem, hoc & actor, respondeo nò me aequè probare. neque tamen, si quis à me dissentiat, iccirco aut eum reprehendo, aut eius iudicio meum antepono.

B GRAMMATICAS AMBIRE TRIBVS] prensare Grammaticos, vt mihi suffragentur, seu potius, vt meos libros suis discipulis edificandos proponant. Etiam hinc tralatio, seu allegoria est, ducta à comitiorum ratione. Nam qui honorem petebant, tribus ambibant, & eos, qui in sua tribu gratia valebant, prensabant. Tribus autem grammaticas posuit pro tribus grammaticorum: & tribus, pro turba, & multitudine.

PVLPIA] vnde grammatici poetarum recentiorum scripta recitabant, vel ab auctoribus recitata audiebant, & vel probabant, vel improbabant.

C HINC ILLAE LACRYMÆ] prouerbiu notissimum ex Andria Terent. vitur M. Tull. in orat. pro Caelio. hinc illa lacryma nimirum, & hac causa est horum omnium scelerum, atque criminum.

SPISSIS INDIGNA TH. &c.] si dixi (inquit) scripta mea videri mihi frequentius hominum conuentu, & corona non esse digna, id eòque me pudore ingenuo, ne ea recitem, nugasque magni aestimem, deterereri, rides Horati, ait aliquis, spissis, id est, frequentibus, crebris.

NGVIS ADD. POND.] nugas veditare, & ostentare. in lib. de arte poet. nugasq; canora.

D RIDES.] εἰρωνείᾳ: dissimulatione vteris, vel rides.

IOVIS] Augusti. ista vni Augusto vis recitare: tua scripta vis ab vno Augusto legi, atque audiri.

FIDIS ENIM MANARE] còfidis te versus edere quouis melle dulciores. manare mella, genus loquendi rariusculum: vitarius illud de arte poet. Omne superuacuum pleno de pectore manat. simile huic illud. ibid. stillabit amicis Ex oculis rorem.

TIBI PVLCHER] tuo iudicio bonus poeta: vel te vnum delectare, tibiq; vni placere studentis, de aliis non laborans.

AD HÆC] ad ea, quae mihi ab illo dicta sunt.

NARIBVS VTI FORMIDIO] ego non audeo inflexis naribus ea, quae ille mecum loqui-

tur, irridere. narium inflexio irridendum gestus est, vt lat. 6. lib. 1. nase suspendis adunco Ignarus. & sat. 8. lib. 2. Balatro suspendens omnia naso. Per Lammis vncis Naribus indulges: vncis naris, vt dicunt Graeci. acutae nares autem, sagaces, & ad odoratu celebres intelliguntur: & qui acutis naribus sunt, ingeniosiores habentur: vt contra qui obtusis, pingues & hebetes.

ET LVCTANTIS ACVTO, &c.] & ne ille, qui mecum pugnat, me vnguibus laceret, clamo, locum illum mihi displicere, videlicet theatrum.

ACVTO NE SE CER VNGVI.] Licinius Calvus, Page candida nympha quod fecer vngui. Carisus lib. 1. gramm. inlit.

ET DILVDIA POSCO] Porphirio, seu Acro, docet his ipsis ferè verbis, id temporis spatium, quod tribui solebat gladiatoribus ad digladiandi in terminationem, intra dies munerum gladiatorum, quibus pugnare debebant, diludia appellari.

LVDVS ENIM GEN. TR. CERT.] gradatio, seu climax.

TREPIDVM] in quo trepidant ij, qui certamen ineunt. eiusdem generis est illud, Pallida mors, & similia.

IRA TRVGBIS, &c.] vt sup. Od. 16. lib. 1. Ira Thyesten exiit graui stragere, & c. vrbibus vltima steterè causa, cur perirent Funditus, & c. truceis inimicitias autè dicit, hoc est, tristes & horribilibus, vel quòd inimici truci & saevo in eos quibus inimici sunt, aspectu, ac vultu solent esse.

ET FVNEB. B.] lugubre dixit Od. 1. lib. 2. quod mare lugubris Ignara belli?

20. AD LIBRVM SVVM.

VERTVNNVM, Iannumque, liber spectare videris:

Scilicet vt prostes Sosiorum pumice mūdus.

Odisti clauis, & grata sigilla pudico:

Paucis ostendi gemis: & communia laudas, H

Non ita nutritus. fuge, quod discedere gestis.

Non erit ermissio reditus tibi, quid miser egi?

Quid voluit dices, vbi quis te laeserit. & scis

In breue te cogi, cum plenus languet amator.

Quòd si non odio peccantis desipit augur:

Carus eris Roma, donec te deserat aetas.

Contreclatus vbi manibus fordescere vulgi

Cæperis: aut timeas pasces taciturnus inertis:

Aut fugies Viticam: aut vincus mittèris

Ilerdam.

Ridebit monitor non exauditus: vt ille,

A EPISTOLARVM LIBER E

S E C V N D V S.

A D A V G V S T V M.



M tot sustineas, & tanta negotia solus:
 Res Italas armis tuteris: moribus ornes:
 Legibus emendes: in publica commoda peccem,
 Si longo sermone morer tua tempora, Caesar.
 Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux,
 Post ingentia facta, deorum in templa recepti,
 Dum terras, hominumque colunt genus: aspera bella
 Componunt: agros assignant: oppida condunt:
 Plorauere suis non respondere fauorem
 Speratum meritis, diram qui contudit hydram:

Notaque fatali portenta labore subegit:
 Comperit inuidiam supremo sine domari.
 Vrit enim fulgore suo, qui prae grauat arteis
 Infra se positas: exstimulus amabitur idem.
 Praesenti tibi maturos largimur honores:
 Iurandasque tuum per nomine ponimus aras,
 Nil oriturum aliis, nil ortum tale fatentes.
 Sed tuus hic populus sapiens, & iustus in
 vno,
 Te nostris ducibus, te Grauis anteferendo,
 Cetera nequaquam simili ratione, modoque
 Aestimatur: nisi quae terris sermota, suisque
 Temporibus defuncta videt: fastidit, & odit:
 Sic fautor veterum, ut tabulas peccare ve-
 tanteis, (regum,
 Quas bis quinque viri sanxerunt, fœdera
 Vel Gabius, vel cum rigidis aequata Sabinis,
 Pontificum libros, annosa volumina vatium,
 Dicit et Albano Musas in monte locutas.
 Si, quia Graecorum sunt antiquissima quaeque
 Scripta, vel optima: Romani pensantur eadem
 Scriptores trutinæ: non est quod multa lo-
 quamur:
 Nil intra est oleæ, nil extra est in nuce duri.
 Venimus ad summam fortunæ. pingimus, atque
 Psallimus, & lætamur Achivis doctius
 vinctis.

Si meliora dies, ut vima, poemata reddit:
 Scire velim, pretium chartis quotus arroget
 annus.
 Scriptor ab hinc annos centum qui decedit,
 inter
 Perfectos, veteresque referri debet, an inter
 Vileis, atque nouos: excludat iurgia finis.
 Est vetus, atque probus, centum qui perfi-
 cit annos.
 Quid? qui deperit minor vno mense, vel anno:
 Inter quos referendus erit? veterisne poetas:
 An, quos & praesens, & postera respiciet
 aetas?
 Iste quidem veteres inter ponetur honestè,
 Qui vel mense breui, vel toto est iunior anno.
 Vtior permissio, caudaeque pilos ut equinae
 Paulatim vello: & demo vni: demo etiam
 vnum:
 Dum cadat elusus ratione ruentis acerui,
 Qui redit ad fastos, & virtutem aestimat annis:
 Miraturque nihil, nisi quod Libitina sacrauit.
 Ennius & sapiens, & fortis, & alter Ho-
 merus,
 Ut critici dicunt, leniter curare videtur,
 Quod promissa cadat, & somnia Pythagoræ.
 Nauius in manibus non est: & metibus haeret

Pene

A Pene recens: adeo sanctum est vetus omne
 poema.
 Ambigitur quoties vter vtro sit prior: aufert
 Patuuius docti famam senis: Attius alti:
 Dicitur Afrani toga conuenisse Menandro:
 Plautus ad exemplar Siculi properare Epi-
 charmi:
 Vincere Cæcilius grauitate: Terentius arte.
 Hos ediscit: & hos arcto stipata theatro
 Spectat Roma potens: habet hos, numerat-
 que poetas
 Ad nostrum tempus Liuus scriptoris ab æuo.
 Interdum vulgus rectum videt: est ubi peccat.
 B Si veteres ita miratur, laudatque poetas,
 Ut nihil anteferat, nihil illis comparet: errat.
 Si quaedam nimis antiquè, si pleraque durè
 Dicere credit eos, ignaue multa faretur:
 Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat
 æquo. (Liuus
 Non equidem inspector: delendaque carmina
 Esse reor: memini quæ plagosum mihi paruo
 C Orbilium dictare: sed emendata videri,
 Pulchrâque e, & exactis minimum distan-
 tia, miror.
 Inter quæ verbum emicuit si forte decorum, &
 Si versus paullo concinnior vnus, & alter:
 Iniuste totum ducit, venditque poema.
 Indignor quicquid reprehendi, non quia crasse
 Compositum, illepidè putetur: sed quia
 nuper: (mia posci.
 Nec veniam antiquis, sed honorem, & præ-
 Rectè, necne crocum, floresque perambulet Attæ
 D Fabula, si dubitem: clament perijisse pudorè
 Cæsti pene patres, ea cum reprehendere coner,
 Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Roscius
 egit:
 Vel quia nil rectum, nisi, quod placuit sibi,
 ducunt: (quæ
 Vel quia turpe putant parere minoribus: &
 Imberbes didicere senes perdenda fateri.
 Iam, Saliare Numæ carmen qui laudat, &
 illud,
 Quod mecum ignorat, solus vult scire videri:

Ingeniis non ille fauet, plauditque sepulchris: E
 Nostra sed impugnat: nos, nostraque lauidus
 odit.
 Quod si tam Graecis nouitas inuisa fuisset,
 Quam nobis: quid nunc esset vetus? aut
 quid haberet, (vsus?
 Quod legeret, teneretque vitium publicus
 Vt primum positus nugari Grecia bellis
 Cæpit, & in vitium fortuna labier æqua:
 Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum:
 Marmoris, aut eboris fabros, aut aris amauit:
 Suspendit picta vultum, mentemque tabella: F
 Nunc tibicinibus, nunc est gauisa tragædis:
 Sub nutrice, puella velut si luderet infans:
 Quod cupide petiit, mature plena reliquit.
 Quid placet, aut odio est, quod non mutabile
 credas?
 Hoc paces habuere bonæ, ventique secundi.
 Romæ dulce diu fuit, & sollemnè reclusa
 Manè domo vigilare, clienti promere iura,
 Cautos nominibus certis expèdere nummos, G
 Maiores audire, minori dicere, per quæ
 Crescere res posset, minui damnosa libido,
 Mutauit mentem populus leuis: & calet vno
 Scribendi studio, pueri, patresque seueri
 Fronde comas vinculi cenant, & carmina di-
 elant. (sus:
 Ipse ego, qui nullos me affirmo scribere ver-
 Inuenior Parthis mendacior: & prius orto
 Sole, vigil calamum, & chartas, & scrinia
 posco.
 Nauem agere ignarus nauis timet, abroto- H
 num agro
 Non audet, nisi qui didicit, dare, quod medi-
 corum est,
 Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.
 Scribimus indocti, doctique poemata passim.
 Hic error tamè, & leuis hæc insania quætas
 Virtutes habeat, sic collige, vatis auarus
 Non temere est animus: versus amat: hoc
 studet vnum:
 Detrimenda, fugas seruorum, incendia ridet:
 Non fraudem socio, puerum incogitat vllam
 Ccc

A Pupillo: viuit siliquis, & pane secundo:
Militie quamquam piger, & malus: utilis
vrbi.
Si das hoc, paruis quoq; rebus magna iuuari:
Os tenerum pueri, ballumq; poeta figurat:
Torquet ab obscenis iam nunc sermonibus
aurem:
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Asperitatis, & inuidie corrector, & ira.
Rectè facta refert: orientia tempora notis
B Instruit exemplis: inopem solatur, & agrū.
Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret vnde preces, vatè ni musa dedisset?
Poscit opem chorus, & præsentia numma
sentit:
Cælestis implorat aquas docta prece blādus:
Auertit morbos: metuenda pericula pellit:
Impetrat & pacem, & locupletem frugibus
annum.
Carmine dij superi placatur, carmine Manes.
Agricolæ prisci, fortes, paruoque beati,
Condita post frumenta leuantes tempore festo
C Corpus, & ipsum animum spe suis dura fe-
rentem,
Cum sociis operum, & pueris, & cōiuge fida
Tellurem porco, Siluanum lacte piabant,
Florib⁹, & vino Geniū memorè breuis eui.
Fescenina per hunc inuenta licentia morem
Versibus alternis opprobriū rustica fudit:
Libertasque recurrentis accepta per annos
Lusit amabiliter, donec iam sæuus apertam
In rabiem verti capit iocus, & per honestas
D Ire minax impunè domos, doluere cruento
Dente laceßiti, fuit intaëlis quoque cura
Conditione super communi, quin etiam lex,
Pænãq; lata, malo quæ nollet carmine quæquã
Describi, vertèrè modum, formidine fustis
Ad benedicendum, delectandūque redacti.
Gracia capta ferū victorem cepit, & arteis
Intulit agresti Latio, sic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, & graue vi-
rit⁹ (æuum
Munditiæ pepulere, sed in longum tamen

Manferunt, hodiūque manent vestigia ruris.
Ser⁹ enim Græcis admonit acumina chartis: **E**
Et post Punica bella quietus, quærere cæpit,
Quid Sophocles, & Theßpis, & Aeschylus
vtile ferrent.
Tentauit quoque, rem si dignè vertere posset:
Et placuit sibi natura sublimis, & acer.
Nam spirat tragicū satis: & feliciter audet:
Sed turpè putat in scriptis, metuitq; lituram.
Creditor, ex medio quia res arceßit, habere
Sudoris minimum: sed habet comædia tanto
Plus oneris, quãto veniæ minus, aspice, Plaut⁹ **F**
Quo pacto parteis tutetur amantis ephēbi:
Vt patris attentis, lenonis vt insidiosi:
Quantus sit Dorfenus edacibus in parasitis:
Quã non astricto percurrat pulpita focco.
Gestit enim nummum in loculos dimittere,
post hoc
Securus cadat, an recto stet fabula talo.
Quem tulit ad scenam venosogloria curru,
Exanimat lentus spectator: sedulus inflat.
Sic leue: sic paruum est, animum quod lau-
dis auarum **G**
Subruit, aut reficit, valeat res ludicra, si me
Palma negata, macrū: donata reducit opimū.
Sape etiã audacem fugat hoc, terrèq; poetã,
Quod numero plures, virtute, & honore mi-
nores,
Indoeli, stolidique, & depugnare parati,
Si discordet eques, media inter carmina po-
sunt (gaudet.
Aut vsus, aut pugiles, his nam plebecula **H**
Verum equitis quoque iam migravit ab au-
re voluptas
Omnis ad incertos oculos, & gaudia vana.
Quattuor, aut plures in aulea premuntur in
horas, (cateruæ.
Dum fugiunt equitum turmæ, peditūmque
Mox trahitur manib⁹ regū fortuna retortis.
Esseda festinant, pilenta, petorrita, naues:
Captiuum portatur ebur, captiua Corinthus.
Si foret in terris, rideret Democritus seu
Diuersum confusa genus panthera camelo,
Sine

A Sive elephas albus vulgi conuertet ora:
Spectaret populum ludis attentius ipsis,
Vt sibi præbentem mimo spectacula plura.
Scriptores autem narrare putaret a se
Fabellam surdo, nam quæ peruincere voces
Eualuere sonū, referūt quæ nostra theatra?
Garganum mugire putes nemos, aut mare
Tuscum:
Tanto cum strepitu ludi spectatur, & artes,
Diuitiãq; peregrina: quibus oblitus actor
Cum stetit in scena, concurrat dextera laeuæ.
Dixit adhuc aliquid? nil sanè, quid placet
Lana Taretino violas imitata veneno. (ergo?
B Ac ne fortè putes, me, quæ facere ipse re-
cusem,
Cum rectè tractent alij, laudare malignè:
Ille per extentum funem mihi posse videtur
Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit,
Irritat, mulcet, falsis terroribus implet,
Vt magus: & modò me Thebis, modò ponit
Athenis. (lunt,
C Verum age, & his, qui se lectori credere ma-
Quam spectatoris fastidia ferre superbi:
Curã redde breuè: si munus Apolline dignū
Vis complere libris, & vatib⁹ addere calcar:
Vt studio maiore petant Heliconã virentem.
Multa quidè nobis facimus mala saepe poetæ:
(Vt vineta egomet cadam mea) cum tibi
librum
Sollicito damus, aut fesso: cum lædimur, vnū
Si quis amicorū est ausus reprèdere versum:
Cum loca iam recitata reuoluimus irruocati:
D Cum lamentamur, non apparere labores
Nostros, & tenui deducta poemata filo:
Cum speramus, eò rem venturam, vt, si-
mulatque
Carmine rescieris nos fingere, cōmodus vltro
Arceßas, & egere vetes, & scribere cogas.
Sed tamè est operæ pretiū cognoscere, qualeis
Ædituos habeat belli spectata, domiq; que
Virtus, indigno non committenda poetæ.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Cherilus, incultis qui versibus, & malè natis

Rettulit acceptos, regale nomisma, philippos. **E**
Sed veluti tractata notam, labemq; remittūt
Atramenta, ferè scriptores carmine sædo
Splendida facta linunt, idem rex ille, poema
Qui tam ridiculum, tam carè prodigus emit:
Edicto vetuit, nequis se, præter Apellem,
Pingeret: aut alius Lysippo duceret ara,
Fortis Alexandri vultū simulantia, quod si
Iudicium subtile videndis artibus illud
Ad libros, & ad hæc Musarum dona vo-
cares:
Bæotum in crasso iurares ære natum. **F**
At neque dedecorant tua de se iudicia, atq;
Munera, quæ multa dantis cum laude tu-
lerunt
Dilecti tibi Virgilius, Variusque poetæ:
Nec magis expressi vultus per ænea signa,
Quam per vatis opus mores, animiq; virorū
Clarorū apparent, nec sermones ego malle
Repenteis per humum, quàm res compone-
re gestas: (ceis
Terrarūq; situs, & flumina dicere, & ar- **G**
Montibus impositas, & barbarã regna, tuisq;
Auspiciis totum confecta duella per orbem,
Claustrãq; custodem pacis cohibentia lanam,
Et formidatam Parthis, te principe, Romã:
Si, quantum cuperem, possem quoque: sed
neque paruum
Carmen maiestas recipit tua: nec meus audet
Rem tètare pudor, quã vires ferre recusent.
Sedulitas autem, stultè quem diligit, vrget: **H**
Præcipuè cum, se numeris cōmēdat, & arte.
Discit enim citius, meminitq; libentius illud,
Quod quis deridet, quàm, quod probat, &
veneratur. (que ficto
Nil moror officium, quod me grauat: ac ne-
In peius vultu proponi cereus vsquam,
Nec præuè factis decorari versibus opto,
Ne rubcã pingui donatus munere: & vnã
Cum scriptore meo capsã porrectus aperta,
Deferar in vicū vendentem tus, & odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur in-
eptis.

A SVSTINEAS] sustinere negotium, dictum, vt sustinere omis. Sallust. conitur. Catil. forte libuit ascendere, quia res maxime tanta negotia sustinisset.

RES ITALAS ARM. TVTTERIS] libri aliquot veteres habent, tuentis.

MORIBVS ORNES] bona & recta institutione, & disciplina, seu bonis institutis ornes.

LEGIB. EM.] leges enim ex malis moribus natae sunt, atque ad emendationem peccatorum voluntariorum & non voluntariorum comparatae sunt. Oda 24. lib. 3. Quid tristes querimonia, si non supplicio culpa reciditur? Quid leges sine moribus vana proficiunt?

ROMVL. ET LIB. F.] Augustum cum Libero, Castore, & Polluce, Hercule, Romulo comparat, ostenditque melius actum esse cum Augusto, quam cum illis, propterea quod illi post mortem denique diuinos honores ab hominibus sint consecuti, cum eis viuis de humano genere optimi meritis non satis magnam gratiam retulissent: Augustus autem viuis, vidensque diuinis honoribus a populo Ro. afficiatur: qua in re cum populi Ro. sapientiam, ac iustitiam magnopere probet, tum negat eum ceteris in rebus eandem iudicandi prudentiam adhibere, quippe qui vetera nouis omnibus anteponat, nihilque magni admodum aestimat, nisi auctoritatem, & dignitatem quamdam aetate comparari.

LIBER PATER] Cur Dionysus, seu Bacchus, Liber pater a Romanis appellatur: an quod libertatis parens & effector sit iis, qui bibunt? Nam vulgo homines libertate dicendi, & audaciae coplentur in poculis, & in ebrietate. an quod libamina praebuit: an a Dionysio Eleuthero eo, qui Eleutheris Baeotia urbe colebatur? haec ex Plutarcho. Ρωμαϊκοίς.

ET CYM CASTORE POLL.] Oda 3. lib. 3. Haec arte Pollux, & vagus Hercules Innisus arceis attigit igneus, &c.

POST INGENTIA FACTA] posteaquam maxima & memorabilia facinora ediderunt: post res fortissimè & praclarissimè gestas.

DEORVM IN TEMPL.] M. Tull. lib. 3. de nat. deorum, Iam verò in Graecia multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandij, Tenedij Tenem: Leucotheam, quae fuit Ino, & eius filium Palaemonem: cuncta Graecia Herculem, Aesculapium, Tyndaridai: Romuli nostri, aliisque compluribus, quos, quasi nouos, & ascriptitios cineis, in calum receptos putant.

DVM TERR. HOMINVM QVE COL. EBEN.] dum viuunt, & versantur cum hominibus.

PLORAVERE] questi sunt, ingemuerunt, & μοιζων, sic saepe alias: & pluribus locis iam admonuimus: sup. epist. ad lib. P. auis ostendi gemis.

NON RESPOND. FAVO. &c.] id est, eum fauorem, quem a populo sperabant, non esse suis in eum meritis parem. sic loquitur sat. 8. lib. 2. eoque Responsura tuo nunquam est par fama labori.

DIRAM QVI CONTVDIT HY-

DRAM] Hercules, vt sup. Od. 4. lib. 4. Non hydrae secto corpore firmior Vinci dolentem creuit in Hercule.

NOTA QVE FATALI PORT. LABS.] labores Herculis commemorat Lucret. prooemio lib. 5.

COMPERIT INVID. SVPR. &c.] nam eius, qui inuidia laborat, interitu, exstinguitur inuidia, vt Od. 24. lib. 3. Virtutem incolentem odimus, sublatam ex oculis querimus inuidi. Propert. lib. 3. eleg. 1. Omnia post obitum fingit maiora vetustas, Matius ab exsequis nomen in ora venit. Sic Demosth. οὐδὲ σφοδρῶς, Τίς γάρ οὐκ οἶδεν τῶν πάντων, ὅτι τοῖς μὲν ζωῆς παύσει τις ἢ πλεον, ἢ ἐλάττων φθόνος τῆς τεβηεώτατος δὲ ἐδὲ τῶν ἐχθρῶν ἐδὲ εἰσι μισοῖ, id est, qui enim nescit, eos omnes, qui viuunt, inuidiam magis, aut minus laborare: mortuos autem ne inimicorum quidem cuiquam odio esse?

VRITENIM FVLG. SVO, QVI, &c.] id est, qui virtute, aut arte aliqua ceteris omnibus, qui eandem artem, & ac virtutem colunt, antecellit, illis acerbum dolore commouet, sibi odium & inuidiam constat. ignauis enim, incertibus, miseris inuidet nemo: sed viris fortibus, strenuis, industriis, & fortunatis: vt sat. 3. lib. 2. Inuidiam placare parat virtute relicta. nimio autem splendore oculos praestingui, annotatum est ad Od. 2. lib. 2.

QVI PRAGR. ARTEIS] qui artifices se inferiores sua praestantia quodammodo onerat, atque opprimit.

EXSTINCTVS] id est, mortuus. nam, vt lux pro vita, sic nox, & tenebra pro morte vsurpantur a scriptoribus. Eurip. Hippol. cor. ὁ δὲ ἀνεψφίθηται πύλας Ἀΐδου, φάος δὲ λείπειν βλάπτων τῶδε. id est, nescio enim mihi aperta esse Orci portas, lucem autem me hanc vltimam videre. M. Tull. Tuscul. 2. tamen obijciatur interdum animo metus quidam, & dolor, cogitanti, fore aliquando finem huius lucis. Horat. Od. 28. lib. 1. sed omnes vna manet nox. iam exstinctus compositum est ab ex, & stinguo, quo verbo vitur Lucret. lib. 2. stinguis, colorem. ab eodem sunt haec, distinguo, restinguo, praestinguo, quod postremum in omnibus libris imprellis corruptum est. Nam, vbicumque legitur praestringere, seu praestringere oculos, seu aciem oculorum apud M. Tull. Plautum, & ceteros, egredum praestinguere: vt hoc dicam ei παρόφ.

AMABITVR IDEM] Nam (vt inquit Plautus Captiuus.) Tum denique omnes nostra intellegimus bona, Quom, qua in potestate habuimus, eo amissimus.

PRESENTI TIBI] sic supra Od. 5. lib. 3. praesens Diuus habebitur Augustus, adiectis Britannis Imperio, grauibusque Persis. Scruuius ad illum Virg. locum Tityro, Namque erit ille mihi semper deus, notat, semper, idque post mortem & dum viuunt. Alij enim imperatores post mortem demum in numerum deorum referuntur: Augustus autem templa viuus meruit. Horatius, Praesenti tibi maturos, &c.

MATVROS] non expectata morte delatos: tempe-

A tempestiuos. Plato lib. 7. de rep. scribit, non esse turum viuos carminibus, laudationibus, encomiis afficere, his verbis, τῆς γὰρ μὲν ἐπιζῶντας ἐγκωμίοις τε, καὶ ὑμνοῖς τιμῶν οὐκ ἀσφαλές ἐστὶν ἀν᾿ ἀπαντῶσι τοῖς τὸν βίον διαδραμαίων τέλους ὀφισσῆσθαι καλῶν.

IVRANDAS] quibus delatum erat iusurandum, ij ad aram iurabant. M. Tull. pro Flacco. ergo is, qui si aram tenens iuraret, & crederet nemo: per epistulam, quod uolet, iniuriam, probabit? Iurandas igitur per nomen tuum, id est, ad quas per nomen tuum iuratur sumus.

SED TVVS HIC POP.] populus Rom. (inquit) in eo est prudens existimator, & aequus rerum aestimator, quod de diuinis honoribus afficit, & quod te superioribus omnibus ducibus tum Graecis, tum Latinis antepont: in ceteris non perinde rectè sentire reperitur.

TERRIS SEMOTA] sublata est hominum conspectu, & praene dicam, mortua, id est, quorum auctores multis ante saeculis mortui sunt.

SVIS QVE TEM. DEF.] idem dicit: hoc est, quae peruetera facta sint: vel quorum tempora abierunt, deflexerunt, ac praterierunt.

FASTIDIT] aspernatur, ac respuit. supra epist. 3. lib. 1. Fastidire lacum, & riuos, &c.

SIC FAVTOR VET. VT TAB. &c.] id est, qui ita fauet veteribus, & antiquitati, vt leges XII. tabularum, quas decemuirj conscripserunt, Solonis leges imitati: & foedera regum Romanorum cum Gabiis, aut Sabinis ista: & ius Pontificum, & annales à pontificibus conscriptos, & Vatium praedicta, dicitur à Musarum ore fluxisse. Sic M. Tull. primo lib. de legibus eos irridet, imperitiosque, ac tardos esse existimat, qui cum Egeria Numam esse collocutū, & ab aquila Tarquinio apicem impostum putent.

ANNOSA VOLVM. VAT.] vatium carmina: in quibus fuit Cn. Marcius, quem commemorat T. Liuius lib. 5. annal. eiusque; duo vaticinia profert: vnum, quo praedicebatur pugna Cannensis euentus: alterum, quo iubebantur Romani ludos Apollinarem instituire, si victores esse velent. Priore carmine (inquit Liuius) Cannensis praedicta clades in haec ferme verba erat. ferme additum est à Liuijo, quia verba Marcij, quod erant antiquiora, paulum sunt immutata. Ego post Alciaium & Ranconetum, & Memmium, his verbis conscriptum carmen fuisse existimabam: Annè Troiugena Cannam Romane feuge, Ne te alienigena in campo cogant Diomedis Conseruisse manus pugnantem: sed neque credes Ante mihi doncum compleris sanguine campum. Multaque millia caesa tuorum deferat amnis In pontum magnum de terra frugiferente, Piscibus, pinnigerisq; ferisq; colentibus terras Pr suat esca caro tua. nam m ita Iupiter inest. Alterum carmen sic putabat contextum fuisse Ios. Scaliger, nisi quod in paucis quibusdam ab eo diffusis, Romulidae si perduellis expellere uoluit, Et vomicae genitū qua longè alienigenarum Venit: Apollineri uocatus censeo lu-

doi: Qui Deo Apollineri sunt come quotians, Quomiam poplicita populos dederit sibi partem, Conferunt primam pro se, suisq; Pratoribus ludis faciundū illi praesto, Qui summum populo plebeique urbe dabit ius. At bis quingde uiri Graeco sacra ritu obeunt. Haec si factus uis gaudebit semper: Atque adeo fiet melior res publica uostrā. Nam si Dius uos pro perduellis stringet ad unum, Qui uosros campos placidè nunc, uisq; pacem.

FOEDERA REG. VEL GAB.] foedera cum Gabiis ista sunt à Tarquinio Superbo: de quibus sic Dionysius Halicarnas. Ρωμαῖνε, ἀρχαῖοι δὲ τῶν ἐπιζῶντων ἐπιζῶντων κλημῶν ἐν ἱερῷ διὸς πατρῶς, ὃν Ρωμαῖοι σέβοντες καλεῖσιν, ἀσπίς ἑλληνική βύρση βοεία, ὡς εἰπὼς τῶ σφαιροειδῆτος ἔστι τῶν ὀρκίων τότε τοῦδ, ἡ ἀμμοσίαν ἀρχαῖοῖς ἔπι γὰρ χαμῆταις γὰρ μὲν ἀντοῖς ὀμολογῶσι, id est, horum foederum monumentū Romae existat in templo Iouis Fidi: quae Romani sanctum appellant, scutum ligneū pelle bubula intectum eius bouis, qui tum in foedere faciendo fuit immolatus, literis antiquis inscriptas condiciones, & pactiones continens.

SI, QVIA GRÆC. SVNT ANTIQ. &c.] id est, si, quia scripta Graecorum antiquissima quaeque, sunt etiam optima, iccirco Romani scriptores, quo antiquiores erunt, eo meliores habebuntur, maxima erit nostri iudicij peruersitas. nam eadē ratione reperiemur Graecis meliores.

G Non semper autem quae sunt antiquissima, videntur etiam optima: quemadmodum ex oraculo illo, quod Apollo consultus ab Atheniensibus, quam potissimum religionem colerent, ac tenebant, edidit, intelligere licet. Nam cum respondisset, antiquissimam, & more maiorum comprobatam: iterum consultus, quae esset antiquissima, quia mos maiorum sepe mutatus esset, respondit, quae optima.

EADEM PENS. TRVT.] eadem ratione, & aequitate aestimantur, al. pensentur.

NIL INTRA EST OLEAM, NIL, &c.] prouerbiū conuenit in eos, qui aut, quae perspicua vera sunt, negant: aut, quae perspicua falsa, aiunt. quid enim certius, quid apertius est, quam & intra oleam, os esse, & extra nucem, putamen, ac duritiem?

VENIMVS AD SVMMVM, &c.] reperientur enim pictores, cantores, palestritae in Italia, quam in Graecia, meliores: quod est falsum.

PSALLIMVS] cithara canimus. nam ψάλλειν (vt docet Suidas) est τῷ ἀκροῦ τῷ δακτύλῳ τῷ χροῦδῳ ἀπιδῶν: id est, summis digitis chor-das tangere.

VNCTIS] vngebantur enim palestritae, vt a libi diximus. Aristoteles lib. 8. de republica, quatuor artes enumerat, quas in Graecia discere solebant. ἡραματικῶν, γυμναστικῶν, μουσικῶν, ἡραφικῶν. hoc est, grammaticam, artem corporum exercendorum, musicam, picturam.

SI MELIORA DIES] si poemata, vt vi. Ccc iij

A na, sunt vetustate meliora: scire velim (inquit) quoto anno, aut etiam quoto die poema sit vetus habendum.

V T V I N A] vinum vetus etiam Pindarus laudat: sed negat ita laudari carmen oportere. nam recentissimum quodq; ait esse laudabile Olymp. carm. nono, & c. & παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄθλια δ' ὕμνων νεώτερον. id est, lauda vinum quidem vetus, flores autem hymnorum recentiorum.

Q V O T V S A R R O G E T, & c.] quotus annus acquirat, vel pro suo iure vendicet charis pretium: id est, quoto denique anno scripta auctoritatem, & pondus sibi comparent.

S C R I P T O R] hic est quaestio. quaerit autem vtrum is, qui centū compleuit annos, vetus sit habendus, an recens.

Q V I D E R I T] qui mortuus est, qui deperiit.

V I L I S] contemptos, parui pretij. nam & paullo antè nomine pretij vsus est, vt supra verbo estimat.

E X C L. I V R G. F. E S T V E T.] hic est responso.

Q V I D ? Q V I D E P E R I I T, & c.] dicitis (inquit) eum esse veterem habendum, qui centum compleuit annos: quid si desit mensis, vel annus vnus: inter quos referendus erit veteresne, an novos, & malos?

I S T E Q V I D E M V E T.] altera responso ad secundum interrogatum.

V T O R P E R M I S S O] vtor eo, quod mihi das, (inquit Horatius) cum etiam habendum in veteribus, qui centum ab hinc annos excesserit è vita, vno mense, vel vno anno minus.

C A V D A E Q V E P I L O S V T E Q V.] de hac cauda equina sic Plutarchus in Sertorio, ἰππεύς εἰσηγάγε δ' ὄνος, τὸν μὲν ἀδοξῆν τελέως, καὶ ὄρεσθ' ὑπερὸν ἴδου, τὸν δ' ἔτερον ὑμᾶ γῆ μὲ αὐτὸν, καὶ ἰχυρὸν, θαυμαστὴν δὲ πυκνότητι καὶ χεῖλαι περιχῶν ἕραν ἔχοντα. παρεστῆκε δὲ τῷ μὲν ἀδοξῆν, μέγας ἀνήρ, καὶ ραμαλῖος: τῷ δ' ἔτερον, μικρὸς ἔτερος, καὶ τῶν ὄφιν εὐχετα φρόνητος, σημεῖν δὲ δόξαντος αὐτοῖς, ὁ μὲ ἰχυρὸς ἀμφοτέρως τῶς χεῖροι τῆ ἰππεύς ἀδοξῆς τὴν κέρων, ὡς ἀπορήξων. εἶλε βίαι πωρὸς αὐτὸν ὁ δὲ ἀδοξῆς τῆ ἰχυρῆ καὶ μίαν τῶν περιχῶν ἐπιπλεον. ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν ὄρεσθ' ὄληα φράγματα μάτην ἐαυτῷ, καὶ πολλὰ γέλατα ποῖς θεαυθῆναι τῶν ἰχυρῶν ἀδοξῆν: ὁ δ' ἀδοξῆς ἀκαρεῖ, καὶ σὺν ἐδ' αὐτῷ ποῖω, φίλην περιχῶν ἀπέδειξεν τὴν ἕραν, κινῆσθαι ὁ Σερτόριος, ὡς αὐτὸς εἶπεν, ἀδρες σύμμαχοι, τὴν ὀπιμηνήν αὐσιμωτέρων τῆ βίας ἔσσαν, καὶ πολλὰ πῶν ἀπεῖος ἀλήπιων, εἰδιδόντα τῷ καὶ μικρόν: id est, equus introduxit duos, alterius quidem plane infirmum, & iam veterem: alterum autem tum procerum ipsum, & robustum, tum caudam mirapilorum crebritate, & pulchritudine habentem. Stabat autem infirmo quidem equo vir magnus, & validus: alteri vero equo alter homo parvus, & aspectu ipso contemptendus. signo autē eis dato, robustus qui-

dem ille utraque manu caudam equi infirmi, tanquam E perrupturus, totis viribus ad se trahabat: homo infirmus vero ex equi robusti cauda pilos singillatim eucllebat. Postquam autem ille non mediocri labore frustra suscepto, multoque risu spectatoribus excitato defatigatus fuit: infirmus vero, breui tempore, & sine vlllo labore caudam à pilis vacuam, nudamq; reddidit: surrexit Sertorius, & videtur (inquit) ὁ socij, perseverantiam viribus efficaciorē esse, & multa, quae semel, & vno impetu capi non possunt, paulatim vinci, & capi posse.

E T D E M O V N V M, D E M O E T I A M V N V M] id est, detraho vnum, & c. non dicit, adimo: sed demo. demit enim qui de toto aufert: adimit qui totum tollit. Vt ut autem hoc genere argumentationis M. Tull. Frumentaria. Deinde indices videtur, quam infinitam sitis hominibus licentiam pecuniarum eripiendarum daturū. Si, tenos denarios qui cogit, erit absolutus: quater, & denos denique, aut vicosos cogit alius: quae erit reprehensio? in quo primum iniuria gradu resistere incipiet severitas iudicis? quotus erit iste denarius, qui nō sit deferendus? & in quo primum aestimationis iniquitas, atque improbitas reprehendatur?

D V M C A D. E L V S. R A T I O N E, & c.] id est, dum is, qui poematum bonitatem vetustate, & annis metitur, vnā cum suo aceruo paulatim collapsio, ipse quoque cōcidat. & c. id est, id est, acerualem, argumentationē, quae interrogatione constat, appellant Stoici, cum aliquod minutatim, & gradatim additur ei, quod ab aduersario concessum est, vel detrahitur. de quo M. Tull. Acad. lib. 2. Soritus hos vocant, qui aceruum efficiunt vno addito grano: vitiosum sanē & captiosum genus. ibid. tum paucis additis venit ad soritas, lubricum sanē, & periculosum locum: quod tu modo dicebas esse vitiosum interrogandi genus. Idem de diuinat. lib. 2. aut quemadmodum soriti resistat? quem si necesse sit, Latino verbo liceat acerualem appellare.

A D F A S T O S] id est, ad annos, in fastis enim cōsulum singulorum annorum, ceterorumque maiorum magistratum nomina perferiebantur. Tum appellatione consulum anni notabantur.

M I R A T V R Q V E N I H I L] & nihil magis estimat: nihil admiratione dignum ducit.

N I S I, Q V O D L I B I T. S A C R.] nisi, quod sepultum, & mortuum est. de Libitina diximus sup. ad Od. 30. lib. 3. multaque pars mei Vitabit Libitina.

V T C R I T I C I D I C V N T] critici sunt, grammatici, qui de scripioribus, & scriptis iudicant, & c. τὸ κρίνειν, quod valet iudicare: è quibus erat Mecius Tarpa. Talis fuit Aristarchus inter Græcos.

L E V I T E R C V R A R E V I D E T V R, & c.] i. ita negligēter scribit, vt videatur oblitus esse, quid de se promiserit, ac somnariat. dicebat autē se somniasse esse mortuum, & ex Pythagoræ sententiā, animam Homeri in corpus suum immigrasse:

A gresse: ex quo se optimum poetam existisse, verusque Homericis similem cōscribere. Quod autem Lucretius ait lib. 1. non Homeri animam in Ennii mortui corpus domicilium suum transfuisse, sed speciem quandam ex Acherūte in somnis viuo, & dormienti Ennio obiectam esse, his verbis, Et si praterea tamen esse Acherusia templa Ennius aeternus exponit veribus edens. Quō neque permānent anima, neque corpora nostra, sed quadam simulacra modis pallentia miris, vnde sibi exortam semper florentis Homeri Commemorata speciem, lacrymas effundere falsas Cœpisse, & rerum naturam expandere dictis: pertinet hoc ad aliud somnium, nempe in quo Homerus Ennio naturam rerum explicabat: quō referendum est illud: Vixit Homerus ad se poeta. hic autem Homerus, Ennio in somnis dicebat, se factum aliquādo esse pavonem, seu animam suam commigrasse in pavonem: deinde ex pavone in corpus Ennii transisse. Ex quo illud ipsius Ennii. Nam videbar somniare me d' ego esse mortuum. & illud Persij. Cor inbet hoc Enni, postquam destituit esse Maonides, quintus pavone ex Pythagoræ. Eodem referendum illud M. Tull. ex lib. 6. de rep. Et c. mihi, credo quidem ex hoc, quod eram locuti: sic enim saepe ferē, vt cogitationes, sermonesque nostri pariant aliqui in somno tale, quale ex Homero scribit Ennius: de quo videlicet sapissime vigilans solebat cogitare & loqui & c. De se porō gloriosē prædicabat Ennius, versus veterum reprehendens. Quos (inquit) olim Fanni, vatesque canebant, Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat, Nec dicti studiosus erat. Ante hunc. Ait ipse de se (inquit) M. Tull. in Bruto. nec mentitur in gloriado.

N A V I U S I N M A N I B. N O N E S T] Nævuij scripta nō teruntur manibus hominum, nam eum memoria tenent, neque egent adiumento litterarum. haeret in omnium animis perinde, ac si sit recens. adeo sanctum est, & c. fuit autem Ennio Nævius antiquior, vt declarant hæc verba M. Tull. in Bruto, quibus Ennius affatur. Nec verō tibi aliter videri debet, qui à Nævio vel sumisti multa si fateris: vel si negas, surripuisti. A Nævio sunt illa, quæ M. Tull. producit epist. ad L. Luceium lib. 5. Placet enim Hector ille mihi Nævianus, qui non tantum laudari se latatur, sed addit etiam, à laudato viro.

A M B I G I T V R Q V O T I E S] quoties inter homines doctos controuersia est vter vtri, & quis cui sit anteposendus, vel quis cui præster, & c. sup. epist. 18. Ambigitur quid enim?

A V F E R T P A C. D O C T I F A M. S E N.] id est, Pacuius consequitur, & obtinet laudem, atque existimationem docti: existimatur ab omnibus doctus. M. Tull. lib. 3. de oratore. Atque id primum in poetis cerui licet, quam stat inter sese Ennius, Pacuuius, Attius dissimiles. idem citat hæc ex Pacuio. lib. 5. de finibus. Quin etiam ferē (inquit Pacuuius) quibus abest ad præcauendum intelligendū astutia sibi iniecto terrore mortis horrefcūt. Idem lib. 1. de orat. ad Qu. Fr. nec quisquam est eorum, qui si

iam sit edificandum sibi aliquid, non Teucerum Pacuuij Emalit, quam Mambianus venalium vendendorum leges edificere.

A T T I V S A L T I] Attius refert nomen & existimationem alti & elati poetæ. Attius dicebatur plus habere magnitudinis, & grandiloquentiæ, vt ita dicam: Pacuuius plus doctrinæ. erat autem Attius multis annis Pacuui minor. M. Tull. in Bruto. Attius isdem adhibus ait se, & Pacuuium docuisse fabulam, cum ille octoginta, ipse triginta annos natus esset. idem M. Tull. in oratione pro P. Sextio, multos Attij versus profert, eumque disertissimum poetam appellat.

D I C I T V R A F R A N I T O G A] dicitur Afranius poeta Romanus, seu Latinus cum Menandro comparandus: seu ad Menandri scribendi genus propè accedere. Afranius togatas scriptis comædiis. eadem autem ratione appellatur à toga togatæ, quæ à pallio palliatæ. de Afranio M. Tull. in Bruto. C. Titium, cuius orationes tantum argutiaram, tantum exemplorum, tantum vrbanitatis habet, vt penè Attico stilo scripta esse videantur. studebat imitari L. Afranius poeta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam disertus.

P R O P E R A R E] cur properare licet quod negligēter & minus accuratè scripti sunt eius versus: sic enim infra ead. epist. aspice, Plautus Quo pacto partem, & c. Quam non adstricto percurret pulpita sacco. Gestit enim nummum in loculos dimittere, post hoc, & c. An hoc referendum est ad versus omnium rationem & naturam, qui pedibus cōstant, & iccirco currere dicuntur, fat. 10. princip. Nemp incomposito dixi pede currere versus Lucili, & c.

S I C V L I E P I C H A R M I] Epicharmus poetam comicum Siculum sæpe commemorat M. Tull. eiusque versus saepe vsurpat, vt lib. 1. ad Attic. vt crebrò mihi vsar ille Siculus insulsus: vt Epicharmus cantilenā illam suam. νῆφε, καὶ μέμνασο ἀπὸ τῶν ἀστῆρα πάντα τῶν φρεῶν. quæ verba sic reddit Latinè Qu. Fr. de petit. consulatus ad Marcum. Quamobrem Epicharmus illud teneo, nervos, atque artus esse sapientia, non temerè credere, & epistol. ad Qu. Fr. lib. 3. γυνῆ, πῶς ἄλλω κέρηται, id est, fac scias, quo pacto se aduersus alium gesserit. & Tusc. 1. sed tu mihi videris Epicharmi non insulsi hominis, vt Siculi, sententiam, sequi. Quam? non enim noui. Dicam si potero Latine, & c. Emori nolo: sed me esse mortuum mihi estimo.

C A C I L I V S] hunc scribit M. Tull. lib. 7. ad Att. malum esse auctore Latinitatis. idem alibi, Nam illorum (Scipionis & Lælij) aequalis Cacilius, & Pacuuium male locutos videmus. fuit autem hic natione Gallus.

L I V I S C R I P T O R I S A B A V O] Liuuius Andronicus poeta à M. Liuiio Salinatore, cuius filias erudierat, fuit libertate donatus, vt scribit Euseb. in chron. primus hic C. Clodio Cæci filio, & M. Tuditano coss. fabulam docuit anno ipso antequam natus est Ennius, post Romo conditā anno c c c x. vt scribit M. Tull. Tusc. Ccc iiii

A lib. i. & in Bruto. Idem ibidem ait Liuianas fabulas non satis esse dignas, quae iterum legantur. De hoc Liuius vide T. Liuium lib. 7. annal. ad princip.

INTERDVM VVLG. RECT. VIDET] rectè iudicat, & prudenter sentit. rectum peccato opposuit, quod est prauum.

EST VBI] id est, alicubi, ἐν ὅπου: seu potius aliquando, vt accipiamus est vbi pro est quando, ἐν ὅτε, id est, ἐν ὅτε.

NIM. ANTIQVE] ἀρχαῖος, id est, impolitè, illepidè. sic sup. epist. ad Torq. lectos archaicos dixit. vbi tamen alij legunt Archiacos, ab Archia.

CREDIT] sic habet 3. lib. Vat. & Iann. Faern. Torn. Cleric. Nicotian. Ruffard. alij. & quidem ipsa veritas ita legendum esse clamant.

B IGNAVE MVLTAFATEVR] tolenda est distinctionis nota post nomen multa, vt sit hæc sententia. Si eos credit quædam dicere nimis antiquè, si plerique durè: si fatiunt eisdem multa ignauè, id est, oscitanter, & minimè accuratè dicere, sapit: & mecum sentit.

ET IOVE IVDICAT] id est, verè iudicat. Iupiter enim æquus, id est, propitius est iis, iudiciæque eorum approbat, qui verè iudicant: iratus est iis, iudiciæque eorum improbat, qui secus: vel dic hoc modo, quia Diis probantibus, & fauētibus omnia rectè fiunt: iratus, secus.

QVA] Liuij carmina.

PLAGOSVM] qui plagas multas, & graues discipulis suis infligere solebat.

C RBILIVM] magistrum, seu doctore meū, de quo Sueton. de claris Grammaticis. Fuit (inquit) naturæ acerba non modò in antisophistas (quos omni sermone lacerauit) sed etiã in discipulos, vt Horatius significat. plagosum eum appellas. Domitius Marfus scribens, si quos Orbilius ferula, scuticaque cecidit. floruit ætate Ciceronis: vixit propè ad centesimum ætatis annum, amissa iam pridem memoria, vt ex Bibaculi versu intelligere licet, Orbilius vbi nam est, litterarum obliuio?

ET EXACTIS MINIM. DIST.] id est, perfectis, & perpolitis proxima: quod valet exacta, perfecta, exquisita, limata, ἀκριβῆ, exigere dicimus ad perpendicularè, vt Verr. 3. de anteaetis. Tu verres hic quod moliare, nihil habes: nisi forte vis ad perpendicularè columnas exigere. Cælius ad Cic. lib. 8. cp. Nunc si ad illam summam seueritatè legitimum ius exegeris, &c. & T. Liuius lib. 30. annalium. Nolite ad vestras leges, atque instituta exigere ea, quæ Lacedæmone sunt. & exigere ad vnguem dicebant marmorarij, cum marmorū commissuras vngue explorabant, ex quo exacta dicuntur à Latinis, quæ sunt probata, perfecta, accurata, summo studio, summòq; artificio elaborata, ἀκριβῶς, ἀρίστα: & rursus ad vnguem factum, perfectum, & perpolitum: vt far. 5. lib. i. ad vnguem factus homo. & lib. de arte poet. carmen non castigauit ad vngue. Virg. Georg. 2. Nec fecius omnis ad vnguem Arboribus po-

fitis secto via limite quadret. vbi Seruius notat, translationem esse à marmorariis, qui iuncturas vnguibus probant. δόνουλον nominant Græci, quod Latini ad vnguem factum.

EMICVIT] excelluit, emiuit. CONCINNIOR] venustior, elegantior, cultior.

DVCIT] producit, ostendit, iactat, πομπέει, id est, quasi in pompa producit.

VENDITQVE] vendit posuit, pro vendit. venditare autem, est velle vendere. At qui vendere vult mercem aliquam, eam laudat. Horat. infra epist. prox. vbi plenius aquo Laudat venaleis qui vult extrudere mercis.

INDIGN. QVICO REPR. &c.] id est, indignè fero, aliquid reprehendi, non quia pingui Minerua, & sine lepore, aut venere factum habeatur, sed quia nouum, & recens.

NEC VENIAM ANTIQVIS, &c.] id est, & indignor non veniam errorum suorum antiquis dari, quam si impetrarent, benè secum actum existimare deberet: sed pramium peti, vt scriptoribus optimis, ac perfectissimis. sic M. Tullius in orat. perfecto veteres insectatur, his verbis, Ergo Ennio licuit vetera contemneri dicere Verbis, quos olim Fauni, vatesque canebant: mihi de antiquis eodem modo non licebit, presertim cum dicturus non sim Ante hunc, vt ille, nec quæ sequuntur. Nos ausi referare, &c. idè ibid. non est eis satis non contemni, laudari etiam volum.

RECTE, NECNE CROCVM, &c.] id est, si dubitarem, vtrum iure, & meritò Attæ fabule in scena recitetur, atque à populo spectetur, necne: senes omnes clamarent me impudentem esse, &c. hæc verba perambulet crocū & flores, hoc significat, agatur ab histrionibus in scena ambulantibus: quæ croco, & floribus, & aliis odoribus conspergi solebat. quod declarat & versus ille Lucr. lib. 2. Et cum scena croco Cilici perfusa recens est: & Ouid. lib. i. de arte. Nec fuerant liquido pulpita rubra croco. Sed verbū perambulet venustè posuit propter poetam Attam, vt mox dicemus.

PEAMBULET ATTÆ FABVLA.] Quintius Atta, poeta togatarum, sic cognomen dictus, quod attæ, id est, vitiosis pedibus, aut cruribus esset, aut quòd plantis extremis ambulando inisteret, & terræ magis attingeret, quam ambularet. quod mihi indicauit Err. Memmianus v. c. & admonuit Festus: qui docet, attas esse appellatos, eos, qui propter vitium crurum aut pedum plantis inisterent, & terram attingunt magis, quam ambulant: quod cognomen Quintio poète adhefit, inquit ille. Hunc Attam commemorat M. Tullius in Sextiana, Nihil sanè Attæ iuuabit. anagnostæ, libelli etiam pro vino oppignerabantur. sic enim habent cod. veteres: & ita iam pridè docuit esse legendum P. Victorius: nos denique ita edèdum curauimus: vbi tamen alij legunt, nihil sanè charta adiuuabant: alij, nihil sanè arte adiuuabatur: alij, nihil sanè te adiuuabant anagnostæ, &c.

Æs o p v s] tragicædiarum actor: de quo M. Tull. in Sextiana, & lib. i. de orat. ad Qu. Fratr. & Plin. lib. 10. & 35. & iterū M. Tull. ep. ad Qu. Fr. lib. i. Præterea, Asopi tragicædi nostri familiaris Licinius seruus aufugit.

DOCTVS ROSCVS] de Roscio hæc M. Tull. in Quintiana, Etenim cum artifex eiusmodi sit, vt solus dignus videatur esse, qui in scena spectatur, tum vir eiusmodi est, vt solus dignus videatur, qui eò nò accedat. exstat & oratio pro eo ipso, vbi hæc de eodem M. Tullius: Roscius socium fraudauit? potest hoc homini huic herere peccatū? qui medius fidius (audaciter dica) plus fidei, quam artis: plus veritatis, quam disciplina possidet in se: quem populus Ro. meliorem virum, quam histrionem esse arbitrat: qui ita dignissimus est scena propter artificio, vt dignissimus sit curia propter abstinentiam? & de orat. ad Qu. Fratr. lib. i. Itaque vt ad hanc similitudinem huius histrionis, oratoriam laudem dirigamus, videtisne quàm nihil ab eo nisi perfectè, nihil nisi cum summa venustate fiat: nisi ita, vt deceat, & vni omneis moueat ac deleat? Itaque hoc iamdiu est consecutus, vt in quo quisque artificio excelleret, in suo genere Roscius crederetur. & lib. i. de diuinat. Quid amores, ac delicia tuæ Roscius? num aut ipse, aut pro eo Lanuuium totū mentiebatur? qui cum esset in cunabulis, educareturque in selonio, qui est campus agri Lanuuii, noctu lumine aposto experrèctæ nutrix animaduertit puerū dormientem circumplexum serpentis amplexu: quo aspectu exterrita clamorem sustulit. pater autem Roscij ad hauri- spices reuulit: qui responderunt nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore. & orat. pro Arch. poeta, Quis animo tam agresti, ac duro fuit, vt Roscij morte nuper non commoueretur? qui cum senex esset mortuus, tamen propter excellentem artem, ac venustatem, videbatur omnino mori non debuisse.

EGIT] recitauit in scena: vnde dicuntur actores comædi & tragicædi.

SALIARE] quod à Saliis, Martis sacerdotibus, saliendo canebatur, à Numa Pompilio institutum, & factum, vt indicat M. Tull. lib. 3. de oratore. & Varro lib. 6. de ling. Latina. Dionys. Halicarn. lib. 2. de Saliis, ἡ πόδι δὲ Ρωμαίων ἀπὸ τῆς σωτῆρος κινήσεως ὠνομασμένοι. τὸ γὰρ ἐξ ἀλλοδαμῶν, ἢ πηδῶν σαλίρει ὑπὸ αὐτῶν λέγεται. ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀπίας, ἢ τῆς ἀλλοῦς ἀπαντας ὄρχησται, ἐπεὶ καὶ τῶν τοῦ πολὺ τὸ χόρευμα, ἢ ὄρχησται ἔστι, ὡς γὰρ γινώσκεις ἀπὸ τῶν σαλίων τῆνομα, σαλίπρασ, καλῶσι κινήσιν γὰρ ὡς ἀπὸ αὐτῶν ἐὶ ῥυθμῶ τῶν εἰσπλάγῃς κινήσεις ποτὲ μὲν αὐτῶν, ποτὲ δὲ ὡς ἀλλὰ, καὶ πατεῖς τινὰς ὕμνους ἀδύσαν ἀμα τῶν χρεῖαις. id est, à Romanis autem ex contento motu nominati. Nam ἐξ ἀλλοδαμῶν & πηδῶν salire ab iis dicitur. Iam verò ab eadem causâ etiam alios omnes saltatores, quoniam etiam in his multa est choræ exercitatio, & tripudiatio, deriuato à Saliis nomine, saltatores appellant. Mouentur enim ad tibiam numerosè motus quosdam armis accommodatos nunc simul, nunc vicissim, & alternis, & patrios

quosdam hymnos canunt vna cum choreis. ET ILLVD, QVOD MÆC.] Varro eo, quem modo dixi, libro multis verbis ostendit, carmina Salaria, quamuis à C. Ælio fuerint interpretata, tamen multis etiam locis esse obscura.

INGENIIS NON ILLE FAUET, &c.] id est, non fauet eorum ingenis, qui iam mortui sunt, neque eò facit, quòd veteribus faueat, sed quòd nobis aduerfari, nostraq; scripta oppugnare studeat, & nobis inuideat.

QVOD SI TAM GRÆCIS, &c.] si apud Græcos tanto odio fuissent noui, seu recentiores scriptores, quanto sunt apud Romanos, nullos nunc veteres haberet, quos publicè manibus tererent, oculisque læscerent.

NOVITAS] aliter vsurpatur à M. Tullio nouitas, epist. 7. lib. i. nouit atque esse inuisam mee.

VIRITIM] liber Card. Rain. habet Quiritim. ceteri omnes consentiunt cum vulgatis. Omnino hæc recepta recta est.

VT PRIMVM POS. NVG.] ostendit, ex otio, & fortuna secunda nata esse in Græcia variarum artium studia.

POSITIS] sedatis, compositis. NVGARII] rebus ludicris, & leuibus artibus operam dare.

ET IN VITIUM FORT. LAB.] sic sunt homines: in rebus duris, & aduerfis virtutè colunt, & fortis se præbent, & vt monet sat. 2. lib. 2. Fortis aduersis opponunt pectora rebus: in fecundis inertis & nequitia se tradunt, & luxu ac deliciis eneruantur, ac molliuntur: ita vt difficilior esse videatur secundam fortunam, quam aduersam ferre. lege quæ annouimus ad Od. 27. lib. 3. ibi, bene ferre magnam, &c.

FORTVNA] fortuna secūda, propitia, amica. SVSPENDIT PICTA VVLTVM] tabulas pictas attentissimè spectauit, in easq; studium & cogitationem suam contulit. tralatio est. Obseruandum est autem hæc, verbum suspendit, quod propriè, aut certè aptè quadrat ad vultum, etiam ad mentè tamen pertinere, cum aliud verbum sit nullum.

NVNC TIBICINIB. NVNC EST] id est, nunc comædiis delectata est, nunc tragicædiis. in comædiis enim adhibebatur tibicines, lib. de arte poet. Tibia non, vt nunc, orichalco vincta, tubæ, Amula, &c. & ibid. sic prisca motumque, & luxuriam addidit ari. Tibicen, tractatque vnguis per pulpita vestem. simpliciter tibicinibus significatur ij, qui tibia canunt.

SVB NVTR. PVLLA, &c.] εἰκὼν, siue imago, siue similitudo illustris & luculenta, qua declarat, Græcorum studia bellis compositis ac sopitis fuisse leuia, nugatoria, & pæne dicā puerilia, veluti (inquit) si puella infans sub nutrice luderet.

MATRÈ] citò, sed vtrum maturè reliquit, posteaquam satiata est, an maturè & citò satiata,

A reliquit videtur hoc probabilius, vt significet, quod Græci dicunt, τὸ ἀσκόρον, id est, celere & propinquum rerum amatarum fastidium, celerrimamque satietatem: quo vitio laborant iuuenes. epist. de arte poet. *Amata relinquere pernix.* Iam verò quin maturè interdū, citò significet, nemo, qui Carisium legerit, & eius auctoritate moueatur, dubitabit.

PLENA] satiata. epist. ad librum. *cum plenus languet amator.* lege igitur cōiuncte *maturè plena-* nam, vt scribit M. Tull. lib. 3. de orat. ad Qu. Fr. *omnibus in rebus, voluptatibus maximis fastidium finitimum est.* Neque tamen reclamabo, si quis illo potius modo coniungere malet, *maturè reliquit.*

QVID PLACET, AVT ODI O EST, &c.] nihil perpetuò placet, nihil semper displicet. HOC PACES HAB. BONÆ, VENTIL QVE] id est, ex pace igitur, & rebus secundis nata est hæc in Græcia artium varietas, studiosū mutatio, & inconstantia. Alij sic, bonæ paces, & venti secundū hoc habuere, vt sint mutabiles, neque perpetuò aut placeant, aut displiceant.

ROMÆ DVLCER DIV FVIT] Nunc docet, poetica studium non multis antè sæculis Romæ colit cōceptum esse, Romanosq; illos veteres, in studiis & grauioribus, & vtilioribus, quàm in scribendo, fuisse occupatos.

SOLLENNE] vtitur ut vt annot. suprà ad epist. i. lib. i. ibi, *Insanire putas sollemnia me, &c.*

RECLVSA] aperta. vt epist. ad Torq. & opera recludit.

MANÈ] vt fat. i. lib. i. *Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.* & M. Tull. orat. pro Mur. *Rigilas tu de nocte, vt consultoribus tuis respondeas: ille vt quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. te galorum, illum buccinarum cantus excusit.*

CLIENTI PROMERE IVRA] respondere ius. M. Tull. lib. i. de legib. ostēdit, partij moris fuisse consultoribus respondere, his verbis, ego verò atatis vacationi potius confidebam, cum præferim non recusarem, quo minus more patrio sedens in solio consulentibus responderem. Idem lib. i. de orat. ad Qu. Frat. multis verbis ostendit, domum iuriconsulti totius oraculum esse ciuitatis, neque vllum honestius esse senectuti celebranda, atque ornanda per fugiū, quàm iuris interpretationem: deinde subijcit hæc sub persona Crassi: *Equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adolescentia comparavi, non solum ad causarū vsū forensē, sed etiam ad decus, atque ornamentum senectutis, vt, cum me vires (quod serè iam tempus adueniat) desicere cōpissent, ita ab solitudine domum meā vindicarem.* Idem lib. 3. *M. verò Maniliū transuerso foro ambulare solitum, quod erat in igne cum, qui id faceret, facere ciuibus omnibus consilij sui copiam, ad quos olim sic adibat, nō solum, vt de iure ciuili ad eos referretur, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro cædendo, de omni denique officio, &c.* Erat porrò in scriptum in iuriconsultorum foribus, licet consulere: quod docet & M. Tull. in orat. pro Murena, his verbis, *Itaque non modò beneficij*

collocandi spem, sed etiam illud, quod aliquando fuit, licet consulere, iam perdidisti.

CAVT. NOM. CERTIS EXPEND.] id est, pecuniam collocare apud debitores locupletis nominibus factis, & in codice argētarij perscriptis. Cūm hoc loco viderem veteres membranas inter se discrepare (aliæ enim contentientes cum libris vulgatis habent, certis nominibus: aliæ dissentientes, rebus nominibus) diu, multūmq; dubitauī, vtas potissimū sequerer. mouebat me Porphyrius, qui videtur legisse, rebus nominibus: &, quamquam hoc loco corruptus est, ita interpretari, idoneis, ac legitimis nominibus. mouebat altera ex parte locus Ciceronis in Quintiana, his verbis, *moritur P. Quinctius, qui tibi, vt ais, certis nominibus grandem pecuniam debebat.* accedebat Festus in voce *nuncupata.* *Nuncupata* (inquit) *pecunia est (vt ait Cincius in lib. secundo de officio iurisconsulti) nominata, certa, propriis nominibus pronuntiat.* Tandem re quaesita, cūm à veteribus iuriconsultis nullam rectorum nominum fieri mentionē comperissem, tutius esse existimaui scripturam receptam, & vulgatam retinere: rem integram seruare: arbitrio lectoris, vtram lectionem malit, permittere. Hoc tantum testatur relinquam multo plureis codices veteres habere rebus, quàm certis: vt peccatur non sit, qui rebus legendum putet.

EXPENDERE] expensas ferre, occupare, ne sint steriles, & vt perpetuos sumtus suppeditare possint. certum videtur esse nomen cūm debitor est soluendo, & cūm ei per syngrapham creditū est: certius autem si pignore accepto, & cum satisfatione. nam verbum cauendi hoc quoque significat: vt cauere sibi prædibus, & prædiis: cauere sibi per sponsores, cauere sibi pignoribus, quod est ita pecuniam credere, vt prædes accipias, vt sponsores, & pignora. quòd si quis malet legi rebus nominibus, rectum nomen interpretabimur legitimum.

MAIORES AVDIRE] maioribus obtemperare: maiorum, & prudentiū consilium sequi.

MINORI DICERE] minori consilij dare, quo & rem suam familiarem honestis rationibus augere, & cupiditatem immoderatam comprimere, ac retinere possit.

CRESCERE RES] augeri bona, & facultates rei familiaris.

DAMNOSA LIBIDO] vt suprà epist. ad Loll. 2. *Quæ damnosa Venus, quæ præcepit alicui nudat.*

MVTAVIT MENTEM P. L.] mutauit consilium illud pristinum, & priorem illam vitæ consuetudinem: omne autem studium suum ad scribendum contulit. *populus lenis, populus Romanobilis, & mutabilis.*

ET CALET VNO SCRIB.] & flagrat vno scribendi studio. sic dictum, *Feruet auaritia, &c.* epist. i. lib. i.

FRONDE COMAS VINCTI] comas vincti, hellenism⁹ est. Græci autē in his generib⁹ subintelligūt. Latine diceremus *vinctis comis.* Iā verò fronde, id est,

collocandi spem, sed etiam illud, quod aliquando fuit, licet consulere, iam perdidisti.

id est,

A id est, edera, vt suprà epist. ad Iul. Florum, seu condid amabile carmē, prima ferēs edera vitrici præmia.

DICTANT] dictant (seruis scribendi peritis: vt suprà epist. ad Fuscum Aristi, *Hæc tibi dictabam post sanum putre Pacum.*

IPSE EGO, QUI NVLLOS, &c.] ne sibi quidem parcat Horatius, & se quoque in iis numerat, qui non satis exploratis suis viribus, & fortasse ad eam rem inepti natura, immoderata tamen scribendorū versuum cupiditate tenentur.

INVEN. PARTHIS MENDAC.] in eo sunt Parthi mendaces, quòd fugientes, & tergo verso simulant se pugnare nolle, cūm tamen fugiendo maxime pugnent, vt diximus suprà ad illum locum, *Et versis animosum equis Parthū dicere, Od. 19. lib. i.* ad que accedat hi Ouid. versus lib. i. de arte. *Telæque Parthorum, Romanæque pectora dicam: Telæque, ab auerso qua iacet hostis equo.* Alij Parthos omnium mortalium esse mendacissimos dicunt, ei rei argumento esse, quòd apud eos mendaciū acerrimis penis vindicatur, vt narrat Herodorus lib. i. Et quidem ita Muretus hunc locū explicabat: à quo dissentio, quemadmodum igitur illi sunt fallaces, ac mendaces, sic & ego: qui, cūm affirmem me nullos versus scribere, ante lucem tamen lumen, calamum, chartam poscam.

CALAMVM, ET CH. ET SCR. POSCO] sic fat. 3. lib. 3. *sic raro scribis, vt toto non quater anno Membranam poscas.* & epist. i. lib. i. *si non posces ante diem librum cum lumine, &c.*

NAVEM AGERE, &c.] ceteras (inquit) artis nemo se scire profitetur, nemòq; exercet, nisi qui eas habet cognititas. nemo nauim gubernare conatur, nisi gubernator: nemo ægro medicamentum adhibet, qui non sit medicus. at scribūt poemata sine discrimine tūm docti, tūm indocti. In eos, qui aliud agunt, quàm, quod didicerunt, conuenit versus Euripidis, τῶν τῶν γὰρ ὄν ἐπαρτες ἔχουλον γὰρ: id est, cūm faber esses, agebas, quæ non sunt fabri lignarij. Cū hoc loco congruit ille in epist. ad Pison. *Ludere qui nescit, campē tribus abstinet armis: Indocti que pile, discite, trochi ve quiescit, Ne spissa risum tollant impune corona. Qui nescit, versus tamen aude scribere.*

ABROTONVM] herbam amaram. Lucret. lib. 4. *Præterea quæcumque suo de corpore odor exspirant acrem, panaces, absinthia tætra, Abrotonique graues, tristia centaurea.* Abrotonum autē excudendum curauī, veterum librorum Horat. & Plinianorum, & Græcorum auctoritate fretus.

SCRIBIMVS INDOCTI D. Q.] non dixit, scribunt indocti, &c. sed scribimus, vt vitaret inuidiam, & arrogantiam crimen.

HIC ERROR] error animi. inf. epist. prox. *Et demus per vim mentis gratissimus error.* errorem appellat immoderatum scribendorum versusum studium cum amore sui coniunctum, qualis est Suffeni illius apud Catull. & illius non nominati epist. de arte poet. *Hic dum sublimis versus ructatur, & errat.* al. sublimis.

RECTE FACTA REFERT] narrat, & mandat litteris, quæ ex virtute facta sunt.

ORIENTIA TEMP. NOTIS INSTRVIT EXEMPLIS] id est, exempla petit ab antiquitate, quæ vel sequantur, vel fugiant præsentis, & hodiernæ ætatis homines. vel sic, præsentia & nascientia tempora exemplis rerum præteritarum ornat atque instruit: vel sic, homines & qui hodie viuunt, & qui post nascuntur, exemplis ab antiquitate repetitis instruit.

IGNARA MARI] inuupta, nondum virū experta, ἀγαμος, ἀνυδδωμος. cōtra sup. Od. 14. lib. 3. *vos o pueri, & puella iam virum experta.*

PRÆSENTIA NVMINA SENTIT] sic ra-

tiocinare. fat. i. lib. 2. *vtque Imperet hoc natura potens, sic collige mecum.*

NON TEMERE] non sine magna aliqua causa. epist. ad Loll. proxima. *non temere à me Quinius ferret idem.*

HOC STVDET VNVM] sic loquitur M. Tull. Phil. sexta, *vnū sentitis omnes, vnū studetis, M. Antoni conatum auertere à rep.*

RIDET] pro nihilo putat, non fert molestè.

ENCOGITAT] machinatur, molitur. verbum Græcum expressit ἐπινοεῖ, seu ἐπιβουλεύει. sed ne quis miretur hanc scripturam, vt nouam, puerò vt incogitat, ego eam sine vlla littera reperi in omnibus libris manuscriptis. neq; dubitandum est, quin sit vera, & recta: vulgata autem, puerò non cogitat, corrupta.

SILIQVIS] siliqua fructus est arboris, quam κεράτιον Græci vocant, de quo Plin. lib. 15. cap. 24. Idem lib. 23. cap. 8. scribit, siliquas recentis stomacho esse inuileis.

SECVNDQ] id est, secundario: qui magnam partem ex fure constat, & non ita multo poline. MALVS] κακός, inuileis, nullius bonæ frugi, nequam, ἀγεῖος.

SI DAS HOC] enumerat commoda, quæ hominibus proficiuntur à poetis.

FIGVRA] conformat, fingit, vt rectè, & emendatè loquatur.

TORQVET] detorquet, auocat.

OBSC. SERMON] ἀνεπαρολογία vno verbo dicunt Græci.

PECTVS] animum, φρένας, παρὰ πύλας, sic sup. fat. 6. lib. i. *sed vita & pectore puro.* inf. ad epist. *meum qui pectus inaniter angit.*

PRÆCEPTIS] documentis, ὑποθήκας, in epist. ad Pison. *Et vite monstrata via est.*

MICIS] id est, vtilibus, honestis, ac iucundis. hæc enim insunt omnia in vera amicitia: & qui verus amicus est, prodest, delectat, ornat.

FORMA] instituit. translatio est, vt fat. 4. lib. i. *sic me Formabat puerum dictis.* vide annot. ad Od. 10. lib. i.

ASPERITATIS] saviuita, χαλεπότητος. suprà epist. ad Loll. 2. *Asperitas agræstis, & inconcinna, &c.*

RECTE FACTA REFERT] narrat, & mandat litteris, quæ ex virtute facta sunt.

ORIENTIA TEMP. NOTIS INSTRVIT EXEMPLIS] id est, exempla petit ab antiquitate, quæ vel sequantur, vel fugiant præsentis, & hodiernæ ætatis homines. vel sic, præsentia & nascientia tempora exemplis rerum præteritarum ornat atque instruit: vel sic, homines & qui hodie viuunt, & qui post nascuntur, exemplis ab antiquitate repetitis instruit.

IGNARA MARI] inuupta, nondum virū experta, ἀγαμος, ἀνυδδωμος. cōtra sup. Od. 14. lib. 3. *vos o pueri, & puella iam virum experta.*

PRÆSENTIA NVMINA SENTIT] sic ra-

tiocinare. fat. i. lib. 2. *vtque Imperet hoc natura potens, sic collige mecum.*

NON TEMERE] non sine magna aliqua causa. epist. ad Loll. proxima. *non temere à me Quinius ferret idem.*

HOC STVDET VNVM] sic loquitur M. Tull. Phil. sexta, *vnū sentitis omnes, vnū studetis, M. Antoni conatum auertere à rep.*

RIDET] pro nihilo putat, non fert molestè.

ENCOGITAT] machinatur, molitur. verbum Græcum expressit ἐπινοεῖ, seu ἐπιβουλεύει. sed ne quis miretur hanc scripturam, vt nouam, puerò vt incogitat, ego eam sine vlla littera reperi in omnibus libris manuscriptis. neq; dubitandum est, quin sit vera, & recta: vulgata autem, puerò non cogitat, corrupta.

A presentis deos, id est, praesens deorum auxilium experitur.

DOCTA PRECE Blandvs] id est, carmine aliquo a docto poeta descripto diis immortalibus blandiens, seu blandè supplicans.

AVERTIT MORBOS] carminibus morbos impendentis propulsat. ex quo carmen ἀποτροπαιον dicitur: & dij ἀποτροπαιοι, qui mala impendentia auertunt.

IOCVPLETEM FRVGBV[S] abundantiem. sic dixit epist. 6. lib. 1. Mancipis locuples. annu autem frugibus abundantem appellant Graeci εὐετηρίαν.

AGRICOLAE PRISCI, &c.] Arist. lib. 8. de moribus ad Nicom. ostendit, antiqua sacrificia, & conuiuia hilariora, fuisse instituta maxime collectis iam, & conditis frugibus, his verbis, αἱ γὰρ ἀρχαῖαι θυσίαι, καὶ σιωδάδι φαίρονται γίνεσθαι μετὰ τοῖς κερπαῖς συγκομίδας, οἷον ἀπαρχαί, μάλιστα γὰρ ἐν τέτοις ἐχολάζον τοῖς κερπαῖς. id est, nam prisca sacrificia, cœtusque & conuentus, qui sacrificiorum causa habebantur, collectis iam frugibus, vt primitias quasdam, fuisse instituta. his enim temporibus maxime otabantur, & ab opere cessabant. tale est illud Virgil. Georg. 1. Frigoribus parto agricola plerumque fruuntur, Mutuâque inter se lati conuiuia curant. Inuitat genialis hiems, curâque resoluit: Ceu, presse cum iam portum tetigere carinae, Puppibus & lati nauae imponere coronas. Cereri item primitias dabant, eamque venerantes epulabantur, & conuiuia agitant inter se. quod declarat locus Theocriti in γαλοῦ. ἢ γὰρ ἑταῖροι Ἀνέρες ἐπέπλω Δαμάπερι δῶτα πλεῦσσι Ὀλβω ἀπαρχοῖσιν· μάλα γὰρ σφίσι πῖσι μετῶν Ἀ δῶμων εὐετηρίων ἀνεπιλήροισι ἀλῶν. id est, Profecti enim homines cari, atque amici Cereri bene culta conuiuium parant, primitias suarū diuitiarum ei dantes. Dea enim eis valde diuitem mēsuram fertilem impleuit. BEATI] suo contenti.

TELLVREM PORCO, &c.] vel genus positum est pro genere: & dicitur porco, pro porca: quemadmodum contra apud Virg. lib. 8. Æneid. porca, pro porco, ibi, & casa iungebat fœdera porca: vt notat Seruius ad illū locū. vel legendū porca libris omnibus inuitis, nō porco. Telluri enim propter eius fecunditatē, & fertilitatē porca fœmina, eaque grauida & fœta immolabatur, vt declarant hæc verba Arnobij lib. 7. aduers. gent. Telluri (inquunt) matri scrofa ingens immolatur fœta: at Minerua virginī virgo caditur vitula, nullis vnquam stimulis, nullius operis excitata conatu. Præterea, siquid hoc etiam ad rem pertinet, Telluri porcam prædicaneam immolabat heres, si is, cuius heres esset, humatus non esset. alioqui familia pura non erat. Varro lib. 3. de vita pop. Ro. apud Nonium. Ne hoc quidem alienum est, Seruiū notare apud Virgiliū lib. 8. ad illum locū, ubi maxima Iuno, theologos dicere Iunonem esse matrem deorum, quæ Terra dicitur: ex quo etiam ei porca sacrifici-

cari. Postremò non est dubium, quin diligenter obseruarint veteres illi, quibus hostiis cuiq; deo immolandum esset, cui maioribus, cui lactentibus: cui maribus, cui fœminis, vt testatur M. Tull. lib. 2. de legib. Constatque, vt opinor, diis maribus maculas victimas immolari solitas. cum igitur Tellus, dea fœmina sit, consentaneum est, ei porcam immolari debuisse.

PIABANT] placabant. ex quo piaculum, sacrificium, quo dij offensi placantur: & peccatū, quod tale sacrificium desiderat.

FLORIBVS ET VINO GEN.] idque maxime die natali. Persius, Funde merum Genio. lege annot. ad illum locum, scit Genius, natale comes qui temperat astrum, &c. epist. 2. huius lib.

MEMOREM] sic habent omnes libri scripti. quam scripturam si probamus, memorem intellegemus, qui obliuisci non sinat: quidam legunt memores, nullo libro auctore. Omnino memorem rectum est. memorem enim appellabant Geniū, quia homines moneat, vt viuant, dum licet, breuitatis vitæ, & conditionis humanæ memores.

FESCENINA PER HVNC, &c.] id est, Fescenini versus, qui maxima verborum licentia constabant, inuenti per hunc morem, &c. habebant autem locum tum in sponso, tum in quolibet alios. Catull. in carmine, quod scriptum est in nupt. Iulias, Neū diu raceat procax Fescenina locutio. T. Liuius Fesceninum versum commemorat lib. 7. annual.

LVSIT AMABILITER] iocata est sine petulantia, & sine cuiusquā offensione: sine contumelia verborum: comiter, & facete.

LIBERTAS QVÆ, &c.] & libertas quotannis vsurpata: anniuersaria.

RECURRENTIS ANNOS] ἑξαπλοῦς dicit Homerus.

DONEC IAM SÆVVS, &c.] hinc nata est vetus comœdia, quæ ne honestis quidem familiaris pepercit. καμῶδῶν enim est σκώπτεν, iocandūque maledicere.

AP. IN RAB.] in apertā maledicentiam.

DOLVERE CR. DENTE LACESS.] qui fuerant maledictis appetiti, & contumelia affecti, grauiter tulerunt.

FVIT INTACTIS QVOQVE CVRA] non solum, qui læsi fuerunt, iniquo animo tulerunt illam maledicendi licentiam: verum etiā ij, quos non attigerat, periculo communi prospexerunt. simile est illud sat. 1. lib. 2. Dum sibi quisque cauet, quamquam esse intactus.

QVINETIAM LEX, POENAE QVÆ LAT] lex lata est, & pœna lege constituta in eos, qui quempiam maledico carmine describerent. sic in epist. de arte poet. sed in vitium libertas excidit, & vim dignam lege regi. lex est accepta, chorusque Turpiter obtinuit, sublato iure nocendi. Legem autem XII. tabularum significat: de qua sat. 1. lib. 2. si mala condiderit in quem quis carmina, im est, Indiciūque.

AVERTERE MODVM F.] mutauerunt rationem scribendi metu sustuarij.

FORMIDINE FVSTIS] metu sustuarij: quæ pœna erat lege XII. tab. constituta.

AD BENEDICENDVM] benedicere hoc loco contrariū est verbo maledicendi. sic Terent. prologo Phorm. bene dicitur si certasset, audisset bene.

GRÆCIA CAPTA FER. VICT. CEPIT] hunc locum non satis rectè explicant ij, qui in hunc poetam cōmentarios ediderūt. est tamen eius sententia non obscura, & ab ipso Horatio alijs verbis declarata. Græcia (inquit) à Romanis capta, & bello subacta, cepit vicissim victores ipsos. quomodo cepit id est, artes, & disciplina Græcorum, Romanis placuerunt: à Romanis expetita, & culta sunt: Romanos delectarūt. Inest autem ambiguum non inelegans in verbo cepit. capit enim & is, qui vincit, & is, qui delectat. M. Tull. epist. ad Luceium Q. fil. lib. 5. Genus enim scriptorū tuorū, esse erat à me vehementer expectatum, tamen vicit opinionē meā, meq; ita vel cepit, vel incendit, &c. & off. 3. ob eam, credo, causam, quod insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros. tale est illud T. Liuij lib. 34. & iam in Graciam, Asiamque transcendimus, omnibus libidinum illecebris repletas: & regis etiam attrētamus gazas: eo plus horreo, ne ille magis res nos ceperint, quam nos illas. In festā, mihi credite, signa ab Siracensis illata sunt huic urbi, &c.

FERVM] indoctum, nondum litteris, & humanitate expolitū. ἢ παυδέτα γὰρ ἡμῶν εἰς ποιῆσθαι id est, doctrina enim cicures efficit.

ET ARTEIS INTVLIT] Romani bellum Græcia intulerunt: Græcia artis Italiae intulit. Romani Græciam bello ceperunt: Græcia Italiae artibus cepit. posteaquam enim Romani Græcorum imperium cuererūt, totāque Græciam in prouinciam redegerunt, tum demū artis, & disciplina Græcorum adamarunt.

AGRESTI] nullis litteris, nullisque disciplinis polito: fero: inculto.

SIC HORRIDVS ILLE, &c.] id est, hoc modo numerus ille poeticus, inconditus, & impolitus, qui ætate Saturni, vel à Saturno vigerat, ac floruerat, id est, antiquissimus, obsoleuit, & in vsu esse desit. Festus in voce saturno, &c. Versus quoque (inquit) antiquissimi, quibus Faunus fœta cecinisse hominibus videtur, saturnij appellantur, quibus & Nænio bellum Punicum scriptum est, & à multis alijs plura composita sunt. Taleis versus significat Ennius, lib. 1. de bello Punico secundo. scripsere alij rem versus, quos olim Fauni, vatesque canebant. Erant autē versus illi ferè omnes Iambici hypercatalecti, vt Dabunt malum Metelli Nænio poeta: dicit Saturnij, quia iam vsque à Saturno talibus versibus Latini vsi esse putantur.

ET GRAVE VIRVS MVND. PEP.] id est, inquinatam loquendi rationem: inelegantem, atque inuenustum faciendorū versuū modū, nitor, & elegantia Græcarū artium expulerunt.

RVRIS] sermonis inconcinni, inuenusti, illi-

pidi, inornati: rusticitatis. Catull. in Annaleis Vol. Pleni ruris, & infæciarum, [seu infæciarum] Annales voluisti cacata charta. Idem ad Verrū, idem infæcto est infæctor [seu infæcto est infæctor] rure. Plaut. in Trucul. rus merū hic quidem est pudendū.

SERVS ENIM] id est, serū enim studium, animūque suum contulit ad scripta Græcorū. ferus, pro serū, frequē apud poetās. Virg. Georg. 3. Nocte natat cacca serus fœta. sic supra Od. 12. lib. 1. Serus in calum redeas. & sat. 7. lib. 2. in seruit ad se Mæcenat serum sub lumina prima venire? eiusdē generis sunt illa, Virg. lib. 3. Georg. nocturnus obambulat. Horat. sat. 4. lib. 2. si vespertinus subit te oppresserit hostes.

ADMOVIT ACVMINA] ingenij sui vim contulit ad lectionem librorum Græcorum.

QVIBVS] ἐπιπέτω δῶρον, bellis compositis, bellis defunctus, pace potiens.

QVID SOPH. QVID THESP. ET ÆSCH.] hi fuerūt poetæ tragici, ex quibus Thepsis totus perit. de eo meminit in epist. de arte poet. Ignotum tragica genus inuenisse camæna dicitur, & plautus vixisse poetam Thepsis, &c. Æschyli tragædiæ aliquot exstant, ne illæ quidem admodum integræ, nisi quibus in locis à Francisco Porto, & Erico Stephano sunt emendatæ.

TENTAVIT QVOQVE, REM, &c.] periculum etiam fecit, possētne Græca in Latinū sermonem conuenienter, & aptè vertere. si pro an, vt sæpe aliās.

ET PLACVIT SIBI, &c.] id est, placuit sibi Romanus scriptor in eo, quod esset natura sublimis: vel sic: Romanus sua scripta de Græcis versa, seu ad exemplū Græcorum composita adamauit, ac probauit, cum esset sublimis, ac vehemens natura: & ita ad tragædias scribendas natura factus.

SPIRAT TRAGICVM] id est, spiritus habet tragicos. est autem genus loquedi Græcum, πνεῖ τραγικόν, vt Ἀρη πνεῶν, id est, Martē spirans, & πνεῦ πνεῶν, ignem spirās, & Theocrit. ἐν διοσκύρῳ φόνον ἀλλήλοισι πνεῖοντες. Virgil. Georg. 2. tauri spirantes naribus ignem. & apud Eurip. μέγα πνεῖον. magnum spirare. sic enim in Bacchis, καὶ πνεῶν ἔλθη μέγα. Propert. lib. 1. mollem spirare quietem.

SED TVRP. PVT. IN SCRIPT. &c.] id est, sed turpe esse putat sua scripta emendare, & deletis versibus non satis cultis, aut vocabulis non satis lectis, atque ornatis, alios versus cultiores, aliāque vocabula significantiora, ac lectiora substituere. metuit lituram dictum pro eo, quod est, abhorret à litura, non potest ferre, vt sua scripta lituris notentur. sic in epist. de arte poet. Nec virtute foret, claris vè potentius armis, Quam lingua, Latium, si non offenderet vnum. Quemque poetarum lima labor, & mora, &c. metuit, & φιλᾶτ' ἑταί, odit, vt annotauimus supra ad Od. 2. lib. 2. sed non recte, in codice Tornes. & in vno Vat. & in Ruf. sardino, & vno Nicotiano, scriptum esse, sed tur-

A pem putat inscite, metuitque lituram. de qua scriptura iudicet lector.

EX MEDIO QVIA RES ARCESSIT] hunc locum corruptum in omnibus veteribus exemplaribus, quibus vsus ex am Romae, ego partim coniectura ductus, partim a codice Tornesiano, quem Lugduni nactus sum, & vno Nicotiano, & Russardino, quibus Lutetiae, adiutus restitui. quae quidem mea restitutio ita non solum probabilis, verum etiam recta, & aperta est, vt putem, eam improbatum neminem. nam quis vniquam Latinorum ita locutus est, res accessit de medio, pro, res perita, aut sumta est de medio? dico igitur nomen res esse numeri multitudinis, quatuor casus. arcessere autem res de medio ita dixit, vt dicere solemus, arcessere a capite. M. Tull. Top. cum autem a genere ducitur argumentum, non erit necesse id vsque a capite arcessere. sapere etiam citra licet, &c. Iam vero notissimum est, argumenta comediae esse humilia, & plebeia, & familiaria: tragaediarum autem sublimitas, grandia, regia, heroica. itaque harum personae sunt insignes, illustres, amplae, publicae: illarum humiles, populares, obscurae, priuatae. Hoc igitur dicit Horatius. Quia comedia res, id est, argumentum, & materiam de medio arcessit, seu, de medio sumit, non ex longinquo aliquo, aut grandi, aut Heroico vitae genere, iccirco creditur esse minimum operosa, minimumque laboriosa: sed non est ita, &c. Corruptum in eodem verbo locus est in epistola A sinij Polionis ad M. Tull. cuius principium Valbus Quastor, lib. 10. epist. ad familiarem, Treis legiones firmas habeo: quarum vnam vicefimam petauam cum ad se initio belli accessisset Antonius hac pollicitatione, &c. legendum enim arcessisset, &c.

HABERE SVD. MIN.] minimum laboris ac difficultatis. putant homines facillimum, & minimum laboriosum esse comediam scribere, quia res sumit de medio. SED HABET, &c.] sed eo gratius onus sustinet, quanto minus ei ignoscitur, qui in ea scribenda aliquid titubavit, aut peccarit. ASPICE, PLAVTVS QVO FACTO] Hic locus non vno modo explicatur. alij enim putant, Plautum reprehendi ab Horatio, hoc modo, vide, quam negligens sit Plautus in seruando cuiusque personae decore, & in tuendis sententiarum, lenonum, &c. partibus: vide quam parum sit accuratus, atque ita, quo pacto interpretantur, quam male, quam non accuratè. Sic Plauti carpit in lib. de arte poet. At vestri proavi Plautinos & numeros, & Laudaueri sales, nimium patienter utrumque, ut dicam (sunt) mirati. alij Plautum ab Horatio laudari putant hoc modo, Aspice quam accuratè Plautus singularium personarum partem tueatur, &c. quorum vtri rectius sentiant, pronuntiare mihi omnino difficile est. Videtur enim probabile esse Plautum ab Horatio non reprehendi in eo, in quo maximè poetae virtus, & praestantia consistit. Nam si neque sales Plautini, neque

numeri sunt laudandi, vt sentit Horatius: neque Plautus curat suae cuiusque personae decorum tuere, ac seruare, cuius etiam peccati aiunt isti Plautum ab Horatio insimulari, quid est, cur vilius Plauto inter poetas comicos relinquantur locus? Rursum mouet me quod Horatio Plautus non admodum placebat, vt apparet ex iis versibus, quos supra posui. praeterea series ipsa sermonis & verborum significatio videntur hanc sententiam postulare, vt dicat, Plautum minus recte tutari partem ephebi, senis, lenonis, paraesti. haec enim est series orationis: vide quo pacto (Plautus) partem tutetur amanti ephebi, Quam sit Dorfenus, &c. id est, quam magnus sit Dorfenus inter parasitos. significat fortasse Plautum esse putidum, & vsque ad fastidium diligentem in describendo iuuenem amante, sene auaro, lenone infido, parasito edaci: cetera, quae desiderantur in bono scripto, negligere: quasi vero is, qui in comedia aliqua parasitum aliquem edacem introduxerit, eiusque edacitatem illustribus coloribus depinxerit, nihil praeterea admodum curarit, praecleara laudem mereatur.

QUANTVS SIT DORFENN.] huius versus explicatio pendet a superiorum explanatione. Qui existimant Plautum ab Horatio reprehendi, aiunt Dorfenum nomen fuisse cuiusdam parasiti in aliqua Plautina comedia, quae non exstet: qui autè aliter sentiunt, dicunt hunc Dorfenum poetam fuisse comicum, aut Atellanarum scriptorem: quod si verum est, sic erit hic versus intelligendus, vt dicat Horat. hunc scriptorem nimium studium posuisse in describendis parasitis: in reliquis personis fuisse negligentem. in duob. Vatic. & Tornes. scriptum est Doffennus.

QVAM NON ASTR. PERC. PVLF.] quam laxo, ac dissoluto focco fabulam peragat, id est, quam negligenter, ac dissolutè fabulas scribat. foccus enim comediae est, corhurnus tragediae.

GESTIT ENIM NYMM.] id est, studet rem facere duntaxat, loculosque nummis implere: sed quis? Plautus scilicet: vel, vt alij, Dorfenus, comediae, seu Atellanarum scriptor.

POST HOC SEC. CAD. AN R. STBT, &c.] parum sollicitus posthuc verum exhibetur, atque explodatur comedia, an proberur, attentisque animis audiatur, ac spectetur, recto talo: qui cadunt, contra, sic Callim. eis A' pte- μιν, τὸν δ' ἐδὲν ἔστι σφύρον ἄρδον ἀνέστη. id est, nihil horum stat. non dissimile est illud Euripid. Androm. ὀρθῶ βῆναι ποδῖ: id est, recto ingredi pede: neque illud Pindari, Ἰεφθῆνος ἀνὴρ ἄλλοτε ἄλλο πρῶτον ἔπειτ' ἀπρεκεῖ κατέβη ποδῖ: id est, timidus atque ignauus homo aliàs aliud spirans, numquam vero, id est, recto, seu certo descendit pede. praeterea in ludo talario, dicunt talum rectum assistere, & cadere rectum. M. Tull. de Finibus lib. 3. si hoc fingamus esse quasi sine, & vltimum, ita

E
F
G
H

A ita iacere talum, vt rectè assistat: qui talus ita erit iactus, vt cadat rectus, prepositum quiddam habebit ad finem. Iam vero dicebant stare fabulam, quae attentè audiretur, & quae placeret: cadere & excidere histriones, qui explodentur, quive exigebantur. Graeci ἐκπίπτειν quoque dicunt, vt alibi annotauimus. Terent. in prologo Hecyræ, In his, quas primum Caecil didici novas, partem sum earum exactus, partem vix steti. & in prologo Phorm. quod si intelligeret, cum stetit olim noua, Aethri opera magis stetit, quam sua, &c. ibid. Cum per tumultum noster grex motus loco est. & in prolog. Heaut. date potestatem, mihi statariam agere vt liceat per silentium: id est, vt stare liceat. nam statariam agere transferre posuit.

QVEM TVLIT AD SCENAM, &c.] id est, qui laudis, & gloriae studio adductus, ad scribendas fabulas se contulit, spectatorum attentione, atque alacritate excitatur, & extollitur: lan guore, & somno animum depondet. curru gloriae tribuit, vt & sup. lat. 6. lib. 1. sed fulgente trahit constrictos gloria curru, &c. ad quem locum lege qua sunt annotata.

EXANIMAT] ὑπεβολικῶς dictum, pro eo, quod est, valde contristat, marore affligit. annot. ad Od. 17. lib. 2. Cur me quereles exanimas tuus?

LENTVS] id est, languidus, fastidiosus, in arte poet. male si madat a loquens, Aut dormitabo, aut videbo. aliter dixit lentos igneus Od. 13. lib. 1. & lentum amorem Oda 19. lib. 3. & lentum duellum infra epistola 2.

SE DVLV] alacer, studiosus, & ad audiendum promptus, ac paratus, qui non dormitat. paulo aliter epist. 13. lib. 1. sedulus importes.

LAVDIS AVARVM] laudis cupidum, vt in epist. de arte poet. praeter laudem, nullius auaris.

SVB RVIT] percellit, subuertit, marore afficit, atque affligit: & vt supra locutus est, exanimat. sed hic tralatio est ab oppugnatione vrbiu, quarum muri subruuntur cuniculis. Oda 16. lib. 3. subruit amulos Reges numeribus.

REFICIT] recreat, excitat, erigit.

VALEAT] vox est contemnens, vt lat. 6. haud mihi vita est opus hac, ait: & valeat. sic enim legendum, non valeas. Terent. in Heaut. valeat, qui inter nos disfidium voluit. M. Tull. ad Attic. lib. 4. sed valeat rella, vera, honesta consilia. & lib. 1. de nat. Deoru in extremo, Deinde si maximè talis est deus, vt nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur, valeat. & ita loquitur Greci. Theocritus χάρη. ἢ ἐρ. χυρῆτος ὄσις τοῖος, id est, valeat quisquis talis est. Aristoteles μετὰ τὰ φυσικὰ. χυρῆτος ἰδέα, id est, valeat ideae. & M. Tull. ad Att. lib. 8. At ille tibi πολλὰ χάρην τὸ χαλῶ δicens, pergit Brundisium. Plato in Theaeteto, ἐατέον τὰ γὰ τὸν ἄλλον δόξασματα χάρην, id est, sine nere oportet aliorum opinionibus valere. Eurip. Hippolyt. coron. τὸς δ' ὑπὲρ χάρη Φοιτῶντας ὄρις, πολλὰ ἐγὼ χάρην λέγω. id est, eas autem auais, quae supra caput volare solent, multum valere iubeo.

RES IVDICRA] comica, & tragica. PALMA NEG. MACR. DON. RED. OPIM.] macrum opposuit opimo. sic epistol. 1. lib. 1. Inuidus alterius rebus macroscit opimis. Valeat (inquit) studium poeticum, quod in comediis & tragædiis scribendis ponitur, si victus dolore contabescam, victor nitido, & bene habito corpore futurus sum.

SÆPE ETIAM AVDACEM, &c.] id est, saepe hoc poetam quantumuis audacem, a studio scribendi deterret, quod vulgus, & multitudo imperita in mediis fabulis, versusum poscit, aut pugiles, aut gladiatores, aut funambulorum, & ceter. ET DEPVGN. PARATI, SI DISC.] & ita pertinaces, vt, si equites ab iis dissentiant, parati sint armis decertare. Quidam testantur se scriptum vidisse in vno cod. peruectusto decertare, pro depugnare. nihil refert.

HIS NAM PLEBEVLA GAUDET.] talem calamitatē interuenisse, cum ageretur Hecyra, dicit prologus Terentianus his verbis, Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium Numquam agere licitum est: ita eam oppressit calamitas. Eam calamitatem vestra intelligentia sedabit, si erit adiutrix nostra industria. Cum primum eam agere cepi, pugilum gloria, Funambuli eodem accessit expectatio, Comitum conuentus, strepitus, clamor mulierum Fecere, vt ante tempus exirem foras. Vetere, in noua capti uti consuetudine, in experiundo vt essem: refero denique: Primo actu placeo: cum interea rumor venit Datum iri gladiatores. populus conuolat. Tumultuatur, clamant, pugnant de loco. Ego interea meum non potui tutari locum. non celabo lectorem, in cod. Tornesiano, & in vno Vatic. & in tribus praeterea, quos postea in Gallia consului, Clericano, Nicotiano, Russard. legi, his nam plebecula plaudet, vt quispiam dicece possit, scriptum esse ab Horatio plebecula plaudit. ego iudicium meum in hac re non interpono.

VERVM EQVITIS QVOQVE, &c.] Sed iam non solum vulgus (inquit) humilesque, & honesti viri ab aurium voluptate, quam erant ex ingenio, artificiosoque poetae percepturi, toti sese ad oculorum oblectationem contulerunt.

AD INCERTOS OCVLOS] incertos appellat oculos, quia saepe & fallunt, & falluntur: vt apparet in infracto rema sub aqua, in columbae collo, in duabus ex lucerna flammis, cum oculum torseris. quod tamen negat Epicurus oculorum esse medacium, sed opinionu. Lucret. lib. 4. Quae violare fidem quasi sensibus omnia querunt, Nequicquam, quoniam pari horu maxima fallit Propter opinatus animi, quos addimus ipsi, Pro visis vt sint, quae non sunt sensibus visa.

QVATTVOR, AVT PLVREIS AVLA, &c.] iaulais obtendebatur, ac pratexebatur scena, vt obstarent populo, dum fabularum actus commutarentur. aulais etiam, & velis integebantur theatra ad arcendum solem. Lucret. lib. 4. Et vulgo faciunt id lutea, rufaque vela. Et fer-

E
F
G
H

A *rugina cum magnis intentis theatris Per malos vulgata, irabesque tremetia pendens, &c.* & Horat. epist. ad Pisonem de arte poet. *Tu quid ego, & populus mecum desideret, audi: si plausoris eges aulae manentis, & usque sessuri, donec cantor, vos laudate, dicat.* Aulae igitur (inquit) remouentur de scena, contrahuntur, & complicantur in quattuor horas, aut plureis, dum pugna simulacrum aliquod editur, dumque fuga equitum, ac peditum representatur, dum vincti reges per triumphum ducuntur, admodum est autem lector minus exercitatus in litteris, corrupte scriptum esse in quibusdam codicibus *haud plureis*, cum legendum sit *aut plureis*.

D *VM FVGIVT, &c.* dum imago fugietium hostium subijcitur oculis spectatorum, alij per equites, equestris ordinis homines, & per pedites, plebem significari volunt: quibus dissentio, maloque fugam hostium simulatam intelligi, tum propter verbum *fugiunt*, tum propter alterum illud, quod sequitur, *peditum*, nisi quis referat ad equitum, peditumque ceterius, in quas diuisus erat populus Romanus, sic epist. de arte poet. *Romani tollent equites, peditisque cacinnum.*

M *OX TRAH. MANIB. REG. FOR.* id est, mox reges opulenti, ac potentes, manibus a tergo reuinctis, per triumphum ducuntur. Virgil. 2. *Aeneid. Ecce manus inuenem interea post terga reuinctum, &c.*

E *SSEDA FESTINANT* effeda, vehicula sunt Gallica. Cic. ad Treb. *effedum aliquod si adeo rapias, & ad nos quaprimam recurras.* Virg. Georg. 2. *Belgica vel melius feret effeda collo.* utebantur eo & Britanni. Caesar lib. 4. de bello Gall. *Et barbari consilio Romanorum cognito, premisso equitatu, & effedariis (quo plerumque genere in praebis uti consueverunt) reliquis copiis subsecuti, nostros nauibus egredi prohibebant.* ibid. *reliquis incertis ordinibus perturbauerant: simul equitatu, atque effedis circumdederant.*

P *ILENTA* plentia, vehiculam, quo matronae veherentur. Festus. vitur T. Liuius lib. 5. Annaliu.

P *ETORITA* petoriturum, nomen, & vehiculum Gallicum. scribitur autem duob. *rr.* in omnibus libris antiquis.

C *APTIVM EBVR* vel signa ex ebore, vel elephanti.

D *CAPTIVA CORINTHVS* id est, simulacrum Corinthi, quam L. Mummius cepit, ac deiecit, portabantur enim oppidorum captorum simulacra in triumphis. M. Tullius in Pisonem. *vertes te ad alteram scholam: diseres de triumpho. Quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces? quid simulacra oppidorum?* Tibull. lib. 2. *Præ Messallinum celebrare, cum premia belli Ante suos currus opida vincta feret.* T. Liuius lib. 37. *Tulit in triumpho signa militaria CXXVIIII. oppidorum simulacra CXXVIIII.* Alij per captiuam Corinthiam vasa Corinthia significare malut. quos non refello.

R *IDERET DEMOCRITVS* homo ad ridendas vulgi ineptias, & curas inaneis maxime

propensus: quem commemorat & M. Tullius de risu verba facturus lib. 2. de orat. ad Q. frat. *Atque illud primum, quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, ubi sit, quomodo existat, atque ita repetere erumpat, ut eum cupientes tenere nequeamus, & quo modo simul latera, os, vultum, oculos occupet, viderit. Democritus.* Significat autem Horatius, in suis, & incepto more, nimium apparatus adhiberi in fabulis, propterea quod in eo spectatio populus occupatus, minus attentum, minusque alacrem se praebeat histrionibus auditorum, eodem morem ostendit M. Tullius sua iam aetate increbruisse, eumque valde videtur improbare epist. ad Mariu. lib. 7. his verbis, *Nosti reliquos ludos, qui ne id quidem lepore habuerunt, quod solent mediocres ludi. Apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem: quo quidem apparatu non dubito, quin animo aquisimo carueris. quid enim delectationis habent sexcenti muli in Clytemnestra? aut in equo Troiano arcerarum tria millia: aut armatura varia peditatus, & equitatus, ut in aliqua pugna? quae popularum admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent.*

S *EV DIVERS. CONF. GEN. &c.* id est, siue animalis genus ex camelo, & panthera concretum spectaret populus, siue elephantum album, pantheram consulam camelo camelopardalim appellat. Varro lib. 4. de ling. Lat. *ut Alexandria camelopardalis nuper adducta [scu aduecta] quod erat figura, ut camelus: maculis, ut panthera.*

S *IVE ELEPHAS ALBVS, &c.* Etiam sua aetate exhiberi solitos esse populo elephantos ostendit M. Tullius in ea epistola ad Marium, quam paullo ante commemorauimus, his verbis, *Elephantorum extremus dies fuit: in quo admiratum magno vulgi, atque turbae: delectatio nulla existit: quin etiam misericordia quadam consecuta est, ut opinio eiusmodi, esse quandam illi belluae cum genere humano societatem.*

M *IM O* histrione, ut epist. ad Loll. sup. lib. 1. *aut partem mimum tractare secundas.*

S *CRIPTORES* poetas, nam appellatione scriptorum omnes, qui quiduis scripserunt, intelliguntur. epist. ad Pisonem, *Aut sciam sequere, aut sibi conuenientia fingere scriptor. honoratum si forte reponis Achillem, &c.* idem epist. prox. *Scriptorum chorus omnis amas nemus.*

A *SELLO FABELL. SVRDO* poetas excusaret inanem operam sumere, quia populus non attendit. prouerb. *surdus narrare fabulam.* hoc est, cum eo loqui, qui non audiat, qui non attendat, qui sermonem negligat, aut respiciat. Terent. in Heautont. *ne ille haud scit, quam mihi nunc surdus narret fabulam.* Virg. in Gallo, *non canimus surdis, respondent omnia siluae.* Lucret. lib. 5. *Nec ratione docere vlla, suaderetq, surdis, quid sit opus factu.* sed observatione dignum est, Horatium duo prouerbia iunxisse, de vno diximus, est & alterum, *asino fabulam narrare, quod a Graecis sic effertur, ὄνει τις ἐλεγε μῦθον ὃ δὲ τὰ ὄπτα ἐλεγει.* id est, *asino quidam fabulam narrabat: ille autem aureis movebat.*

N A M

A *NAM QVÆ PERVINC. VOC. &c.* id est, quis histrio tantum vocem contendat, ut populi strepitum, & clamorem superare possit? sic in epist. de arte poet. de iambos, & *popularem vincuntem strepitus.*

G *ARGAN. MVGIRE PVTES, &c.* populi strepitum cum sonitu, & quasi mugitu, quae siluae Gargani montis edunt ventis agitatae, & cum murmure maris concitatae, comparat. Est autem Garganus mons Apuliae. sup. Od. 9. lib. 2. *aut Aquilonibus Quercera Gargani laborant, &c.*

A *VT MARE TVSCVM* aut mare Tyrhenum.

Q *VIBVS OBLITVS ACTOR, &c.* significat, hoc tam exquisito apparatu non ornari actorem, neque commendari, sed commaculati. Nam hoc valet verbum *obliti*, non enim dixit, *quibus actor ornatus*, sed *quibus oblitus*.

C *ONCVRR. DEXT. LEVÆ* plausus a populo datur, non propter actoris orationem, quippe qui nihil dum dixerit, sed propter eius vestitum, atque ornatum superuacaneum, & nimis elegantem, & luxuriosum. est autem hic tralatio. paullo aliter dixit fat. 1. lib. 1. *quid enim? occurritur: hora momento aut cita mors, &c.*

L *ANA TARENTINO, &c.* quid igitur placet spectatoribus? vestitus ianthenius, id est, violacei coloris.

Q *VÆ FACERE IPSE RECVS.* quia comædias scribere nolim.

C *MALIGNE* parcè, exiguè, hæc enim vis est huius vocis. Catull. de Vari scorto. *Non (inquam) mihi tam fuit malignè, &c.* id est, angustè, non ita fuit mihi res angusta, nam & Seruius scribit malignum idem esse, quod angustum, ad illum locum Virg. lib. 6. *Aeneid. Quale per incertam Lunam sub luce maligna.* Plautus Bacch. *Iustus, iniustus, malignus, largus, commodus, incommodus.* Virg. Georg. 2. *Difficile primum terra, collisque maligni, id est, iteriles.* Horat. fat. 5. lib. 1. *Differtum nautis, cauponibus atque malignis.* T. Liuius lib. 34. *annal. sed in purpura, quæ teritur, absimitur, iniustum quidem, sed aliquam tamen causam tenacitatis video: in auro vero, in quo prater manus pretium, nihil intertrimentis fit, quæ malignitas est? Idè lib. 39. & malignè omnia prebentibus suis, meretriculae munificentiæ sustinebat.*

I *LLE PER EXTENT. FVN. &c.* id est, videtur mihi rem omnium factu difficillimam prestare posse, ille mihi videtur idem efficere posse, quod funambuli, qui per funem extentum ambulat: & iccirco magnam hominum admirationem excitat.

M *EV M QVI PECT. INAN.* id est, qui incum animum commouere, & inani metu perterere: qui me sine causa ira concitare, vel contra ad lenitatem inflectere, ceteris que animi motibus afficere potest. pectus pro animo posuit, ut sup. ead. epist. *Mox etiam pectus præceptis format amicis.* & Od. 3. lib. 1. *illi robur, & es triplex Circa pectus erat.*

I *RRITAT] ὀργίζεαι* ad iram impellit. epist. E ad Pisonem. *inuat, aut impellit ad iram.* verbum irritandi qui scribendum esse vno r arbitratur quasi ab ira deducatur, fallitur. lege anno tata ad Od. 28. lib. 3.

M *VLCET] delectat, & ut illo loco epist. ad Pisonem inuauit.*

V *T M A G V S* vult Horatius, poetam, vim habere permouendorum animorum, & quasi fascinoandorum oculorum, instar magorum, qui carminibus, & venenis, & arte magica portenta faciunt. M. Tullius de nat. Deor. lib. 1. *Cum his coniungere licet portenta magorum, Aegyptiorumque in eodem genere dementiam.* Hor. sup. Od. 27. lib. 1. *Quæ sagæ, quis te solvere Thessalis Magnus venenis, quis poterit Deus? Erant autem magi sapientes Persarum.* M. Tullius de diuin. lib. 1. *Cyro magos dixisse (quod genus sapientum, & doctorum habebatur in Persis) ex triplici appetitione solis, xxx. annos Cyrum regnaturum esse, portendi. magicas artes commemorat Virg. Aeneid. 4. Testor cara Deos, & te germana, tuumque Dulce caput, magicas inuitam accingier artis, artis magicæ vanitatem compluribus locis exagitat Plinius.*

E *T MODO ME THEBIS, &c.* vsque adeo aptè, & accommodatè res gestas describit, ut, qui audiunt, in iis locis, ubi gesta sunt, interesse, & præstè esse videantur: ut sup. Od. 1. lib. 2. *Audire magnos iam videor duces, Non inlecevo puluere sordidos.* & ibid. *Iam nunc minaci murmure cornuum Perstringis aureis, iam litui strepitum.* idem in epist. de arte poet. *Non satis est pulchra esse poemata, dulcia sunt, Et, quocumque volent, animum auditoris agunt.* sic Arist. *ἄξι ποιητικῆς. δὲ δὲ τῆς μῦθου σωτηρίας, καὶ τῆς λέξεως σωτηρίας. ἔστι δὲ ἡ μάστιξ τοῦ ὀμιλουμένου τῆς ἡρώδης, ἢ τοῦ ἐναργεστάτου ὀρίων, ὡς περὶ παρὰ αὐτοῖς γινώσκοντος τοῖς ἀπαθρομύθοις, εὐριστοῖς ἀπίστον, ἢ ἡλικία ἀνελκῆνοι αὐτῶν τὰ ὑπερνωτία,* id est, oportet autem fabulas componere, & consicere etiã verbis, quam maximè oculis res subsicentem. Sic enim perspicue cornens, tanquam intersit in rebus ipsis agendis, reperiet decorum, minimèque eum latebunt ea, quæ aliquantum repugnant.

V *ERVM AGE, ET IIS, QVI* Variè explicatur hic locus: vno modo sit: Verum age (inquit) Auguste, etiam poetas, qui fabulas scribere nolunt: neque spectatorum fastidium, ac superbiam ferre possunt, sed sese lectori committere malunt, cura libera, aut certe eorum curam minue. Nam, quamuis sit eis res cum lectore, non cum spectatore, non tamen iccirco sine magno sui nominis, suæque existimationis periculo scribunt. Præterea varia sunt hominum iudicia: neque idem scribendi genus probant omnes. Excitandi igitur tibi sunt poetarum animi, magnificque premiis inuitandi, ut vel neglectis, vel superatis tot difficultatibus, sese totos ad scribendum conferant, atque in hac explicatione, reddere breuem, est efficere breuem. Alio modo sic: diligentius attende

D d d iij

A de, & considera, qui poëtae probandi sint, qui non: non nihil cogitationis, & curæ confer in hæc rem, vt attendas, & iudices, qui poëtae tanto nomine digni sint, qui cõtrâ indigni: quam quidem explicationem videtur sequi Porphyrius. ego autem non probō. nam hoc reddere curam breuem tale potius videtur esse, quale illud apud T. Liuium lib. 27. breuem illi letitiam, qua exfuleret facturum. Postremo sic: Verum age, Auguste, etiam iis poëtis, qui se lectori committere, quam spectatoris fastidium ferre malunt, redde aliquantum curæ: id est hos poëtas, qui legi sua scripta, quam audiri, & spectari malunt, redde aliquantum magis sollicitos, & diligentes, & timidos, quam sunt. Nam nunc quidem nimis securi, negligētes, atque audaces sunt: neque satis magnam curam ad scribendum conferunt, &c. atque hæc explicatio mihi magis placet. verum tamen iudicet lector.

QUAM SPECT. FAST. F. S.] quam spectatorem fastidiosæ, & superbè audientem ferre: vel quam spectatorem superbum ac fastidiosum ferre. Quem admodum dixit Horatius fastidia superbi spectatoris, sic Virg. Alex. superba fastidia.

SI MNVS APOLL. DIGN. VIS COMPL. LIB.] si bibliothecam, quam ædificandam curasti in aditu templi, quod abs te consecratum est Apollini, vis bonis libris complere. sup. epistola ad Iuliu Flor. i. & tangere vitet scripta, Palatinus quacumque recepit Apollo.

ET VATI BVS ADD. CALC. VT STD. M.] id est, & si vis poëtas excitare, vt maiore studio in artem poëticam incumbat: vel vt maiorem curam, maioremq; diligentiam in scribendo adhibeat.

HELICONA VIRENTEM] Bœotia mōtem, Musis consecratum: in quo Hestodus, poëta factus est. in lib. de arte poët. & excludit fanos Heliconæ poëtas. lege annot. ad Od. 12. lib. i. ibi Aut in vmbrosis Heliconis oris.

(VT VINETA EGOM. CAED. MEA)] hæc sunt includenda interpositionis nota: id est, vt incipsum omnium primum reprehendam: vt mihi ipse detrahā omnium primo. ductum fortasse ab iis, qui cum cõsuisset vineta omnia succidenda, propter mala, & incommoda, quæ à vino in homines proficiscuntur, à suis vinetis cædendi initium facere voluerunt: vel simpliciter ab iis, qui sua ipsi lædunt, minuunt, & oppugnat.

CVM TIBI LITR. SOLL. DAM.] primum, & vsitatum poëtarum peccatum, libros suos principibus, & claris viris in tempestitiè obtrudere, verbi gratia, occupatis, & maiore aliqua cogitatione, & cura suspensis: quod in sua re vertat Horat. sup. epist. ad Vinnium Afell. Augusto reddes signata volumina Vinni, si validus, si lætus erit, si denique pœcet.

CVM LADIM. VN. SI QVIS, &c.] alterum peccatum, cum offendimur, & molestè ferimus, si quis amicorum nostrorum vnum aliquem è versibus nostris audeat improbare.

CVM LOCA IAM RECIT. REV. IRR.] tertium, cum ea, quæ iam recitauiamus, repetimus non reuocati ab eo, qui audit, neque lectionem repetere iussi: quia scilicet ea nobis venusta stultè videantur.

CVM LAMENTAMVR, &c.] quartum, cum querimur, nostra scripta ab hominibus non cognosci, atque ita, præmia eis merita non persolui.

ET TENVI DED. POEM. F.] id est, poemata summo studio, acerrimòque ingenio elaborata. tenui igitur, id est, subtili. tralatio enim est à lino, seu lana, quæ carpitur, & digitis trahitur, ac deducitur, licet reclament quidam. Adiuuat me Catullus, & quidem pulcherrimis versibus (vt solet cetera) hanc lanæ ducendæ rationem describens. *Dextera tum leuiter deducens fila supinis Formabat digitis: tum prono pollice torquens Libratum tereti versabat turbine fufum: Atque ita decerpens aquabat semper opus dens.* &c. Idem eod. carm. *Currite ducentes subtemina, currite fusi.* Adiuuat & Varro lib. 6. de ling. Lat. his verbis. *In Mœnachmis Plauti: Inter ancillas sedere inbeas: lanæ carpere, Idem est hoc verbum, &c. Carpere à cærendo, quod eam tum purgant, ac deducunt, vt careat spurcicia ex quo tum carminaria dicitur lana, cum caret eo, quod est nequam.* Postremo mecum facit & Macrobius lib. 6. qui ad hunc locum Virg. in Sileno, *deductum dicere carmen,* notat, *Deductum pro tenui, & subtili eleganter postum est. sic autem & Afranius in Virgine: verbis pauculis respondit, tristis, voce deducta: mall'que se non quicuisse dixit. Itè apud Cornific. G Deducta mihi voce garrienti.* Pomponius in Aetlana. *Vocem deducis oportet, vt mulieris videatur verba.* sic Horat. sat. i. lib. 2. *similescque moerit Mille die versus deduci posse.*

CVM SPERAM. BO' REM VENT.] quintum, cum tantum nobis arrogamus, tantiq; nostra scripta facimus, vt speremus, te statim vt audieris, nos versus scribere, vitro iussuri, vt ad te accedamus, atque ab egestate nos vindicaturum. *Arcessus* autem legendum non *Arcessus.* & ita habent omnes cod. manuscripti.

COMMODOVS] de hac voce vide annot. ad Od. 8. lib. 4. *arcessus comodus,* id est, arcessas eo animo, vt nobis comodes: vel arcessas nos, te in nos commodum & liberalem præbens.

SED TAMEN EST OPERÆ PRET. COGN.] id est, Sed tamen opera in hoc bene collocatur, vt cognoscamus, quales custodes, ac tutores habeat virtus. aditui sunt templi custodes. hoc loco ponitur hoc nomē translattè pro iis, qui virtutem clarorum virorum sui scriptis præbent obliuione hominum, iniuriâque temporis vindicandam suscipiunt, quales sunt poëtae.

QUALIS AEDITVOS] id est, quales scriptores: quales sui nominis præcones, ac prædicatores habeat. tralatio est ab adituis illis, quorum est ædeis sacras tueri. *Aditimus,* (inquit Carifius) *dicitur qui adem seruat quasi aditimus.*

A timus, adituis ab ade tuenda.

BELLI SPECT. DOMIQV] epistola vlt. lib. i. *Me primis urbis belli placuisse, domique.*

CHERILVS] malus poëta: de quo in lib. de arte poët. sic mihi, qui multum cessat, sit Cherilus ille, quem bis, terque bonum cum risu miror. significat Hor. sæpe malos poëtas à regibus, & clarissimis viris bonos haberi, magnisq; præmiis ornari. simile quiddam scribit M. Tull. in orat. pro Archia poëta, de Syllæ in quendam ignobilem, & indoctum poëtam liberalitate, his verbis, *Syllam nos in contione vidimus, cum ei libellum malus poëta de populo subiecisset, quod epigramma in eum fecisset tantummodo alterius versibus longiusculis, statim ex iis rebus, quas tunc vendebat, inbere ei præmium tribui sub ea conditione, ne quid postea scriberet.* Nomen Cherilus apud Aristot. in exemplis Aldinis scribitur per digith. & sic enim Topic. η. *Εἰς δὲ σαφιλύειαν ὡς δὲ εἰ μάλιστα οἴσθη. ὡς δὲ εἰ μάλιστα δὲ οἴκεια, εἰς ὧν ἴσθη' οἴα Ὀμῆρος' μὴ οἴα Χείριλος,* id est, ad claritatem porro exempla sunt afferenda. exempla autem propria, & ad rem accommodata, ex iis, quæ scimus, ducta: qualia Homerus, non qualia Cherilus. huius Cherili vulgarissimus extat versiculus ille, *Πέτραν κοιλῶναι παρὶς ὕδατος ἐδάλεχον,* id est, (vt Lucr. interpretatur lib. i.) *stilleidit casus lapidè canat,* (vel vt idè lib. 4. extr.) *Nōne vides etiam guttas in saxa cadentes Humoris, longo in spatio pertundere saxa?* proferuntur etiam hi Cherili, seu Cherilii versus ab Eusebio lib. 9. præp. euang. *Τὸν δ' ὄπθην διέβαινε γένος θαυμασθὸν ἰδέσθαι Γλώσσαν μὲν φοινίσσαν Σοφισμάτων ἀφ' ἄντης. Ὄχι δ' εἰς σολύμοις ὄρεσι πλατῆν ὡς δὲ λίμνι Αὐχμάλειο κεφαλῆς, προχοοῦράδες. αὐτὰρ ὕψος Ἰππων διαπρῆτα πρὸς ὄρος ἐσπῆρον ἐσπῆκνῶτα χερανοῖ:* quorum versuum hæc fere sententia est. A tergo autè eorum transibat genus hominum visu mirabile. Qui vocem Phœnissam mittebant: habitabant autem Solymin in montibus apud latam paludem, Capitibus squallidi, in orbem tonsi: At superne equinorum capitum ossa nuda & sine pelle gestabant, fumo exficcata.

C male natis, vt ostendat, inuita (vt dicitur) Minerva, id est, repugnante natura esse factos. Nam (vt scribit M. Tull.) *sic à summis hominibus, eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia & doctrina, & præceptis, & arte constare: poëtam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari.* qua de re alibi plura.

RETVLIT ACCEPTOS.] referre acceptum alicui, est fateri, se ab eo accepisse: idque in codicem accepti referre: denique est quasi debitorum se profiteri. significat etiam interdum fateri, sibi pecuniam à se creditam, à debitore esse solutam. M. Tull. pro Cecinna. *se habere aut argentarij tabulas, in quibus sibi expensa pecunia late sit, acceptaque relata.* vnde acceptatio. per translationè autem dicimus, acceptum referre alicui bonum pro eo, quod est, ingenue fateri, ac prædicare sibi illius opera, ac beneficio id boni euenisse: vt M. Tull. ad Artic. lib. i. *ornatissimèque de meo consularij locutus est, vt ita diceret, se, quod esset senator, quod ciuis, quod liber, quod vniueret, mihi acceptum referre.* & referre illi malum acceptum, est illum mali auctore, & causam prædicare, vel mali causam in eum conferre: vt idem M. Tull. Philipp. 2. *omnia denique, quæ vidimus (quid autem mali non vidimus?) si rectè ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio.* eadem autem ratione dicimus refero acceptum huic, vel illi rei, qua ratione, refero acceptum personæ, vt idem pro Deiotaro. *verum omnem tranquillitatem, & quietem senectutis acceptam refert clementia tua.* idem Philipp. 2. *ego enim amplius HES ducentes acceptum hereditatibus retuli.* Atque ita hoc loco loquitur Hor. versibus inculcatis retulit acceptos Philippus, id est, gloriatus est, vel gloriari ei licuit, se ab Alexandro Philippo, quod erat regale nomisma, opera, vel beneficio versuum suorum abstulisse. *versibus in culcibus enim dadi casus est, nō septimi, vt alij existimant.*

PHILIPPOS] genus erat nūmi aurei à Philippo Macedonum Rege sic appellatū. Plautus Bacchid. *me misit miles ad eam Cleomachus vel vt ducentos philippos reddat aureos, vel vt hinc in Eliam hodie ear secum simul.* ibid. *Da mihi ducentos nummos philippos, te obscuro.*

NOMISMA] νόμισμα nomen Græcum est, Στόν νόμος, id est, à lege dictum, lege enim vallet nummus. Aristot. lib. 5. de morib. ad Nicom. **TRACTATA]** cõtrædata manibus: vt epist. ad lib. suum. *Contrectatus ubi manibus sordescere vulgi Cæperis.*

REMITTUNT] reddunt: vt epist. de arte poët. *rescentique grauem persese remittit acutum.*

FERE SCRIPTORES, &c.] subintelligit sic: vt sit integra redditio, seu ἀνταπόδοσις, sic fere scriptores, &c.

SPLENDIDA FACTA LINVNT] res præclare gestas, & laudabilis in quinant, & continentat. sic Plautus Mostell. *vna opera eburr atramento candefacere postules.* huic loco non admodum dissimilis ille est Od. 6. lib. i. *Laudes egregij Cæsaris, & tuas Culpa decerere ingent.*

POEMA TAM RIDICVLVM] Cherili mali poëtae.

TAM CARE] tam caro pretio. Itaque quidam hic tam caro legendum putant: aiuntque ita olim Latinos esse locutos.

EDICTO VETVIT, NE QVIS SE, PRÆTER AP.] hac de re sic M. Tull. in ep. ad L. Luceium Qu. Filium lib. 5. *Neq; enim Alexander ille gratia causa ab Apelle potissimum pingi, & à Lyffippo fingi volebat: sed quod illorum arte cum ipsis, tum etiã sibi glorie fore putabat, &c.* Et Plur. in Alexandro. *τιὸ μὲν ἐν ἰδέαν τῆς σώματος οἱ Ἀποκταφοῖ μάλιστα τὸν ἀδριανῶν ἐμφορῆσιν ὑφ' ἑ μὲν καὶ αὐτὸς ἤξῃσ πλάσσειν,* id est, corporis speciem statuae à Lyffippo sitæ omnium statuarum.

NUMMUS] νόμισμα nomen Græcum est, Στόν νόμος, id est, à lege dictum, lege enim vallet nummus. Aristot. lib. 5. de morib. ad Nicom.

TRACTATA] cõtrædata manibus: vt epist. ad lib. suum. *Contrectatus ubi manibus sordescere vulgi Cæperis.*

REMITTUNT] reddunt: vt epist. de arte poët. *rescentique grauem persese remittit acutum.*

FERE SCRIPTORES, &c.] subintelligit sic: vt sit integra redditio, seu ἀνταπόδοσις, sic fere scriptores, &c.

SPLENDIDA FACTA LINVNT] res præclare gestas, & laudabilis in quinant, & continentat. sic Plautus Mostell. *vna opera eburr atramento candefacere postules.* huic loco non admodum dissimilis ille est Od. 6. lib. i. *Laudes egregij Cæsaris, & tuas Culpa decerere ingent.*

POEMA TAM RIDICVLVM] Cherili mali poëtae.

TAM CARE] tam caro pretio. Itaque quidam hic tam caro legendum putant: aiuntque ita olim Latinos esse locutos.

EDICTO VETVIT, NE QVIS SE, PRÆTER AP.] hac de re sic M. Tull. in ep. ad L. Luceium Qu. Filium lib. 5. *Neq; enim Alexander ille gratia causa ab Apelle potissimum pingi, & à Lyffippo fingi volebat: sed quod illorum arte cum ipsis, tum etiã sibi glorie fore putabat, &c.* Et Plur. in Alexandro. *τιὸ μὲν ἐν ἰδέαν τῆς σώματος οἱ Ἀποκταφοῖ μάλιστα τὸν ἀδριανῶν ἐμφορῆσιν ὑφ' ἑ μὲν καὶ αὐτὸς ἤξῃσ πλάσσειν,* id est, corporis speciem statuae à Lyffippo sitæ omnium statuarum.

Arum optime exprimunt, atque ostendunt: à quo uno etiam ipse Alexander se effingi volebat. Idem sic de utroque lib. *ἄρα τῆς Αλεξάνδρου τύχης*. Hic δὲ ἡ Ἀπέλλης ὁ ζωγράφος καὶ Διοσκύπτος ὁ πλάστης κατ' Ἀλεξάνδρον ὃν ὁ μὲν ἐγραψε τὸν κεραινοφόρον ὅπως εἰσέρχεται, καὶ κεραινοφόρος, ὡς λέγεσθαι, ὅτι δύοιν Ἀλεξάνδρον ὁ μὲν φιλιππῶς γέροντι ἀνέκλιτος, ὁ δὲ Ἀπέλλης ἀμίμητος. id est, *Erant autem et Apelles pictor, et Lysippus statuarum scilicet aetate Alexandri: quorum alter pinxit Alexandrum κεραινοφόρον, id est fulmen ferentē, ita expressit, atque (ut ita dicam) euidenter, et temperatē, ut diceret duorum Alexandrorum cum, qui natus esset ex Philippo, esse inuicem: eum autē, qui ab Apelle factus, non imitabilem.* ibid. paulo post de Lysippo, *Διὸ καὶ μόνον Ἀλεξάνδρος ἐκέλευε Διοσκύπτον εἰκόνας αὐτῆς δμῶν ἔργειν. Μόνος γὰρ ὅπως, ὡς εἶπεν, κατεμίμνητο τῷ χαλκῷ τὸ ἦθος αὐτῆς, καὶ σωεξέφερε τῇ μορφῇ τῶν ἀρετῶν, &c.* id est, *Quapropter et Lysippum solum iubebat Alexander sui imagines fabricari. hic enim solus, (ut apparet) mores ipsius are indicabat, et una cum forma virtutem exprimebat.* Agefilaus autem, vt loco supra producto scribit M. Tull. neque pictam, neque fictam sui imaginem passus est esse. sed de hoc mox suo loco dicemus.

ALIVS LYSIPPO] id est, alius à Lysippo, vel quàm Lysippus, vt sup. epist. ad Quint. *Nēve putes alium sapiente, bonoque beatum.* alius Lysippi autem dici non potest, quod quidam tamen arbitrantur.

DUCERET ÆRA FORTIS ALEX.] id est, statuas æreas efficeret, quibus Alexandri facies, & figura corporis exprimeretur. *as ducere, valere ἐλάττειν, id est, malleis extendere: ex quo ductile.* Verum cum ex ære, aut ex vllō alio metallo ducto statuae fingi nō possint, sed ex fuso potius fiant, videtur hic locus non carere difficultate. mihi quidem semper fuit suspensus. adde quod constat, Lysippum æs fudisse, & ex ære fuso signa fecisse. *Quid igitur dicendum? et duobus alterū: vel translationem esse ab iis, qui malleis tundūt, ad eos, qui fundūt: vel legendum funderet æra: vt loquitur sat. 3. lib. 2. Quid sculptrum infabre, quid fustum durius esset.* Quoniam autem inter has scripturas funderet, & duceret, nimium interest, ita vt non sit verisimile, librarios illos, qui manu liberos describebant, similitudine vocum, aut litterarum peccasse, afferam verbum totidem litteris, quæ si transponantur, erit alteri idem, nempe *enderet*. Si coniectura igitur locus est, putauerim ab Horatio scriptum esse *enderet æra*, transpositis que postea litteris ex recta scriptura *enderet*, facta esse hanc vulgatam, *duceret*. Illam autem hac esse meliorem, Virgilij auctoritate, & testimonio probabo, qui ita loquitur *Æneid. 6. Excudent alij spirantia mollius æra.*

QVOD SI IVD. SVBT. VID. &c.] id est, quod si iudicium Alexandri acerrimū in cognoscenda, ac perspicienda artis pingēdi, & fin-

gendi præstantia, ad versus, & poetica transferres, liquidō iurare posses, cum pinguem esse, tardum, atque hebetem. Sed ex iis, quæ scribit *Ælianus Variæ hist. lib. 2.* apparet neque Alexandrum satis aciri iudicio in pictura fuisse, neque Apellem eius iudicio multum tribuisse. Nam, cum Alexander (vt tradit ille) sui quandam imaginem vidisset ab Apelle pictam, neque eam merita laude affecisset: equus eius autem ad equum in ea tabula pictum adhinnisset, tamquam ad equum verum: fertur Apelles dixisse, at, ὁ Alexander, videtur equus tuus esse in arte pingendi te multo intelligentior.

AD HÆC MVSARVM] id est, ad poemata, & ad versus.

BOEOTVM IN CRASSO, &c.] M. Tull. lib. de fato ostendens quantum inter locorum naturas interfit, ita scribit, *Inter locorum naturas quantum interfit, videmus: alios esse salubres, alios pestilentes: in aliis esse pituitosos, et quasi redundantes: in aliis exsiccatos, atque aridos: multaque sunt alia, que inter locum et locum plurimum differunt: Athenis tenne calum: ex quo acutiores etiam putantur Attici: Crassum Thebis: itaque pingues Thebani, et valentes, &c.* Quo ex loco intelligere licet, *Boeotios*, qui crasso celo vterentur (Thebæ enim in Bœotia fuerunt) pingues, crassos, atque hebetes fuisse. Pindarus quidem *Olymp. 4. 5.* prouerbum vetus maledicti loco in Bœotios factur esse iactatum, *suum Bœotiam*, iubetque, *Æneam* quendam chori magistrum focios cohortari, dent operam, vt intelligant auditores, ac spectatores, hoc prouerbiū in Bœotios non conuenire, neque se sues esse, sed Musarum alūnos. Pindari verba sunt hæc, *ἄρα τὸν μὲν ἦραν παρθέναι καλαδίσσαι, γυναικῶν εἰπεῖν ἀρχαίων ὄνειδος ἀλατῆσι λόροις ἐι φερόμεν Βοιωτῶν ἐν, &c.* Huc pertinet illud Antagoræ in eodem: *ὅς ἐπεὶ ἀνεγίνωκε τῶν Βοιωτῶν τὸ ὄνειδος ὁ Θεβαΐδος σύγκραμμα, καὶ εἰδὲς ὑπεσημαίνετο, κλείσας τὸ βιβλίον, διχῶς εἶπε, καλεῖσθε Βοιωτοὶ. Βοῶν γὰρ ὡτα ἔχετε:* id est, *Cum Antagoras apud Bœotos librum de rebus Thebanis conscriptum recitaret, neque quisquam significaret se lectione illa delectari, & opus approbare, ille libro clauso, meritō (inquit) Bœotii vocamini, Boum enim aureis habetis, lepos inest in voce Bœotus, seu Βοιωτός, quæ potest dici facta ex his duabus βοῦς, & ὠτα: bos, & aures. Bœotium autem accipio in accusandi casu, vt referatur ad Alexandrum, hoc modo: iurares Alexandrū esse Bœotium in aëre crasso natum, non vt alij, Bœotium, pro Bœotorum. Nam Bœotum dixit vt Græci Βοιωτόν.*

AT NEQV. DE DEC. T. DE SE IVD. A T Q.] non dedecorant tua de se iudicia, quia qualis eos esse iudicasti, tales eos esse consuetudo vitæ, & dies, & eorum scripta comprobant: neque idem munera, quæ abs te acceperunt, dedecorant, quia apud dignos sunt collocata.

MVLTA DANTIS CVM LAVDE]

A multa tua cum laude, munificentia enim & beneficentia bene collocata, id est, apud dignos, honorifica, & gloriosa est largitori.

TVLERVNT] acceperunt, consecuti sunt, vt sup. *Od. 8. lib. 4. neque tu postima munerū ferres.* **DILECTI TIBI]** dilecti abs te: tibi cari.

VARIIS QVE] de quo supra *Od. 6. lib. 1. scriberis variō. & sat. vlt. lib. 1. Plotius, et Varius.*

NEC MAGIS EXPR. VULT. &c.] sic M. Tull. in orat. pro Archia poeta: *An cum statuas, et imagines non animorum simulacra, sed corporum studiose multi summi homines reliquerint: consiliorum relinquere, ac virtutum nostrarum effigiem nō multo malle debemus, summis ingenii expressam, et politam? & Horat. sup. *Od. 8. lib. 4. Non incisa notis marmora publicis, Per qua spiritus, et vita redivit bonis post mortem ducibus, &c.* Eius, qui damita nomen ab Africa Lucratius redivit, clarius indicant Laudes, quam Calabra pierides. Iccirco Agefilaus ille (vt scribit Xenophon in eius vita) ne qua sui corporis imago extaret, magno opere cautus animi autem ignominiam constituiturē numquam designabat, sic Xenoph. καὶ τῷ μὲν σώματος εἰκόνα ἡστέσαι ἀπέχετο, πολλῶν αὐτῷ τῆτο δωρεῶν θελόντων τῆς δὲ ψυχῆς ἡδέποτε ἐπαύετο μνημεία ἀρχαίων ἔχειν, quod retulit M. Tull. in epist. ad L. Lucium Qu. Filium, his verbis, *Neque minus enim est spartiacus Agefilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem sui passus est esse, quam, qui in eo genere elaborarunt. Præterea Xenophontis libellus in eo Rege laudando facile omnium inuicem imaginem statuam superavit.* Idē fuisse M. Catonis Censorij de status iudicium narrat Plutarch. his verbis, *Καὶ τοὶ παρῆτερον αὐτὸς κατενόησεν τῶν ἀρχαίων τῶν ποικίλων, καὶ λαβάνειν αὐτῆς ἔλεγον ἵπτι χαλκῶν, καὶ ζωγράφων ἔργους μέγα φρονήματα: αὐτῶ δὲ καλλιτείας εἰκόνας ἐν ταῖς ψυχαῖς ἀπέφεραν τῶς πολιταῖς. παρῆς δὲ τῶς θαυμαστάς, ὅτι πολλῶν ἀδελφῶν ἀνδραγαθῶν ἐχόντων, ἐκείνος οὐδὲ ἔχει, μάλλον γὰρ, ἐπιβόλοισι ἡγεῖσθαι, καὶ τί μὲ ἀδελφῶν ἐκείτων, ἢ ἀπὸ τῶν κείτων, id est, *At qui prius ipse deridebat eos, qui huiusmodi rerum (nempe statuarum) cupiditate afficiuntur: et dicebat eos ignorare se operibus fabricorum, et pictorum gloriari: sui autē pulcherrimas imagines civis suos in animis ferre. iis autē, qui mirabantur illum, cum plerique ignobiles, atque inglorij status habebant, nullā habere, dicebat se malle quam amobrem nulla sibi statua esset posita, quam cur esset posita.***

B politam? & Horat. sup. *Od. 8. lib. 4. Non incisa notis marmora publicis, Per qua spiritus, et vita redivit bonis post mortem ducibus, &c.* Eius, qui damita nomen ab Africa Lucratius redivit, clarius indicant Laudes, quam Calabra pierides. Iccirco Agefilaus ille (vt scribit Xenophon in eius vita) ne qua sui corporis imago extaret, magno opere cautus animi autem ignominiam constituiturē numquam designabat, sic Xenoph. καὶ τῷ μὲν σώματος εἰκόνα ἡστέσαι ἀπέχετο, πολλῶν αὐτῷ τῆτο δωρεῶν θελόντων τῆς δὲ ψυχῆς ἡδέποτε ἐπαύετο μνημεία ἀρχαίων ἔχειν, quod retulit M. Tull. in epist. ad L. Lucium Qu. Filium, his verbis, *Neque minus enim est spartiacus Agefilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem sui passus est esse, quam, qui in eo genere elaborarunt. Præterea Xenophontis libellus in eo Rege laudando facile omnium inuicem imaginem statuam superavit.* Idē fuisse M. Catonis Censorij de status iudicium narrat Plutarch. his verbis, *Καὶ τοὶ παρῆτερον αὐτὸς κατενόησεν τῶν ἀρχαίων τῶν ποικίλων, καὶ λαβάνειν αὐτῆς ἔλεγον ἵπτι χαλκῶν, καὶ ζωγράφων ἔργους μέγα φρονήματα: αὐτῶ δὲ καλλιτείας εἰκόνας ἐν ταῖς ψυχαῖς ἀπέφεραν τῶς πολιταῖς. παρῆς δὲ τῶς θαυμαστάς, ὅτι πολλῶν ἀδελφῶν ἀνδραγαθῶν ἐχόντων, ἐκείνος οὐδὲ ἔχει, μάλλον γὰρ, ἐπιβόλοισι ἡγεῖσθαι, καὶ τί μὲ ἀδελφῶν ἐκείτων, ἢ ἀπὸ τῶν κείτων, id est, *At qui prius ipse deridebat eos, qui huiusmodi rerum (nempe statuarum) cupiditate afficiuntur: et dicebat eos ignorare se operibus fabricorum, et pictorum gloriari: sui autē pulcherrimas imagines civis suos in animis ferre. iis autē, qui mirabantur illum, cum plerique ignobiles, atque inglorij status habebant, nullā habere, dicebat se malle quam amobrem nulla sibi statua esset posita, quam cur esset posita.**

C cupiditate afficiuntur: et dicebat eos ignorare se operibus fabricorum, et pictorum gloriari: sui autē pulcherrimas imagines civis suos in animis ferre. iis autē, qui mirabantur illum, cum plerique ignobiles, atque inglorij status habebant, nullā habere, dicebat se malle quam amobrem nulla sibi statua esset posita, quam cur esset posita.

REPENTEIS PER HVVMVM] id est, humileis, & veluti humi repenteis, & orationi soluta simillimos, quales sunt epist. & satyræ. Pindarus appellat *λόγους χαμαιπαιδῆς*. sat. 6. lib. 2. *Quid prius illustrem satyrus, nisi aque pedestris? alij per humileis sermones putat humilia, & plebeia argumenta significari, vt epistoliarum, ac satyrarum: quibus cum non pugnabo. nam prope modum mecum faciunt.*

ET ARCHIS MONTIB. IMPOS.] &

arceis in mōtib exstructas: quod fuit veteribus vsitatum. **CONFECTA DVELLA]** bella debellata, id est, transacta ac finita.

CLAVSTRAQVE CVSTODEM, &c.] portas Iani clausas: quod pacis tempore tantum fiebat. sic sup. *Od. 15. lib. 4. et vacuum duellis Fanum Quirini clausit.*

ET FORMID. PARTHISTE P. R.] nam Parthi signa Crassus ademta, ad Cæsare Augustum vltro remisit. *Od. quam modō commemoravi, tua Cæsar atas Eruges, et agris rettulit vberes, Et signa nostro restituit Ioui, Derepta Parthorum superbis Postibus.*

SI, QVANT. CVP. POSS. QV O QVE] id est, si voluntati par esset ingenium, & facultas, sic fat. 1. lib. 2. *cupidum pater optime vires deficiunt, neque enim quis horrentia pilis Agmina, nec fracta perentem cuspide Gallos, Aut labentis equo describet vulnera Parthi.*

RECIPIT] capit, dēχεται, tralatio à vasis. non recipit, id est, respuit. In his autem, paruum carmen maiestas, inest ἀντιθεσις.

TENTARE] conari, aggredi, experiri.

RECUSANT] id est, nō possunt. sic in epist. de arte poet. *quid ferre recusent, Quid valeat humeri.*

SECVLITAS AVTEM, STVLTE QVEM D.] ordo est, sedulitas cum vrget, quē stulte diligit. id est, qui stulta sedulitate, studioque inepto, atque in tempestiuo officium, operamque suam alicui pollicentur, atque obtudunt, molesti ei sunt: potius, quàm grati: vel hoc modo, qui stultē, & ineptē quantumvis sedulū alterum diligunt, molestiam ei exhibent potius, quàm placēt: sed ij maximē, qui suos versus, suūque artificium venditant. meritō igitur malē precatur Phædra nutritici apud Eurip. in Hippol. his verbis, *ὄλοιο καὶ σὺ, καὶ ὡς ἀνοήτως Φίλιξ Πρῶθυμος ἐστὶ μὴ καλῶς εὐεργατεῖν, id est, *Dij te perdant, et quisquis de amicis inuitis studet non honestē bene mereri.**

VRGET] nonnulli libri habent *urgnet.*

DISC. ENIM CITIVS, MEM. QVE I. ILL. &c.] sententia hac latissimē patet. sed si quis eam contrahere, & ad poetas accommodare velit, sic poterit explicari. *finge, aliquem poetam esse multis nominibus laudabilem, ac præstantē, in quo quam plurimæ virtutes in sint poetica: qui denique poema scribat magna ex parte politū, ac perfectum: sed sint in eodem nonnulla reprehendenda, aut ridenda: eueniet, vt homines noverint, & meminerint magis, quæ reprehensione, aut risu digna videatur, quàm, quæ admirati sint, ac probarint. Cum hac sententia congruit illa Ciceronis oratione pro Murena: cui placet, obliuiscitur: cui dolet, meminit.*

NIL MOROR OFF.] nihili facio, cōtemno, ac pro nihilo puto, vt sup. epist. ad Valam, *nam vna nihil moror illius ora.* hæc eō pertinent, vt ostendat, in doctorem poemata nō admodum esse claris, & laudatis viris expectanda, quippe quæ

A dedecori sint potius, quam ornamento.

A C N E Q V E F I C T O I N P E I V S
V L T V, &c.] id est, quem admodum nolum ima-
ginem mei ex are, aut cera fingi, atque in publi-
co proponi, quæ me ore deformiore referat,
quam sim natura: sic neque ab indocto poeta lau-
dari velim. *vultu in peius ficto*, id est facie ita ficta,
vt deformior sit imago, quam vera figura.

P R O P O N I C E R.] in publico poni ex ce-
ra factus.

N E C P R. F A C T. D.] quia mali scriptores
carmine fado splendida facta linunt, vt dixit supra
ead. epist.

R V B E A M] crubeã, pudore afficiã, *epo. p. p. u.*

P I N G V I M V N E R E] verbis indoctis, &
ineptis, & inertibus. pingue per translatione pon-
i solet pro eo, quod arte, & ingenio caret, ex
quo pinguis Minerua, pingue ingenium, pingue
argumentum. sup. sat. 6. lib. 2. *Pingue pecus domino
facias, & cetera præter Ingenium.*

P O R R E C T V S] proicctus, seu extectus, qua-
si cadauer: vt Od. 10. epod. extr.

A P E R T A] ex eo, quod capsula sit aperta, vt
intelligi, chartas, quæ in ea insunt, contemtili-
mas esse.

I N V I C I V M, &c.] in quo ex inutilibus, atq;
ineptis chartis fiunt turis, piperis, & similibus re-
rum inuolucra. tale est illud Catulli. *Et laxas scom-
bris saepe dabit tunicas.* & Persius. *ne scambros me-
tuentia carmina, nec tui.* solitos autem esse etiam
Græcos, mala carmina turi destinare, ex Athe-
næo perspicuum esse potest, qui narrat lib. 9. *δει-
πνοσ.* Anaxandridem comicum ita morosum, at-
que amarum in senectute fuisse, vt comædias om-
neis suas, quæ populo non placuissent, quamuis
alioqui essent elegantes, & politæ, turi mactarit.

T V S] tus sine aspirationis nota scribi iussu, ve-
teres grammaticos secutus, qui à tundendo du-
ctum volunt, quamuis Modestus, vt testatur Ca-
risius, à Græco verbo *θύειν*, quod est immolare,
& mactare, tractum esse dicat.

A M I C I T V R] epist. 16. lib. 1. *an amicta viti-
bus vltimo.*

AD IVLIVM FLORVM. 2.

D F L O R E, bono, claroque fidelis amice
Neroni,
Si quis forte velit puerum tibi vendere, natum
Tibure, vel Gabius: & tecum sic agat: hic &
Candidus, & talos à vertice pulcher ad imos:
Fiet, erit que tuus nummorum millibus octo,
Verna ministeris ad nutus apertus herileis,
Litterulis Græcis imbutus, idonens arti
Culibet: argilla quiduis imitaberis vda.
Quinetiam canet indoctum, sed dulce bibeti.

Multa fidè promissa leuant, vbi plenius æquo E
Laudat, venaleis qui vult extrudere merces.
Res vrget me nulla: meo sum pauper in ære.
Nemo hoc mangonum faceret tibi, non te-
mere à me (fit,

Quius ferret idem, semel hic cessauit: & vt
In scalis latuit metuens pendens habena.
Des nummos, excepta nihil te si fuga lædat.
Ille ferat pretium, pænæ securus, opimor.

Prudens emisti vitiosum: dicta tibi est lex.
Insequeris tamè huc, & lite moraris iniqua.
Dixi me pigrum proficiscenti tibi: dixi
Talibus officii propè mactum: ne mea seuis F

Iurgares ad te quod epistola nulla veniret.
Quid tum profeci, mecum facientia iura
Si tamè attentas: quereris super hoc etiam,
quod

Expectata tibi non mittam carmina mædax.
Luculli miles collecta viatica multis
Erumnis, lassus diu noctu stertit, ad affem
Perdiderat: post hoc vehemens lupus: & si- G

bi, & hosti
Iratu pariter, ieiunis dentibus acer.
Præsidium regale loco deiecit, vt aiunt,
Summè munito, & multarum diuite reru.
Clarus ob id factum, donis ornatur honestis:
Accipit & bis dena super, sestertia nummum.
Forte sub hoc temp^o castellu euertere prætor
Nescio quod cupiens, hortari cepit eundem
Verbis, quæ timido quoque possent addere
mentem.

I bone, quod virtus tua te vocat: i pede fausto, H
Grædia laturus meritoru præmia, quid stas?
Post hæc ille catus, quantumuis rusticus, ibit,
Ibit ed, quod vis, qui zonam perdidit, inquit.
Romæ nutriru mihi contigit, atque doceri,
Iratu Grauis quantum nocuisset Achilles:
Adicere bonæ paullo plus artis Athene:
Scilicet vt possim curuo dignoscere rectum:
Atque inter siluas Academi querere veru.
Dura sed emouere loco me tempora grato:
Civilisq; rudem belli tulit æstus in arma,
Cæsaris Augusti non responsura lacertis.

unde

A Vnde simul primum me dimisere Philippi,
Decisis humilem pennis, inopemque paterni
Et Laris, & fundi: paupertas impulit
audax, (bentem,
Vt versus facerem, sed, quod non desit, ha-
Quæ poterunt vmq; satis expurgare sicuia,
Ni melius dormire putem, quam scribere
versus?

Singula de nobis anni prædantur euntes:
Eripuere iocos, Venerem, conuiuia, ludum:
B Tendunt extorquere poemata, quid facia vis?
Denique non omnes eadè mirantur, amantq;
Carmine tu gaudes: hic delectatur iambis.
Ille Bionæis sermonibus, & sale nigro.
Tres mihi conuiuæ propè dissentire videtur,
Poscentes vario multum diuersa palato.
Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod iu-
bet alter. (duobus.

Quod petis, id sanè est inuisum, acidumque
Præter cetera, me Romæ ne poemata censes
Scribere posse, inter tot curas, totq; labores?

C Hic sp̄sum vocat: hic auditu scripta, relictis
Omnibus officii: cubat hic in colle Quirini:
Hic extremo in Auentino, visendus vterq;
Intervalla vides humane commoda, verum
Puræ sunt plateæ, nihil vt meditatio obstat.
Festinat calidus mulis, gerulisque redeuntor.
Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina
tignum:

Tristia robustis luctantur funera plaustris:
Hæc rabiosa fugit canis: hæc lutulenta ruit

D I nunc, & versus tecum meditare canoros (sus.
Scriptorum chorus omnis amat nemus: &
fugit vrbeis (bra.
Ritè cliens Bacchi somno gaudentis, & vm-
Tu me inter strepitus nocturnos, atq; diurnos
Vis canere, & cōtracta sequi vestigia vatum?
Ingenium, sibi quod vacuas desumpsit Athe-
Et studiis annos septè dedit, insenuitq; (nas:
Libris, & curis: statua taciturnus exit
Plerumque: & risu populum quatit. hæc ego
rerum

Fluctibus in mediis, & tempestatibus vrbis

Verba lyra motura sonum cōnectere digner? E
Frater erat Romæ consulti rhetor: vt alter
Alterius sermone meros audiret honores:
Gracchus vt hic illi foret: huic vt Muci^o ille.

Quid minus argutos vexat furor iste poetæ?
Carmina compono: hic elegos: mirabile visu,
Calatumq; nouè Musis opus, aspice primum,
Quato cum fastu, quanto molissime circum-
Spectemus vacuam Romanis vatibus ædem.
Mox etiam, si fortè vacas, sequere, & pro- F
culaudi,

Quid ferat: & quare sibi neclat vterque co-
ronam.

Cædimur: & totidem plagis consumimus
hostem,

Lento Sammites ad lumina prima duello.
Discedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?
Quis, nisi Callimachus? si pl^o apposcere visus:
Fit Mimmermus, & optimo cognomine cre-
scit.

Multa fero, vt placem genus irritabile vati, G
Cum scribo, & supplex populi suffragia
capto.

Idem finitis studiis, & mente recepta,
Obturem patulas impune legentibus aureis.
Ridentur, mala qui componunt carmina:
verum

Gaudent scribentes, & se venerantur, &
vltro,

Si taceas, laudant, quicquid scripsere, beati.
At, qui legitimum cupiet fecisse poema,
Cum tabulis animi censoris sumet honesti: H
Audebit, quæcumque parum splendoris
habebunt, (rentur

Et sine pondere erunt, & honore indigna fe-
Verba, mouere loco, quamuis inuita recedant:
Et versentur adhuc intra penetralia Vestæ.
Obscurata diu populo, bonus eruet: atque
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum:
Quæ priscis memorata Catonibus, atque Ce-
thegis, (tustas.

Nunc situs informis premit, & deserta ve-
Asciscet noua, quæ genitor produxerit vsus

A *Veberemens, & liquidus, puroque simillimus
amni:*

*Fundet opes: Latiūmq; beabit diuite lingua:
Luxuriantia compeſcet: nimis aſpera ſano
Lauabit cultu: virtute carentia tollet:*

*Ludentis ſpeciem dabit, & torquebitur: vt,
qui* (uetur.

*Nunc ſatyrum, nunc agreſtem Cyclopa mo-
Præulerim ſcriptor delirus, inērsq; videri,
Dum mea delectent mala me, vel denique
fallant,* (Argis,

*Quam ſapere, & ringi, fuit haud ignobilis
Qui ſe credebat viros audire tragædos,*

B *In vacuo letus ſeſſor, plauſorque theatro:*

*Cetera qui vitæ ſeruaret munia recto
More, bonus ſanè vicinus, amabilis hoſpes,
Comis in vxorē, poſſet qui ignoſcere ſeruis,
Et ſigno leſo non inſanire lagena:*

*Poſſet qui rupem, & puteū vitare patentē.
Hic, vbi cognatorū opibus, curiſq; reſectus,
Expulit elleboro morbum, bilemq; meraco,
Et redit ad ſeſe: pol me occidiſtis amici,
Non ſeruatiſtis, ait: cui ſic extorta voluptas:
Et demtus per vin̄ mētis gratiſſimus error.*

*Nimirum ſapere eſt abiectis vile nugis,
Et tempeſtinum pueris concedere ludum:
Ac nō verba ſequi ſdib; modulād; Latinis:
Sed veræ numerosq; modōsq; ediſcere vitæ.
Quocirca mecum loquor hæc, tacitūſque re-
cordor:*

*Si tibi nulla ſitim ſiniret copia lymphæ:
Narrareſ medicis, quod, quanto plura paraſti,
Tanto plura cupis, nulline ſaterier audeſ?*

D *Si vulnus tibi, monſtrata radice, vel herba
Non fieret leuius: fugeres radice, vel herba
Proſiciente nihil curarier audieras, cui
Rem dii donarent, illi decedere prauam
Stultitiā: & cum ſis nihilo ſapiētior, ex quo
Plenior es: tamē vtēris monitoribus iſdem?
At ſi diuitie prudentem reddere poſſent:
Si cupidum, timidūmq; minus te: nempe
ruberēs,
Viueret in terris, te ſi quis auarior vno.*

*Si proprium eſt, quod quis libra mercatus, E
& ære eſt:*

*Quadam (ſi credis conſulit) mancipat vſus:
Qui te paſcit ager, tuus eſt: & villicus Orbi,
Cum ſegetes occat, tibi mox frumenta da-
turus,*

*Te dominū ſentit, dat nummos, accipis vūā,
Pullos, oua, cadum temēt: nempe modo iſto
Paulatim mercaris agrum, fortaffe trecētis,
Aut etiā ſuprà, nummorū millibus emtum.*

*Quid rēfert, viuas numerato nuper, an olim?
Emtor Aricini quondam, Veientis & arui,
Emtum cenat olus, quamuis aliter putat: F
emtis*

*Sub noctem gelidam lignis calefactat abenti.
Sed vocat vſq; ſūū, quā pōpulus aſſita certis
Limitibus vicina reſūgit iurgia: tanquam
Sit proprium quicquam, puncto quod mobi-
lis horæ,*

*Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte
ſuprema,
Permutet dominos: & cedit in altera iura. G
Sic quia perpetu⁹ nulli datur vſus, & heres
Heredem alterius, velut vnda ſuperuenit
vndam: (bris*

*Quid vici proſunt, aut horrea? quidve Cala-
Saltibus adiecti Lucani, ſi metit Orcus
Grandia cum paruis, non exorabilis auro?
Gemmaſ, marmor, ebur, Tyrrhena ſigilla,
tabellas,*

*Argentum, veſteis Getulo murice tinctas,
Sunt, qui non habeant: eſt, qui non curet ha-
bere. (vngui H*

*Cur alter fratrum ceſſare, & ludere, &
Præferat Herodis palmetis pinguibus: alter
Dives, & importunus, ad vmbra lucis ab
ortu,*

*Silueſtrem flammis, & ferro mitiget agrū,
Scit Geni⁹, natale comes qui temperat aſtrū,
Naturæ deus humana, mortalis in vnum-
Quodque caput, vultu mutabilis, albus, &
ater.*

*Vtar: & ex modico, quātū res poſcet, acervo
Tollam:*

A *Tollā: nec metuā, quid de me iudicet heres,
Quod nō plura datis inuenerit. & tamen idē
Scire volam, quantum ſimplex, hilaris que
nepoti* (ro.

*Diſcrepet: & quātū diſcordet parcus au-
Diſtat enim ſpargas tua prodigus: an neque
ſumtum*

*Inuitus facias, neque plura parare labores:
Ac potius, puer vt feſtis quinquatribus, olim
Exiguo, gratoque fruaris tempore raptim.*

*Pauperis immūda domus procul abſit, ego,
vtrum* (idem.

*Naue ferar magna, an parua, ferar vnus, &
B Non agimur tumidis velis Aquilone ſecūdo:
Non tamē aduerſis etatē ducimus Auſtris.*

*Viribus, ingenio ſpecie, virtute, loco, re,
Extremi primorū, extremis vſque priores.*

*Non es auarus: abi, quid: cetera iam ſimul iſto
Cum vitio fugere caret tibi pectus inani
Ambitione: caret mortis formidīne, & ira?
Somnia, terrores magicos, miracula, ſagas,*

*C Nocturnos lemures, portentaque Theſſala
rides?
Nataleis gratē numeras? ignoſcis amicis?
Lenior, & melior ſis accedente ſenectā?
Quid te exenta iuuat ſpinis de pluribus vna?
Viuere ſe rectē neſcis, decede peritis.
Luſiſti ſatis: ediſti ſatis, atque bibiſti:
Tempus abire tibi eſt: ne potum largius a quo
Rideat, & pulſet laſcīna decentius etas.*

*FLORE] hic Iulius Florus, comes erat Tib.
Claudij Neronis. exſtat ad eundem epistoia in li-
bro I. eius libri 3. Iuli Flore, quibus terrarū militet
oris Claudius, &c.*

*NERONI] Tib. Claudio Neroni, Drufi fra-
tri, Litiæ Drufillæ filio: qui ſucceſſit Auguſto.*

*GABIIS] de Gabiis lege annotat. ad illum lo-
cum, quā ſit Gabiis, &c. epist. II. lib. I.*

*TECVM SIC AGAT] tecum ſic loquatur,
nam, qui loquitur, agit. notauiſus ſup. ad illum
locum, agit vbi ſecum, eat, an non, &c. ſat. 3. lib. I.*

*HIC ET CANDIDVS, &c.] verba ſunt
vindicatoris, vſque ad illū verſum, Ille ſerat pretiū.
IMOS] extremos, vt lib. de arte poët. ſeruetur
ad inum, Qualis ab incepto proceſſerit. ibid. Primo ne
medium, medio ne diſcrepet inum, & epist. I. lib. I. hæc
Ianus ſummus ab imo Prodoct.*

*FICT, ERITQUE TVVS NVMM. M.] F
fict tuus (inquit) octo nummorum millibus, nu-
meratis ſcilicet, id eſt, ſoluro pretio. nā lege XII.
tabularum rei venditæ mancipium, ſeu, vt vulgō
loquimur, dominium, non tranſferabatur in em-
torem niſi ſoluto pretio. annotatū infra, ibi, Des
nummos.*

*VERNA MINISTERIIS AD NVT. APT.] ſeruus ex ancilla mea natus, aptus mini-
ſteriis ad nutus domini, id eſt, qui cum ex nutu
domini voluntatem intelligat, tum omnia mini-
ſteria viſitata aptē & concinne obire poſſit.*

*LITTERVLIS GRÆCIS IMBVT.] grammaticam enim, & ſimileis artes, docebātur
pueri etiam ſerui, & venales, vt carius venderen-
tur, & vt dominis eſſent vtiliores. Terent. Eunuo-
cho, ſac periculum in litteris, ſac in palaſtra, in muſi-
cis: ſollertem dabo. Nam loquitur ibi de Chærea, vt
de ſeruo. Quod autem Ariſtoteles lib. 8. de rep.
tradit, grammaticam, muſicam, picturā, gymnā-
ſticam ſolitos eſſe diſcere in Græcia pueros, ni-
hil ad hunc locum pertinet, cum de ingenuis lo-
quatur: & ſuo loco ſuprà annotauimus, neque ve-
rō hæc pugnant cum iis, quæ ſuprà ad illū locum
ſat. 7. lib. 2. Dum quæ Criſpini docuit me I. anitor, edo,
notauiſus.*

*ARG. QVIDVIS IMITABERIS
VDA] ſic reperi ſcriptum in vno cod. Vatic. &
in Tornel. & nuper in hæc ſecunda editione, in
Clericano, & Nicotiano: ceteris manuſcr. vulgata
lectiōnem tuentibus: ſed tamen ita ſine du-
bio legendum eſt, hoc enim ſignificat, ætatem
puerilem, & teneram ad quamlibet artem ſecti,
ac torqueri poſſe, quemadmodū ex argilla molli,
& vda quauis figura conformari, ac fingi poſſeſt.*

*Vulgata autem lectiō, quiduis imitabitur, planè
mendosa eſt: quam ita interpretantur, vt dicat
mango, hunc puerū ad artem fingēdi aptum eſſe
natura. quæ ſententia mihi videtur & inepta, &
abſurda. Nam cum paullo antè dixerit, eum pri-
mū eſſe Græcis litteris imbutum, deinde ad
quamlibet artem idoneum: & mox dicturus ſit,
eundem indoctē quidem, ſed aq̄commodatē ad
delectationem domini accumbētis canere, quor-
ſum pertinet hanc laudē interponere, eum quid-
libet ex luto ſimulare, atque exprimere poſſe?
Nunc autem hæc, quam probamus, ſcriptura, ra-
tionem continet eius, quod antecedit, hoc modo.*

*idoneus eſt arti cuiilibet, quippe qui ſit puer, in-
genioque molli, & cereo, nam ex argilla, & ſimili
materia molli, tenera, & flexibili, quiduis fingi
poſſeſt, &c. atas enim puerilis vda argillæ in eo
ſimilis eſt, quod eſt mollis, tenera, & ſequax.*

*CANET INDOCTVM] id eſt, canet indo-
ctē: vel ſubaudiendum quiddam, vt ſit, canet indo-
ctum quiddam, & ſeu apud vtrōſq; n.*

*MVLTA FIDEM PROMISSA LE-
VANT, &c.] qui nimis multa de ſuis mercibus
promittit, caſque immoderatē laudat, nomine va-
nitatis, & mendacii ſuſpectus eſſe ſolet emtori,
Ecc*

A minúque ei creditur ab emtore: emtor venditori illi nimis effusé suas merceis laudanti, minorem fidem habet.

QVI VULT EXTRVDERE.] id est, qui emtorem querit, in qué merceis suas à se transferat. qui vult quamprimùm pretiùm mercibus venditis, & in emtorem translatis accipere: qui vult quamprimùm merceis vendere. mendosé habent quidam libri, etiam manuscripti, excludere.

RES VRGET MENVLLA.] nullum me æs alienum, nulla egestas, nulla vendendi necessitas premit, quidam libri habent, vrguet.

MEOSVM PAVPER IN ÆRE] id est, quamvis pauper sim, nullo tamé ære alieno premor. nihil cuiquam debeo. sic loquitur feré M. Tull. Verr. de signis, Prides, hominem non modo in ære alieno nullo, sed in suis nummis multis esse, ac semper fuisse. Idem pro Rosc. comædo, Egebat? immo locuples erat. debebat? immo in suis nimis versabatur.

MANGONVM] mangones sunt propriè, qui homines vendunt, à manu, & agendo nominati.

FERRBT] consequeretur, obtineret, vt sepe aliàs.

HC] puer, de quo suprà locutus est. nam feré semper hoc pronomem apud hunc poetam demonstrat eum, de quo suprà proximè verba facta sunt.

IN SCALIS LAT. MET. PEND. HAB.] P. Victorius admonet hunc esse horum verborù ordinem, hic puer latuit metuens habere in scalis pendentes. habena enim, id est, lora, quibus serui vinciebantur, & vincti ac pèdentes flagris à dominis verberarentur, in scalis pendebant. sciendum est autem, seruos fugitivos, & qui delitescere solent, & morbosos, & furaceis, vitiosos denique, ab aliquo venditos, redhiberi iure ciuili, vel damnum præstari à dilitione edicto. M. Tullius Offic. 3. qui enim scire debuit de sanitate, de fuga, de furis, præstat edicto adilium. idem ibidem, in mancipio vendendo dicendane vitia? non ea, que nisi dixeris, redhibeatur mancipi iure ciuili, sed hæc, mendacem esse, aleatorem, furacem, ebriosum, alteri, nempe Antipatro, dicenda videntur, Diogeni non videntur.

C verba à dilitione edicti hæc sunt, vt refert Paullus iurisconsultus. Liunt adiles. Qui mancipia vendunt, certiorum faciunt emtorem, quid morbi, vitii ve cuique sit: quis fugitiuus, erro ve sit: eaque omnia, cum ea mancipia veniunt, palam, ac rectè pronuntiant. quod si mancipium aduersus ea venisset, siue aduersus, quam dicitur, promissum ve fuit, cum veniret, fuerit: quod eius præstari oportere dicitur emtori, omnibusque, ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus, vt id mancipium redhibeatur.

D DES NVMMOS] emas, & pretiù soluas, videlicet octo nummorum millia. Nam non nisi pretio soluto res vèdita fit emtoris. M. Varro lib. 2. de re rust. cap. 2. Grex venditus dominum non mutauit, nisi sit as adnumeratum.

DEXCEPTA NIHIL TE SI F. I. ÆD.] si non offendaris serui fuga, quam ego tibi aperui,

ac pronuntiaui, & ideo præstare nolo, si fortè te domino fugerit. Excepta igitur, id est, quam ego excepi, ne eam præstem, si fortè fugerit. hunc seruum enim affirmavi tibi omni vitio, & morbo cære, præterquam quòd semel fùgit.

ILLE FERAT PRETIVM] mango ille pretiùm accipiat.

POENÆ SECVRVS] id est, non metuens, ne sibi sit pœna præstanda ex adilium edicto, etiam si seruus aufugerit. sic loquitur Virgil. lib. 1. Æneid. securus amorum Germana.

PRVDENS EMISTI VITIOSVM] sciès emisti seruum, quem fugisse tibi dixi. Verba sunt Horatij ad emtorem, per quem, Florù significat, ac describit. se autem cum seruo vitioso ea lege vendito comparat.

DICTA TIBI EST LEX] id est, ea lege tibi seruus venditus est, eo pacto, ea condicione. lex venditionis, id est, pactum & condicio venditionis. verbum est, abest à duobus cod. Vatic. Rainut. Card. Tornef. Clericani. & verisimile est fuisse à librariis adiectum.

IN SEQVRIS] vèditorem persequeris iudicio: cum venditore litigas.

DIXI ME] nunc totum illum superiorè sermonem ad se, & ad Florum accommodat.

PIGRVM] pigrum in scribendo: cessatorem. MANCVM] inutilem, atque ineptum ad talia officia, scribendi videlicet. est autem tralatio ab iis, qui manibus carent. sic Aristotel. lib. 1. de morib. ad Nicom. πεπρωμενους τοεις ἀπερτω, id est, vt ita dicam, mæcos ad virtutem, appellat, homines ad virtutem profus ineptos, atque inutilem. M. Tull. offic. 1. contemplatio nature manca sine actione. NE MEA SEVVS, &c.] ne tu seruus mecum iurgares, id est, ne me acriter obiurgares, q. nihil tibi referberem. In duobus codicibus Vatic. & Rain. Card. Iannoct. Tornef. vno Nicotiano scriptum est nulli rediret: non, vt in vulgatis, & aliis manuscriptis, nulla veniret. rediret autem, si cui fortè magis probabitur hæc scriptura, id est, remitteretur. dicitur enim remittere litteras, qui respondet alterius litteris. hæc altera porrò, quamvis videatur probabilis, potest refelli tamen. quid erant enim, cur Lollius de Honoratio quereretur, quòd non mitteret ad se litteras, si nullas ipse ad eum miserat: nunc autè cum prior scripserit, & Horatius nihil rescripserit, meritò eum accusat. Verum tamen mouit me pluriùm librorum auctoritas, cum vulgatis consentientium, vt receptam veniret, retinerem, non im probaturus, si quis rediret scribat.

SEVVS] asper, iratus, χαλεπος, vt suprà ad Od. 33. lib. 1. annot. est.

MECVM FACIENTIA] quæ me adiunãt, quæ meæ defensionì suffragantur. suprà pistola pro. & mecum facit, & Ioue indicat equo.

ATTENTAS] oppugnare, & labefactare conaris.

SUPER HOC] de hoc. sic Virgil. Æneid. 1. Multa

ac pronuntiaui, & ideo præstare nolo, si fortè te domino fugerit. Excepta igitur, id est, quam ego excepi, ne eam præstem, si fortè fugerit. hunc seruum enim affirmavi tibi omni vitio, & morbo cære, præterquam quòd semel fùgit.

ILLE FERAT PRETIVM] mango ille pretiùm accipiat.

POENÆ SECVRVS] id est, non metuens, ne sibi sit pœna præstanda ex adilium edicto, etiam si seruus aufugerit. sic loquitur Virgil. lib. 1. Æneid. securus amorum Germana.

PRVDENS EMISTI VITIOSVM] sciès emisti seruum, quem fugisse tibi dixi. Verba sunt Horatij ad emtorem, per quem, Florù significat, ac describit. se autem cum seruo vitioso ea lege vendito comparat.

DICTA TIBI EST LEX] id est, ea lege tibi seruus venditus est, eo pacto, ea condicione. lex venditionis, id est, pactum & condicio venditionis. verbum est, abest à duobus cod. Vatic. Rainut. Card. Tornef. Clericani. & verisimile est fuisse à librariis adiectum.

IN SEQVRIS] vèditorem persequeris iudicio: cum venditore litigas.

A Multa super Priamo rogans. Horatius Od. 8. lib. 3. Mitte ciuileis super vrbe curas.

NON M. C. MENDAX] in eo sim mendax, quòd non mittam carmina, quæ tu expectas, vt à me promissa: nõ mittam tibi carmina, quæ tu expectas, atque in eo sim mendax.

LVCVLLI MILLES, &c.] nunc se cù quodam Luculli milite comparat, significans, se pauperate, atque inopia rei familiaris coactum versum olim facere copisse, nepe victis Bruto & Cassio: nunc autem mediocriès facultates consecutum, videri sibi parum sanum futurum, nisi satius esse puter dormire, quàm versus scribere.

COLLECTA] paulatim parata, & cõparata: vel simpliciter congesta, & coacervata.

AD ASSEM] vique ad assem, id est, ita vt vix ci as vnus restiterit. festertius duos asseis, & semissemias quattuor denariolos Gallicos, seu vnù marketum Venetum vale, vt alibi diximus.

VEHEMENS LVPRVS] id est, acer aduersarius. metaphora est.

PRÆSIDIVM REGALE] Mithridatis milites aliquot in præsidio collocatos loco depulit, eòq; loco potitus est. sic loquitur M. Tull. Philipp. 8. Non est hostis is, cuius præsidium Claterna deiecit Hirtius. Et Hirtius, Deieci præsidium: Claterna potitus sum. & T. Luuius lib. 34. præsidium Hispanorum, quod in castello erat, vi deiecit. & Cæsar libro 3. de bello ciuili, & noctu militibus expositis, præsidium equitum deiecit. est etiam interdum præsidium locus ipse, vbi præsidarij milites collocati sunt. vt apud Lucrer. lib. 5. Condere caperunt vrbeis, arcemque locare Præsidium Reges ipsi sibi, perfugiumque. & apud M. Tull. Tuscul. 3. nec, qui propter metum præsidium reliquit, quod est ignavia.

MVLTV DIVERE] multis rebus referto. sic & Od. 8. lib. 4. nomen diues cum patrio casu iunxit. diuite me scilicet artium, quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas. cum sexto, sat. 2. lib. 1. Diues agris, diues positus in fenore nummis.

DONIS ORN. HON.] donis ornatur, quæ honorifica sint potius, quàm vtilia, aut fructuosa: quales sunt coronæ murales, obsidionales, vallares, ciuicæ, etiam si argenteæ, aut aureæ sint. quidam libri tamen habent, opimis.

D BISENASESTERTIA] viginti millia festertium nummùm. vide annot. ad epist. 6. lib. 1. de festertio.

SUPER] prætercæ. præter illa dona: vel si manuis, hoc modo: accipit bis dena sestertia, & amplius.

SVB HOO TEMPVS] paullo pòst hoc tempus, breui pòst tempore.

ADDEREMENTEM] addere animum: eum exacuere, & excitare.

LATVRVS] consecuturus, accepturus, vt sepe aliàs.

ILLECATVS] prudens, sollers, acutus: vt sup. Od. 10. lib. 1. Quis ferus cultus hominum recitum Voce formasti catus.

QVI ZONAM PERDIDIT] prouerbiù conuenit in hominè pecuniæ inanem, & exhaustum: natumque est à veteri militù cõsuetudine, qui nutmos in zona portabant. Gracchus apud Gell. lib. 15. Cum Roma profectus sum, zonas, quas plebas argenti extuli: eas ex provincia in aneis retuli, quod item his verbis Plutarchus in Gracchis, μόνος δὲ τῶν στρατευσα μέγιστος πλῆρες τὸ βαλάντιον ἐπερλωχός, κενὸν ἐγένονο χίμαιρα. Vnde sector zonarius apud Plautum vt βαλαριποτόμος, id est, crumena sector.

ATQVE DOCERI, IRATVS GRAIIS QV.] id est, Iliadem Homerì Romæ didici: in qua nihil aliud docet Homerus, nisi quantum Achillis ira Gracis nocuerit.

ADIECERE BONÆ PAVLLO PL. AR.] Athenis paullo plus mihi accessit doctrinæ. Illic enim philosophiæ operam dedi, quæ docet verum à falso, honestumque à turpi distinguere.

SCILICET VT POSSEM] hæc quidam ad geometriæ studium referunt, quæ curuarum, & reclarum linearum doctrinam continet: ego translata curuum pro prauo accipio, & totum hunc locum ad philosophiæ studium referendum puto. Verisimilius est enim Horatiù geometriã, & mathematicas artes Romæ didicisse, vt pote artes pueriles, & sine quibus ad philosophiam accedere non oportet.

ATQVE INTER SILV. ACAD.] Scribit M. Tull. Academic. lib. 1. Academicos philosophos, qui erant cum Aristotele, Peripateticos esse dictos, quia disputabant inambulantes in Lycio: eos autem, qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium, cœtus erant, & sermones habere soliti, ex loci vocabulo nomen habuisse. Academicorum nouorum est de omni questione proposita disputare in vtramq; partem, nulli rei assentiri, & cohibere assensum, quod illi appellant ἐπέχειν. fuit enim & vetus Academia: cuius princeps Plato (nam inter veteres Academicos, & Peripateticos nihil ferè interest) & noua: cuius auctor Arcesilas. vide M. Tull. libros Acad.

QVI ZONAM PERDIDIT] prouerbiù conuenit in hominè pecuniæ inanem, & exhaustum: natumque est à veteri militù cõsuetudine, qui nutmos in zona portabant. Gracchus apud Gell. lib. 15. Cum Roma profectus sum, zonas, quas plebas argenti extuli: eas ex provincia in aneis retuli, quod item his verbis Plutarchus in Gracchis, μόνος δὲ τῶν στρατευσα μέγιστος πλῆρες τὸ βαλάντιον ἐπερλωχός, κενὸν ἐγένονο χίμαιρα. Vnde sector zonarius apud Plautum vt βαλαριποτόμος, id est, crumena sector.

ATQVE DOCERI, IRATVS GRAIIS QV.] id est, Iliadem Homerì Romæ didici: in qua nihil aliud docet Homerus, nisi quantum Achillis ira Gracis nocuerit.

ADIECERE BONÆ PAVLLO PL. AR.] Athenis paullo plus mihi accessit doctrinæ. Illic enim philosophiæ operam dedi, quæ docet verum à falso, honestumque à turpi distinguere.

SCILICET VT POSSEM] hæc quidam ad geometriæ studium referunt, quæ curuarum, & reclarum linearum doctrinam continet: ego translata curuum pro prauo accipio, & totum hunc locum ad philosophiæ studium referendum puto. Verisimilius est enim Horatiù geometriã, & mathematicas artes Romæ didicisse, vt pote artes pueriles, & sine quibus ad philosophiam accedere non oportet.

ATQVE INTER SILV. ACAD.] Scribit M. Tull. Academic. lib. 1. Academicos philosophos, qui erant cum Aristotele, Peripateticos esse dictos, quia disputabant inambulantes in Lycio: eos autem, qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium, cœtus erant, & sermones habere soliti, ex loci vocabulo nomen habuisse. Academicorum nouorum est de omni questione proposita disputare in vtramq; partem, nulli rei assentiri, & cohibere assensum, quod illi appellant ἐπέχειν. fuit enim & vetus Academia: cuius princeps Plato (nam inter veteres Academicos, & Peripateticos nihil ferè interest) & noua: cuius auctor Arcesilas. vide M. Tull. libros Acad.

DVRA SED EMOVERE] dura temporaria, difficilia, turbulenta, bella ciuilia me Athenis extruserunt, atque expulerunt. emouere autem habent duo Vat. cod. Iann. Torn. Ruffard. quæ scriptura recta est.

ÆSTVS] motus ciuilis. tralatio est à mari. est enim æstus, maris feruor, & incrementum. vide sup. annot. ad Od. 7. lib. 2. fretis æstuosis.

CÆSARIS AVGVSTINON RESP. I. A. C.] motus ciuilis me abstulit ad partes Brutinas, & Cassianas, quæ viribus, & copiis Augusti non erant futurae pares. Fuit enim Horatius tribunus militum sub Bruto, vt dicit ipse Od. 7. lib. 2. O saepe mecum tempus in vltimù Deducit Bruto militia duce, &c.

SIMVL] statim vt: simulatq; alibi notatū est. Ee e ij

A PHILIPP] vrbs in Thracia à Philippo cōdita, apud quam C. Octavianus Cæsar, & M. Antonius aduersus Brutum, & Cassium pugnarunt, sup. Od. 7. lib. 2. *Tecum Philippus, & celerem fugam sens, relicta nō bene parmula.* & Od. 4. lib. 3. *Non me Philippus versa acies retro, Deuota non exiit arbor.*

DECISIS HVMI L. PENNIS] bonis amissis demissum, tristem, atque abiectum. *decisis pennis* tralatio est ab auibus, sic M. Tull. ad Attic. lib. 4. *Qui mihi pennas inciderunt, nolunt easdem renasci.* Nonnulli libri vet. habent *pinnis*.

PAUPER TAS IMPVLIT AVD.] audacem paupertatem appellauit aptissimo, & verissimo epitheto. nulla enim res est, quæ magis impellat homines ad facinus, iniuriamque alteri inferendam, quàm paupertas. Itaque, quo modo non facile reperitur in diuite, & potente temperantia: sic haud temere in homine egente, aut paupere iustitiam inuenire possis. Non male igitur Plato lib. 8. de rep. perspicuum est (inquit) quæ in ciuitate mendicos videris, in ea ciuitate fures, crumenatum sectores, sacrilegos, & omnium huiusmodi malorum opifices latitare. verba Platonis sunt hæc, *Δηλον ἄρα, ὡδ' ἔγω, ἐν πόλει, ἢ ἐν ἴδησι πτωχὸς, ὅτι οἱ σὺ ἐν τῆσδε πότει σπουδερῶς μὲν κλέπτει, καὶ βαλαιοποτόμοι, καὶ ἰερόσυλοι, καὶ πάντων τῶν τοῖσταν κακῶν δημιουργοί.* Et apud eundem lib. 1. *Senex ille Cephalus, eō sibi magnas opes profuisse dicit, quod, cum hominem senem ferē pœnarum earum, quæ hominibus iniustus apud inferos dicuntur impendēre, cogitatio, metūsque maxime terrere soleat, sæpe cum animo suo de inferis cogitantem, & dubitantem vtrū illa, quæ olim, vt fabulosa, irridebat, vera sint, necne: ipse numquam quicquam egestate coactus, iniuste læserit, neminem scellerit, nec fraudarit, omnia deniq; quæ debuerit tū diis immortalibus, tū hominibus, persoluerit, rei familiaris copias fretus: ita fieri, vt dulcissima spe futurorū crectus, conscientiaque iustē, & innocenter actæ vitæ sustentatus, tranquillam senectutē traducat.* Theognis irem fateatur, scilicet, vclit, nolit, multa flagitiosa, ac turpia à paupertate doceri, si modò de se loquitur, ac non de quouis, qui hoc onere prematur, his verbis, *Ἄ δ' εὐλοῖ πεινῆ, πὶ ἐμοῖσι καθήκον ἄμοις Σάμα κατασχέυεις, καὶ νόον ἡμέτερον, Αἰσχρὰ δὲ μὲ' ὄσκι ἐγέλοντα βίη, καὶ πολλὰ δῖδασκίεις, Ἐσθλὰ παρ' ἀνθρώπων, καὶ καλ' ὅπισθ' ἰδύων.* id est, dō mīsera paupertas, quid meis humeris insidens, corpus & mentem dedecoras? Turpia autem me non volētem & inuitū multa doces, ea, quæ apud homines honesta sunt, sciētem? Vtrūm quemadmodum negati non potest, paupertatē improbos, & ignauios homines natura, ad facinus, ac maleficium stimulare: quod & Hesiodus cōfirmat his versibus, *ἐργ. καὶ ἦμ. Πόλλ' ἄδ' ἀεργὸς ἀνὴρ κενεῖτο ὅτι ἐλπίδα μύμων, Χρυσὴν βίβωτο καὶ παρσελέξαστο θυμῷ.* id

est multa autē mala homo ignauius inanem spem fouens, egens victu, in animo suo agitare solet: sic dubium non est, quin eadem bonorum, virorum animos exfuscitet, industriā acuat, artē eliciat, atque excitet. nota sunt illa Theocriti *ἐν ἀλιεῦσιν εἰδ. κα. Α πεινῆ, Διδόφατε, μὴ παρὲς τὴν γαίαν ἐργάσει. Αὐτὰ τῷ μυχθῶσι διδάσκειλος ἔδδ' ἄρ' εὐδ' ἐν Ἀνδράσιν ἐργατῆναι καὶ καὶ παρέρχοντι μέριμνα.* id est, Paupertas, dō Diophante, sola artē excitat: ipsa laboris magistra est. Neq; enim dormiendi facultatem hominibus operariis præbent improba cura: Itaque hoc loco Horatius se à paupertate impulsū esse ait, vt versibus scribendis operam daret. Cum his cōgruunt illa Persiana: *Quis expeditur p̄staco suum χεῖρε, Dichasque docuit nostra verba conari? Magister artū, ingentique largitor Venter, negatū artifex sequi voces.*

SED, QVOD NON DES. HAB. QVÆ P O T E R. & C.] Hunc locum à nemine video satis explicatum. dicitur ergo is habere, quod desit, qui suis bonis ita abstinet, quāq; ita eis parcat, vt ei deesse videantur: & qui nō explet cupiditates naturalis, ac necessarias. cōtrā, habere quod nō desit, is, qui non inuitus, quāq; liberaliter, & incūdē vitur iis, quæ habet, cum opus sit, & cum res postulet: qui nō defodit ea, quæ quaesierit. Vulgò enim dici solet, avaris tam id, quod habet, deesse, quàm, quod non habent, propterea scilicet, quod illis, quæ habent, nō audent vtī, ad hunc locum pertinent illa Od. 16. lib. 3. *Magna inter opes inops.* & Od. 17. e. *Egens benigna Tantulus semper dapis.* & epist. 2. lib. 1. *Semper avarus eget.* & sat. 3. lib. 2. *Pauper Opimius argenti positi intus, & auri.* Præterea proponatur mihi aliquis quātumuis diues, & copiosus: si is sumtus faciat suis fructibus maiores, huic etiam res suæ decerunt. Luxurioso enim, & profuso homini, quantumuis locupleti, desunt omnia, quod elegantissimo carmine declarat Catullus in quendam, quem Mentulam nominat, *Firmano salu non falso Mēula diues Fertur, qui tot res in se habet egrogias: Aucupium omne genus, pisces, pratæ, arua, ferāsque. Nequicquam si fructibus exsuperat. Quare cōcedo sit diues, dum omnia desint: saltem laudemus, dum tamen ipse eget.* Quod si cui hæc huius loci explanatio non probetur, afferam alteram, non admodum tamē dissimilem: vt intelligamus, nos habere, quod non desit, vbi certum, & annuum vēstigal habemus, quod ex fructibus fundi, aut villæ alicuius ad nos quotannis redeat, quemadmodum Horatius fundi sui Sabini fructibus sumtus ad victum, cultūq; necessarios sufferebat. Itaque, quod nō desit, sic interpretabimur, quod ad me quotannis redeat, & quod perpetuò suppeditet mihi sumtus necessarios. sed hæc explicatio ad priorem reuoluitur. Nam si, qui fructus habeat annuos, id est, de fundo aliquo fertili, & fideli quotannis nascentis, is vel eis non vtetur liberaliter, & libetere: vel sumtus faciet fructibus illis maiores: egetbit. Itaque non habebit, quod non desit. Recipienda igitur

prior

C earum, quæ hominibus iniustus apud inferos dicuntur impendēre, cogitatio, metūsque maxime terrere soleat, sæpe cum animo suo de inferis cogitantem, & dubitantem vtrū illa, quæ olim, vt fabulosa, irridebat, vera sint, necne: ipse numquam quicquam egestate coactus, iniuste læserit, neminem scellerit, nec fraudarit, omnia deniq; quæ debuerit tū diis immortalibus, tū hominibus, persoluerit, rei familiaris copias fretus: ita fieri, vt dulcissima spe futurorū crectus, conscientiaque iustē, & innocenter actæ vitæ sustentatus, tranquillam senectutē traducat. Theognis irem fateatur, scilicet, vclit, nolit, multa flagitiosa, ac turpia à paupertate doceri, si modò de se loquitur, ac non de quouis, qui hoc onere prematur, his verbis, *Ἄ δ' εὐλοῖ πεινῆ, πὶ ἐμοῖσι καθήκον ἄμοις Σάμα κατασχέυεις, καὶ νόον ἡμέτερον, Αἰσχρὰ δὲ μὲ' ὄσκι ἐγέλοντα βίη, καὶ πολλὰ δῖδασκίεις, Ἐσθλὰ παρ' ἀνθρώπων, καὶ καλ' ὅπισθ' ἰδύων.* id est, dō mīsera paupertas, quid meis humeris insidens, corpus & mentem dedecoras? Turpia autem me non volētem & inuitū multa doces, ea, quæ apud homines honesta sunt, sciētem? Vtrūm quemadmodum negati non potest, paupertatē improbos, & ignauios homines natura, ad facinus, ac maleficium stimulare: quod & Hesiodus cōfirmat his versibus, *ἐργ. καὶ ἦμ. Πόλλ' ἄδ' ἀεργὸς ἀνὴρ κενεῖτο ὅτι ἐλπίδα μύμων, Χρυσὴν βίβωτο καὶ παρσελέξαστο θυμῷ.* id

D est multa autē mala homo ignauius inanem spem fouens, egens victu, in animo suo agitare solet: sic dubium non est, quin eadem bonorum, virorum animos exfuscitet, industriā acuat, artē eliciat, atque excitet. nota sunt illa Theocriti *ἐν ἀλιεῦσιν εἰδ. κα. Α πεινῆ, Διδόφατε, μὴ παρὲς τὴν γαίαν ἐργάσει. Αὐτὰ τῷ μυχθῶσι διδάσκειλος ἔδδ' ἄρ' εὐδ' ἐν Ἀνδράσιν ἐργατῆναι καὶ καὶ παρέρχοντι μέριμνα.* id est, Paupertas, dō Diophante, sola artē excitat: ipsa laboris magistra est. Neq; enim dormiendi facultatem hominibus operariis præbent improba cura: Itaque hoc loco Horatius se à paupertate impulsū esse ait, vt versibus scribendis operam daret. Cum his cōgruunt illa Persiana: *Quis expeditur p̄staco suum χεῖρε, Dichasque docuit nostra verba conari? Magister artū, ingentique largitor Venter, negatū artifex sequi voces.*

A prior explicatio est, vt intelligamus vno verbo, eum habere, quod nō desit, qui sumtus faciat moderatos, & fructibus, aut vēstigalibus suis æqualis. Itaque si dixisset hoc modo Horatius: nunc autem cum abundem rebus ad victum, cultūq; necessariis: non essem sanus, si versus scriberem: dubitare posset aliquis, vtrūm quod Horatius copius rei familiaris auctus sit, iccirco copiosior, & locupletior, beatiore denique sit habēdus, necne, cum plerumque videamus euenire, vt ditissimus, & copiosissimus quisque, vel idem sit illiberalissimus, parcissimus, ac, pœne dicam, egentissimus: vel omnia sua profundat, ac perdat. Huic igitur dubitationi statim occurrens, cum habeam (inquit) ea bona, non qua tangere, aut minucere veare, sed quibus libenter vtar: neque rursus, quæ sumtibus immoderatis exhauriam: sed quibus necessarias, aut etiam naturales cupiditates expleam: quæ me cucurbitulæ satis expurgare possent, nisi dormire, quàm versus scribere, malle? Od. 1. e. *fic loquitur de se, hand parauero quod aut avarus vt Chremes, terra premam: Disingentus aut perdam vt nepos.*

QVÆ POT. VMQV. SAT. EXPVRG. SICVIÆ] scio in omnibus libris excusis legi cicutæ: Acronēque, & ceteros cicutam accipere pro elleboro, quod ita absurdum est, vt mirer, & illis venire vniquam in mētem potuisse, & à tot viris doctis, qui Acronem vsque ad hæc tempora secuti sunt, approbatum esse. Nam primūm cicutæ, quam Græci κανέιον vocāt, immoderato frigore enecat: vt sat. 1. lib. 2. *sed mala tollet anum vitiatō melle cicutæ.* & Od. 3. e. *Edid cicutis allium nocentius:* ita vt sit medicamentum pestiferū, non salutare. elleborus autem atram bilem exhaurit. Deinde cicutæ non adhibetur à medicis ad purgandum, neque vim habet vllam purgandi: elleborus & habet vim purgandi maximam, & quotidie ad hunc vsum solet adhiberi. Quare neque hæc scriptura vllō modo ferenda est, neque hoc nomen huic loco conuenire potest, meo quidem iudicio. Quid igitur dicēdum? alterum, opinor, è duobus, vel cicutas hoc loco significare cucurbitulas, quæ corporibus admodum vitiosum sanguinem eliciēdum: quod mihi verisimile non fit, cum à nemine Latino hæc vox ad hanc rem significandam sit vsurpata: vel legendum *scivias*, siue *sciyas*: quæ vox Græca est, Galeno, & ceteris medicis Græcis admodum vsitata: quas Latini cucurbitulas, seu cucurbitas appellant. Corn. Celsus lib. 3. cap. 27. *sed ieiunio, cum benè iam concoxerit, cucurbitula quosq; saepe dolenti parti admodum sunt.* de voce autem σικύα, existant exempla apud Plutarch. Galen. Hippocr. Plutarch. *Ἐξ πολυπραγ. ὡσπερ αἱ σικύα τὸ χρεῖστον ἐκ τῶν σαρκῶν ἐλάσσιν, ἔπω τὰ τῶν πολυπραγμῶν ὡπὰ τῆς φαυλοπαθῆς λόγῳ ὅπισθ' ἰδύων,* id est, quemadmodum cucurbita p̄ssimum quicquid ex carne, seu ex corpore ducunt: ita curiosorum aures p̄ssimos quosque sermones attrahunt. Galenus libro de cucurb. σικύα

δύναται τὴν ἕλλη κενώσαι, ὁδὸν δὲ λῦσαι. φλεγματὴν μειῶσαι, ἐμπνευμάτων ἀναφορῶσαι, ὁρέξεις ἀναλίσσαι. &c. id est, cucurbita potest materiam exinanire, dolorem sedare, inflammationem minuere, insulationem digerere, appetitiones recuperare, &c. idē ibid. *Ἐξ τῆς σαρκὸς ὅπισθ' ἰδύων.* Hippocr. de antiq. medicina: *δύναται ἡ σικύα σπῶν τῶν σαρκῶν ἐλάσσει, καὶ ὅπισθ' ἰδύων,* id est, cucurbita vim habet eliciendi, & extrahendi ex carne. Nicander θηριακοῖς in extrem. *Καὶ μὴν καὶ σικύου χαλκῶρεα λοιγῶι τῶν βι Προσμάξας, ἴοντε καὶ ἀθρόον αἷμα κενώσας:* id est, Et verò cucurbita area, seu ferrea, graui vulnere admota, venentum, & densum sanguinem exinanies, seu exhauries. Neque est quod quemquam moueat, quod secunda syllaba huius vocis apud Nicadrū corripitur, cum apud Horatium necessario hæc syllaba debeat esse longa. nam cum Græci dicunt & σικύα, per u in secunda syllaba, & σικύα, per diphthogum impropriam, licet eam syllabā in versu vel corripere, vel producere. Solet autem Horatius non solum Græcis loquendi generibus vtī, qualia sunt, *venis debes ludibrium, patiens vocari Cæsariū vltor, desine mollium querelarum, decipitur laborē, Celso gaudere,* &c. sed etiam nominibus Græcis: qualia sunt hæc, *diata, amythus, balanus, cichorēum, acinaces,* (quamquam hoc est Persicum porius) *apotheca, cardiacus, lethargicus, lethargus, colyrium, melos, epos, elleborus, onyx, pyga, pyrgus, symphonia, periscelis, lachanum, archaici lecti, nomisma,* & pleraque alia. Quo fit, vt facilius adducar ad credendum, eum hīc quoque Græco nomine σικύας vsūm esse, quod significat cucurbitam, seu cucurbitulam. Hæc igitur erit huius loci sententiā. quibus cucurbitis satis expurgari poterit: quæ cucurbita sanguinem vitiosum ex vniuerso meo corpore exhaurire poterunt, nisi melius ellē putem dormire, quàm versus scribere: est autem tralatio perpetua à corpore non sano, & corrupto, ad animi (vt ita dicam) insanitatem, qua significat, se parum sanæ mentis meritò vsūm iri, si nūc, cum ei bona suppetant, quibus vtī & velit, & possit, versus scribat potius, quàm dormiat. Cum hæc iam pridem scripserim, aliquot annis p̄st vir doctissimus Adr. Turnebus, collega meus, nuper immatura morte nobis & suis omnib⁹ creptus, lib. 21. cap. 8. aduersar. scripsit, Horatium aut posuisse hīc cicutas pro herbis medicatis, & purgantibus: in quibus omnibus virosus quidam succus inest, & malo medicamento proximus, aut respicientem ad ferulaceos, & cicutis similes ellebori caules, cicutas dixisse, vt intelligamus ex caulium ellebori cicutis, elleborum cicutam ab eo esse appellatum: aut sermone satyrico, & iocoso vsūm, elleborum cicutam ad medicamentorum insaniam vocasse, aut venenatam medicamentū specie pro salutari ioculariter posuisse. Sed ignoscāt mihi Turnebi manes. nihil eorum, quæ ille hæsitās, & dubitans asserit, probari, aut ferri potest. & minor hæc ei tam absurda, & frigida in mētem vni-

E e e iij

A quam venire potuisse. Nā neque cicuta pro herbis medicatis & purgantibus vsurpatā sunt vniquam à quoquam Latinorum, neque cicuta pro el掖oro, neque species pro contraria specie poni potest. Quod autem Scaliger F. putat hoc ita dictum esse ab Horatio, non quod voluerit morbum suum cicuta expurgari posse, aut non posse, sed augēdā rei causā, vt cum dicimus, *Totus Oceanus te non abluerit*: quemadmodum Persius dixit, *mascula bilis Intumuit, quam nō exstinxerit vna cicuta*. nemo enim sanus (inquit ille) dixerit bilē cicuta deijci posse, sed & Horatius & Persius cicuta nomē propter illius violentiā vsurparūt: pace Scaligeri, iuuenis pereruditi, & mihi amicissimi, dixerim, nihil pertinent verba Persij ad hūc Horatij locum. Persius enim cūm bilis magnitudinem significare veller, cicutam propter eius fritus acerrimum, & violentissimum sumisit, neque solū ita dixit, tantam esse bilem, vt eam cicuta exstinguere non possit, sed vt cā vna cicuta exstinguere non possit. Hic autem Horatius neque de bile agit, neque vitur verbo exstinguēdi: sed primūm de scribēdi scabie, aut prurigine loquitur: deinde vitur verbo purgandi, nō exstinguēdi. At cicuta exstinguere fortasse bilem potest: purgare autem nullo modo, at si cicuta ne exstinguere quidem bilem potest, dictum est tamē venustē ὑπερβολικῶς *bilem vna cicuta non exstinxerit*, ad significādā bilis magnitudinem: quod ad hūc Horatij locum quadrare non potest. Quidam alius item doctus putabat per cicutas, calamos, & tannas significari, in quibus veteres non letalia solū, verūm etiam salutaria condere solebant, & ex eis sumere medicamentum, & deorare, seu exorbere, quemadmodū aiunt Demosthenem venenū ex calamo hausisse. Equidem nō negarim, cicutam pro calamis vsurpari, vt apud Virgil. Alexid. *Est mihi disparibus septem compacta cicutis fistula*. Sed puto veteres solitos esse venenum seruare in calamis in rebus dubiis & aduersis, vt sua voluntate potius, quā cū cruciatu morerentur, aut in aduersariorum potestatem venirent: eos autem, qui incolumi essent fortuna, quique suis rebus non diffiderent, non puto venenum salutare in cannis seruare, neque ex cannis forbere consueuisse.

D PRĒDANTVR] quasi prādando carpunt, seu rapiunt potius.

TENDUNT] contendunt, conantur: vt saepe aliās.

EXTORQUERE] tribus verbis lectissimis idem pēnd significantibus vsus est *prædari, eripere, extorquere*. significat tamen hoc postremo, se poemata adhuc retinere, neque ea facillē sibi adimi posse, quamuis atas cetera abstulerit.

QVID FACIAM VIS?] quid vis faciam? quid mihi faciendum censēs?

ODENIQVE TRITISSIMA OMNES EADEM M.] sententia est tritissima, quā & Pindarus expressit ἔδ. 1. πῦρ. καὶ γὰρ ἐτέροισιν ἐτέρων ἔρωσ

ἔρωσ ἔε φένας, id est, namque alij aliis rebus delctantur. Virgilius in Alex. *trahit sua quemque voluptas*.

CARMINE] heroico, quod epos appellat sat. 10. lib. 1. *forte epos acer, vt nemo, Varium dicit*. ex quo epici poetæ nominantur, qualis Homerus, Antimachus, Apollonius, Ennius, Virgilius. & infra eadem epist. *Carmina compono, hic legos*. aliās pro quouis carmine, vt Od. 14. epod. *Inceptos olim promissum carmen iambos*.

BIONIS SERMONIBVS] comædiis, comicis versibus, à Bione Aristophanis patre.

ET SALE NIGRO] & salibus amaris, ac mordacibus, quales sunt veteris comædiæ. satyra 10. lib. 1. de Lucillio, *at idem quod sale multo vrbem defricuit, charta laudatur eadem*.

TRES MIHI CONVIVÆ, &c.] pulcherrima similitudine à conuiuii ducta, qui palato & gustandi sensu plurimum saepe inter se dissidere solent, iudicij hominum de poetis dissimilitudinem, ac varietatem ostendit.

ACIDVM] acidum, ab acore, aut à verbo acisco ductum est.

PRÆTER CETERA ME] ἄλλοις τοῖς λόγοις. alia ratio, propter quam scribendis versibus modum constituere debeat, nempe occupationes, & curæ rerum alienarum. hunc versum autem, qui turbato ordine verborū antea inconcinne ita legebatur, *Præter cetera Roma mēne, &c.* ego & veterum lib. auctoritatē secutus, & à Gabriele Faerno admonitus, in suam pristinam concinnitatem restitui. *Præter cetera me Romā ne, &c.*

SPONSVM] fidei iustum, vt sat. 3. lib. 2. *Prodiderit commissi fide, sponsum ve negarit*. & sponfor, fidei iustor. sat. 6. lib. 2. *Roma sponforem me rapis*. & epist. de arte poet. *Et spondere leui pro paupere*. est autem spondere, iubere sua fide alteri pecuniam credere.

HIC AVDITVM SCRIPTA] criticus enim erat Horatius. epist. de arte poet. *si quid tamen olim scripseris, in Mecl descendat iudicis auribus, Et patris, & nostris*.

CVBAT HIC IN COLLE QVIRIN] amplificatio à locorum distantia. nam inter collem Quirinalem, & Auentinum intercedunt forum Rom. templum Iouis Feretrij, Capitoliū, Palatium. Quirinialis autem dictus à Curcibus, vel à Quirino.

EXTREMO IN AVENTINO] in extrema parte montis Auentini. Auentinum collem alij ab auibus; alij ab rege Auentino Albano, quod ibi sit sepultus: alij ab aduentu hominum: Varro ab aduētū, quia olim paludibus ab reliquis erat discifusus, dictum putat. Iam quod addit *extremo*, id non temerē. Auentinus enim omnium collū est longissimus: à ceteris separatus: duobus verticibus sursum erectus.

INTERVAL. VID. HVM. COMM.] vides interualla humano more commoda, hoc est non admodum commoda, vt sunt res huma-

E

F

G

H

A nā, quæ ferē sunt incommoda potius, quā commoda.

VERVM PRÆ SVNT] sic habent tres cod. Vatic. & Iannoct. Tornes. & vulgati Aldini & Nicor. & Cleric. & Russ. quam scripturā quidam corruperant, & plures supposuerant. sic igitur hūc locū explico. Verūm dicit aliquis: Romā vias esse puras, id est, non impeditas, sed patentes, & latē explicatas, & vacuas: per quas iter facere meo cōmodo possim, ita vt nihil mihi impedimento sit, aut obster, quo minus meditari, & facere versus queam. sic vitur hoc nomine T. Liuius lib. 24. *postero die signis collatis dimicaturum puro, ac patenti campo: vbi sine vlla insidiarum metu vera virtute geri res passet*. & Varro lib. 4. de lingua Lat. loca pura appellat, non adificata. sic ille locū in vrbe pura, arca. Virg. lib. 12. *Æn. sed stirpem Teucris nullo discrimine sacrum sustulerant, puro vt passent concurrere campo*. Et iuriscōsulti locum purum appellant, qui neque sacer, neque sanctus, neque religiosus est.

B FERSTINAT CALIDVS, &c.] respondet superiori illi obiectiōni, negatque ita esse. CALIDVS] audius: vel laboriosus. & in perferendo labore pertinax: vel studio incensus. ex quo nata sunt hæc loquēdi genera calere & flagrare studio rei alicuius. epist. superiore: *caler vno scribēdi studio: & res caler, & calefacere aliquem M.* Tull. ad Att. lib. 4. *itaque iudicia calent*. & Verr. 3. de anteat. *posteaquam satis calere res*

C Rubrio visa est. Idem pro Plancio. illud verō crimen de nummis, quos in circo Flaminio deprehensos esse dixisti, caluit re recente. Idem ad Qu. Frat. lib. 3. eodem die Gabinium ad populūm luculentē calefecerat Memmius. sic vt Calidus verbum facere pro eo non licuerit. Sueton. in Augusto. *fortissime aleatorum calfecimus*. Cæcl. ad Cicer. lib. 8. epist. *si Parthi vos calfaciunt, nos hic frigore frigeamus*. Idem ad eundem. *quod tibi supra scripsi, Curionem frigare: iam caler*.

REDEMPTOR] qui opus faciēdum condixit: ἐργολάβος vocant Græci. Od. 1. lib. 3. *huc frequens Cæmentā demittit redemptor Cum famulis operum solutis*.

D TORQVET] torquendo attollit, vel ad eū locum, quod opus est, admouet. Nam machinis & saxa ad murorum structuram, & tigna ad tectorum, fastigiorūmq; contignationem attolluntur. Lucret. lib. 4. *Quippe etenim ventus subtrili corpore tenuis Trudit agens magnā magno molimine nauim: Et manus vna regit quantouis impete euntē, Atque gubernaculum contorquet quodlibet onum: Multaque per tracheas, & tympana pondere magno Commouet, atq; leui sustollit machina nisu*. M. Tull. Verr. 3. *omnes ille columnæ, quas dealbatas videtis, machina apposita, nulla impensa, & diēctā, eisdemque lapidibus reposita sunt*. & illud apud Græcos, θεός ἄπο μηχανῆς.

TRISTIA ROEVSTIS, &c.] id est, in plateis existunt præterea aliæ turbæ, clamores,

& angustia propter concursum funerū, & plaustrorum, cūm hæc funus præcedit, illac plaustra, & vehicula trahuntur. simile illud est sat. 6. lib. 1. *at hic si plaustra ducenta, concurrantque foro tria funera, &c.*

LVCTANTVR] tralatio est, vt Od. 1. lib. 1. *Luctantem Icareis fluctibus Africum, &c.* proprie illud epist. ad Aug. *Pallimus, & luctantur Achivis doctus vntis*.

RABIOSA CANIS] hoc animal omnium ferē est rabie infestissimum. Itaque rabiem aiunt morbum esse caninum. Virg. Georg. lib. 3. *Hinc canibus blādīs rabies venit*. idem *Æneid. 7. Hic subit am canibus rabiem Coeytia virgo Obijcit, & noto nareis contingit odore*.

LVTVLENTA] sup. epist. 2. lib. 1. vel *amica luto sua*. Idem de Lucillio sat. 4. lib. 1. vitur eodē nomine, *Cum flueret lutulentus, erat quod tollere velles*.

IN VN C] ironia est, vt sup. epist. ad Numicium lib. 1. *I nunc, argenti, & marmor vetus, eras, & artis suspice*. significat enim his verbis se planē aliud sentire, quā quod loquitur: proinde ac si ita diceret. fieri omnino non potest, vt in tanta turba, tantōque strepitu quisquam versus meditari possit.

SCRIPTORVM CHORVS OMNIS, &c.] poetæ solitudinē, & loca ab arbitris remota quarunt: vrbeis, & celebratam fugiunt, sic epist. de arte poet. *secretā peti loca, balnea vitat*.

CONTRACTA] non admodum latis viis impressa, in angustiis posita, angusta, obsecura, quæ vix appārent, quæ difficile est persequi. notant tamen veteres interpretes, aliās legi *contracta*: quam scripturam ego quoque reperi in sex libris manuscriptis.

INGENIVM, SIBI QVOD VACVAS, &c.] huius loci hæc sententia est: si, qui Athenis in vrbe tranquillissima, & quietissima septē annos in studio litterarum, & philosophiæ versati sunt, leniūmq; propemodum ex assidua lectiōne, & cura contraxerūt, ita plerumque hebetes, atque infantes euadunt, vt populo risum moueant: quī fieri potest, vt ego in vrbe negotiosissima, tot occupationibus, & curis distractus, versus lyricos scribam? argumentum est à minori, hoc modo: ex vrbe quietissima & otiosissima existunt homines muti, qui tamen in senuerunt libris, neque strepitu, aut turba, aut occupationibus impediti fuerunt, quo minus scriberēt: quāto magis ex vrbe Roma? vel quanto difficilior est in vrbe Roma versus scribere? Vrbane autem & satyricę significat, interdum immoderatū studium, & immodicam librorum lectiōnem efficiere homines ridiculos atque hebetes.

INSENVITQVE LIBRIS, ET CVRIS] sic epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Inmoritur studiis, & amore senescit habendi. Insenuit libris autē, id est, ex librorum lectiōne leniūm contraxit*.

STATVA TACTVRYNIVS EXIT] si- E c c i i i j

Agnificat *εὐπαρόδω*, immoderato, & intempé-
 stiuo studio ingenii obtundi potius, quam acui.
RISV POPVLVM QVATIT] omnibus
 risum excitat maximum. risum *συγκέσσιον* vo-
 cant Græci, qui ita multus erumpit, vt totū cor-
 pus concutiat.
DIGNER? dignum esse putem connectere
 verba sonum iyræ motura, id est, carmina ad ly-
 ram canenda?
CONSULTI] iuriconsulti. lib. de arte poet.
consultus iuris, & actor Causarum medicorum. Od. 34.
 lib. 1. *In sanientis dum sapientia Consultum erro.*
GRACCHVS VT HIC ILI FORET,
 &c.] id est, vt iuriconsultus fratrem suum ora-
 torem, Gracchum appellaret: orator iuriconsul-
 tum, Mucium Scauulam salutare. De Mucio sic
 M. Tull. de claris orat. *Mucius autem augur, quod
 pro se opus erat, ipse dicebat, vt de pecuniis repetundis
 contra T. Albucium. is oratorum in numero non fuit:
 iuris civilis intelligentia, atque omni prudentia genere
 præstitit.* ibidem de Ti. Graccho, *Primum in Ti.
 Graccho, Cuiusque Carbone talis mens ad Remp. bene
 gerendam fuisse, quale ingenium ad bene dicendum fuit.
 profectio nemo his viris gloria præstitisset.* Hi igitur
 fratres (vt innuit Horat.) mutuo testimonium
 dabant.
CARMINA COMPONO] *ἔπη.* loquitur
 autem Horatius non de se: sed de stultis, & ni-
 mium sua mirantibus poetis, sub sua tamen per-
 sona, vt minore inuidia alios reprehendat, cum
 ne sibi quidē parere videatur: vt epist. ad Aug.
Multa quidem nobis facimus mala sepe poeta.
CALATVMQVE NOV. MVVS. OP.]
ἰσοβαλκιδες, & ἰσωνικῶς dictum: quasi à no-
 uem Musis excultum, atque elaboratum.
QVANTO MOLIM.] quanto apparatu,
 quam operosè, moliantur enim, qui quippià ma-
 gno labore conantur: vt lib. de arte poet. *Oppida
 cæperunt moliri.* & Od. 1. lib. 3. *Cur inuidendū postu-
 bus, & nouo sublimè ritu moliar. atrium?* sententia
 huius loci hæc est, Primum hoc vide, quam su-
 perbè, quāto cum apparatu circumspicimus bi-
 bliothecam ab Augusto propter adem Apollinis
 perstruam habentes, nisi nostri libri in cam de-
 ferantur, à poetis Latinis vacuam futuram.
ÆDEM] adem Apollinis, & bibliothecam ei
 adiunctam, Musis consecratā ab Augusto, in qua
 recitabantur noua poemata Latina, vt sat. 10. lib.
 1. *hec ego ludo, quæ nec in æde sonent certantia iudice
 Tarpa, &c.*
VACAS] ita legendum, & ita scriptum est in
 cod. Tann. Færni, omnibus Vatic. & Torn. Cleric.
 Nicot. Russard. *si forte vacus* autem valet, si
 fortè vacuus es, si nihil habes, quod agas.
**ET PROCVL AVDI, QVID FE-
 RA T, &c.]** & audi de loco lóginquo, quid hi poë-
 tæ, qui sua poemata in bibliotheca Appollinis,
 & æde Musarum recitari, & locari volunt, noui
 proferat: & quamobré coronā sibi laureā depo-

scant. *procul* dixit, quia Lollius lógè ab eo aberat.
CÆDIMVR, ET TOTID. PLAG, &c.]
 id est, aureis nostras præbemus scriptis alienis
 audiēdis: nos vicissim alienis aureis nostris poë-
 matis recitandis obtundimus, atque enecamus.
 ducta est similitudo à Samnitibus, id est, gladi-
 atoribus sic appellatis à Samnitibus illis, qui diu
 ancipiti Marte cum Romanis bella gesserunt, vt
 restatur T. Lilius sub finem lib. 9. *Et Romani qui-
 dem ad honorem Deum insignibus armis hostium vsi
 sunt: Campani ab superbia, & odio samnitium gla-
 diatores, quod spectaculum inter epulas erat, eo ornati
 armarunt, samnitiumque nomine appellarunt.* Alij à
 Samnitium armatura dictos putant. Erant porro
 hi gladiatores, lenti, & componebantur cū pro-
 uocatoribus: Quemadmodū igitur gladiatores,
 cū interdum totum diem digladiati fuerint,
 discedunt ad extremum incolumes, atque integri:
 sic cū ego illius scripta audierim, & lauda-
 rim, vel leuiter, & dicis causa reprehenderim: &
 ille vicissim mea: recitatione, vsque ad vesperam
 producta, atque extracta, discedimus vterq; , al-
 ter alterius iudicio, ac suffragio, magni, ac præ-
 stantes poëtae declarati. Samnites autem gladi-
 atorum genus fuisse, etiam ex M. Tull. intelligere
 licet, lib. Tuscul. 2. *Quis mediocri gladiator inge-
 nuit? quis vultum mutauit vniquam? quis non mo-
 do stetit, verum etiam decubuit turpiter? quis, cum de-
 cubisset, ferrum recipere iustus, colulum contraxit? tan-
 tum exercitatio, meditatio, consuetudo valet.* Ergo hoc
 poterit Samnis spurcus homo, vita illa dignu, locoque?
 &c. & de orat. lib. 2. *Atque eiusmodi illa prolusio de-
 bet esse, non vt samnitium, qui vibrant hastas ante
 pugnam, quibus in pugnando nihil vrantur, sed vt
 ipsis sententiis, quibus proluserunt, vel pugnare possint,
 & 3. ex Lucilio, quauis bonus ipse samnis in ludo,
 ac rudibus cuius satiu asser.*
SVB LVMINA PRIMA] ad vesperam,
 vt sat. 6. lib. 2. *iusserit ad se Mæcenas serum sub lumi-
 na prima venire.* lumina igitur hoc loco intellige,
 lucernarum, vt Od. 6. lib. 3. *Cui donet impermissa
 raptim Gaudia luminibus remotis.* sic Lucret. lib. 3.
*quin etiam nocturna tibi, terrestria quæ sunt, Lumina
 pendentes lychni, &c.* Idè lib. 6. numero singulari,
Nocturnumq; recens extinguit lumen. sic & Hor.
 epist. 1. lib. 1. *si non Poeses ante diem librum cū lumine.*
DISCEDO ALCÆVS PVNCTO, &c.]
 ita discedimus, vt ego illius suffragio par Alcæo:
 ille meo, cum Callimacho conferendus esse dica-
 tur: quod si Callimachi nomine contentus non
 est, sit Mimnermus, id est, appellatur, & salutarur
 à me Mimnermus. de Mimnermo vide suprā an-
 not. ad epist. 6. lib. 1.
OPTIVO] quod ipse optauerit, atq; elegerit.
CRESKIT] fit maior, ornator, & clarior.
MVLTA FERQ, VT PLACEM,
 &c.] Cum scribo (inquit Horat.) & cūm ver-
 sus meos necesse habeo recitare, populique be-
 nevolentiam, ac suffragium aucupari, multas
 molestias exorbeo, multasque poëtarū inepcias
 deuoro,

deuoro, ne eos irriterem, atque offendam: idem cū
 ad me redij, cūmque in sanire, hoc est, versus scri-
 bere de sij, liberum est mihi meas aureis poëtis
 sua scripta recitanti obturare.
IRRITABILE] iracundum, *ὀξύθυμον*, quod
 facile ad iram impellitur.
MENTE RECEPTA] cūm respui, cūm ad
 sanitatem reuersus sum.
OBTVREM] sine interrogationis nota legē-
 dum. obturem igitur, hoc est, obturare ausim, li-
 ceat mihi obturare impunc.
SE VENERANTVR] se ipsi ita magni faci-
 unt, vt sibi diuini poëtae videantur.
VLTRO] non expectantes dum ab aliis lau-
 dentur.
QVICOQVID SCRIPSERE, BEATI]
 id est, suis omnibus scriptis, qualiacumque sint,
 sibi satisfaciētes, sibi que placentes, *ἑσθροντες*, vt
 cūm ita loquimur, *forte sua beatus.* & epistola ad
 Loll. 2. lib. 1. *beatus enim iam Cūm pulchris tunicis su-
 met noua consilia, & spes.* Catull. de Sufeno. *neque
 idem vniquam. Equè est beatus, ac poema cūm scribit.
 & epist. ad August. Agricola præfici fortes, paruoque
 beati.*
**ANIMVM CENSORIS SVMET HON-
 NESTI]** id est, ipse sese in sua scripta censorem
 præbebit, suaque esse obliuiscetur: sua scripta no-
 tabit tamquam censor.
AVDEBIT] id est, inducet animum: non dubi-
 tabit quasi magnum quiddam & arduum sit,
 hoc facere, inquit Porph. quale illud Virgilij est,
Aude hospes contemnere opes.
**QVÆCVQVE PAR. SPLEND. HA-
 BEB. &c.]** verba humilia, seu sordida, atque in-
 quinata: seu parum splendida, parūmque illustra.
SINE POND.] id est, leuia. epistol. de arte
 poet. *Fabula nullius Veneris sine pondere, & arte.*
QVAMVIS INVITA REC.] id est, quā-
 uis ei ita placeant, & cara sint, vt ea agrè, graua-
 tēque suo loco moueat.
ET VERS. ADH. INTRA PEN. V.]
 id est, & quamuis sint adhuc domi, peritus abdi-
 ta. Solent enim nobis mirum in modum nostra,
 & domestica placere: malūmque aliena repre-
 hendere, & corrigere, quā domi nostræ nata.
 In templo Vestæ, quam *ἑστῆν* nominant Græci,
 seruabatur ignis æternus Romæ. Iam, cūm Vestā
 præsit focus, & cūm suum quæque domus focum
 habeat, sequitur, vt suam quicque domi suæ Ves-
 tam habeat, id est, Larem. notūm Græcorum
 prouerbiū est, *ἂφ' ἑστῆς ἀρχεδαυ*, id est, à Ves-
 tā, seu à Lare incipere: quod significat à se, & à
 suis initium facere. Vtitur & Plato in Eutyphro-
 ne, his verbis, *ἀπεχθῶς γὰρ μοι δοκεῖ ἀφ' ἑστῆς
 ἀρχεδαυ κακουργεῖν τῷ πολῶν, ὅτι χειρῶν ἀ-
 δικεῖν σε* id est, plane videtur mihi à Vestā, seu à La-
 re ledenda ciuitatis initium capere, qui tibi iniuriam
 facere conetur. Turnebus sic explicat: & quamuis
 non debeant attingi, nec loco moueri, quasi san-

ditare loci tuta, munita, ac defensa. Nam è tem-
 plo & penetrali Vestæ non licebat quemquā ex-
 trahere. adde quodd supplicēs, qui ad Vestam sup-
 plicabant, locum supplicandi sanctissimum, re-
 pellerē ac reijcere nefas erat.
OBSCVRATA DIV POPVLO] id est,
 prisca, antiqua, & iccirco inusitata, atque ab vsu
 quotidiani sermonis iandiu intermissa, quæ (vt
 ait M. Tull. lib. 3. de orat. ad Q. fr.) *poëtarum licē-
 tia sunt liberiora, quā nostræ.*
BONVS ERVET] bonus, id est, benignus, &
 liberalis: benignitate ductus. est enim benigni,
 ac liberalis hominis, quæ sunt ignota, ac pe-
 nitus abdita, in lucem proferre, & cum omnibus
 communicare. *eruet* autē, id est, è tenebris &
 situ efferet, atque extrahet.
PROFERET] sic de arte poet. *et noua rerū
 nomina protulerit.*
ASCISCET] id est, noua verba cudet, & fini-
 get. in epist. de arte poet. *si fortè necesse est Indiciis
 monstrare recentibus abdita rerum: Fingere cinctū
 non exaudita Cæthegis Continget, &c.*
QVÆ GENITOR PRODVX.] quæ ge-
 nuerit vsus, *quem penes arbitriū est, & ius, & nor-
 ma loquendi.* idcirco genitore dicitur id est, quasi
 parentem, & procreatorē vocabulorum. Frustra
 enim noua verba cuduntur, nisi vsus compro-
 barit.
VEHEMENS] anapæstum posuit pro spon-
 dæo, aut dactylo. sic Virg. Georg. 1. *Fluuiorum rex*
Eridanus. & Lucret. lib. 2. *Nam tibi vehementer no-
 ua res molitur ad aureis Accidere.* & Homer. ἰλ. 1.
Βορέης, καὶ Ἐρπυγός, τῶν τε Ὀρήκων ἄκρων. &
*ἰλ. 4. Στάς ἀπ᾿ ἀνέμοιο πυρῆς δδοῖς ἠέτ' ἀέ-
 μοιο Βορέη καὶ Ἐρπύρω.* vt legendum *uemens,*
 vt alij malunt, quemadmodum prendo, repten-
 do. vehementem vsū dixit, quia magnopere
 valet ad auctoritatem verbis, & sermōni com-
 parandam: epist. ad Pison. *quem penes, &c.* vt
 suprā.
BEABIT] ditabit, augebit: ex quo beati di-
 cuntur diuites.
LXVRIANTIA COMPESCET] quæ
 redundant, amputabit, limabit, circumcidet, co-
 ercebit. idem de arte poet. *ambitiosa recidet Orna-
 menta.*
SANO LÆV. CVLTV] ita poliet, & læuia
 reddet, quæ sunt nimis aspera, vt tamen hic cul-
 tus, eavē perpolitio non detrahat eis neruos, &
 sanitatem. nam, vt idem ait epist. ad Pison. princ.
sic autem læuia nerui Desiciunt. Est autem tralatio
 perpetua à corpore animato, ad carmen, seu
 poemā.
LVDENTIS SPECIEM DABIT, &c.]
 speciē (inquit Horat.) præ se feret hominis parū
 laboriosè scribētis, ita vt, qui legat, speret se eo-
 dem modo scripturum: verumtamen & ille mul-
 tum in scribendo studij, atque operæ ponet, &
 quisquis eū æmulabitur, cūm experiri cœperit,
 inanē operam sumet. Non admodum ab his dif-

A crepant illa, quæ sunt in epist. de arte poet. Ex no to fictum carmen sequar, ut sibi quisvis speret idem, su det multum, frustra que laboret. sic propemodum M. Tullius scribit de eo oratore, quem summum appellat. summus est, & humilis, consuetudinem imitans, ab indifferens re plus, quam opinione differens. Itaque eum qui audiunt, quamvis ipsi infantes sint, ta men illo modo confidunt se posse dicere. Nam subtilitas imitabilis quidem illa videtur esse existimari; sed nihil est experienti minus. sic Ifoer. in Panath. ἡγὺς μὲν τῶν ἡδὴ πολλὰς ἐχέουσιν ἀρμόθειαν ὁδὸν ἐκείνων τῶν πρότων λέγειν, ἀλλ', ὡς ἀπαυτεὶς μὲν ἂν ἐλπίσειαν, ἢ βέλγηθῆεν, ἔδ' εἰς δ' ἂν δυνήσθην ραϊδίας, πλεῖν τῶν πονηρῶν ἐδελόντων; καὶ σφόδρα ἀεθροεσχόντων τῶν νοῦν. id est, existimo, his, qui iam canescere cœperunt, convenire non illo modo dicere, sed ita, ut omnes quidem speraverint, aut voluerint, nemo autem facile possit, præter eos, qui laborem suscipere vo lunt, quique vehementer animum ad eam rem atten dunt.

ET TORQVEBITVR] id est, & quamvis ludere, & iocari, & alias res agere videatur, mul tam diligentiam tamen in scribendo adhibebit; multumque laboris infumet.

NVNC SATYR. NVNC AGR. CYCL. M.] saltare satyrum, saltare Cyclopa dicimus Latinè. sic fat. s. lib. 1. Pastorem saltaret uti Cyclopa, ro gabat, quia autem qui saltant, mouentur, eadem ratione moueri Cyclopa dixit. Quod autem alij quidam notarunt tale esse, quale illud Græcorū, κινεῖσθαι κῆρην: id est, moueri motum: & moueri Cyclopa, dictum voluit, quasi moueri Cyclo pis motum: & saltare Cyclopa, pro eo quod est saltare Cyclopi saltationem, non placet. Saltan tem Cyclopa inducit Euripides, seu Aristius, quæ ceteri sunt imitati. Theocrit. θαλυσοῖσις. Ἀρα γὰρ πᾶσι τῶν ποιητῶν τῶν ποτ' Ἀνδρα, τὸν κρέ ττερον Πολύφημον, ὃς ὄρεσι λάας ἔβαλλε, τοῖον νεύειν ἐπεισε κατ' αἰλία ποσὶ χορεύουσι

C κινεῖσθαι κῆρην: id est, moueri motum: & moueri Cyclopa, dictum voluit, quasi moueri Cyclo pis motum: & saltare Cyclopa, pro eo quod est saltare Cyclopi saltationem, non placet. Saltan tem Cyclopa inducit Euripides, seu Aristius, quæ ceteri sunt imitati. Theocrit. θαλυσοῖσις. Ἀρα γὰρ πᾶσι τῶν ποιητῶν τῶν ποτ' Ἀνδρα, τὸν κρέ ττερον Πολύφημον, ὃς ὄρεσι λάας ἔβαλλε, τοῖον νεύειν ἐπεισε κατ' αἰλία ποσὶ χορεύουσι

PRÆTVI. SCRIPTOR DELIR. &c.] dicuntur hæc ex persona poetarū sibi plus æquo tribuentium, suæque scripta supra modum amā tium, ac laudantium, qualis est ille apud Catull. Suffenus. Præteritum igitur (inquit Horat.) id est, malum esse poetā ineptus, & indoctus, modò mihi mea scripta placeant, quàm, cum sim opti mus, ac præstantissimus, de meis scriptis morosè, ac fastidiosè iudicare, eaque planè improbare.

D FALLANT] lateant, ignota sint: quod anno taumus suprâ.

QVAM SAPERE, ET RINGI] ringi di cuntur canes, cum irritati rictum diducunt, quasi larraturi, aut morsuri, transfertur ad eos, qui taci ti stomachantur, & qui vultu hilaritatem simu lant, cum animo, & intimis sensibus angantur, si bique ipsi magnopere displiceant. Plaut. Capt. Ne canem quidem irritatam voluit quisquam imita rier: s' altem si non arderent, dentes ut restringerent. M. Tull. epist. ad Attic. lib. 4. & ij subringentur, qui villâ me molestè ferunt habere, quæ Catuli fuerat.

Terent. Phorm. Ille ringitur, tu rideas. hæc verba E igitur, quàm sapere & ringi, hoc valent, Quàm optimus quidem poetâ esse, sed tamen mihi ipse displicere.

FVIT HAVD IGNOB. ARG. QVI SE CR.] immò hic fuit Abydi, ut tradit Ari stoteles in cōmentario de rebus admirabilibus, si modò auctor eius est Aristoteles. Veruntamen quisquis auctor sit, eius hæc verba sunt, Δέχεται δὲ πᾶσι ἐν Αβυδῶν τῶν ἀκρότατα τῆ διανοίᾳ, καὶ εἰς τὸ θεᾶσθαι ἐρχόμενον, ὅτι πολλὰς ἡμέρας θεωρεῖν, ὡς ἴσασθαι πρὸς τὴν πᾶσιν, καὶ ὅτι σπουδῆ νεοθῶν, καὶ ὡς κατέστη τῶν ἄριστων, ἐφίση ἐκεί νον αὐτῶν λόγον ἡδιστα βεβαιώσασθαι. id est, aiunt quendam Abydi mente captum fuisse, & in theatrum euntem multos dies spectare, tamquam aliqui in eo a ctiores essent, & applaudere solitum esse: qui posteaquàm respicit, dicit, totum illud tempus, quo mentis non erat sue, iucundissimè traductum esse. Lucianus autem in libello, πῶς δὲ ἰσχυρῶν συζητᾶσθαι, Abderitis huiusmodi ferè morbum quondam accidisse scri bit. & Athenæus lib. 12. narrat, Thrasylaum quē dam Axoneum ab atra bili ita fuisse affectum, ut existimaret, nauis omnies, quæ in Pyraeum ap pellerentur, suas esse, quandiūq; eo morbo la borarit, iucundissimè vixisse: posteaquàm autem opera medici sanus factus fuerit, dixisse numquā sibi in tota vita melius fuisse, quàm cum insanus esset. Ita Horatius significat, errorem mentis no bis iucundum esse.

BONVS SANE VICINVS] notum il lud Hesiodi Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσων γ' ἀ γαθὸς μέγ' ὄνειρα. id est, malum est malus vicini us, ut bonus, magna utilitas. Idem poetâ vicini nos ait ad opportunitates, & utilitates nostras propinquus esse paratior. Γείτονες ἀ γωνίῳ ἐμοῦ, ζώσαντο δὲ πῶσι, id est, Vicini discincti venerūt: propinqui autem se accinxerunt. Pindarus item Nem. ἐιδ. ζ. docet, maximam utilitatem afferre vi cinum, si sit idè & amicus, his verbis, εἰ δὲ δένε ται ἀνδρὲς ἀνήρ, τὶ φάμεν κα γείτων ἔμεν νόω φιλήσαντ' ἀπενεῖ γείτωνι; χάρισμα πάντων ἐπά ξιον. id est, si autem vir viro eget: quid dicamus vicinum esse vicino, qui attento animo diligit? gaudium cum aliis omnibus conferendum. con trà, si sit idem inimicus, & malus. Plautus in Mer cat. Nunc ego verum illud verbum esse ex prior vetus, Aliquid mali esse propter vicinum malum.

POSSET QVI IGNOSCERE SER VI S] id est, qui non esset nimium saeuus in ser uos: qualis ille est, quem describit fat. 3. lib. 1. s' quis eum seruum, patinam qui tollere iussit, semesos piscis, tepidumque ligurrierius, in cruce suffigat: Labone insanior inter seruos dicitur. aut qualis ille fat. 2. lib. 2. hic neque feruus Albucl' fenis exēplo dum munia didit. s. eius erit, &c.

ET SIGNO LÆSO NON INSANI R E] id est, & qui furētèr nō irasceret, cum la genam à se obsequatam, comperisset à feruis esse resignatam. solebant autem veteres, lagenas ple nas

A nas obsequare, nē à feruis furtim exhaurirentur. At mater Ciceronum (ut scribit Q. Frater ad Ti ronem) etiam inane obsequabat, ne dicerent inane aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccate.

INSANIRE] vsque ad insaniam irasci. Te rent. Adelp. dic mihi, non clamans non insanis?

POSSET QVI RYEM, ET PVT.] fat. 3. lib. 2. Hic fassa est ingens, hic rupes maxima.

RELECTVS] recreatus, recuratus.

BILEM QVE] atram videlicet, ex qua, cum redundat, nascitur insaniam. ad purgandam autem atram bilem adhibetur elleborus, quem veratū nominat Latini, ut fat. 3. lib. 2. Da nādest ellebori multo pars maxima auaris.

B ET DENT. PER VIM MENT. G. E.] sic Sophocl. in Aiace, Εἴ τῶ φρονεῖν γὰρ μὲν δὲν ἡδίστος βίος. Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κατ' ἀνθρώπων κακὸν. id est, in nihil sapiendo iucundissima vita est. Nam non admodum sapere, malum est, dolo ris expers. ita autem coniuncta inter se, & finiti ma sunt nimia alacritas, & mentis error, ut ille nescio quis apud Trabeā (ut scribit M. Tullius) voluptatem animi nimiam, summum errorem esse arbitrat. mentis errorem dixit M. Tull. epist. ad Attic. lib. 3. Nam quod scribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici, &c.

NAMIR. SAPERE EST ABIECT. &c.] concludit nunc totum hunc locum: & colligit, totam poetiam, totamque in versibus scriben dis operam positam, numeros denique, & can tus lyricos, nugæ esse, atque iccirco pueris esse relinquendas: sibi verò atate iam provecæ, nu meros vite bene intendendæ esse ediscendos, memoriaeque mandandos. sic Diogenes Cynicus musicos mirabatur operam dare, ut chordas in lyra concordare haberet, mores autem in animo ut sint concordæ, & compositi, non laborare. Laertius Græcè melius, καὶ μὲν καὶ τὸς με σικὲς, τὸς μὲν ἐν τῇ λύρᾳ χορδὰς ἀρμόθει σθαι ἐθαύμαζεν, ἀνάρμοστα δ' ἔχειν τὴ ψυχὴς τὴ ἦρη.

ET TEMPESTIVM PVERIS CON CED. LVD.] Oda. 1. lib. 4. Tempestivus in domo Paulli purpureis ales olorbis Comissibere Maximi. Ad sententiā huius loci pertinet illud infra ead. epist. in ext. & pulsat lasciuia decentius atas.

SI TIBI VLLA STIM, &c.] duabus similitudinibus docet, nimium pecuniæ studium eò esse fugiendum, quia aucta pecunia, non mi nuatur eius cupiditas, sed propagatur potius, & amplifacetur, harum autem similitudinū amba rum auctor est Aristippus, extantque apud Pla tarchū in libello περὶ φιλοπλητίας, his verbis, Ἀριστιππος γὰρ εἰώθει λέγειν, ὅτι πολλὰ μὲν τις ἐσθίων, πολλὰ δὲ πίνων, πληρέμενος δὲ μι δέποτε, πρὸς τὸς ἰατρὸς βαδίζει, καὶ πικρὰ ἀ νευτὰ πὶ τὸ πάθος, καὶ τίς ἢ ἀφθεοσις, καὶ πῶς ἂν ἀπαλλαγῆναι εἰ δὲ τίς ἔχων πέντε κλίνας, δέκα κητῆί, καὶ κελήμενος δύο τετραπέλας, ἐτέ ρας σιμωνεῖται τσαυτάς, καὶ χορίων πολλῶν

SI TIBI VLLA STIM, &c.] duabus similitudinibus docet, nimium pecuniæ studium eò esse fugiendum, quia aucta pecunia, non mi nuatur eius cupiditas, sed propagatur potius, & amplifacetur, harum autem similitudinū amba rum auctor est Aristippus, extantque apud Pla tarchū in libello περὶ φιλοπλητίας, his verbis, Ἀριστιππος γὰρ εἰώθει λέγειν, ὅτι πολλὰ μὲν τις ἐσθίων, πολλὰ δὲ πίνων, πληρέμενος δὲ μι δέποτε, πρὸς τὸς ἰατρὸς βαδίζει, καὶ πικρὰ ἀ νευτὰ πὶ τὸ πάθος, καὶ τίς ἢ ἀφθεοσις, καὶ πῶς ἂν ἀπαλλαγῆναι εἰ δὲ τίς ἔχων πέντε κλίνας, δέκα κητῆί, καὶ κελήμενος δύο τετραπέλας, ἐτέ ρας σιμωνεῖται τσαυτάς, καὶ χορίων πολλῶν

MANCIPA T] ita propria efficit, quasi sunt

παρῶντων, καὶ ἀγγυρίε, & γίνεται μετὸς, ἀλλὰ ἔστω ἄλλα σιωπῆταται, καὶ ἀργυρνεῖ, καὶ ἀπλή ρωτὸς ἔσθι πάντων, ἕπος ὁδὸν οἶεται δειδοῦν τὸ θεραπείωντος καὶ δειξέσθαι ὅτι ἡσυχία τὸ πέν τον γεν. i. Dicere solebat Aristippus, εἰ, quis, cum mul tū comedat, multumq; bibat, nunquam expletur tamen, medicos adire, & quis morbus sit, quisque affectus cor poris, & quonam pacto eo leuari, ac liberari possit, cō su. quis autem, qui lectos quinque habet, decem quarat: &, qui mensas decem possidet, totidem alteras comparet, & cui multum agri, multumq; argenti sup petit, non satietur, sed ad alia plura contendat, & no ctis insomnis traducat, & nullis bonis expletur: hic non putat se medico egere, à quo curetur, & à quo do ceatur, unde hic morbus natus sit.

QVOD, QVANTO PLVRA PARA ST T] sic sup. Od. 16. lib. 3. Crescentem sequitur cura pecuniam, Maiorumque famas.

MONITORIBVS ISDEM?] nihil muto non tamen celabo lectorem, in cod. Rain. Catd. & Tornes. legi nationibus isdem?

AT SI DIVITIÆ PRVDENTEM R. P.] si in diuitiis (inquit) hæc vis inesset, ut, qui eas adeptus sit, prudentior, melior, sapiētior, ab om nibus denique animi perturbationibus solutus, ac liberior esset, nempe in pecuniâ quærendâ studio omnibus esset elaborandum.

NEMPE RVBERES, VIVERET] id est, turpe tibi esse putares, quemquā viuere te aua riorum.

SI PROPRIVM EST, &c.] horum ver suum hæc sententia est, Si proprium est id, quod quis emit à domino adhibitis iis, quæ iuris civilis ratio postulat: & si, quod longa possessione vsu cepimus, nostrum est: certè is ager, cuius fructi bus quotidie vitam toleras, quamvis cum agrum non semel, neque vno tempore, sed singillatim emas, tuus est: & cōtrà, qui quadraginta ab hinc annos agrum emit: ea olera, id vinum, id triticū, id oleum, & cetera, quæ ex hoc agro percipit, quibusque alitur, emit, eaque emta sunt, non propria.

QVOD QVIS LIBRA MERCATVS, ET ÆRE EST] olim in rebus emēdis, ac vē dendis intercedebat emtor, venditor, libripens, qui as pendebat. appendebatur enim pretium, non numerabatur. quæ ex forma natum est genus illud testamenti veteribus vsitatum, quod fiebat per as, & libram, & per venditionem adumbratam, ac simulatam. quæ de re vide Institutiones iuris civilis lib. 2. tit. de testamentis ordinandis. se cutus sum autem hoc loco 2. cod. Vatic. & Rain. Card. Iann. Torn. Nicot. Russ. nam vulgati ha bent, mercatur, & are.

QVADAM SI CREDIS CONSVLTIS MANCIP.] huius versus structura, & iunctura cum superiore, & sequentibus non satis aperta est. debuerat enim ita dicere, si quadam, ut credis consultis, manc. vsus.

MANCIPA T] ita propria efficit, quasi sunt

A manu capta: ex quo *vsucapere* dicimur, quod vsu nostrum fecimus: & *vsucapta* à iuriconsultis appellatur, vsu quaesita. hinc *vsucapionis* nomen.

OCCAT] M. Tull. in Catone, quid sit occatio, declarat his verbis, *Terra cum gremio mollito, ac sub acto semè sparsum excepit, primum id occacatum cohibet, ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est.* Festus, *Occare, & occatorem Ferrus putat dictum ab occadendo, quod cadat grandæus glebas terræ: cum Cicero venustissimè dicat, ab obacando fruges satas, esse appellatū.* Plaut. Capt. *Nam semper occant prius, quam sarriūt, rustici.*

TRECENTIS NVMM. MILLIB.] sex coronatorum nostratum millibus: vel, vt alij, septingentis millibus, & quingentis.

QVAMVIS ALITER PVSTAT] putat enim, se suis fructibus ali, non emtis. Nam quamuis, quæ emimus, nostra sunt, sic tamen distinguere solemus, hi fructus mei sunt, illi sunt emti: & Horat. Od. 2. epod. dapes inentas appellat, quæ domi nostræ, & in nostro fundo natæ sunt, non aliunde petita.

B **SED VOCAT VSQVE SVVM**] id est, sed id suum appellat, quod vsque eò pertinet, ac patet, quæ populus applantata, id est, vitæ maritata, certis limitibus agrum vicini distinguit à suo, ipsūque omni sollicitudine, ac periculo litium liberauit. sic Catullus per arbores a sitas, populos & similes arbores, quæ vitibus maritantur, significat in Manlij & Iulie epithalā. *Lenta quæ velut asitas vitis implicat arbores, Implicabitur in tuum Complexum.* quæ sunt obseruata à Turnebo. huc pertinet illud ex Oda 2. epod. *Altas maritat populos.*

REFVGIT] libri aliquot manu scr. habent, *refugit.*

TANQVAM SIT PROPRIVM] refellit hoc Horatius à definitione, hoc modo. Proprium est id, quod nunquam nobis eripi potest, & quod perpetuò retinere licet. sed fundi, & possessiones pūcto temporis à nobis abalienantur: nō igitur possunt eæ res verè propria cuiusquā dici. Proprium autem, idem valere plerumque, quod perpetuum, aut certè diuturnū, ex probatis lingue Latine auctoribus intelligere licet. Terent. *Andr. ego vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror, quod voluptates eorū propriae sunt.* ibidem supra, *Nihilne esse proprium cuiquam? idem in Phorm. abduxi mulierem: curavi, propria ea Phædria vt poteretur: nam emissa est manu.* Plaut. Mostell. *si tibi acceptum est, illum fore vicum tibi sempiternū, Atque illum amatorem tibi proprium futurum in vita: soli gerundum censeo morem.* Idem Mercat. *fatim est, vt quicquid agere cecepi, Proprium nequit mihi euenire, quod cupio: ita mihi mala res aliqua obijcitur, bonūque meum consilium opprimit.* M. Tull. pro Rosc. Amer. tria prædia vel nobilissima Caputoni propria traduntur. Idem post redit. in senatu, quod verè dixerat, si illud de duobus consilibus, quod ante in repub. non fuerat, peremne, ac proprium manere po-

tuisset. Virg. in Melibœo, *si proprium hoc fuerit, Laui de marmore tota Punicæ stabis suras euincta coithurno.* Atius Armor. iudicio, *Nam non facile deum opera, propria humana sunt bona.* Lucil. lib. 17. *fat. Cetera contemnit, & in vsura omnia ponit Non magna: proprium verò nil neminem habere.* Virg. lib. 6. *Æncid. propria hæc si dona fuissent.* Horat. sat. 2. lib. 2. *Nunc ager Embreni sub nomine, nuper Ofelli dictum, erit nulli proprius.* Idè sat. 6. lib. 2. *nihil amplius opto, Maia nate, nisi vt propria hæc mihi munera faxis.* & Od. 2. lib. 2. *regnum, & diadema tuū Deferens vni, propriamque laurum: quicquam autem, non cuiquam legendum est: & ita scriptum est in omnibus ferè lib. manuscriptis.*

PVNCTO QVOD MOBILIS HORÆ] non dixit puncto temporis, sed puncto horæ, vt summam temporis breuitatem significet. sic Lucret. dixit punctum diei, lib. 4. *hæc puncto certantur lapsæ diei Per totum cali spatium diffundere sese.*

NVNC PRECE, NVNC PRETIO, &c.] quattuor alienationum genera hoc loco enumerat. Prece autem mutari dominium (liceat mihi hoc verbo vt) intellige, nō si quis precariò possideat. ea enim possessio dominium non transfert: sed si quis aliquid ab altero precibus impetrarit: quod genus donatio appellatur: quamquæ, quod precibus emtum est, carissimè constare dici solet. alterum genus est emtio. sequitur deinceps vis. quæ quamuis à iure plurimum abist, neque dominium in eū, qui vim adhibuerit, ab eo, cui vis illata sit, transferat, tantisper dum leges valent: tamen, cum ab aliquo potètiore oppressa libertas est, neque æquo iure inter ciuicis viuunt, difficile est possessiones iniustas, legibus, & iure coërcere, veròsque dominos vi spoliatis, ac de sua possessione deiectos in integrum restituere. Iam verò si ea vis ab hoste sit illata, non dubium est, quin, quemadmodū capta libera, quæ in hostium potestate venerint, libertatè amittunt: ita & res à prioribus dominis bello subactis, ac superatis, ad victores transferantur. quartum genus est vltima voluntas, per quam dominium heredi, aut legatario quaeritur. ad hunc locū pertinet ea, quæ sunt sat. 2. lib. 2. *Nam propria telluris herum natura neq. illum, Nec me, nec quemquam statuit. nos expulsi ille: Illum aut nequities, aut vasi inscitia iuris: Postremo expellet certè viuacior heres.* exstat epigramma in lib. epigr. Græcorum, quod hanc dominiorum commutationem, rerūque possessionum mobilitatem, ac volubilitatem elegantissimè exprimit: quod si ascripsero, nihil fortasse videbor à meo munere alienum fecisse.

H **Αχός Αχουιδιδε γαβόμεν ποτε, νύ δε Μενίππου, Καί παλιν εἰς ἑτέρεθ βήσομεν εἰς ἑτερον. Καί γάρ εκείνος ἔχεν μέ ποτ' ὄλετο, καί παλιν ἔπος ὀλεται,** *εἰμὶ δ' ἕλας ἔδδονός, ἀλλὰ τῶχης,* quos versus sic verti, *Fundus Achamenide fueram olim, nūcque Menippi: Ex aliq̄, alium transferar in dominum. Hic proprium nunc me esse putat: quondam ille putabat, sed sum fortuna denique, non hominum.*

TYRRHENA SIGILLA] parua signa ex Etruria.

GETVLO MYRICE] Pomp. Mela, *Nigritarū, Getulorūque passim vagantium ne littora quidem infæcunda sunt purpura, & murice efficacissimis ad tingendum: & ubique, qua tinxere, clarissima.* Horatius sup. Od. 12. epod. *Muricibus Tyriis iterata velleræ lana Cui properabantur?*

CVR ALTER FRATRVM, &c.] Primum indicat, ita dissimilia esse hominum inge-

A **hominum.** Ad hunc locum pertinet, quod est in orat. pro Cornel. Balbo, *Prædiorum nullam esse gentem: emtionibus ea solere sæpe ad alienos homines, sæpe ad infimos, non legibus, tanquam tutelæ, peruenire.* sic Euripid. Phœniss. *Ὅπτοι τὰ ζῆματα ἴδια κέλευται βροτοί. Τὰ δ' ἑωὶ δ' ἔχοντες, ὅτι μελέμεθα. Ὅταν ζῆλωσ, αὐτὸ ἀφαιροῦνται πάλιν Ὅ δ' ἄλλος, ἔ βαβυλος, ἀλλ' ἐφημερος.* id est, Nequaquæ proprias pecunias possidēt mortales: Sed bona deorū habentes, ea procuramus, & administramus: Bt cum opus habent, ea repetunt, & adiunt. Diuitiæ porrò non sunt stabiles, sed diurna.

ET HERES HEREDEM ALT. VEL. VNDA S. V.] id est, & heres alterius heredi succedit, vt vnda vndæ. heres heredem alterius statim excipit, vt fluctus fluctum.

QVID VICI PROSVNT.] Gul. Canterus, vir doctus, putat legendum, *Quid vites pro sunt, &c.* Sed reclamant codices omnes. quod tamen non me admodum moueret, nisi viderē lectionem receptā ferri posse. M. Tull. epist. lib. 15. *quod ad me mea Terentia scribis, te viciū vedituram: quid, obsecro te, me miserum, quid futurum est?*

SALTBVS] saltus hoc loco campi est spatium, muro septum. Virg. Georg. 3. *saltibus in vacuis pascent, & plena secundum flumina.*

SIMETIT ORCVS, &c.] id est, si claris & ignobilibus, si magnis & humilibus mori edū est: *metit, aufert, delet, perimit: tralatio est.* sic ferè Euripidis Phœnissis locus est, *τὴν δ' ἀναλχάως ἔχει Βίον βερίων, ὡσε ἔσπριμον σάχυν:* quem locū sic vertit Cic. Tuscul. quaest. lib. 3. *tum vita omnibus Metenda, vt fruges: sic iubet necessitas.* Itaque Græci poetæ βλάτων appellat δμῶν, id est, ad omneis, & omnia similiter euntem.

NON EXORABILIS AVRO] sic supra Od. 18. lib. 2. *nec satelles Orci Callidū Prometheus Reuexit auro captus.* & Od. 3. ciuid. lib. *victima nil miserantis Orci.* Virgil. Georg. 4. *Nescidq. humanis precibus mansuescere corda.* Orcum autem ab antiquis Virgum esse appellatum, quod is Deus nos maxime vigeat, dicebat Verrius, vt refert Festus. Eundem etiam Summanum dicebant, quasi manium deum sub terra regnātem: qui quia omnia metit, & rapit, iecitò Plautus in Curculione verbum summanare à se factum vsurpauit pro auidè rapere, & tollere. Sic Plautus, *quæ vestimenta ubi obdormiuit ebrius, summano, ob eā rem me omnes summanum vocant.*

D **TYRRHENA SIGILLA]** parua signa ex Etruria.

GETVLO MYRICE] Pomp. Mela, *Nigritarū, Getulorūque passim vagantium ne littora quidem infæcunda sunt purpura, & murice efficacissimis ad tingendum: & ubique, qua tinxere, clarissima.* Horatius sup. Od. 12. epod. *Muricibus Tyriis iterata velleræ lana Cui properabantur?*

CVR ALTER FRATRVM, &c.] Primum indicat, ita dissimilia esse hominum inge-

nia, vt ex duobus geminis fratribus alter sit ignauus, iners, sumtuosus, & voluptarius: alter ad re attentus, parcus, industrius, & in labore perferendo assiduus, ac pertinax: deinde huius varietatis causam Genio assignat: vel certè se non admodū laborare vt sciat, significat. sic autè verbo, *cessandi vsus est epist. ad Macen. 2. lib. 1. Et properare loco, & cessare, & quæere, & vti.*

V N Q V I] id est, vngi. sic autem reperi scriptū in x. i. cod. antiqui. scribent enim sic ferè hoc verbum veteres. Lucret. lib. 4. *postesque superbos Vnguit amaracino.* Cic. ad Attic. lib. 9. *Nam vt tibi ambulandum, vngendum: sic mihi dormiendum.*

PALMETIS PINGVIBVS] palmectum, locus palmis constitus, quemadmodum myrtetū, myrtis: quercetum, quercubus: salicetum, seu salicetum, salicibus, &c. fuit autem hic Herodes rex Syriæ, vbi magna palmarum copia est. sententia huius loci hæc est: scit Genius quid sit, quamobrem alter ex fratribus malit cessare, id est, nihil agere, & feriari, animo obsequi, & vnguentis nitère, quàm omnia Syriæ palmeta possidere.

ALTER DIVER S] Herodes, cessatoris illius, & luxuriosi frater.

IMPORTVNS] qui numquā conquefcit: qui nullum intermittit tempus, quin rei augendæ studeat: in suo negotio gerendo pertinax.

SILVESTEM FLAMMIS, ET FERRO M. AGR.] agrum incultum, ac sterilem, fruticibus, & arboribus infelicibus partim succisus, partim incensis, sterilem reddat. Virg. quoque igneis ad agrorū culturā pertinere docet Georg. 1. *sæpe etiā sterileis incendere profuit agros, Atq. leuè stipulâ crepitantibus vrere flammis.* Idè, seu quis alius auctor Etnæ. *Torquētur flamma terræ, ferròq. domantur.* Nonnulli libri veteres habent *aruum.*

ET FERRO] securi, qua succidantur arbores, seu potius vomere, quo ager fubigatur, atque aretur.

MITIGET] domet, mitem efficiat, qui erat ferus, & siluestris.

GENIVS] Festus Pompeius scribit *Genium appellatum esse Deum, qui vim rerum generandarum, seu gignendarum obtineret:* (sic enim cenfeo legendum apud Fest.) Aufustius item (vt ille refert) ait *Genium deorum esse filium, hominum parentē, nempe ex quo homines gignuntur.* Pindarus Olympiad. 4. d. 17. videtur eum δαίμονα γενεῶν appellare, quem Latini Genium nominant: qui quidem Socratis, ac Platonis sententia simul cum homine nascitur, atque occidit. Iam verò quis tam in litteris hospes est, vt de Socratis demonio non audierit: quod eum ad agendū impelleret numquam: ab eo autem, quod agere cogitabat, sæpe reuocaret? Sospater lib. 1. sic definit Genium, *Genius, ἢ τύχη ἐκάστου:* id est, fortuna cuiusque. Postremò Menander ait suum cuique nascenti Genium agnasci, eundemque homini vsque ad extremum spiritum apparere, ac præstò esse.

NATALE COMBS Q. T. A.] qui comes

A nobis adiunctus astrum, quod nos nascētis aspicit, regit ac moderatur. Iccirco natali die colebatur, & Deus natalis appellabatur. Persius. *Funde merum Genio*, Tibull. *At tu natalis quoniam deus omnia sentis, Annue.*

NATVRE DEVS HVMANÆ sic appellatur Genius. Quin etiam simpliciter *natura deus*, nō addita voce *humana*. Plautus Mænechm. *Nunc ipso natura deo, mihi responde, Adolescens.* dicitur & generis nostri parēs à Laberio, vt refert Nonius in voce Genius.

MORTALIS IN VNVM QVODQVE CAPVT qui vnoquoque nostrum mortuo, moritur.

VVLTV MVTABILIS varius, ac multiplex. videtur innuere, tantam in singulorum hominum moribus, & fortuna varietatem, ac mobilitatē ab ipsius Genij mutabilitate gigni. Plato quidem hominem vocat *ζῷον ἐν μεταβολῷ*, vcl hoc tantum dicit, suum cuique esse Genium aliis dissimilem.

ALBVS, ET ATER bonus, & malus: benignus, ac malignus: commodus, & incommodus. Catull. in Cæs. *Nec scire vtrum sis albus, an ater homo*. Talis erat Genius ille Bruti, cui se cōspiciendum obtulit paulo antequam signa conferrentur, & infelix illud prælium committeretur ad Philippus. Narrat enim Plutarchus, & itē alij, cum Brutus in attentissima cogitatione defixus esset, visum ei esse speciem quandam horribilis & inusitati corporis, cubiculum, in quo cubat ille, ingredi: quæ cum tacita ei astaret, Brutū quidem ex ea quarere ausum, quis esset homo, aut quis deus: quid venisset, & quid sibi veller: illam verò respondisse, ego sum, Brute, tuus malus Genius: me autem hodie videbis ad Philippus: Brutum autem non perturbatum ei retulisse, video. Ita suum quisque bonum habet Genium, & malum.

VTAR, ET EX M.] sempervsum bonorū partorum commendat Horat. nimiam autē paritiam iā reprehēdit, exagitat, ac detestatur. sat. 3. lib. 2. *Si quis emat citharas, emtas comportet in vnum Nec studio cithare, nec Musa deditur ulli, &c.* adde versus aliquot, qui deinceps sequuntur.

TOLLAM] sumam, vt fat. 1. lib. 1. at suave est ex magno tollere aceruo: & item sæpe alibi.

QVID DE ME IVD. HER.] epist. ad Torq. lib. 1. *Parcus ob heredis curam, nimirumque senex Astidet infano.*

QVOD NON PLVRA D. INV.] id est, quod rem acceptam nō auxerim, vel, vt alij, quod plura non sit consecutus heres ex hereditate, q̄ in me viuum contulerit, dum me muneribus capiat: à quibus dissentio: malimq; intelligere data, ea, quæ dedit Mæcenas, & alij amici potentiores, siqui alij fuerant. Neque verò absurdum fortasse fuerit, si eundem Mæcenasem, Horatij heredem intelligamus, vt augeretur Horatius se ante Mæcenasem moriturum, atque hoc pacto

Mæcenasem sibi heredem futurum, à quo quicquid habeat, acceperit. Nā fundum & larum paternum amiserat propterea quod parteis Brutinas secutus erat: vt ait suprā hac epist. *Decisis humilem pennis, inopemque paterni, Et laris & fundi.*

A Mæcenate autē locupletem se esse factum testatur ipse ac declarat multis locis. vt epist. 7. lib. 1. *Non quo more piris vesci Calaber iubet hospes, Tu me fecisti locupletem.* & Od. 1. epod. *Satis superque me benignitas tua Ditavit, &c.* eodem fortasse pertinet illud epist. 6. lib. 1. *& amici dona Quiritis.*

ET TAMEN IDEM SCIRE VOL.] & tamen ego idem, qui parsimoniam nimiam tan-topere insector, & vsum suadeo, quæram quid intersit inter eum, qui hilariter, & iucundē viuat, & eum, qui sua bona dissipet, ac profundat: quid item intersit inter parcum, & auarum. sic fat. 2. lib. 2. *Sordidus à tenui victu distabit, ofello iudice, nā frustra vitium vitaueris illud, si te aliud prauum detorseris.* & fat. 1. lib. 1. *non ego, auarū Cum veto te ferit, vappam iubeo, ac nebulonem. Est inter Tanaim quiddam, sacerūque Pifelli.*

DISTAT ENIM, &c.] id est, interest vtrum tua perdas, ac profundas luxuriosorum, ac nepotum in morem, an libenter sumtum facias, neque te quærendi studio excrucies, sed potius, dum licet, iucundē viuas.

AC POTIVS, PVER, &c.] pendent hæc è superioribus. significat autem Horatius à simili, quemadmodum pueri diebus festis toto eo tempore, quod eis datur ad animorum remissionem, & oblectationem, raptim fruuntur, scientes, diebus profectis sibi ad pensum pristinū, vstitutūq; studium, ac laborem esse reuertendum: ita & homines debere, dum per atatem licet, & dum vita suppetit, quæ breuissimis terminis continetur, animi tranquillitati, & hilaritati operam dare. sic sup. Od. 9. lib. 1. *Donec vitæ canities abest Morosa.*

FESTIS QVINQVATRIBVS] Quin- quatuor dies erant quinque festi Minervæ: qualia apud Græcos *πενταθηνοια*. Appellabantur autem Quinquatrus, non Quinquatria. M. Tull. M. Cælio lib. 2. epist. *solicitus equidem eram de rebus vrbanis: ita tumultuose contiones, ita molestæ Quinquatrus afferbantur.*

OLIM] interdum, πῶτε, vt sæpe aliàs.

EXIGVO, GRATQVE FR.] sic Lucr. lib. 3. *brevis est hic fructus homillis: iam fuerit, neque post vquam renouare licebit.*

RAPTIM] sic suprā Od. 13. lib. epod. rapi- mus amici Occasionem de die. raptim valet celeriter, & quasi rapiēdo. vtitur Lucretius nō semel, lib. 3. *& raptim plani petit æquora campi.*

PAUPERIES IMM. DOM.] alij sic interpretantur: pauperies domus, immunda, id est, paupertas domus inelegans, ac fordida longē absit à me: vt domus sit patrij casus: alij legunt *ἀσυνδέτως, pauperies, immūda domūs*, vt domus sit recti casus: alij legunt domū, & coniunctim legūt, *Pauperies immūda.* quod postremum non probo.

A EGO VTRVM NAVE FERAR, &c.] id est, siue magna, siue parua naue ferar, &c. Nam hoc loco *vtrum, & an* non interrogant: quod est admodum rarum, ac nouum, nisi quis hoc modo malit hunc versum explicare, ego *vtrum Naue ferar magna, an parua* (subintellige, nihil refert) *ferar vnus, & idem.*

NON AGIM. TVM. VELIS AQV. S. &c.] ἀλλήλοισιν est: cuius hæc est sententia: non sumus admodum fortunati, nec opulenti: non tamen valde inopes, aut pauperes, aut miseri sumus.

SPECIES] χηματα, id est, persona, & decore quodā externo, vt epist. ad Numic. lib. 1. *si fortunatum species, & gratia præstat.* &c. M. Tull. lib. 1. epist. ad Qu. *Frater. tamen species ipsa tam gratiosi libertis, aut seruis, dignitatem habere nullam potest.* vide, quæ annotauimus ad illum locum, *si fortunatum species, &c.*

LOCO, RE] gradu, & pecunia, seu copiis rei familiaris.

NON ES AYARYS] innuit, cū, qui beatē viuere cupiat, ab omni animi perturbatione vacuum, ac liberum esse oportere: neque satis esse, si vno vitio careat: sed ei operam dandam esse, si sanus viuere velit, vt omnis animi morbos radicitus euellat.

QVID CETERA IAM SIMVL] sic ha- bent libri omnes veteres, longē (opinor) concinnius, & venustius, quàm vulgati, *num simul isto, &c.*

CARET TIBI PECTVS] id est, tibi ne animus ambitione vacuus & solutus est: pectus pro animo posuit, quia pectus animi sedes est, vt alibi notauimus. sic suprā epist. ad August. *Max etiam pectus præceptis format amicis.*

INANI AMBITIONE] fat. 6. lib. 1. Vira so- lutorum misera ambitione, grauique. fat. 3. lib. 2. *quisquis Ambitione mala, aut argenti pallet amore, &c.*

SAGAS] sagæ mulieres, à sagiendo, quod est acutē sentire, sunt appellata, inquit M. Tull. vt annotauimus suprā ad Od. 27. lib. 1. *Qua saga, quis te soluere Thessalis Magus venenis, quis poterit Deus?*

NOCTVRNOS LEMVRES] nocturnas animarum species falsas. Lemures, larvæ nocturnæ, & terrificationes imaginum & bestiarum. Varro de vita pop. Ro. *Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu, ac dicunt se lemures domo extra ianuam eijcere.* ex Nonio. Sospater autem lib. 1. Lemures (inquit) *νυκτερινοὶ δαίμονες*, id est, nocturni demones.

PORTENTA QVE THESSALA] τῆ-

ρατα, δαίμονατα, miracula rerū, quæ edunt Thessali carminibus, & venenis.

NATALEIS GRATE NVMERA S] id est, tui generis auctores, & incunabula tua libenter commemoras: multos enim suorum parentum, & sui generis pudet, ac poenitet. alij per nataleis, annos, & atatem duntaxat significari volunt. Iam quia annorum multitudo propinquitatem mortis denuntiat, plerisque pudet de annis suis confiteri. *nataleis* autem subintellige *dies.* Vel dic, *nataleis* integrū esse, vt vult Seruius: qui ita scribit ad illum Virgilij versum, Palæm. *Phylida mitte mihi, meus est natalis, Iola: sanè cum apud maiores natalis plenum fuerit, posteritas natalis dies dicere cepit.* Nam cum Horatius dixerit, *Nataleis grate numeras:* Iuuenalis ait, *Natali, Corvine, die mihi dulcior hæc lux.*

SPINIS DE PLVRIBVS] per spinas, ægritudines, angores, vitia denique animorū significatur, vt sup. epist. ad Villicum lib. 1. *Certe minus spinas animone ego fortius, an tu Euellas agro.*

DECEDE P.] decede de loco, & de via, seu de statione vitæ: da locum melioribus. sup. Od. 6. lib. 2. *vbi non Hymetto Mellis decedunt.* succedere, & decedere inter se opponuntur, dicimus enim, decedere de prouincia, de vita.

TEMPVS ABIRE TIBI EST, NE P. L.] sic Lucr. lib. 3. *Nunc aliena tua tamē atate omnia mitte, æquo animoque, aedum, iam aliis concede: necesse est.* Sed pauci sunt, qui tanquæ conuiuæ saturi, decedant de vita, vt ait fat. 1. lib. 1. in extrem. atqui nihil est tam secundum naturam, quàm homini seni, emori.

LV SISTI SATIS] diu operam rebus ama- toris & venereis dedisti, *ιχνοὺς ἢ ποδιστάσας*, hæc enim vis est huius verbi interdum, vt suprā diximus ad illum locum, *Nec luisse pudet, sed non incidere ludum.* Sæpenumero autem hæc tria cōiungi solent, esse, bibere, ludere. Liuius Andron. *Ad fatim edi, bibi, lusi.* Epigramma Sardapanali apud Athen. lib. 12. *ἐγὼ δ' ἐβασίλευσα, καὶ δ-ρεῖς ἐόρων τῆς ἡλίου φῶς, ἐπιον, ἐφαζον, ἢ ποδιστάσας,* id est, ego regnaui, & quandiu solis lumē aspexi, edi, bibi, rebus venereis vsum sum, &c. Plautus Milite glor. *Es, bibe, atque animo obsequere mecum, atque onera te hilaritudine.* Idem Pseudolo. *qui se, suamque atatem bene curant: Edunt, bibunt scortantur.*

LASCIVA DECENTIVS ETIAS] ado-lescencia, vel iuuenta, quam magis decet delicias facere, & voluptatibus indulgere.

Lambinus lectori.

Scio, viros huiusce ætatis doctissimos & scripsisse, & edidisse in hunc librum commentarios: quæ res me sanè deterrere debebat, ne quid meorum scriptorum huc admiscerem. Verùm, cum in incipio totum hunc poetam explicare constituissim, atque in eam curam aliquot iam annos incubuissim, cuius mei consilij participes essent, & conscij homines mihi amicissimi, iisdemque eruditissimi: non existimaui, mihi hanc laboris à me suscepti partem, etiam si ab aliis esset occupata, prætermittere, aut deprecari licere, veritus ne nonnulli, si huius nominis solutionem aliis delegarem, neque totum hoc æs alienum egomet meis nummis dissoluerem: hoc quicquid est, acerbius à me exigent, mecumque summo iure experirentur, & ex syngrapha agerent. Verumtamen eam moderationè in hac mei pensi parte persoluenda adhibere institui, vt vno tempore & iis satisfacerem, qui integram à me huius aris alieni dissolutionem flagitant, & eos non offenderem, qui hoc reliquum à locupletioribus exigere mallent: statuique mihi ingenuos, & candidos opifices imitandos esse, qui, posteaquana ad partem aliquam operis à se conducti, ac suscepti difficilem peruenerunt, quam intelligant neque se satis cumulatè absoluerè posse, & alios ornatius, ac politius, quàm se, perfecturos esse, ad operis locatorem vltro accedunt: denuntiant, atque ingenuè fatentur se in hac operis parte minus ei satisfacere posse: docent, alios esse præstantiores, non solum omnibus notos, verùm etiam minis, & claros, qui eam summo artificio elaborare, politissimæque arte perficere possint: demonstrant, eorum copiam esse paratam, atque in medio positam: suadent, vt iisdem condicionibus, eademque mercede, & impensa, illorum opera vtatur potius, quàm sua. Horum igitur exemplo humanissimos, optimosque lectores, quibus me totum hoc pensum Horatianum debere non nego, oro, atque obsecro, vt me hanc de arte poetica ad Pisones epistolam strictim attingere sinant: horror, vt integram, plenam, vberem, ac perpolitam eius explanationem à Francisco Luisino, Iacobo Grisolio, Achille Statio Lusitano, quem Romæ cognoui, aliis que doctissimis viris, petant: ab illorum fontibus se quantumuis magnam sitim expleturos esse confidant: meos riuulos vel prætereant, vel ita leuiter degustent, vt intelligant, eos non stitibus faucibus prolucendis, sed primoribus labris modicè duntaxat irrigandis esse comparatos. De inscriptione autem huius libri, seu epistolæ ad Pisonem, de arte poet. paucis tibi, lector, sententiam quoridam doctorum nostræ ætatis virorum, & meam aperiam. Illi igitur eam inter epistolas referendam, & ita inscribendam censent, ad Pisones: nihil præterea: à quibus dissentire difficile est. Nam, quin ad Pisones scripta sit, quemadmodum alia ad Mæcenatem, alia ad Iulium Florum: vna, ad Augustum: alia, ad alios, negari id quidem non potest. Neque est, quòd quemquam vel longitudo, vel argumentum moueat. De longitudine facilis responsio est. Epistola ad Augustum, epistola ad Iulium Florum lib. 2. longæ sunt. Platonis, & M. Tull. epistolæ quædam sunt longissimæ, quæ tamen non iccirco epistolarum nomen amittunt. De argumento, suo quæque epistola constat argumento: neque debet esse inanes epistolæ. Exempli causa, in prima epistola lib. 1. horatur ad studium philosophiæ, eius utilitatem demonstrat, vulgi opinionem sequi vetat. in secunda, arrepta ex Homero occasione, philosophiæ quoque commendat: errare homines, qui multo maiorem corporis, & rerum externarum curam habeant, quàm animi: frustra enim quæri cetera bona, eorumque possessionè inutilem esse, nisi animus sit omni perturbatione, & motu à ratione auerso, tanquam morbo, vacuus, & purgatus. eam, quæ est ad Numiciu, licet ita inscribere, De finibus bonorum. epistola ad Fulcū Aristium ita inscribi potest, De comparatione vite rusticæ, & tranquillæ cum vita urbana, & turbulenta. epistola ad Augustum tota est de veteribus, & nouis poetis. in secunda lib. 2. ad Iul. Florum primùm exponit, quamobrem olim sese ad versus scribendos contulerit: deinde ad extremum concludit satius esse omisso studio poetico, & relictis versibus, ac nugis rectè viuendi disciplinam colere, & persequi. Possem eodem modo singulas epistolas percurrere, & quòdnam sit cuiusque argumentum indicare, nisi vererer, ne alieno loco hæc videar inculcare. Sic igitur Horatius in hac ad Pisones epistola, eum de omni poetico genere disputat, tum maxime de comœdia, & tragœdia vtilissima præcepta dat, non vt philosophus, sed vt poeta. Hæc me ratio adduxit, vt putem cum multis doctis, primùm hanc esse epistolam, deinde simpliciter ita esse inscribendam epistola ad Pisones. Quòd si quis volet hæc addi, de arte poetica, non reclama bo, modò idem facere licere in omnibus epistolis, fateatur. Ego interea tamen receptâ consuetudinem, vulgi que opinionem in eo secutus sum, quòd hunc titulum de arte poetica retinui: in altero, quòd epistolam appellauit, doctorum sententiam approbaui.

A EPISTOLA DE ARTE
Poëtica ad Pisones.

HVMANO capiti ceruicem pictor
equinam
Iungere si velis, & varias inducere plumas,
Vndique collectis membris, vt turpiter atrū
Desinat in piscem mulier formosa superne:
Spectatum admissi risum teneatis amici?
Credite Pisones, isti tabule fore librum
Persimilem, cuius, velut ægri somnia, vane
Finguntur species, vt nec pes, nec caput vni
Reddatur formæ, pictoribus, atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua pote-
stas. (que vicissim.)
Scimus, & hanc veniã petimusque, damus-
Sed non, vt placidis coeant immittia: non vt
Serpentes aubus gementur, tigribus agni.
Inceptis grauibus plerumque, & magna
professis
Purpureus, latè qui splendeat, vnus, & alter
Aspuitur pannus, cum lucus, & ara Diana,
Et properantis aquæ per amænos ambitus
agros, (bitur arcus.)
Aut flumen Rhenum, aut pluuius descri-
Sed nunc non erat his locus: & fortasse cu-
pressum
Scis simulare, quid hoc, si fractis enatat ex spes
Nauibus, ære dato qui pingitur? amphora
cepit
Institui: corrente vota cur vrceus exit?
D Denique sit quod vis, simplex duntaxat, &
vnum.
Maxima pars vatium, pater, & iuuenes pa-
tre digni,
Decipimur specie recti, breuis esse laboro?
Obscurus fio, sectantem læuia, nervi
Deficiunt, animique: professus grædia, turget:
Serpit humi tutus nimum, timidusque
procella.
Qui variare cupit rem prodigialiter vnam:
Delphinum siluis appingit, fluctibus aprum.
In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.

Amiliū circa ludū faber imus & vnguis
Exprimet, & molleis imitabitur ære ca-
pillos:
Infelix operis summa, quia ponere totum
Nesciet, hūc ego me, si quid componere curè,
Non magis esse velim, quàm naso viuere
prauo,
Spectandum nigris oculis, nigroque capillo.
Sumite materiam vestris, qui scribitis, aquā
Viribus, & versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri, cui lecta potenter erit
res,
Nec facundia deseret hūc, nec lucidus ordo.
Ordinis hæc virtus erit, & Venus, aut ego
fallor,
Vt iam nunc dicat iam nunc debentia dici:
Pleraq; differat, & præsens in tempus omit-
tat. (Etor.)
Hoc amet, hoc spernat promissi carminis au-
In verbis etiam tenuis, cautusque serendis,
Dixeris egregie, notum si callida verbum
Reddiderit iunctura nouū, si forte necesse est
Indiciis monstrare recētibus abdita rerū, &
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis:
Continget, dabiturq; licentia sumta pudeter.
Et noua, si cæq; nuper habebūt verba fidè, si
Græco fonte cadent, parè detorta, quid autè
Cæcilio, Plautoque dabit Romanus, ademtū
Virgilio, Varioque? ego cur acquirere pauca,
Si possum, inuideor? cum lingua Catonis, &
Empi
Sermonè patrium ditauerit, & noua rerum
Nomina protulerit? licuit, semperq; licebit,
Signatum præsentè nota producere nomen.
Vt filuæ foliis pronos mutantur in annos:
Prima cadunt: ita verborum vetus interit
atas:
Et iuuenū ritu florent modò nata, vigent que.
Debemur mortinos, nostraq; siue receptus
Terra Neptunus classis Aquilonibus arcet,
Regis opus: sterilis ve diu palus, aptaq; remis
Vicinas vrbeis alit, & graue sentit aratrū:
Seu cursum mutauit iniquū frugib; annis,
FFF iij

A Doctus iter melius: mortalia facta peribunt:
Nedū sermonū stet honos, & gratia viuax.
Multa renascentur, quæ iam cecidere: cadēntque,
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si uolet
Quem penes arbitrium est, & ius, & norma loquendi.
Res gestæ, regumq̄, ducumq̄, & tristia bella
Quo scribi possent numero, monstrauit Homerus.
B Versibus impariter iunctis querimonia pri-
Post etiam inclusa est voti sententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emisit auctor,
Grammatici certant: & adhuc sub iudice
lis est.
Archilochū proprio rabies armauit iambo.
Hunc focci cepere pedē, grādēsque cothurni,
Alternis aptum sermonibus, & popularis
Vincentē strepitus, & natum rebus agendis.
Musa dedit fidibus diuos, puerosque deorū,
Et pugilem victorem, & equum certamine
primum,
C Et iuuenum curas, & libera uina referre.
Descriptas seruare vices, operumq̄, colores,
Cur ego, si nequeo, ignorōque, poeta salutor?
Cur nescire pudēs praue, quā discere malo?
Versibus exponi tragicis res comica nō uult:
Indignatur item priuatis, ac propē sacco
Dignis carminibus narrari cena Thyeste.
Singula quæque locū teneant sortita decēter.
Interdum tamen & vocem comœdia tullit:
D Iratusque Chremes tumido delitigat ore.
Et tragicus plerumq̄ dolet sermone pedestri.
Telephus, & Peleus, cum pauper, & exsul
vterque,
Proicit ampullas, & sesquipedalia uerba,
Si curat cor spectantis tetigisse querela.
Non satis est pulchra esse poemata: dulcia
sunt: (agunto.
Et quocumque uolent, animum auditoris
Vt ridentibus arident: ita flentibus assunt
Humani vultus, si vis me flere: dolendum est
Primum ipsi tibi: tūc tuæ me infortunia ledēt,

Telephe, vel Peleu. male si mādāta loquēris, E
Aut dormitabo, aut ridebo, tristia mæstum
Vultum uerba decent: iratū, plena mimarum:
Ludentem, lasciuā: seuerum, seria dictū.
Format enim natura prius nos intus ad omnē
Fortunarum habitum: iuuat, aut impellit ad
iram: (angit:
Aut ad humum mæore graui deducit, &
Post effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunæ absq̄na dicta: F
Romani tollent, equites, peditesque cachimū.
Intereit multum Dauisne loquatur, Erōsne:
Maturusne senex, an adhuc florente iuuenta
Feruid⁹, an matrona potēs, an sedula nutrix:
Mercatorne uagus, cultor ne uirentis agelli:
Colchus, an Assyrius: Thebis nutritus, an
Argis. (finge
Aut famam sequere: aut sibi conuenientia
Scriptor, honoratū si forte reponis Achillem:
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Iura neget sibi nata: nihil non arroget armis. G
Sit Medea ferox, inuictaque: flebilis Ino:
Perfidus Ixion: Io uaga: tristis Orestes.
Si quid inexpertum scenæ committis, &
audes
Personam formare nouā: seruetur ad inum,
Qualis ab incepto processerit: & sibi constet.
Difficile est propriè communiā dicere: tuque
Rectius Iliacum carmen deducis in actus,
Quā si proferres ignota, indictaque prim⁹.
Publica materies priuati iuris erit, si
Nec circa uilē, patulūmq̄ moraberis orbem: H
Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus
Interpres: nec desilies imitator in arctum,
Vnde pedem refferre pudor uetet, aut ope-
ris lex:
Nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim,
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellū.
Quid dignū tanto feret hic promissor biatū?
Parturient montes: nascetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic, qui nil molitur ineptē?
Dic mihi Musa uirum, captæ post tempora
Troia,

Qui mores

A Qui mores hominum multorum uidit, &
vrbeis. (lucem
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare
Cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat,
Antiphatem, Scyllāque, & cum Cyclope
Charybdā.
Nec reditū Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellū Troianū orditur ab ouo.
Semper ad euentū festinat: & in medias res
Non secus, ac notas, auditorē rapit: & quæ
B Desperat tractata nitescere posse, relinquit.
Atque ita mentitur: sic ueris falsa remiscet,
Primo ne mediū, medio ne discrepet inum.
Tu quid ego, & populus mecum desideret,
audi.
Si plausoris eges aulae manentis, & vsque
Sessuri, donec cantor, vos plaudite, dicat:
Ætatis cuiusque notandi sunt tibi mores:
Mobilibusq̄, decor naturis dandus, & annis.
Reddere qui uoces ita scit puer, & pede certo
Signat humū: gestit parib⁹ colludere, & irā
Colligit, ac ponit temerē: & mutatur i horas.
C Imberbis iuuenis tandem custode remoto,
Gaudet equis, canibusque, & aprici grami-
ne campi:
Cercus in uitium flecti, monitoribus asper,
Utilium tardus prouisor, prodigus æris,
Sublimis, cupidusque, & amata relinquere
pernix.
Conuersis studiis, etas, animusque uirilis
Quærit opes, & amicitias: inseruit honori:
Commisisse cauet, quod mox mutare laboret.
D Multa senem circumueniunt incommoda:
vel quod (uti:
Quærit, & inuentis miser abstinet, ac timet
Vel quod res omnes timide, gelidèq̄ ministrat,
Dilator, spe longus, iners, audisusque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero: censor, castigatōrque minorum.
Multa ferunt anni uenientes cōmoda secum:
Multa recedentes adimunt: ne fortē seniles
Mandentur inueni partes, pueroque uiriles:
Semper in adiunctis, æuōq̄ morabimur aptis.

Aut agitur res in scenis, aut acta refertur. E
Segnius irritant animos dimissa per aurem,
Quam, quæ sunt oculis subiecta fidelibus:
& quæ
Ipse sibi tradit spectator, non tamen intus
Digna geri, promes in scenā: multaque tolles
Ex oculis, quæ mox narret facundia præfens.
Nec pueros coram populo Medea trucidet:
Aut humana palam coquat exta nefarius
Atreus: (anguem.
Aut in auem Procne uertatur: Cadmus in
Quodcumq̄ ostendis mihi sic, incredulus odi. F
Nere mimor, neu sit quinto productior actu
Fabula, quæ posci uult, & spectata reponi.
Nec deus interfit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit: nec quarta loqui persona laboret.
Actoris parteis chorus, officiumque uirile
Defendat: neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito cōducatur, & hæreat apte.
Ille bonis faueatque, & consilietur amicē:
Et regat iratos: & amet peccare timentis.
Ille dapēs laudet mensæ breuius: ille salubrem
Iustitiam, legesque, & apertis otia portis. G
Ille tegat commissā: deōsq̄ precetur, & oret,
Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.
Tibia non, ut nunc, orichalco iuncta, tubæq̄,
Æmula: sed tenuis, simplexque foramine
pauco
Aspirare, & adesse choris erat utilis, atque
Nondum spissa nimis complere sedilia flutu:
Quod sanè popul⁹ numerabilis, utpote paruus,
Et frugi, castusque uerecundusque coibat. H
Postquam cepit agros extendere victor, &
urbem
Latior amplecti murus, uinōque diurno
Placari Genius festis impune diebus:
Accessit numerisq̄, modisq̄, licentia maior.
Indoctus quid enim saperet, liberque laborū,
Rusticus urbane confusus, turpis honesto?
Sic prisca motūmq̄, & luxuriā addidit ar ti
Tibicen: traxitque uagus per pulpita uestē.
Sic etiam fidibus uoces creuere seueris:
Et tulit eloquiū insolitum facundia præcepis:

FFF iiii

A Vtiliumque sagax rerum, & diuina futuri
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.
Carmine qui tragico vilem certauit ob hircū,
Mox etiam agrestis satyros nudauit, &
asper
Incolumi grauitate iocum tentauit, ed quod
Illecebris erat, & grata nouitate morandus
Spectator, functusque sacris, & potus, &
exlex.
Verum ita risores, ita commendare dicaceis
B Conueniet satyros: ita vertere seria ludo:
Ne, quicumque deus, quicumque adhibebitur
heros,
Regali conspectus in auro nuper, & ostro,
Migret in obscuras humili sermone tabernas:
Aut, dum vitat, humum, nubeis, & inania
Effutire leueis indigna tragædia versus:
Ut festis matrona moueri iussa diebus:
Intererit satyris paulum pudibunda proteruis.
Non ego inornata, & dominantia nomina
solum,
C Verbaq; Pisones, satyrorum scriptor amabo:
Nec sic enitar tragico differre colori,
Ut nihil intersit Dauisne loquatur, & audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum:
An custos, famulusque dei Silenus alumnus.
Ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quiuis
Speret idem: sudet multū, frustraq; labore,
Ausus idē: tantum series, iuncturq; pollet:
Tantum de medio sumtis accedit honoris.
Siluis deducti caueant, me iudice, Fauni,
D Ne, velut inmati triuuis, ac pæne forenses,
Aut nimum teneris inuenentur versibus
vnuquam:
Aut immunda crepent, ignominiosaq; dicta.
Offenduntur enim, quibus est equus, & pater,
& res: (emtor,
Nec, si quid fricti ciceris probat, & nucis
Equis accipiunt animis, donant ve corona.
Syllaba longa breui subiecta, vocatur Iambus,
Pes citus: vnde etiam trimetris accrescere
iussit

Nomen Iambeis, cum senos redderet ictus: **E**
Primus ad extremū similis sibi, non ita pri-
dem, (reis,
Tardior ut paullo, grauiorque veniret ad au-
Spondeos stabileis in iura paterna recepit
Commodus, & patiens: nō vt de sede secūda
Cederet, aut quarta socialiter. hic & in Atti
Nobilis trimetris apparet rarus, & Ennī.
In scenam missos magno cum pōdere versus,
Aut operæ celeris nimum, curaq; carentis,
Aut ignorata premit artis crimine turpi.
Non quiuis videt, immodulata poemata iu- **F**
dex:
Et data Romanis venia est indigna poetis.
Iocircone vager, scribamq; licet: an omneis
Visuros peccata putem mea tutus, & extra
Spem veniæ cautus: vitauit denique culpam:
Non laudem merui, vos exemplaria Græca
Nocturna versate manu, versate diurna.
At vestri proauī Plautinos & numeros, &
Laudauere sales, nimum patietur vtrumq;
Ne dicam stultē, mirati: si modō ego, & vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto: **G**
Legitimumque sonum digitis callemus, &
aure.
Ignotum tragicæ genus inuenisse camæna
Dicitur, & plautis vexisse poemata The-
spis: (ora.
Que canerent, agerentque peruncti sacibus
Post hunc personæ, pallæq; repertor honestæ
Æschylus & modicis instrauit pulpita ti-
gnis: **H**
Et docuit magnumq; loqui, nitiq; cothurno:
Succesit vetus his comædia, non sine multa
Laude: sed in vitium libertas excedit, & vim
Dignam lege regi, lex est accepta, chorusque
Turpiter obtulit, sublato iure nocendi.
Nil intentatum nostri liquere poetæ:
Nec minimum meruere decus, vestigia Græca
Ausu deserere, & celebrare domestica facta:
Vel, qui prætexas, vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret, clarisve potentius armis,
Quam lingua, Latini, si nō offenderet vnum-
quemque

A Quemque poetarum limæ labor, & mora.
vos ð (non
Pompilius sanguis, carmen reprehēdite, quod
Multa dies, & multa litura coërcuit: at que
Præfectum, decies nō castigauit, ad vnguem.
Ingenium misera quia fortunatus arte
Credidit, & excludit sanos Helicone poetas
Democritus: bona pars non vngueis ponere
curat,
Non barbā: secreta petit loca: balnea vitat. **B**
Nanciscetur enim pretiū, nomēque poetæ,
B Si tribus Anticyris caput insanabile nūquam
Tonsori Licino commiserit. O ego lauus,
Qui purgo bilem sub verni temporis horam.
Non alius faceret meliora poemata, verum
Nil tanti est, ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere que ferrū valet, exfors ipsa secādi.
Munus, & officium, nil scribens ipse, docebo:
Vnde parētur opes: quid alat, formetque poe-
tam: (error.
Quid deceat, quid non: quod virtus, quod ferat
Scribendi rectē, sapere est & principium, &
fons.
C Rem tibi Socratica poterūt ostēdere chartæ:
Verbaque prouisam rē non inuita sequentur.
Qui didicit, patriæ quid debeat, & quid
amicis: (et hospes:
Quo sit amore parens, quo frater amandus,
Quod sit conscripti, quod iudicis officium: que
Partes in bellum missi ducis: ille profectō
Reddere personæ scit conuenientia cuique.
Respicere exemplar vitæ, morumque iubebo
D Doctum imitatore: & veras hinc ducere
voces.
Interdum speciosa locis, moratæque rectē
Fabula, nullius Veneris, sine pōdere, & arte,
Valdius oblectat populum, meliusq; moratur,
Quam versus inopes rerū, nugæq; canoræ.
Graius ingenium, Graius dedit ore rotundo
Musa loqui, præter laudem, nullius auaris.
Romani pueri longis rationibus affem
Discunt in parteis centum diducere, dicat
Filius Albini, si de quinquunce remota est

Vncia: quid superat? poterat dixisse triens: **E**
eu, (fit?
Rem poteris seruare tuam, redit vncia: quid
Semis, at hæc animos ærugo, & cura pecull
Cum semel imbuerit, speram? carmina fingi
Possē linenda cedro, & leui seruanda cu-
presso?
Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ:
Aut simul & incūda, & idonea dicere vitæ.
Quicquid præcipies, esto breuis: ut citō dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
Omne superuacuum pleno de pectore manat. **F**
Ficta voluptatis causa, sint proxima veris.
Nec, quodcumque volet, poscat sibi fabula
credi: (hat aluo.
Neu pransæ Lamie vinum puerum extra-
Centuriæ seniorum agitant expertia frugis:
Celsi prætereunt austeræ poemata Rharnnes.
Omne tulit punctū, qui miscuit vile dulci,
Lectorem delectando, pariterque monendo.
Hic meret æra liber Sosis: hic & mare
transit,
Et longum noto scriptori prorogat æuam. **G**
Sunt delicta tamē, quibus ignouisse velimus.
Nam neq; chorda sonum reddit, quem vult
manus, & mens:
Poscentique grauem persepe remittit acuti:
Nec semper feriet, quodcumque minabitur,
arcus.
Verum, vbi plura nitent in carmine, non ego
paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit: **H**
Aut humana parum cavit natura, quid ergo?
Ut scriptor si peccat idem librarius vsque,
Quamuis est monitus, venia caret: & ci-
tharædus
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem:
Sic mihi, qui multum cessat, sit Cherilus ille,
Quē bis, terq; bonum, cū visu miror: & idem
Indignor, quādoq; bonus dormitat Homerus.
Verum opere in longo fas est obrepere somnū.
Ut pictura, poësis, erit, quæ si propius stes,
Te capiat magis: & quædā, si longius abstes.

A *Hæc amat obscurum: volet hæc sub luce
videri:
Iudicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit semel: hæc decies repetita pla-
cebit.
O maior iuuenum, quamuis & voce paterna
Fingeris ad rectum, & per te sapias: hoc tibi
dictum (rebus
Tolle memor: certis medium, & tolerabile
Recte concedi, consultus iuris, & actor
Causarum mediocris abest virtute disertis
Messalla: nescit quantum Cascellius Aulus:
Sed tamè in pretio est mediocribus esse poetis*
B *Non di, non homines, non cœcessere columna.
Ut gratas inter mensas symphonia discors,
Et crassum unguentum, & Sardo cum mel-
le papauer,
Offendunt, poterat duci quia cena sine istis:
Sic animis natum, inuictumq; poema iuuadis,
Si pauli à summo discessit, vergit ad imum.
Ludere qui nescit, cæpestris abstinet armis:
Indoctusque pila, disciue, trochiue quiescit:*
C *Ne spissæ risum tollant impune coronæ.
Qui nescit, versus tamè audet fingere, quid nisi
Liber, & ingenuus, præsertim census eque-
stris (omni.
Summam nummorum, vitioque remotus ab
Tu nihil inuita dices facièsve Minerva:
Id tibi iudicium est: ea mens, si quid tamen olim
Scripseris, in Mæci descendat iudicis aureis,
Et patris, & nostras: nonnumquam prematur
in animum.
Membranis intus positis delere licebit,
Quod non edideris: nescit vox missa reuerti.
Siluestreis homines sacer, interpresque deorum
Cædibus, & victu fæda deterruit Orpheus,
Dicitur ob hoc lenire tigres, rabidosq; leones.
Dicitur & Amphion Thebanæ cœditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere, quò vellet, fuit hæc sapietia quondam:
Publica priuatis discernere, sacra profanis:
Concubiu prohibere vago: dare iura maritis:
Oppida moliri, leges incidere ligno.*

Sic honor, & nomen diuinis vatibus, atque
E *Carminibus venit, post hos insignis Homerus,
Tyrtæusque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit, dicta per carmina sortes:
Et vitæ monstrata via est: & gratia regum
Pierius tentata modis: ludusque repertus,
Et longorum operum finis: ne forte pudori
Sit tibi Musa lyræ sollers, & cantor Apollo.
Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quasitum est, ego nec studium sine diuite vena,
Nec rude quid prosit, video, ingenium: alte-
rius sic
Altera poscit opem res, & coniuuat amicis, F
Qui studet optatam cursu cōtingere metam,
Multa tulit, fecitque puer: sudauit, & alit:
Abstulit Venere, & vino, qui Pythia cantat
Tibicen, didicit prius, extimuitq; magistrum.
Nunc satis est dixisse, ego mira poemata pægo.
Occupet extremum scabies, mihi turpe re-
linqui est:
Et, quod non didici, sanè nescire fateri.
G *Vt præco, ad merces turbamque cogit emendas,
Assentatores iubet ad lucrum ire poeta,
Diues agris, diues positus in fenore nummis.
Si verò est, vinctum qui rectè ponere possit:
Et spòdere leui pro paupere, & eripere atris
Litibus implicitum: mirabor, si sciet inter-
Noscere mendacè, verumq; beatus amicum.
Tu seu donaris, seu quid donare voles cui:
Nolito ad versus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ, clamabit enim pulchrè, benè, rectè:
Pallecet super his: etiam stillabit amicis
H *Ex oculis rorem: saliet tundet pede terram.
Ut, qui conducti plorant in funere, dicunt,
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo:
sic
Derisor vero plus laudatore mouetur.
Reges dicuntur multis vixere culullis,
Et torquere mero, quem perpexisse labo-
rant,
An sit amicitia dignus, si carmina condes:
Numquam te fallat animi sub vulpe latentes.
Quintilio si quid recitares: corrige, sodes,***

Hoc

A *Hoc, diebat, & hoc, melius te posse negares,
Bis, terq; expertum frustra delere iubebat:
Et male tornatos incudi reddere versus.
Si defendere delictum, quam vertere, mallet:
Nullum vltra verbum, aut operam infume-
bat inanem,
Quin sine rivali teque, & tua solus amares.
Vir bonus, & prudens versus reprehendet
inerteis:
Culpabit duros: in comitis allinet aurum
Transuerso calamo signum: ambitiosa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget:
Arguet ambiguum dictum: mutanda notabit:
Fiet Aristarchus: nec dicet, cur ego amicum
B *Offendam in nugis: hæc nugæ serua ducent
In mala derisum semel, exceptumq; sinistrè.
Ut, mala quæ scabies, aut morbus regius urget,
Aut fanaticus error, & iracunda Diana:
Vesantum tetigisse iument, fugiuntq; poetam,
Qui sapiunt: agitat pueri, incautiq; sequuntur.
Hic, dum sublimis versus ruetur, & errat:
Si veluti merulis intentus decedit auceps
C *In puteum, foueamve licet, succurrite, logum
Clamnet, iocines: non sit, qui tollere curet.
Si curet quis opè ferre, & demittere funem:
Qui scis, an prudens huc se deiecerit: atque
Seruari nolit: dicam, Siculique poetæ
Narrabo interitum, deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles: ardentem frigidus
Aetnam
Insuluit, sit ius, liceatq; perire poetis.
Inuitum qui seruat, idem facit occidenti.
D *Nec semel hoc fecit: nec, si retractus erit, ita
Fiet homo, & ponet famosæ mortis amorè.
Nec satis apparet, cur versus factitet: vtrum
Mixerit in patrios cineres: an triste bidet al
Mouerit incestus, certè furit: ac velut versus,
Obiectos caucæ valuit si frangere clatros,
Indoctum, doctumq; fugat recitator acerbus:
Quem verò arripuit, tenet, occiditque le-
gendo,
Non missura cutem, nisi plena cruoris hi-
rudo.****

HVMANO CAPITI CERVICEM] E
poëma, quod non constat ex conuenientibus, a-
ptis, propriis, accommodatis partibus: sed discō-
uenientibus, alienis, disparis formæ: atque ridicu-
lum est, ut hoc monstrum, quod hîc ab Horatio
describitur. sit igitur opus, quod inîstituis, vnum
quoddam corpus, simplex, vnius formæ, sibi con-
stans, & conueniens, & sui simile: non multiplex,
non dispar, non inæquale, non discōueniens, hoc
præceptum pertinet ad argumentum operis, quod
μῦθος appellat Aristor.

VNDIQUE COLLATIS MEMBRIS] omnium animalium membris collatis, & corro-
gatis ad hoc monstrum constituendum.

ATRYM] nigrum, deformem, horribilem sta-
lia enim ferè nobis videntur quæ nigra sunt. vt
Oda 3. lib. 2. & sororum Fila trimum patiantur atra. F
& Oda 13. eiusd. lib. Demittit atras belluâ centiceps
Aureis.

SYPERNE] à superiore parte. sat. 7. lib. 2.
peccare superne. & Od. 20. lib. 2. & album mitor in
alitem superne.

VELUT ÆGRI SOMNIA] sic habent om-
nes nostri libri veteres: neque aliter vulgati. nã
ægri somnia, quod quibusdã placere videtur, mi-
hi nullo modo probatur, neque ferri potest.

VT NECPES, NEC CAPVT VNI
R.] id est, vt nullum corporis membrum ad vnã
aliquam totius corporis formã referri possit: vel,
vt nullum corporis mēbrum vni formæ propor-
tionè respondeat.

PICTORIBVS, ATQVE POËTIS] op-
ponet aliquis, idè licere poetis, quod pictoribus.

ÆQUALIS] æqualis. Plato tamen lib. 4. de rep.
negat poetis esse permittendum, vt dicant, quic-
quid sibi videatur, his verbis: & δὲ ἑστὶν ἔσθαι
τοῖς ποιηταῖς λέγειν ὅ, τι φίλον.

SCIMVS] respondet Horatius.

COËANT] coniungantur. epist. ad Torqu. vt
coëat par, iungaturque pari.

SERPENTES AVIBVS GEMIN.
TIGR. A G.] fiant monstrosa quædam anima-
lia biformia, non specie solum, verum etiam cog-
itatione horribilia: vt animal ex aue & serpente
constitutum, & præterea alterum ex tigre, & agno. H

INCEPTIS GRAVIBVS, &c.] docet,
ea, quæ adhiberi solent ornandi causa, nihil ad id,
quod agitur, pertinentia, vt longas degressiones
à proposito, & descriptiones ineptas, & quæ Graeci
vocant ἐπεισόδια à re admodum aliena, esse
fugienda.

CVM LVCVS ET ARA D.] omnis lu-
cus, Dianæ sacer est, etiam si quis lucus singularis
aliis interdum diis consecratur.

FLVMEN RHENVM] sic habent omnes
ferè libri manu scr. & item vulgati: nisi quod in
vno atque altero reperi Rheni. sic locutus est sup.
Od. 4. lib. 4. Metaurum flumen.

FORTASSE CVPRESSVM SCIS SI-
MVLARE] fortasse (inquit Horatius) scis cu-

A pressum bellè admodum penicillo exprimere, id est, ornamenta inania, nihilque ad opus institutù pertinēt, quæ πάρεργα appellantur Græci, vt descriptiones fluuioꝝ, siluarù, aliorumque locorù: quæ tam aliena sunt à poemate incepto, & suscepto, quàm cupressus à naufragio, què pictor aliquis depingēdū suscepit, quid tū, si tibi naufragiū pingendum locatum est: aut siquid aliud pingēdum suscepisti? quid cupressi cum naufragio? Aiunt prouerbiū in eos conuenire, qui id, quod vnum sciunt, fortasse non valdè magnum, quouis loco ineptè, atque intempēstiuè inculcant, ab illo imperito pictore natum, qui à naufragio conductus, vt in tabula naufragium eius defingeret, quærebat ab eo, num cupressum appingi vellet. Sed videtur in eos potius quadrare, qui artis caput ignorant, leuia & minuta quadam, & rudimenta dūmtaxat sciunt: natum à rudi quodam pictore, qui vt in tabula naufragi imaginem pingere, conductus, nihil præter cupressum & similia, quæ ab iis qui primū artem pingendi discunt, pingi consueverunt, pingere potuit.

S I F R A C T . E N A T . B X P . N A V I B . &c.] id est, si is, à quo mercedem accepisti, vt abs te pingere, naufragus est?

E X S P E S] sine spe, naufragio videlicet facto omnium fortunarum suarum. Attius Medea: *exsul inter hostes, ex spes, defersus, vagus.*

A M P H O R A C O E P I T I N S T I T V I] vitatus est bonis scriptoribus ita loqui *Amphora coepita est insitui.* Accius, *nam neque pretio, neque amicitia, neque vi impelli, neque prece quitus sum.* Ex M. Tullio innumera exempla colligere licet. vitur tamen & M. Tull. hoc genere lib. 14. epist. ad Terent. *si qua vis, aut si qua rapina, fieri caperint:* & iterum Horat. epist. ad Valam lib. 1. *urbani coepit haberi,* amphora vas grande, & amplum, & quadratum, quod capit sextarios octo, & quadraginta: vrecus verd longè minor, longèque alia forma, nempe rotunda. rotam autem intellige figuralem. Plaut. in Epidico, *Porfusior es, quàm rota figuraris.* Tib. lib. 2. eleg. 3. *At tibi let a trahant samia conuisia testa.* Fictaque Cumana lubrica terra rotata. Horat. sup. Od. 10. lib. 3. *Ne corrente retro funis eat rota.*

C V R R E N T E R O T A C V R V R C .] sententia huius loci hæc est. poema amplū, & grande insituiti, seu incepti: cur progrediente operis scriptio, extrema non respondet primis, sed sunt multo humiliora, & minutiora?

E X I T] id est, quasi ex materia prodit, seu existit, seu exoritur? forma enim videtur in materia delitescere: quæ manu artificis aperitur, elicitur, depromitur, & in lucè profertur, cum opus ab artifice ex materia perficitur atq; absoluitur.

D E N I Q V E S I T , Q V O D V I S , S I M P L I X , &c.] Deniq; opus, seu poema, quod insituitis, non sit multiplex, neque ex partibus dissimiliū formatū compositum: sed simplex, & vnū corpus. nō admodum dissimile est, quod scribit

Arist. in libello *ὅτι ποιητὴν ἀνάγκη ἔχει τὸν χαρακτῆρα ἔχοντα μῦθον, ἀπλῆν εἶναι μάλλον, ἢ διπλῆν.* id est, necesse est fabulam benè habetem, simplicem esse potius, quàm duplicem.

M A X . P A R S . V A T V M , &c.] hæc nō dè pertinet, vt aliquid propriè dè breuitate præcipiat, vt quidam existimant, neque vt *ὅτι λέξωσ,* aut de verborum delectu, vt alij volunt: sed vniuersè docet, scriptorem accerrimi, ac limatissimi iudicij esse oportere, vt recta à prauis discernere queat, ne vitia in scribēdo pro virtutibus sequatur. obscuræ enim sunt, & tenues veri, & falsi notæ, vt non nisi oculatissimi eas interferere possint.

S P E C I E R E C T I] falsa, id est, quæ imitatur rectum, cum à recto ab sit plurimum.

B R E V I S E S S E L A B O R O , O B S C V R V S F I O] sine dubio breuitatem orationis in re, & sententia longa adhibere, obscuritatem parit. videndum est igitur, vt orationis magnitudo sententiæ subiectæ sit æqualis, id est, vt tantum sit verborum, quantum necesse est, quemadmodum scribit M. Tull. lib. de orat. ad Qu. Frat. 2. quod præstare difficile est. Verum enim verò, vt ait Pindarus Pyth. *εἰδ. ὅ. magna virtutes, longam orationem desiderant. εἰ ἀντὶ, qui de re magna, & longa pauca verba facere velit, sapiens auditor optandus, & querendus est. sed orationis opportunitas,* id est, ea oratio, quæ & breuis sit, cum breuitate opus est, & longa, cum res, & tempus verborum multitudinem desiderant, *proinde vt omnium rerum, præcipuam laudem meretur.* verba Pindari sunt hæc, quibus tota de breuitate orationis quæstio terminari, ac transigi potest. *Ἀπέλα δ' αἰετὸν μέγαλον πολυμύθου. βραχὺ δ' εἰ μακροῖσι ποικίλλειν, ἀκοῦσθαι Σοφοῖσι. ὁδὲ χαρὸς ὁμοίως παντὸς ἔχει κορυφάν.*

S E C T A N T E M L A V I A N E R V I D E F I C I V N T] id est, qui nimis positum, concinnum, cultum, & comutum orationis sectatur genus, mollem, enervatam, & (vt loquitur ille) e-lumbatam orationem efficit. lauia contraria sunt asperis, vt apud Græcos λέια τοῖς τραχέσι.

D E F I C I V N T] destituunt, deserunt. hæc enim vis est huius verbi cum acc. casu coniuncti. M. Tull. ad Seruium Sulp. lib. 4. *quod ea me solatia deficiunt, quæ ceteris simili in fortuna non defuerunt.* H pro Cælio, *dies iam me deficiet, si, quæ dici in eâ sententiam possunt, coner expromere.* Lucret. lib. 5. *Post, ubi equum valide vires atate senecta, Membraq; deficiunt fugienti languida vita.* Horat. sat. 1. lib. 2. *cupidum pater optime, vires deficiunt.* & sat. 1. lib. 1. *ne se penuria victus Defeceret, metuebat.* & Tibull. ad Messallam, *meritas si carmina laudes Deficiant.*

P R O F E S S V S G R A N D I A T V R G E T] qui (vt ita dicam) grandiloquus videri vult, is nimis elatus, turgidus, atque inflatus euadit.

S E R P I T H V M I] nimis humilis est. sic supra ep. 1. lib. 2. dixit, *sermone repentis per humum.*

Q V I V A R I . C V P . R E M P R O D I G .] qui narrationibus, & fabulis non verisimilibus, & incredilibus, id est, ἀπίθανοις, opus, quod habet

A habet in manibus, ornare studet, &c. variare est, quod Græci ποικίλλειν dicunt. **P R O D I G A L I T E R]** supra omnium hominum, fidem.

D E L P H . S I L V . A P P . F L . A P .] hoc quidem abhorret à natura. nam delphini in vndis: apri in siluis viuunt. Eleganter igitur, & concinnè, vt multa Archilochus (quemadmodum refert Stobæus) ostendens, nihil esse in hæc vita tam incredibile, & præter spem, quod nō sit creditibile, & sperandum, sic ait, *Ἐκ δὲ τῶ. ὄρε ἀπιστα πάντα, καὶ ἀνεπιπλάττῃ γίγνεται Ἀνδράσι. μὴ εἰς ὅ? ὑμῶν εἰσορῶν θαυμάζετω. Μῆδ' ἴνα δελφίσι θῆρες ἀνταμείψονται νομόν Ἐνδελίαν, καὶ σφί θαλάσσης ἡ χῆνηται κίματα Φίλιπτε? ἠσείρησ γέννηται, τοῖσι δ' ἠδὲ ἡ ὄρος,* id est, *ex hoc autem apparet, non omnia esse hominibus incredibilia, nec desperanda. Nemo igitur vestrum posthæc, si quid nouum viderit, miretur, neque cum fera cum delphinorum piscis sua commutariint, & illis marini fluetus terræ continentem fuerint gratiores: his montes, & siluæ placuerint.*

Æ M I L I V M C I R C A L V D V M] gladiatorium, à L. Emilio Lepido nominatum.

F A B E R I M V S] faber quidam, cuius taberna est omnium in sima, & postrema. sic loquitur sup. epist. ad Loll. 2. lib. 1. *et imi Derisor lecti.* eadè ratione dixit *Ianus summus ab imo epist. 1. lib. 1. & sat. 2. lib. 2. postquam omnis res mea Ianum Ad medium facta est.* hic igitur faber particulas quasdā corporis satis scitè exprimere poterat: totum corpus verd in scitè, atque infeliciter fabricabatur. Cum hoc confert eos scriptores, qui alicuius operis scitè, id est, cōstitutionem, & summam constare, aut absolueri nequeunt, cum in partibus minutissimis describendis, atque ornandis sunt tolerabiles.

I N F E L I X O P . S V M M A] infelix in vnicuique opere componendo.

P O N E R E] id est, facere, πρῆνειν, sic sup. Od. 8. lib. 4. *Sollers nunc hominem ponere, nunc deum.*

H V N C] talem me scriptorem esse, siquod opus scribere in animo haberem, nihil magis cupiam, quàm bellis oculis, & pulchro capillo præditum esse, sed naso distorto ac deformati, nigri oculi, & nigri capilli olim formam cōmendabant, vt supra Ode 32. lib. 1. *Et Lycum nigri oculis, nigroque Crine decorum.*

Æ Q V A M] non grauiore, quàm, vt vires ferre possint: parem viribus. monet scriptorem, vt vireis suas diligenter exploret, ne quid scribēdum suscipiat, quod cumulatè explere non possit.

V E R S A T E] humerus, & toto corpore. ἀλλήγορία est, Nam iubet animo versare, & cogitare, quid sustinere ingenio possimus.

C V I L E C T A P O T E N T E R E R I T R E S] id est, qui rem sumferit non maiorem suis viribus, sed quam ingenio, & doctrina sustinere possit, ei neque faciūdia, neque dispositio decrit. potenter, id est, χεῖ δύναμι; quantam rem fer-

re ac sustinere possit.

V I R T V S] ἀρετή, præstantia, vt M. Tull. *narrationis virtus.* Arist. λέξωσ ἀρετή. sed hæc alibi notauiamus.

V E N V S] venustus, lepos. infra eod. lib. *Fabula nullius Veneris.*

V T I A M N V N C D I C A T I A M N V N C] id est, hæc erit ordinis vis, & pulchritudo (nisi ego fallor) vt ea, quæ nunc dici debent, iam nūc dicat. in hoc consistit ordinis vis, & pulchritudo, vt, &c.

E T P R A E S E N S I N T E M P V S O M I T T A T] id est, vt quidam explicat, vt (quæ eod. omitat, donec dicēdū tempus ad sit: suo loco, & tempore feruet. Ego *presens in tempore* positum puto pro in præsentī tempore, vt sit, differat in futurū tempus, & in præsentia omittat: atque ita locutus est M. Tull. epist. ad Brutum. *vt & in presens sceleratos ciuicū timore ab impugnanda patria deterrem, & in posterum documentum statuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari.* & orat. 1. in Catil. *quanta tempestas inuidia nobis, si minus in presens tempus recentī memoria scelerum tuorum, at in posteritate impedeat.* & T. Liuius lib. 2. *nec in presens modò, sed in venientem etiam annum, &c.* & ipse Horat. Od. 16. lib. 3. *Latus in presens animus, quod ultra est, Oderit curare.*

H O C A M E T , H O C S P E R N A T] aliud probet, aliud improbet, ac reijciat. est enim boni poetæ iudicare, quid sit dicendum, quid nō: quid priore loco, quid posteriore collocandū: vel quid probandum, quid improbandum: quid laudandum, quid vituperandum. Profert hunc versum Seruius ad illum Virgilij locum Georg. 2. *Mc vero primum dulces ante omnia Musa, &c.*

P R O M I S S I C A R M . A V C T O R] i. is, qui se poetam professus est: is, qui carmen, quod se scripturum pollicitus est, condit, vel dic promissū, id est, magni. Nam qui de se aliquid promittit, magnum aliquid vult à se expectari. infra. *Quid tanto dignum afferet hic promissor hiatus? & epist. superiore. multa fidē promissa leuant:* vel promissū, id est, editū, vt alij quidam volunt.

I N V E R B I S] monet vt verba, parè admodum, & timidè nouemus, aut fabricemur.

C A V T V S] prudens, religiosus, εὐλασής.

T E N V I S] parcus, restrictus, angustus. φειδωλός, λιτός.

S E R E N D I S] faciendis, nouandis. translatio est ab arboribus. ita statim verba cū foliis comparat.

D I X E R I S E G R E G I E N O T V M S I , &c.] egregia erit tua elocutio, si scita, & artificiosa verborum adiunctio, seu compositio verbum alioqui nouum, & nuper factum, reddiderit notum, in signe, ac luculentum: qualia sunt verbiuolum, saxifragum, & similia. hæc est huius loci sententia, quod quicquid alij somniēt de verbis translatis: quam tamen testimonio, & auctoritate M. Tull. confirmabimus. Ille igitur lib. 3. de oratore, Ggg

A scribit tria esse in verbo simplici, quæ orator afferat ad illustrandam, atque exornandam orationem: aut inusitatum verbum, aut novatum, aut translatum: Novari autem verba, quæ ab eo, qui dicit, ipso gignuntur, ac sunt vel coniungendis verbis, vel sine coniunctione. coniungendis verbis novantur, ut hæc. Tum paucor sapientiam mihi omnem ex animo expectorati. An non vis huius me versutis loquax malitias? videtur (inquit) versutis loquax, ex expectorati, ex coniunctione facta esse verba, non nata. ex hoc loco apparet, coniuncta, seu iuncta verba à M. Tullio nominari, quæ vulgò composita appellamus. Idem in oratore perf. Ego autem etiam si quorundam grandis, et ornata vox est poteram, tamen in ea cum licentiam statuo maiorem esse, quam in nobis faciendorum, iungendorumque verborum, tum etiam hominum voluptati vocibus magis, quam rebus servium. Idem ibid. Quid? in verbis iunctis, quam scire insipientem, non insipientem? iniquum, non iniquum? tricipitem, non tricupitem? concisum, non concisum? perspicue his locis verba iuncta dixit, quæ grammatici composita nominant. ibidem. Itaq; translata, aut facta, aut iuncta verba facile sunt cognita. translata quæ sunt, notum est: facta autè verba sunt, quæ sine cõiunctione sunt novata ab eo, qui dicitur iuncta, quæ novata sunt ex coniunctione, & ut loquitur Horatius, ex iunctura. Idè Topicis. Scævola autem P. filius postliminum iunctum putat esse verbum, ut sit in eo & post, & limen. Idem Partit. ait novari verba cum aliis modis, tum adiunctione verborum. Prisc. lib. 18. hunc versum testè producit: & ita explicat, Dixeri, id est, poteris dicere: hoc tantum.

B SI FORTE NECESSE EST, &c.] Torius huius loci hæc sententia est, si scripturam veterem sequamur. Si forte necesse est res abditas, & occultas novis vocabulis declarare, & nomina fingere veteribus inaudita: licebit hoc facere, dabiturque licentia, pudenter & modestè sumta. Sic explicandus hic locus est, si ponatur copula post vocem rerum: ut ponenda est, si libros veteres sequi volumus. si verò sine copula legamus, ita explicandus erit. Si forte necesse est res abditas novis vocabulis exprimere: licebit nomina veteribus inauditata fabricari, dabiturque fabricandorum vocabulorum licentia, modò pudenter sumatur.

C INDICIIS MONSTRARE RECEN- TIBVS] id est, novis vocabulis. nam vocabula sunt indicia, seu notæ reru: σύμφορα, & σημεία appellat Aristoteles: & verba eò cõparata sunt, ut cogitationes, & affectus nostros indicent, ac significant. apertè Horatius hęc loquitur de verbis novatis, non de translatis.

D ABDITA RERVM] id est, res abditas, & occultas. abditæ rerum autem sic dictum, ut sat. 2. lib. 2. Corruptus vanis reru: & sat. 8. eiufd. videtur filiis reru. vide quæ notauimus sup. ad Od. 12. lib. 4. amarâque Curarum eluere efficax.

ET FINGERE CINCTVTIS, &c.] sic habent omnes libri manu scripti, quos vidi. nã vul-

gati non habent copulationem &, post vocem Verum.

CINCTVTIS] cinctis, militaribus, armatis. cingebantur enim in militiam ituri. ex quo, cingulum militare, & cingi pro eo, quod est ad militiam, & ad pugnam ornari. Plaut. in Amphitruo. Cingitur: certe expedit se, & accingi. Lucret. lib. 2. & si tibi vera videtur, Dede manus: aut si falsa est, accingere cõtra. quæ vis inest etiam in verbo Græco ζώνυσα. Hom. òδυσσ. ζώνυσαί γε νεός, καί επεντυοντα άεθλα. id est, cinguntur iuvenes, & armantur ad certamina. & ἰλίδ. ζωσαίδη δ' άρα πάγε βατήν ες μέσον άγώνα. id est, illi autem cincti descenderunt in medium certamen. Terent. Phorm. ad te summa solum Phormio rerum redit. tu te hoc intristi: tibi omne est excedendum. accingere. Virg. Aeneid. 2. de Priamo. & inuile ferrum Cingitur. ibid. que mens tam dira miserrime conix Impulsi hi cingi telis? vel dic cinctus, ut Porphyrius. qui cinctus, seu cinctus vtebantur loco tunice. erat autem cinctus, seu cinctum vestis infra pectus corpus complectens, & à pectore ad pedes regens. Virg. 7. Aeneid. Ipse Quirinali trabec, cinctusque Gabino Insignis. ζώμα & ζώμα. appellant Græci. quidam per cinctus, pricos, seu vultus significari volunt, quod non improbo.

NON EXAUDITA CETHEGIS] id est, inaudita veteribus.

CONTINGET] òδδξεται: licebit, non improbitur, ferri poterit.

LICENTIA SVMTA PVDENTER] licentia verecunda, pudenter, αἰδμήμωνως: cum pudore: verecundè.

FICTA QVE NVPER] non ita pridem facta, & novata.

HABEBVNT FIDEM] id est, obtinebunt fidem, atque auctoritatem: & ita etiam M. Tull. loquitur epist. ad A. Cecinam lib. 6. Quare, quando, ut augures, & astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus predictis constitui apud te auctoritatem augurii, & divinationis mee, debet habere fidem nostræ predictio. Idem Acad. quaest. lib. 2. quasi verò non specie visa indicentur: quæ fidem nullam habebunt, sublata veri, & falsi nata. idè pro Flacco, sed fuerint incorrupta litteræ domini: nunc verò quam habere auctoritatem, aut quam fidem possunt? alioqui fidem habere dicimur ei, cui credimus, ut idem Acad. num videtur minorem habere visis, quam vigilantes fidem?

SI GRÆCO FONTE CADENT P. D.] id est, si erunt è Græca lingua in usum Latini sermonis deflexa: qualia sunt ephippium, acratophorū apud M. Tull. lib. 3. de Finibus: & ibidem, progymna, & apoprogymana. & hæc vulgatissima, grammatica, poetica, rhetorica, dialectica, musica, trichimū, aër, æther. iterum apud M. Tull. panchrestum medicamentum, peripetasma, hemicyclus, pseudothyriū, symphonia, atomi, apotheca, epitaphium, epitoma, sophisma, sorites, ephemeris, thesis, toreuma, &c. apud Horat. ea, quæ supra commemoravi diota, amy-

F
F
G
H

A His, balanus, &c. vel intellige ea, quæ ad exemplū Græcorum in lingua Latina novata sunt, ut medietas, quemadmodum illi μεσότητα dicūt: intermundia, ut illi μετὰ κόσμια: qualitas, quæ ab illis ποιότης nominatur: restè facta, quæ κατὰ γῶματα: prodæta, seu proposita, quæ προσηγορία, reicta, quæ ἄπο προσηγορίας: visio, quæ φαντασία: notio, quæ ἔγνοια: indifferens, quod ἀδιάφορον: suada, quæ πείθο: centimanus, qui ἑκατόγχιερ: tyranniformis, qui τυραννοειδής: triceps, qui τρικέφαλος: tauriformis, qui ταυρομορφος, & alia sexcenta. novatur enim verba aut similitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adiunctione verborū, inquit M. Tull. Partit. Nonnulli libri ver. habent cadant.

PARCE DETORTA] id est, parcè deflexa, seu derivata, seu deducta à Græca lingua.

CAECILIO] Statio Cæcilio, poetæ comico, de quo supra.

DABIT] sic habent omnes ferè libri veteres cum vulgatis consentientes: pauci dedit, quod itè se in vno reperisse testatur homo pereruditus, Canterus.

VARIQVE] sic legendum libris omnibus inuitis, non Varo: vt Od. 6. lib. 1. optimus olim Virgilius, post hunc Varius dixere quid essem. & sat. 10. lib. 1. forte epos acer, vt nemo, Varius ducit. & Od. 6. lib. 1. Scriberis Varius fortis, &c.

INVIDEOR] inuideor, παῖητικῶν, à verbo inuideo, rariusculem est: in vsu tamen sunt inuisus, & inuidendus. supra Od. 10. lib. 2. caret inuidenda sobrius aula. & Od. 1. lib. 3. Cur inuidendus postibus, & non sublime ritu moliar atrium? Idem sat. 3. lib. 2. & hæret Inuisis foribus. verbum inuidendi certè cum quarto casu coniungi solet, ut apud M. Tull. Tuscul. 3. ut nobis optimam naturam inuidisse videantur, qui nihil melius homini populari gloria indicauerunt. vide annot. ad sat. 1. lib. 2. hæc igitur verba, cur inuideor acquirere, valent, cur vector acquirere? sic Græci φθονέμυ, & φθονῶ. Eurip. Med. καὶ φθόνῳ φράσσει, id est, ne inuide dicere. ibid. Καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν ἐ φθονῶ καλῶς ἔχων, id est, non inuideo res tuas benè habere.

CVM LINGVA CATONIS, ET EN.] nam tantumdem nobis licere debet nostra atate, quantum Ennio, & Catoni licuit sua.

D SIGNATVM PRESENTE NOTA PROD.] libri vulgati habent producere, quibus cum consentiant aliquot antiqui, id est, proferre in lucem, seu protrahere in medium (vt loquitur Lucretius.) nomen autè presente nota signatum, hoc est, quod vsus præsens comprobet: nomen, quod cum eorum hominum, qui tunc sunt, cum producit, loquendi consuetudine consentiat: nomen, quod eam formam, & notam impressam contineat, quæ sit in vsu, ego tamen prociudere malim, vt habent libri aliquot calamo exarati, vt tralatio sit à nummis. Nam & Themistius iunior in oratione quarta de nomine, seu vocabulo σοφιστὰ loquens, similitudine nummi vititur, his verbis,

ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ ὀνόματος, ἄσπερ νομισματός, μετέπεισε ἢ δυνάμεις χτ' τὰς ὑπερον ἡρόνους, &c. id est, sed quoniã huius nominis [σοφιστὰ] vis, seu potestas, mutata est, posterioribus temporibus, &c.

V T SILVÆ FOLII] ostendit à simili, etiam verborum suam esse atatem. iccirco vtendū esse verbis præsentibus, & nova verba cudere licere. videtur autem hanc similitudinem ad Homero sumisse ἰλ. ζ. quæ cum foliorū ortu, ac natura hominum atatem cõparat. Οἷηπερ φύλλον γενεή, τοῦ κ' ἀνθρώπων, id est, Qualis foliorum ortus, talis & hominum. idem φ. εἰδή σοίγε βροτῶν ἔνεκα πολεμίζω Δαίμων, οἱ φύλλοισιν εὐκόπτες ἄλλοτε μὲν τε Ζαφλεγέες πλεθουσιν ἀρέρης καρπῶν ἔδοντες. Ἄλλοτε δ' αὖ φθινύθουσιν ἀκρίβοι. id est, si tecum miserorum mortalium causa pugnem: qui foliis similes, interdū feruidi, & fortes sunt terræ fructum comedetes: interdum intereunt imbecilli, & exanimis, & Mimnermus, Ημεῖς δ', οἷάτε φύλλα φύει πολυάνθεμος ἄρη Εαρος, ὅτ' αἴψ' αὐγῇ αἰχέεται ἡελίς, ex Stobæo. id est, Nos autem tales sumus, quales frōdeis producit verum Venum multis floribus abundans, cum primū lux solis augetur. sic & Musæus, Ως δ' αὐπῶς καὶ φύλλα φύει ζείδωρος ἄρουσα. Ἄλλα μὲν ἐν μελίῳ σποφθίνει, ἄλλα δὲ θάλλει: Ως δὲ καὶ ἀνθρώπων γενεή καὶ φύλον ἐλιόσει: id est, similiter autem & frondeis producit terra, victum suppeditans, seu rerum ad vitium necessariarum largitrix: aliè quidem in fraxinis percunt, aliæ virent: sic & hominum ortus & genus vicissim nascitur, & occidit. Cum his Horatianis congruūt, & concinunt illi Lucretiani versus lib. 1. Sic voluenda atas commutat tempora rerum. Quod fuit in pretio, fit nullo denique honore: Porro aliud succedit, & è contentibus exit: Inq; dies magis appetitur, florētq; repertum Laudibus, & miro est mortales inter honore. Idem lib. 3. extr. Cedit enim à rerum novitate extrusa vetustas. & M. Tull. Philipp. 12. in extr. Nihil enim semper floret: atas succedit atati.

PRONOS] celeriter labentis.

DEBEMVR MORTI NOS] sic Ode 3. lib. 2. Omnes eodè cogimur: omnium Versatur vna. Profert hunc locum Sceruius ad illum Virg. lib. 9. Aeneid. Mortalīne manu facta immortalē carina Fas habeant? sed Priscianus legit Debemus. quod notauit Achill. Statius Lustanus.

SIVE RECEPTVS TERRA NEPT.] id est, siue portus Iulius, immisso in Lucretium, & Auernum lacum mari resecutus, nauibus tutam stationem præbeat: (quod ab Augusto effectum est:) siue Pomtina palus seccata, vomere subigatur nunc, & frugibus vicinas vrbes alar: (quod à Iulio Cæsare fuerat cogitatum:) siue Tiberis à priore suo alveo in aliam partem auersus deficerit agris, & vrbi nocere.

CLASSEIS AQUILONIBVS ARCE] id est, Aquilonis à classibus arce: hypalggg ij

A lage: classibus tutus, ac munitus portus est. STERILISQVE DIV PALVS] Seruius ad illum Virg. locum Æneid. 6. & tenebrosa palus Acherunte refusa: notat, posteriorem syllabam huius nominis esse longam: ab Horatio tamen esse correptam: atque hunc locum profert.

APTAQVE REMIS] nauigabilis. VICINAS VRBEIS ALIT] siccata, & fertilis reddita, vicinis viribus alimenta præbet: quod Iul. Cæsar efficere constituerat. M. Tullius Philipp. 5. Ille paludes siccare voluit, perfecit postea Cethegus nescio quis.

INIQVVM FRVGBVS] inimicum, & infestum frugibus, propter crebras eluiones.

B DOCTVS ITER MELIVS] translatio est, vt epist. ad Villicum sup. lib. 1. Multa mole doctus aprico parcere campo.

NEDVM SERMONVM STET HONOS] nimis pingues sunt ij, qui hic censent adendam negationem, & legendum, nedum haud sermonum. nam hæc vox suapte vi, ac natura negat, vt apud M. Tull. lib. epist. 9. ad Pap. Patum, in vltima libri epist. Me verò nihil istorum, ne inueniam quidem mouit vniquam, nedum senem. Idem ad Tiron. lib. 16. vix in ipsi tectis, & oppidis frigus infirma valetudine vitatur: nedum in mari, & via sit facile abesse ab iniuria temporis. T. Liuius lib. 6. & agrè inermem tantam multitudinem, nedum armatam sustinere posse. Est autem argumentum à minori hoc modo, Si, quæ diuturniora videbantur esse debere, neque à verustate facillè consumi posse, ea tamen exstinguit vetustas: quanto magis verba? potest & esse à maiori, hoc modo, opera regum non sunt sempiterna: quanto minus verba?

C GRATIA] χάρις, lepos, venustas, vel gratiâ accipe, vt sit translatum ab hominum gratia. QVEM PENE] in cuius potestate est. M. Tull. in orat. perf. vsum loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruauit. ius autem legendum ex auctoritate omnium veterum cod. non vis.

RES GESTÆ, &c.] res gestæ describuntur verbis heroïcis: quod genus epos appellant: ex quo poëta epici nominantur, vt supra diximus ad epist. 2. lib. 2.

D QVOSCRIBI P. NVMERO] id est, quo metro, quo carminis genere, quibus pedibus, vt hac epist. inf. At vestri proavi Plautinos & numeros, & Laudauerè sales.

HOMERVS] à quo Mæonij carmen dicitur. supra Od. 6. lib. 1. Mæonij carminis alite: seu, vt quidam malunt, aliti, vt referatur ad Varium.

VERSIVS IMPARITER IVNCIVS] elegis, vt tertio ab hinc versu appellat. profert hunc locum Sosipater lib. 2. grammatic. insit, & refert, Scaurum grammaticum commentariis in artem poëticam ad hunc locum notasse, aduerbium figurauit.

QVERIMONIA PRIMVM] Ode 33. lib. 1. Albi ne doleas plus nimio memor Immittis Glyceræ, neu miserabilis Decantes elegos, quod tibi iniur

Laesa prænecat fide. VOTI SENTENTIA COMPOS] res læta, optatæ, & secundæ. nam, quæ nobis ex animi sententia eueniunt, læta sunt, ac iucunda.

ARCHILOCHVM PROPRIO] id est, Archilochus carminis Iambici inuentor, & princeps, iambos suos ad maledicentiam contulit, vel iambis suis armatus scriptis in Lycamben vocerum, & eius filiam: vt supra Od. 6. epod. C. Vell. Patere, neque quemquam alium, cuius operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum, & Archilochum, reperimus.

HVNC PEDEM] iambum. Turnebus tamé lib. 9. Aduers. pedem interpretatur versum Iambicum.

SOCICI] comœdiæ. infra, propè sacco Dignis carminibus.

GRANDESQVE COTHVRNI] tragœdiæ. sup. Od. 1. lib. 2. grande munus Cecropio repetes cothurno. & infra, Et docuit magnūque loqui, nitig, cothurno.

ALTERNIS APTVM SEMONIBVS] dialogis, & sermonibus mutuis. sic Aristot. ποησις, μάλα γὰρ λεχέον τὸ μέγαν τὸ ἰαμβεϊόν ἐστὶ σημεῖον δὲ τῆς πλείας γὰρ ἰαμβείας λέγοντον ἐν τῇ διαλέξει τοῦ ἀλλήλων. i. maxime autem omnium metrorum, ad locutionem, seu ad sermonem aptum est, carmen iambicum: cuius rei argumentum est, quod plurimos versus iambicos vsurpamus, in sermone quotidiano. Alternos sermones autem intellige: qui alternatim habentur, hoc est, non semper neque cōtinenter ab vno, sed nunc ab hoc, nunc ab illo: seu nunc ab vno, nunc ab altero vicissim. hoc enim significat alternum, nempe quod non est continuū, sed aliqua aut persona, aut re interposita interruptū: vt alterna mors Castoris & Pollucis, alternis temporibus, alternis annis, & similia.

ET POPVL. VINC. STR.] quia spectatores vociferari, & strepere desinunt, versibus iambicis delectati.

NATVM REBVS AGENDIS] id est, fabulis, quæ appellatur δράματα: vel quia iambus vim habet excitandi ad actionē. Arist. τραγικὸν appellat.

FIDIBVS] versibus lyricis.

EQVVM CERTAMINE PRIMVM] qui cursu vicit, vt dixit pugilem victorem: ita equum certamine primum.

ET IUVENVM CVRAS] amores, comifationes, conuiuia, iocos.

DISCRIPTAS. SERVARE VICES, &c.] qui suas cuiusque poëmatis partem, & munerata ab ipsa natura attributa seruare nescit, & qui ad operum formas, quæ sunt variæ, & multiplices, versus accommodare pro cuiusque dignitate, ac natura non potest, in dignum est nomine poëtae. potest & illud vices intelligi de cuiusque personæ officio, & munere, & decore: cuius rei exemplum subijcitur ibi, Telephus, & Peleus, &c. disci-

A discipulas autem, id est, ἀγαπητάς, distinctas, distributas, diuisas. sic Od. 3. lib. 1. sedisque discipulas priorum, &c.

OPERV'M QVÆ COLORES] operū species, & formas, & varietates. sic vitæ colorem dixit sat. 1. lib. 2. quisquis erit vitæ, scribam, color. & epist. 17. lib. 1. Omnis Aristippum decuit, color, & status, & res.

PVDENS PRAVE] pudor eius est vitiosus, ac reprehendendus, quem discere pudet potius, quàm nescire.

CENA THYESTÆ] argumentum tragicū, de quo alibi.

SINGVLA, &c.] suis cuique carmini locus detur: suo quaque materia carmine, & proprio tractetur.

NON VULT] non debet, ἔβουλεται.

INTERDVVM TAMEN ET VOCEM, &c.] vt fat. 4. lib. 1. at pater ardens sauit, quod me retrace nepos insanit amica Felix, &c. quem locum cum hoc confere non erit inutile.

DELITIGAT] acriter litigat, vt supra desanuit, pro valde seuit, epist. ad Iul. Florum 1. lib. 1. & sat. 3. lib. 2. denarrat.

SERMONE PEDESTRI] humili, & comico, πεζῶν λόγων.

TELEPHVS, ET PELEVS, QV'M P.] subaudiendum verbum est, & legendum cum, nō cur. probat autem exemplo personarum tragicarum Telephi & Pelei, nonnumquam in tragœdiis sermonem comicum, & humilem adhiberi.

C est autem hæc horum verborum sententia, Telephus, & Peleus, quo tempore vterque in exilio, atque in egestate versatur, verborum ampullas, & verba productiora, ac longiora, quàm quibus vulgus vitur, omittit, ac remouet, si vult spectatoribus misericordiam voce, & lacrymis commouere. P. Victorius hunc locum aliter explicat Variar. lectionum lib. 14. sed valde ab eo dissentio, neque mihi vilo pacto probari potest illa explicatio, proscere ampullas, magna loqui. quid enim aliud est proscere, quàm procul à se reijcere, amittere, ac repellere? quod Græci προσηύου dicunt. Catull. de nupt. Pelei, ἴψε στυμνὸν Τηφέου προcaris corpus Athenis Projicere optauit potius, &c.

D Idem ad Camerium, Frustris proscies amoris omneis. Virg. Æneid. 6. qui sibi lethum Infantes peperere manu, succemque perosi Projicere animas. M. Tull. pro C. Rab. neque ego, cui omnium civium libertas carissima fuisse, meam proscissem. Lucret. lib. 5. Tu porro puer, ut sauis proscietus ab vndis nauita, nudus humi iacer. Horat. sat. 3. lib. 2. qui seruos proscere aurum In media insit Lybia. & sat. 7. lib. 2. Tu cum proieis insignibus, &c. De Telepho autem pauca quædam supra leuiter attigi Od. 17. epod. sed, quod ad hunc locum attinet, Telephi mendicitate nobilitarunt tragœdiæ. Timocles in Iambicis, ὄν γὰρ ἴδον πένης Πτωχότερον αὐτῆς κατὰ μαθάν τον Τηλέφον Γερόδρον. τίδω πένιας ῥέον φέρε. id est, nam qui pauper est, posteaquam intellexit

Telephum factum esse se pauperiorem, paupertatem fert facilius. Aristoph. νεφέλ. σὺ δὲ γ' εὖ σφάπεις. Κεῖται τὸ πρὸς τὸν γ' ἐπιώχυνος Τηλέφους εἶναι. Μυσοῦ φδοκῶν. id est, Tu autem rem tuam bene geris. atqui antea mendicabas, cum te Telephum miserum esse diceres. de eodem vide, quæ protulimus ex Pindaro, & eius interprete Od. 7. lib. 1. ad illum locum, Narrat pane datum Pelea Tartaro. quibus libet nunc addere ex eodem poëta, quæ exstant ἐδ. γ. π. ὅ. vbi ille ostendens, nullam esse stabilem felicitatem in rebus humanis, ait ne Pelea quidem, & Cadmum, quoties res fuerant aliquando admodum secundæ, cursum vitæ perpetuum sine offensione, & calamitate conficere potuisse. nam, cum Cadmus Harmoniam, Peleus Thetida vxores duxissent, & vtriusque nuptiis etiam Dij immortales interfuisent, illum rrium fillarum, Semelæ, Agauæ, In ðnis miserabilis casus ita grauitur perculerunt, atque afflixerunt, vt in anguem versus sit: hic amissio filio Achille, in Cō insula vitam inopem, & miserā traduxit, mortemque cum summo animi dolore, & cruciatu oppetit. Verba Pindari non ascribam. petat, qui volat, ex ipso fonte.

PROIICIT AMPVLLAS ET SESQVIP.] id est, lōgè à se reijcit, & omittit verba tumida, grandia, ampla atque inflata, magnifica, iactantiæ & venti plena: seu nimis ornata, & ab vsu communi remota: vel quod ampullæ ample sunt, vnde fortasse nomen traxerunt: vel propter sonitum, quem aqua ex ampulla effluens mittit, lege hac de re plura ad illum versum, An tragica desauit, & ampullatur in arte, &c. epist. 3. lib. 1. sesquipedalia verba autem, intellige nimium producta, & lōga: qualia sunt sesquipedalia: alij prætumida, & inflata interpretantur.

SI CVRAT C. SP. TETIGISSE] si studet animum spectatoris affectisse, commouisse. Cic. ad Attic. lib. 2. mina, quæ mihi proponuntur, modo dice me tangunt.

DVLCIA SVNT O] aliud est pulchrum, aliud dulce. licet hoc ex similitudine formæ muliebri intelligere. sunt enim quædam mulieres formosæ illæ quidem, sed in suaues, & iniucunde, sine lepore, & illecebra: alia minus formosa, sed H suauitate, & lepore, atque illecebra cōmendata.

VOLENT] quidam libri vet. habent, volunt. A G V N T O] impellunt, aut ducunt. epist. ad Augustū, Ille per extenuum funiculum mihi posse videtur Ire poëta, &c.

SI VIS ME FLERE] sic M. Tull. de Orat. ad Qu. frat. lib. 2. neque fieri potest, vt doleat is, qui audit, vt oderit, vt inuideat, vt pertimeat aliquid, vt ad fletum, misericordiamque deducatur, nisi omnes ij motus, quos orator adhibere vult iudici, in ipso oratore impressi esse, atque in iudici viderentur, &c. quæ deinceps sequuntur. nam ad hunc locum valde pertinent. sic Arist. lib. 3. de arte dicendi. συμομοιοπαθεῖ αὐὸ ἀκῶν τῶ παθητικῶς λέγοντι. id est, si, qui audit, atque is, qui

A affectus commouet dicendo. Sic & Plato in eo dialogo, qui inscribitur Ion, ἢ πῶς ἰλιάδης, vbi multis verbis ostendit & poetas afflatu diuino concitato sua poemata edere, tanquam deorum interpretes, & recitatores poematum, seu actores, quos rhapsodos appellant Græci, esse interpretum interpretes, quia cum recitant aliquem locum iracundiæ, aut misericordiæ, aut similes alicuius affectus plenum, & ipsi similitur afficiuntur, & in animis auditorum similem affectum gi-gnunt. sic Plato: ἐγὼ γάρ (inquit Ion) ὅταν ἐ-λεεινὸν τι λέγω διακρῶν, ἐμπύπλανταί μου ὀ-φθαλμοί: ὅταν π φοβερὸν ἢ δεινὸν, ὀρθαί αἱ χεῖ-ρες ἰσχυραὶ ἔσσω τὸ φόβου, ἢ καρδία πηδᾷ:

B Cum enim ego aliquid miserabile loquor lacry- mis mihi complentur oculi: cum aliquid formi- dosum, aut horribile, pili metu arriguntur, & cor palpitat. Cetera legat qui volat apud Plato- nem. Valde enim ad hunc locum pertinent.

T V N C T V A M E I N F O R T . L A E D .

T H L . V E L P .] hęc est locanda interpunctio- nis nota, hoc modo, Tunc, id est, cū ipse primus dolebis, ὁ Telephe, vel Peleu, tua infortunia mi- hi lacrymas excutient: tunc me molestia afficiet. sequitur deinceps, malè sim. l. Quidam libri ha- bent, ledant.

M A L E S I M A N D A T A L O Q .] sinau- rem parteis tibi à fortuna datas ages indecenter, & ineptè: si & verbis vtēris à persona, quam sus- tines, atque à fortuna tua alienis, & vultu hilario procedes in scenam, cū sis calamitosus, exsul, mendicus: denique si neque verba, neque gestus ei personæ, quam sustines, & quam representare iustus es, respondebunt: tunc aut me tibi minus attentum præbebo, aut te irridebo. oratio igitur & actio debent personæ, & fortunæ congruere, & conuenire. quidam existimant, hunc esse ordi- nem verborum, si loqueris, malè mandata: id est, si ea loqueris, quæ sunt à tua fortuna aliena, tui au- ctoris culpa, qui eam orationem tibi attribuerit: aut dormitabo, aut iridebo: à quibus dissentio.

T R I S T . M A S T . V V L T V M V E R B A D . &c.] Aliud vocis genus (inquit) Cicero lib. 3. de oratore] iracundia sibi sumit: acutum, incitatum, crebro incidens, &c. Aliud miseratio ac maror: flexi- bile, plenum, &c. Aliud metus, demissum, & hesitans, & alieculum, &c. Cū igitur alius motus aliam vocem desideret: ergo & alia verba desiderat. Hęc enim debent esse inter se consentanea, motus, vox, verba. Iam qualis motus, talis vultus est: qualis fortuna, talis motus, vt statim dicet. For- mat enim natura prius, &c. Cum his congruunt illa Ciceronis ex eodē libro paulullum supra. Om- nis enim motus animi sumit quendam à natura habet vultum, & sonum, & gestum: totūque corpus homi- nis, & eius omnis vultus, omnesque voces, vt nervi in fidibus, ita sonant, vt à quoque animi motu sunt pul- sa, &c.

F O R M A T E N I M N A T V R A] sic Homer. ὁδ. α. Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τεπέξ ἀνθρώποι

Πάντων, ὅσα τε γαῖαν ἔπει πνέει τε, καὶ ἔρπει. E Οὐ μὲν γάρ ποτε φησι κακὸν πείσασθαι ὀπίσω. Οφρ' ἀρετῶν παρέχουσι θεοί, καὶ γ' ἔχουσι ὀρώρη' ΑΜ' ὅτε δ' ἢ καὶ λυγρὰ θεοὶ μάκαρες πέλεισσι' Καὶ τὰ φέροι ἀεκαχόμενος τὴ λήθη θυμῷ. Τοιοῦ γάρ νόος ἔστιν ὀπιχθονίων ἀνθρώπων: Οἷον ἐστ' ἡμᾶρ ἄγχι πατήρ ἀνδρῶν τε, θεοῖ τε. id est, ni- hil imbecillius alit terra homine ex omnib', qua super terram spirant ac serpunt. Affirmat enim numquam fore, vt malum, aliquid sibi in poste- rium eueniat, donec virtutem præbeat dij, & ge- nua erigi possint. verum vbi dij immortales ad- uersū aliquid importarint: tum etiam inuitus, id fert patienter. Talis enim mens est terrestrium hominum, qualem diem inuexerit deorū & ho- minum pater. Eadem fere sententia est vulgari huius versiculi, Πρὸς γάρ τυχεῖς τὰς φρένας κα- κήμεθα: id est, ad fortunas enim accommoda- tam mentem habemus. & Terent. in Hecyra, Omnibus nobis vt res dant sese, ita magni, atque hu- miles sumus, hoc igitur significat Horatius, nos aptos esse natura ad omnem fortunam habi- tum, id est, ad omnem fortunæ varietatem, vultu, & fronte, atque aded animo declarandam, & ex- primendam, vt, si fortuna sit secunda, læti, atque hilares simus: sin aduersa, frastrā, humiles, ac de- missi: sequitur deinde oratio, quæ talis animo- rum motus, atque habitus interpretetur.

A V T A D H V M V M D E D .] pluribus ver- bis dixit, quod vno dicere licet, affligit.

S I D I C E N T I S E R V N T] hic versus P. Vi- ctorij sententiam in explicandis verbis illis, Proj- cit ampullas, &c. refellit. si loqueris oratio (inquit Horatius) erit ab eius fortuna aliena, ridebunt equites, & reliqui spectatores. Itaq; si Telephus, & Peleus regno pulsī, & exsules, ampullas loque- tur, id est, verbis vtentur elatioribus, grandiori- bus, amplioribus, quàm tales personas deceat, nō modò misericordiam auditoribus non com- mouebunt, verum etiam risum mouebunt.

I N T E R E R I T M V L T . D A V V S ' N E] variis modis mutatus, & corruptus est hic versus. nā cū in omnib' ferè libris manuscriptis lega- tur vel an Eros, vel Herosne, alij reposerunt, Dauus, an Heros: alij diues, an Irus: alij Dauus, herusne: alij H Diuus, an Heros. quarum lectionum nullam pro- bo, & eas omnes puto esse corruptas. Nam pri- mum Dauus, & Heros personæ sunt ita dissimi- les, ac dispares, vt ea res admonitione non egeat, quis enim ita hebes, & tardus est, vt nesciat in- teresse, vtrum Dauus loquētem faciat, an Aga- memnonem? Præterea Dauus propriū serui no- men est, quamuis à nationē impostum sit heros nomen omnium heroum commune. neque ve- rō me mouet quoddam quidam vir doctus mihi in sermone dixit, ferri hanc lectionem posse, Dauus an heros: quia (inquit ille) heros positus est pro se- ne. senex autem in comædiis ponitur pro hero. Ita igitur hęc heros, id est, seq; ex, quasi Chremes, Dauo opponitur, proferebat autem ille Virgilij versum

A versum ex Moreto, vbi heros videtur positum pro senex. Ergo alia molitur opem sibi promittit heros, sed, pace illius dixerim, neque heros apud Virgiliū, senem significat, neque, si ita esset, probanda ma- gis esset hęc lectio, quàm alia. Nam fingamus ita scriptum esse ab Horatio, Dauusne loquatur, an se- nex: incepta esset hęc oppositio, cū Dauus nomē sit serui proprium, senex nomen atatis appella- tiuum. Iam verò apud Virg. heros non senem si- gnificat, sed hominem antiquiorum morum, seu heroum illorū simplicitatis & probitatis emu- lum, seu heroibus illis probitate & fortitudine animi similem. sic ipse Horat. vsurpauit sat. 2. lib. 2. hos vnam inter Heros natum tellus me prima tu- lisset. Deinde lectio diuesne, an Irus nō placet eadē ratione: quia Irus proprium nomen est mendici illius Homerici, diues omnium diuitem comu- ne, idēque de lectione Dauusne, herusne sentiē- dum, vt omittam quoddam superuacaneum etiā fuit Horatio, nos de domini, & serui loquentis dif- ferentia admonere. Restat quarta, Diuusne loquatur, an Heros, quam audio quibusdam viris doctis omnium optimam videri. Sed nec hęc quidem mihi probatur. Nam diui in comædiis quidem nunquam introducuntur loquentes: in tragædiis autem rarò admodum, tum scilicet, cū dignus aliquis vindice nodus incidit, vt ait Horatius in hac epistola, idque ad explicandas, & expediē- das turbas ortas in tragædiā, quæ humano con- silio non videbantur expediri posse. Quòd si ali- quando Diuus aliquis intercedit nulla turba ex- orta, vt Pallas apud Sophocli. in Aiacei: sit pro- pter aliam necessariam causam, quemadmodum in ea, quā dixi, Sophoclis tragædiā. Iccirco enim Pallas prologi parteis agit, quia absurdum erat futurum, Aiacem, suum ipsius facinus proloqui, ac profere: neque quisquam alius erat, qui sci- ret, eum mente captum pecudes iugulasse: quip- pe qui & noctu, & occultè rem illam perfecisset. Præterea cū sit necesse Deos humano more lo- qui: alioquin à nobis ne intelligantur quidē: nul- lus autem excogitari possit hominū sermo gran- dior, aut elatior, quàm heroicus: non video, quid sit, quam obrem Horatius, aut quisquam alius di- cat interesse, vtrum deus loquatur, an Heros. to- lerabilis erat, si dixisset interesse, vtrum loqua- tur Apollo, an Menelaus: Venus, an Helena. sed quid frustra lectorem moror, cum agatur hęc de personis comicis? ego igitur hunc versum ita le- gendum esse dico, Intererit multum Dauusne lo- quatur, Erosne: vt significet interesse vtrum lo- quatur seruus callidus, versutus, fallax, impro- bus, & nequam, an simplex, apertus, veritatis a- micus, fidelis, & frugi. Perspicuum est enim Ho- ratium hoc loco docere, quemadmodum differt seruus à seruo, etas ab ætate, sãmnia nobilis & potens, à plebeia, & humili, genus & institutum vitæ ab alio, natio à natione, locus à loco: ita in- ter orationes interesse oportere. Esset autem ab- surdum, atque ineptum, cū his verbis loqua-

tur de personis comicis, infra autem deinceps de E tragicis ab illo versu, scriptorū honoratū si forte, &c. inculcare hęc alieno loco deos, & heros. De E- rote porro, video mihi legēdo obseruasse, seruos eos, qui hoc nomine appellatur, magna ex parte esse benè moratos, fideles, & caros, vtilēsq; do- minis. Meminerit omnes, seruū illum Ciceronis Erotem, esse à domino liberatē donatum, quod causam, quā dicitur erat Cicero, cū ad eā nō- dum satis paratus esset, in posterū diem dilatare nuntiaffer: Dauos verò subdolos, mendaces, fal- laceis, dominōque suspectos. Iam verò non est id omittendum, quod ad meæ coniecturæ rationem confirmandam vehementer pertinet. Cū ab- hinc duodecim circiter annos essem Tolosæ, inci- di in quoddam exemplar pandectarum iuris ci- uilis, manu exaratum. in eo animaduerti nomen ferui Eros passim scriptum cū aspiratione Heros. ex ea scriptura, ab illo iam tempore orta mihi sus- picio est, in exemplaribus Horatianis manu scri- ptis antiquissimis, & non ita corruptis, sic hunc versum, in quo versamur, scriptum fuisse, Intererit multum Dauusne loquatur, Erosne. secutos esse postea aliquos homines semidoctos, qui cū re- perissent hoc nomen scriptum cum aspiratione nota, eoque nomine eum significari putarēt, qui inter diuinam, & humanam naturam interiectus est: scirent autem priorem eius syllabam esse lon- gam, atque iccirco numerum, ac mensuram con- stare non posse, versum commutare ausi sunt, & in locum prioris scripturæ Herosne: an Heros sub- stituerunt. atque hanc primam fuisse puto huius G loci maculam, ac labem. ex hac stirpe (vt solent amplificari, ac dilatari mala) cetera huius versus errata, mendaque nata sunt, dum suum quisque iudicium secutus, subque ingenio confusus, dele- tis germanæ scripturæ vestigiis, nouam lectionē confingit, & comminiscitur. meam coniecturam adiuuant & codices nonnulli Horatiani, in quibus inest hæc scriptura, Herosne.

M A T V R V S N E S E N E X] Virg. lib. 5. Æn. maturus Acestes. paullo aliter item Horat. dixit maturus partus, carm. seculari.

F L O R E N T E I V V E N T A] ἀκαχέως ἢ λιλίας, quod alio loco docuimus.

F E R V I D V S] M. Tull. in Catone maiore, e- pulabar igitur cum sodalibus omnino modici: sed erat quidam seruos atatis, qua progrediente omnia sunt or- iam in dies mitiora. Itaque iuuenes αὐχνοῦς appel- lant Græci, quasi αὐχέοντος, id est, semper fer- uentis.

M E R C A T O R N E V A G V S , C V L T O R . N E V I R . A G .] Vides vt opponat inter se mer- catorem vagum, & cultorem agelli: id est, olitorē aliquē, seti potius eū, qui domo se continet, qua- lis est senex ille Veronenfis, quē describit Clau- dianus, Felix qui patriis anuum trāsigit in arvis, ipsa domus puerum quem videt, ipsa senex: Qui baculo ni- tens, in qua reptauit arena, vnus numerat sacula lon- ga case, &c. aut qualis ille beatus Horatianus:

A *Beatus ille, qui procul negotiis, &c.* Oda 2. epod.

S I B I C O N V E N I E N T I A] sibi constantia, & in quibus extrema conueniant cum primis, vtraque cum mediis,

S C R I P T O R] hic est apponenda interpunctio notata.

H O N O R A T I V M] cur honoratum? quia Iupiter à Thetide exoratus, eum à Græcis tum honorandum curauit, cum Troianos, qui Achille pugnantem extra sua præsidia prodire, & præliū inire non audebāt, rursū Achille irato, ea fiducia, audaciāq; compleuit, vt ausi sint belli fortunam experiri, Græcōsque magnis cladibus affecerint, ita vt Agamemnonem, qui Achilli Briseida eripuerat, magnopere sui facti pœnituerit, vtrōque Briseida cum aliis puellis formosissimis bello capris, amplissimiq; muneribus ad eum remisit. Sic autem Thetis apud Hom. *il. a.* Iouem orat.

B *Αλλὰ σύ πέρ μιν τισὶ δόλυμπε μίτιστα ζεύ: Τόφρα δ' ὅππῃ τρέεσι τίθει κράτος, ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ Τιδὸν ἔμον πῖπσωσι, ὀφθαλοσὶ τε ἔπιμῃ.* id est, At tu eum honorato ὁ Iupiter Olympic, consilij largitor, Tandiu autem Troianis potentiam, & robur adijctio, quoad Achili filium meū honorauerit, & eum honore maccharint.

I M P I G E R, I R A C V N D V S, I N E X O R A B I L I S, &c.] quia talem describit Homerus, atque iracundiam quidem ex primo iliados perspicere licet, ingenio autē inexorabili eū fuisse, declarat liber nonus, vbi ab Aiace *χίτλιοσ*, seuus, durus, indomitus: & *μηλῆσ*, id est, immisericors & immitis appellatur. & eodē libro cūm Phœnix longa oratione eum ad lenitatem deducere studiuisset, Meleagri exemplum adhibuisset, munera cōmemorasset, quæ se Graci vtrōd promittebant daturos, si se exorari sineret, cetera denique collegisset, quæ ad animum iratum placandum, ac mitigādum valere debeuerant: his omnibus ne tantillum quidem commotus est, vt Græcis laborantibus succurreret, auxiliūmque ferret. Magna fanē vis est ad misericordiam cōmouendam in iis versibus, quibus exponit Phœnix, illū sibi à Peleo puerum esse traditum, & commendatum, abs se magno studio, magnāq; cura educatum ea spe ducto, fore, vt, cū ipse liberos ex se non suscepisset, esset ille sibi filij loco. Tam verō alij, qui dinceps sequuntur, vel saxum flectere poterant, quos non me pigebit ascribere, vt insignis Achillis acerbitas, & inexorabilis animus magis appareat, qui de sententia à tali viro, talique oratione non poterit demoueri. hæc igitur Phœnix, *Αλλ' Ἀχιλλεύ, δάμασσι θυμὸν μέγαν' ἔδδ' ἔτι σε ζεῖ. Νηλεὲσ ἦτορ' ἔχεν' ἑρεπτοὶ δὲ τε, καὶ θεοὶ αὐτοί. Τὸν περ καὶ μέγαν ἀρετῆς τιμὴν πῶβῃν τε. Καὶ μὲν τῶσ θυέεσσι, καὶ εὐχολῆσ ἀγαθῶσι, Διοσῆ τε, κίνοσσι τε πῶδ' ἑρπῶσ' ἀνθρώπων. Διοσῆ μὲνοσ ὅτε κεν τις ὑπερβῆη, καὶ ἀμάρτη.* id est, At Achilles, magnum animum tuum domato, neque verō te oportet immisericordem mentem habere, flexibiles sunt etiam dij

ipsi, quorum & maior est virtus, & honos, & vis. Vtrum tamen eos suffimētis ac sacrificiis, & blandis precibus, & libaminibus, & nidore flectunt homines precantes, vbi quis iniustū aliquid commiserit, & peccarij, reliquos versus petat, qui volent, ex Homero. Patroclus item *il. π. ait*, patrem ei non esse Pelea, neque matrem Thetidem; sed eum è mari, saxisque præruptis esse natum. sic Patroclus, *Νηλεὲσ: ὄφρ' ἄρα σοὶ γὰρ πατήρ τῷ ἰπ-πόσῃ Πηλεὲσ, Οὐδὲ ὄφρ' ἔπι μητρί, γλαυκῆ δὲ σε τίθει θάλασσα, Πετραῶ τ' ἠλίβατοσ.* Postremo Apollo in ea oratiōe, qua suadet ceteris Diis, vt Hectoris corpus parentibus permittant, vt honore sepulturae ab eis afficiatur, potius, quā Achilli gratificentur, ait Achillē neque animo esse ad æquitatem propenso, neque flexibili voluntate, sed immanitate, & feritate quadam leonina præditum, omnēque humanitatem, ac misericordiam exuisse. sic Apollo, *Αλλ' ὄλοσ Ἀχιλλῆῃ θεοὶ βέλεσθ' ἐπαρήγειν, ὣσ' ἔτ' ἀρ' φρένεσ εἰσὶν εἰσῆμι μοι, ἔπε νόημα Γαμπίδον ἐν σπῆεσσι: λέων δ' ὡσ, ἀχρῖσ οἶδεν.* &c. impigrum autem, fortē, & strenuum accipio, ἀχρῖθον, ἀνδρείον, talem enim facit Homerus, quod & Aristot. testatur in lib. *π. εἰ ποικτ.* Seruius hunc versum, & eum, qui proxime sequitur, profert ad illum Virgilij locū, *hic seuus tendebat Achilles.* vbi notat ille, seuus propter Hectorem ab equis distractum, quod nō placet. seuus enim dictus à Virgilio est, eadem ratione, qua ab Horatio iracundus, aut certē qua ab Homero *χίλιοσ*. Appellatur præterea ab Horatio peruicax, Oda 17. epod. & cedere nescius Oda 6. lib. 1.

A C E R] sit, subintelligendum.

I V R A N E G E T S I B I N A T A] *ἰλιάδ. α. Ἄλλοισιν δὴ ταῦτ' ὕπτιπλόο, μὴ γὰρ ἐμοίγε Σήμην' ἔγερ' ἔγωγ' ἐπὶ σοὶ πείσεσθαι οἶα.* id est, aliis ista manda, non mihi impera. nō enim puto me tibi morem gesturum.

N I H I L N O N A R R O G E T A R M I S] *il. χ. & φ. & alibi.*

F E R O X] animosa, vehemens, elata. *ζαμηνῆ* vocat Pindarus *είδ. δ. π. υ.* licet autem hoc ex Medea Euripidis cognoscere. Sed longē diuersa ab iis, quæ poëta tragici, & ceteri scriptores de Medæ ferocitate, acrimonia, & impotentia, de fratre Absyrtro obruncato, de filiis eius sua manu necatis, litteris prodiderunt, longē (inquam) alia, ac noua de ea narrat Pausanias in Corinthiacis, nempe eam Iasoni nuptam, Corinthique reginam, filios, qui sibi quotannis nascerentur, in templo Iunonis occultare esse solitam, immortalis eos futuros sperantem: verūm cūm hæc spes eam fessellisset, & cūm se errasse tandem cognouisset, eodē tempore ab Iasone deprehensa esset: illum ei multūm oranti ignoscere noluisse, & ita Iolcum, ea relicta, nauigasse: Medeam autē regno Corinthi Sisypho commēdato, ac tradito, illum secutam esse. Sed quod ad hunc locū pertinet, vide Equip. Medeam.

I N V I

A I N V I C T A Q V E] Euripid. in Medea, *Δεινῆ γὰρ ἔπῃ φεδῖασ γὰρ συμβαλὸν Εὐχρῶν πῖσ αὐτῆ καλλιπικὸν ἀσεται,* id est, horribilis enim est. non facile quisquam inimicitis cum ea susceptis victoria carmen canet. ibidem sic Medea loquitur, *Ερπ' εἰς τὸ δεινὸν. νυδὲ ἀγὼν εὐψυχῖασ.* id est, aggredere ad rem terror plenam. nunc certatur de animi magnitudine, & præstantia.

F L E B I L I S I N O] Athamantis, & Inonis duo filij, Learchus, & Melicerta fuisse dicuntur. Ac Learchum quidem Athamas furoris præceps interfecit, & in lebetem aquæ feruentis plenum coniecit: mater Ino ipsa quoque amentia & furore affecta, vel (vt alij volunt) metu perterrita, cum Melicerta aufugit, & in mare desiliit: quæ postea Dea facta, & Leucothea dicta est, eiusque filius Melicerta, Palæmon appellatus. vide Homerum *ὀδυσσ. ε.* & interpretes ad illū locum, *Τὸν δ' εἶδεν Κάδμυθ θυγατρίσ καλλιφύροσ Ἰῶν Λευκοθέη.* & Pindari interpr. *ὀλυμπ. εἰδ. β. ibi, λέγοντι δ' εἶν' ἢ γάλασσα Μετὰ κόρασσι Νηρηῶσ Ἀλῖασ βίστον ἀφῆτον ἰνοὶ τεπέχθου τὸν ὅλον ἀμφὶ γέρον.* id est, dicunt etiam in mari inter Nerei filias marinas vitam immortalem Inoni constitutam esse in perpetuum. & Euripidē in Medea, vbi chorus ait, Inonem duobus filiis necem attulisse.

P E R F I D V S I X I O N] cur Ixion dicatur perfidus, cūm ex aliis scriptoribus, tūm ex Pindari interprete *π. υ. εἰδ. ε.* cognoscere licet: cuius hæc verba sunt, à nobis sic Latinè reddita. Ixion siue Antionis, (sue Pisonis, sue Martis, siue Phlegyas filius) nam dissentit inter se auctores) Diam Deionē filiam duxit vxorē. Erat autem in more positum apud veteres, sponfarū patribus munera quadam dare, vt & Homerus indicat, *Πρὸσ' ἐκατόν βῆσ δῶκεν, ἔσφρα δὲ χίλι ὑπέστη Αἰγῖασ ὄμῃσ καὶ οἶσ.* id est, Primum centū boues dedit, deinde mille capras pollicitus est, & totidem oues. Deioneus igitur Ixionem, vt mos erat, filia: suæ virum munera poscebat. Ixion verō cūm ab illo crebrō appellaretur, atque ad eō vgeretur, fossam faciendam curauit, eamq; materia, quæ ignem facile, & subitō concipere posset, impleuit. quo facto, socerum quasi ad epulas opiparas, & sumtuosas inuitauit. Ille autem insidiarum, & fraudis ignarus, cūm ad eum locū, vbi fossa suberat, peruenisset: in eā iam inflammata incidit, & ita flammis consumtus est. Iam verō cūm Ixionem tanto scelere contaminatum nemo expiare vellet, cūmque eum omnes detestarentur, & contagionem aspectus fugerent: cūm ipsi Dij denique illum aspernarentur, ab illoque abhorrent: solus Iupiter eius miserus, maculā ex illo scelere conceptam deleuit, eum vltro in cælum sustulit, sibi contubernalem fecit. At Ixion neque prioris beneficij, neq; posterioris memor, ecce tibi nouum animo cōcipi facinus, nouūque flagitium aggreditur, & Iunonis amore incensus, rem eum ea habere meditatur, Iupiter au-

tem hoc cognito, nubem, vt Iunoni similis esset, & specie quadam falsa conformauit: qua visa exarsit ille, & corpus cum ea commisit: ex qua immanem quandam, & monstrosūm virum procreauit, nomine Centaurum. Iupiter porrō manū, & pedes Ixionis rotæ arctissimis vinculis astrinxit: quam in perpetuum volubilem effecit, eique rotæ Ixion alligatus clamat, *benemeritis gratiam esse referendam.*

I O V A G A] ideò vaga, quia Argo, à Mercurio, interfecto, cui fuerat, postea quā à Ioue in vaccam versa est, à Iunone custodienda tradita, vsque eò vagata est, donec in Ægyptum peruēnit, cæstro à Iunone immisso, qui assidue eam insectaretur.

T R I S T I S O R E S T E S] nihil notius, nihil clarius Orestis furore. de quo vide Euripidis nobilissimam tragœdiam. Plato in Cratylō scribit Orestem nomine ipso τὸ θηριώδες ἢ φύσεωσ, καὶ τὸ ἀχρῖον, καὶ τὸ δρευῆσ, id est, feritatem, immanitatem, & montanam quandam naturam, declarare. vide annot. ad sat. 3. lib. 2.

S I Q V I D I N E X P E R T V M S C. C O M M.] si quam tragœdiam scribere cogitas, in qua personæ sint nouæ, neque dum ab vilo poëta tractatæ, vide, vt tales sint vsque ad extremum, quales statim ab initio abs te productæ sunt. Seruius profert hunc locum ad illū Virg. versum *Æn. 6. Præcipue prius Æneas, &c.* in expertum, valet non expertum *παθητικῶσ*, non tractatum, non spectatum. nam & M. Tull. *expertam* virtutem dixit patiendi significatione, orat. pro Corn. Balbo, his verbis. *cuius igitur audita virtus dubitationi locum non daret, huius præfens, experta, atque perspecta, obtractatorum voce ladeatur?*

D I F F. E S T P R O P R. C O M M. D I C.] communia hoc loco appellat Horatius argumenta fabularum à nullo adhuc tractata: & ita, quæ cuius exposita sunt, & in medio quodammodo posita, quasi vacua, & à nemine occupata. talia igitur argumenta difficile est abs te nūc primum occupata, & suscepta, ita tractare, vt propriè tua iure dici possint.

I L I A C V M C A R M E N] quod commune non est, sed Homeri proprium: est tamen publicum, vt mox dicemus.

D E D V C I S I N A C T V S] in scenam productis, in tragœdiam confers: ex Iliade personas tragicas sumis, & tragœdiā componis. Plato lib. 10. de Rep. Homerum *τραγωδῖασ ἡγούμενασ καὶ διδασκαλοσ*, id est, tragœdiæ ducem, & magistrum nominat.

P V B L I C A M A T. P R I V.] antequā hūc locum explicemus, quid inter sit inter publicum, & commune, vidēdum. falluntur enim, qui hæc nihil inter se differre existimāt. Publicum igitur dictum est, quasi populicum, seu poplicū. & verō nonnulli libri veteres hūc habēt, *Poplica materies, &c.* vbi vulgati, *Publica materies, &c.* ita publicū est, quod est totius populi, vt campus Martius,

A publicus est populi Rom. ager Campanus lege agraria lata, publicatus est: Regnum Cypri lege Clodia populi Romani publicum factum est: Flumina omnia & portus, publica sunt: riparum quoque vsus publicus est, sicut & ipsius maris, prætor, cõsul, & ceteri magistratus, & Reges, sunt publicæ personæ. nã totius populi personam insistent. Publico opponitur priuatum, vt cum dicimus, *in publicum, in priuatum: publica persona, priuata persona: iudicium publicum, iudicium priuatum: Rex, priuatus.* Horat. sat. 3. lib. 1. *Priuatiusque magis vnam te Rege beatas.* & infra. *fuit hæc sapientia quondam Publica priuatis scernere.* Cicero pro Murena. *Odio populus Rom. priuatum luxuriam: publicam magnificentiam diligit.* Idem in Rull. ad pop. *si est priuatus ager Recentoricus, quid cum excipis? sin autem publicus, quæ est ista aequitas?* Cõmunè duobus modis accipitur: vno modo commune appellamus, quod est æquorum, aut plurium, vt *partes communis, communis domus, ager communis, epistola communis:* atque harum rerum cõmunium causa, competit actio cõmuni diuidendo: à quarum similitudine dicimus *Martem cõmunem, mortem cõmunem, vitam cõmunem.* & ita illud M. Tullij pro Rosc. Amer. *quid tam commune, quam spiritus vitæ, terra mortuus, mare fluctuantibus, litus erectis?* Altero modo communia dicimus, quæ à nemine sunt occupata, neque possessa, & possunt fieri occupantis, vt *agua profuens, aer, litus maris, lapilli & gemma in litore maris, theatrum:* quarum rerum causa non datur actio communi diuidendo apud iuriscons. Opponitur autem commune proprio, vt Cic. pro Sylla. *Tempus agendi fuit mihi magis proprium, quam ceteris: doloris verò & periculi fuit illa causa communis.* Idem epist. ad Dol. lib. 9. *Quod me amas, id tibi commune est cum multis: quod tu ipse tam amandus es, tamque dulcis, tamque in omni genere iucundus, id est propriè tuum.* Accipienda porò hoc loco communia, quæ à nemine sunt occupata, id est, quæ nondum sunt à quoquam tractata, vt diximus. His igitur expositis, huc locum sic explicamus, publica materies est, exempli causa, Ilias Homeri. est enim opus publicum, & totius populi factum, quamuis ab Homero inuentum, scriptum, & editum. Hæc igitur materia, tui iuris, tuique mancipij fieri poterit, si non harebis in circulo omnibus patente, & contento, id est, si tuum auctorem, quem tibi proposuisti ad imitandum, non sequeris ita religiosè, vt nihil addas de tuo, nihil inuenias, nihil immittas: trita quædam, & vulgata, & omnibus exposita, & facilia, & ἐγκύβητια persequaris. Non circa autem scriptum offendi in omnibus libris manu scriptis. Quidã publicam materiam dicunt esse argumentum a aliis poetis intractum: quod (inquant) priuati iuris erit, si quis ita tractet, vt postea nemo vel idẽ scribere audeat, vel melius possit: quod consequetur si sententias adhibebit non vulgares, neque de medio sumtas. Ego quod publicã materiam,

argumentum aliis intractum vult esse, non probò: E cetera nihil ferè ab iis, quæ scripsi, discrepant. **N** E C V E R B V M V E R B O, &c.] id est, & si non studebis verbum è verbo exprimere, vt religiosus, & fidus interpretis: si non te præbebis ita sedulum, ac fidem interpretem, vt ne paululum quidem à tuo auctore discedere audeas. moneo igitur hoc loco Horatius ne eos, quibus nobis proposuimus imitandos, aut è quibus argumentum scribendi petimus, ita sequamur, vt interpretes, sed potius vt è fontibus eorum, iudicio, arbitrio, que nostro, quantum, quòque modo videbitur, hauriamus. hoc enim se consilio vsum esse scribit M. Tull. & quidẽ iis ipsis verbis, quæ modo vsurpauit, in Stoicis imitandis, & in quæstione de officiis. quod item te fecisse scribit in orationibus inter se contrariis Æschinis, Demosthenisq; conuertendis. nec conuerti (inquit) vt interpretis sed vt orator, sententiis isdem, & eorum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis: in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum, vniuersè seruari. non enim ea me annumerare lectori putauit oportere, sed tanquã appendere. hoc autem præceptum ad elocutionẽ referendum est. **N** E C D E S I L I E S I M I T. I N A R C T.] id est, & si te non conijcies in eas angustias, videlicet nimium longè ab eo, quem tibi proposuisti ad imitandum, discedendo, vnde te expricare honestè non possis: vnde egeat vel turpe sit futurum, vel operis natura, ac ratio non ferat. nam hæc cuiuscumque operis lex est, ne quid inchoatum relinquatur. **R** E F F E R R E] sic legendum: & ita habent duo omnium emendatissimi codices, geminatum autem est f. vt prima syllaba producat: qualia sunt illa, *retulit, subbigit, reperit, &c.* Ita autè loqui solemus referre pedem ex aliquo loco, non proferre. Cæsar lib. 1. de bello Gallico. *tandem vulneribus defessi, & pedem referre, & quod mons suberat mille passuum, eò se recipere cõeperunt.* & lib. 10. epist. M. Tull. ad familiarem, Ser. Galba. *Cornu sinisterris, quod erat infirmius, vbi Martia legionis dua cohortes erant, & cohors prætoris, pedem referre cõperunt.* **S** C R I P T O R C Y C L I C V S] poëta nescio quis epicus, circumforaneus, circulator, rhapsodus, qui solebat suũ carmen in corona recitare. nonnulli Antimachum significari putant: de quo M. Tull. in Bruto, *Nec enim posset idem Demosthenes dicere, quod dixisse Antimachum, Clarium poëtã, ferit: qui, cum conuocatis auditoribus legeret eis magnum illud, quod nouistis, volumen suum, & eum legentem omnes, præter Platonem, reliquissent, legam (inquit) nihilominus. Plato enim mihi vnus instar est omnium.* nonnulli, & ij quidem docti, poëtã quemdam alium, qui scripsit *κυκλικα*, scæpe ab interpretibus Græcis commemoratum, significari volunt, in quibus est M. A. Muretus. de hoc poëmate Philoponus in librum primum *ἀναλυτικ.* (vt vulgò citant)

A citant) ἐστὶ δὲ καὶ ἄλλοσι κύκλος ἰδίως ὀνομαζόμενον: ὃ πρῶτα πρὸς μὲν εἰς ἑτέρας, πρὸς δὲ εἰς ὁμήρον ἀναφέρεται, &c. id est, Est enim aliud quiddam, quod propriè nominatur cycclus: quod poëta alij aliis, nonnulli Homero ascribunt. Ego auctores quosdam κύκλους ab Homeri scholiasta video citari ἰλ. γ. ἢ ἰσθρία. ὅθεν τοῖς πολεμωνίοις, ἢ τοῖς κύκλοις. id est, historia est apud Polemonios, aut cyclicos. **F** O R T V N A P R I A M I] Antimachum non significari ab Horatio ex eo maxime intelligere licet, quod Antimachus bellũ Thebanum scripsit: quod multis annis ante Troianũ bellum est: hic autem, quem reprehendit Horat. bellum Troianum: vt omittam, quod principij poëmatũ Antimachi hoc fuisse testatur Græci interpretes, Εὐπέτετε κρονίδα διδο μέγαλοι θυγατρεις. id est, Dicite Saturnij Iouis magni filia. cuius verus longe alia sententia est, quàm huius, què hoc loco de Græco expressum profert Horat. Simeon Bosius putabat, significari primum versum eiusdem Homeri ex parua Iliad. Ἰλιον αἰεῖδο, καὶ Δαρδανίην ἐπιπύλον, sequitur ἧς πέρι πολλὰ πάθον Δαναοὶ, θεράπωντες Ἄργος. i. Iliũ cano, & Dardaniam equis aptã, vel pulchris equis abundantem, Pro qua multa pertulerunt Græci, ministri Martis, ex qua interpretatione, propè ad verbũ expressa, cuius qui linguam Græcam nõ didicerit, licet intelligere, quamobrem aliter sentiam. **Q** U I D T A N T O D I G N. P. H. P. R. H.] tanto hiatus, nempe oris ductum à tragœdis, qui interdum cum Agamemnonis, aut Atrei, & similibus personarum partem agerent, vt grandiloquentiores (si hoc nomine vti licet) videretur, quàm maxime habãt, cum sæpe exilem vocem, minimèque tanto hiatus dignam, mitterent. sic apud Lucianũ sæpe vsurpatur illud μέγα κενυότες de tragœdis, id est, magnum hiantes. Præterea magnitudo & granditas verborũ, seu gran-

diloquentia, videtur oris hiatus postulare. Itaq; per oris hiatus, grandiloquentiam intelligimus, quæ constat ferè ex ampullis verborum. **P** A R T V R. M O N T. N A S C. &c.] prouerbiũ in gloriosos ostentatores, & eos, qui magna de se expectatione concitata, nihil ea dignũ ad extremum afferunt. Athenæus lib. 14. scribit, Tacham regem Ægyptiorũ, cum Agesilaum Lacedæmoniorum regem, breuis stature hominem, qui iccirco venerat, vt cum eo belli societate iniret, eique auxilium ferret, hoc intempestiuũ ioco lacerasset, ἄδινεν ὕρος. Ἐὐς δ' ἐφοβέτο τὸ δ' ἔτεκεν μὲν, id est, parturiebat mons: at Iupiter meruebat, ille autem murem peperit: regno suo esse spoliatum, priuatumque esse factum, alienato à se Agesilao, societateq; direpta, ac dissoluta. **D** I C M I N I M V S A V I R V M] principij Odyss. Ἀἰδοῖ μοι ἐνεπε μέγα πολύτροπον, &c. Libet mihi hoc loco occasionem & ansam nato ex P. Ronfard, viri claris. poëtæ Regij, Fraciade, poëmate Gallico, planè cũ Iliade Homericã, & Æneide Virgiliana comparando, versus aliquot Gallicos decerpere, eosq; ab Io. Aurato viro singulari doctrina ornato, poëtã Regio, Latinos factos, cõmẽtariorũ meorũ lectoribus legendos exponere, vt intelligant extera nationes quæ & qualia ingenia efferat nostra Gallia, & quantopere apud nos floreãt bonã litterã, liberalisq; doctrinã. Primum autem ex principio primi libri paucos versus proferam, deinde Cassandra vaticinium, quod constat nonaginta circiter versibus, ex eodem libro subijciam, vt omnes mortales litteris exculsi maiore in dies huius diuini poëmatis legendi desiderio afficiantur, eiusque editionẽ vel à Rege nostro Carolo nono, vel ab ipso Ronfardo precibus & votis omnibus flagitent. Sic igitur poëma suum orditur poëta noster Ronfardus:

Muse qui tiens les sommets de Parnasse,
Entre en ma bouche, & me chante la race
Des Roys François yssus de Francion,
Enfant d' Hector Troyen de nation,
Qu'on appelloit en sa iuence tendre
Astyanax, & du nom de Scamandre.
De ce Troyen conte moy les assaulx,
Guerres, discours, & combien sur les eaux
Il a de foyes en despit de Neptune,
Et de Iunon, surmontè la fortune,
Et sur la terre eschappè de perils,
Ains que bastir les grans murs de Paris.
Vous Charles Roy enfilez moy le courage:
En vostre honneur l'entreprens cest ouurage
De long labour, & gardez d'abismer
Ma nef qui flotte en si profunde mer.

Musa tenens summas Parnasi in vertice sedes,
Et tunc adsis, origo fauens illabere nostro,
Dum memoro prima auctos ab origine reges
Franconis: qui Troiungena situs Hellore quondam
Astyanax, patrio sed dictus ab amne Camandrum.
Huius Troiungena tu dic mihi Musa labores,
Præliãque: inuita quoties Iunone, & iniquo
Neptuno terra, pelagõque pericula vici,
Antè Parisiaca quam mania conderet urbis:
At tu Rex animos, dignasque in carmina vireis
C. AROLE dactyl vestros opus hoc mihi surgit honores,
Argumentum ingens, mea ne mergatur in alto
Cymba, caue: tantas quæ nunc vaga fertur in undas.

ACASSANDRÆ VATICINIUM de Franconis casibus, ex primo libro Franciados Petri Ronfardi, Io. Aurato, poeta Regio interprete.

LA PROPHETIE DE E Cassandra des fortunes de Francus, prise du premier liure de la Franciade de P. de Ronsard.

Troingena, auspiciis cuius felicibus olim Clara futurorum video tot nomina regum, Magnanimūque ducum, populis armisque potētum: Dīscā memor, me vate, sacer quam concitat error, Qui te cumque manent venturo tempore casus, Quō deus vsque finit: veniet que cetera dicet Ordine nymphe tibi, vacua cum nudus arena Ager, inops rerum, confraētus membra iacebis, Naufragum ut in gelido procelsum littore corpus. Qualis ab arboreo succreuit stirpe sub auras Surculus, incumbens operi, quam cecidit acuto Frondator ferro, & trunco succidit ab imo, Vnde grauis malus, temo aut fabricetur aratri Menibus hibernis, niuibus cum & sparsa pruinis, Grandinēque horret humus, latet in radice recisa Abdita, nec libro suboles caput exferit vdo, Donec vere sui memoris renouante senectam, Vna locum supplet vacuum generosa propago, Frondosque comis procutus suscitāt umbras Luxurians, lætūque caput sub nubila tollens. Tu quoque bis capta felicia germina Troia Vberibus renouas foliis, rediniūque fundens Brachia Troianum tolles ad sidera nomen, Regum progenitor, per quos subuerfa resurgunt Pergama, & Argolicas spernent viuacia flummas, Postquam olim vitricæ, armisque & legibus aquis Gens tua perdomitum sua sub iuga miserit orbem. Tu tempestates seuas & praelia mille Dura ferēs, caput obiectans: sed Gallica tandem Clara manent populi vitorem sceptrā subactis. Regia dein de tua nascetur origine proles: Cui par sub magno surget non altera celo, Vis Pharamondorum, Clouiorum, Childericorum, Lodoicique pī, Claudī sortisque Pepini, Clari omnes armis reges, vitricia quorum. Agmina Idumæas gestabant vertice palmas. Sed tamen ante omnes surget rex maximus vnus, Diuorum genus & magni atheris incrementum, Filius Henrici, bello insuperabilis olim, Et Catharina tuus: cuius sub pectore cuncta Virtutes ponent fæsto velut agmine sedem. Carolus huic magnum fama per sæcula nomen: Nomine sed maior gestarum gloria rerum, Annis pane puer, genitoris & orbis adempti Ante diem: cui fida tamen custodia matris Ritē regens tenerum, monitisque salubribus augens, Et felix vigor ingenij maturior auro Turbatas adūs pacabunt tristibus orbis, Et populos furis in se discordibus actos. Et simul hunc maturā virum firmaverit ætas,

Prince Troien, de qui dès meinte année T'ay bien preueu la belle destinée, Tige de Ducs, de Roys, & d'Empereurs, Grands aux combats, des peuples conquereurs: Entendz de moy d'esprit toute ratiue, La plus grand' part des gestes de ta vie. Dieu me deffend de te chanter le tout: Tu en sçauras commencement & bout Par vne nymphe, apres que le naufrage T'aura iecté tout nud sur le riuage, Froissé, cassé, sans ayde, & sans support, Comme vn corps froid estendu sur le bord. Or tout ainsi qu'en parfaict' accroissance Le reiecton de l'arbre prend naissance, Qu'vn bucheron de l'ouurage panché, A fleur de champ, de son fer a tranché, Pour faire vn mas, ou bien vne chartie Au mois d'hyuer, quand la terre est chenuë, Blanche de neige, & de gresle qui poingt: Le reiecton se cache & ne sort point: Mais au printemps renouellant son estre Seul prend la place au lieu de son ancestre, Et fait reuiure en son bois ses ayeux, Leuant son chef fueillu iusques aux cieux: Ainsi tu es de Troie saccagée Le reiecton, à la cyme chargée De fueille & fruit, qui doibs par ton moyen Iusques au Ciel pouffer le non Troien, Pere des Roys, qui en despit des flames Des Grecs veinqueurs, referont noz Pergames, Ayant par force & iustice domté Le monde entier d'vn & d'autre costé. Tu passeras meinte dure tempeste, Et meint combat, ennemy de ta teste. Mais à la fin par bataille tu doibs Vaincre soubz toy tout le peuple Gauloys. De toy doit naistre vne race Royale, Qui soubz le ciel n'aura point son egalle, Des Pharamonds, Childerics & Clouis, Princes guerriers, dont les belles armées Auront au chef les palmes Idumées. Vn Roy viendra des cieux le faury, Fils d'vn grand prince, inuincible Henry, Et d'vne Roine accorte Catherine: Roine qui doit loger en sa poitrine Toute vertu. CHARLES sera son nom: Dont les hauts faicts passeront le renom, Bien ieune d'age, orphelin de son pere, Estant conduit des conseils de sa mere, Et d'vn aduis heureusement bien né Appaifera son peuple mutiné, Qui furieux, par les villes Françoises Bouillonnera de sectes & de noifces.

Mais

A Et latus armatum validus præcinxerit ensis, Fortibus inque humeris thoracis stridor aheni Horruerit strepitans pro vita & honore suorum. Florentes tangens annos, magis ille pudore, Quam stipante metu tutus, leget agmine terras Belliger, & dux alba nigros defiget ad Indos Signa, summ Oceanō claudens utrinque laborem. Iam mihi quadrupedans sonus exauditur equorum, Pulsantum ære solum, iam regia signa ferentes Armigeras acies, inuenilis roborā pubis, Ordine prospicio longo: fulgentibus armis Terra riger, hastis, manus, latera ensibus horrent: Sæuis inest furor his, & sæua minacibus ira Vultibus, & sola sub pedibus concussa tremiscunt, Compositis gradibus præcunctia signa sequentum, B Qualis ad imperium venti procedit in alto Vndarum legio, cursuque ferente secundo Post alios alij voluuntur in ordine fluctus, Donec agens tandem validi vii incita status Depulit impulsis extremam ad littoris oram. Non illi audebit regi se opponere quisquam Bellanti, siue ipse pedes pedisum ante maniplos Ibit ouans longi crispans vibrantia conti Robora, seu campum pedibus pulsabit equinis, Calce rigente premens armos pernicious Iberi, Puluere sedatus vultus, aptansque lacerto Multa cade rubro gladij splendens acumen, Non secus ac quondam segetis per plana feracis, Dens falce cadunt maturæ messis acerui: Atque alii alij super agglomerantur, ab æstu Torrida cum portant sub tectum farræ coloni: C Sic reuoluta ruent sub lato corpora ferro Multa simul cumlata solo: pavor undique & horror Illius & dextram, & ferrum ferale sequentur. Ut tamen eius erit metuenda rebellibus ira Gentibus, horrenda quas fulmine proteret hæc: Sic victis clemens populis victoria parcet, Temperet ut vires leni pietate serenus. Carolus hic claros celi stellantis ad axes Fausta sua, & Troas proauos, Phæbo auspice, mittet. Post ubi longæua venient iam tadia vita, Alter ut in magno sol effulgebit Olympo. Ergo age nunc alacri, Franco, loca mente relinquens, Ne tua tot claros ignauia lenta nepotes Obruat, æternis, auro veniente, tenebris, D Perge celer, quò fata vocant superique secundi. * * * repone hunc versum omissum, ita notatum * pagina superiori post versum, cuius initium est, Des Pharamonds. Remets ce vers ainsi marqué * en la page precedente apres le vers, qui ce commence, Des Pharamonds. * Des Claudions, des Pepins, des Louis.

ANTIPHATEM] Antiphates, rex Læstrygonum, à quibus Ulysses, eiusque socij ad vnum discerpti essent, nisi funibus anchorarum præcisissis quamprimùm è portu soluisent, seseque in altum recepissent: quo ex periculo tamen non omnes naues seruatae sunt, sed aliquot cum vectoribus perierunt, narratur hæc ab Ulyssè ὀδυσ. Δὴ τὸ τ' ἐγὼν ἐτάπησ' ἀεγίῃ πρὸς ἑοῦ ἰόν-

Mais aussi tost que la viue vertu Armera ce Roy du fort glaiue pointu, Et qu'on voira pour l'honneur de ses Gaules Le corselet craquer sur ses espaules, Ayant la fleur de la ieunesse atteint, De ses subiects plus honoré que craint: Ira couvrir le monde de gendarmes, Et plantera iusqu' aux Indes ses armes, De l'Ocean limitant ses trauaux. L'enten desja le pié de ses cheuaux Fraper la terre, & dessous les banieres, Aller de rang les Ieunessees guerrieres, Ayant le dos herissé de harnois, Le flanc despée, & la main de long bois. Eux menaçant d'vns effroyable face Les ennemis, feront trembler la place Dessous leurs pieds, en ordre se suiuaus, Comme les flots marchent dessous les vents L'vn apres l'autre, & de suite esbranlée Sen vont roulants par la pleine salée Iusques à tant que le ventueux effort Les ait pouffez contre le front du bord. Nul n'osera se trouuer en bataille Contre ce Roy, soit que pieron il aille Deuant les siens, d'alcegrez tout plein, Crespant les plis d'vne picque en la main: Soit qu'à cheual il frape la campagne, Piquant les flans d'vn beau genet d'Espaigne, Couuert de poudre, ayant pendu au bras Vermeil de sang, le tranchant coutelas: Ainsi qu'on voit tomber soubz la faucille Meinte l'auelle en la pleine fertile Lune sur l'autre, alors que la saison Fait emporter les bleds en la maison, Ainsi tomba dessous sa large espee Meint corps, meint bras, meinte teste coupée, Roulante à terre: vn horreur, vn effroy Suiuiron le glaiue & la main de ce Roy. Mais tout ainsi qu'aux rebelles courages Fera sentir l'effort de ses orages, Il fera doux au peuple surmonté, Ayant la force ensemble & la bonté. Ce Charles Roy iusqu' aux flammes celestes Fera voller nostre race & ses gestes: Puis estant soul de ce monde ennuieux, Comme vn Soleil reluira dans les cieux. Pource Francus alaigrement desplace: N'estouffe point vne si belle race Par ton seiour, & marche sans effroy, Ayant les cieulx si dextrement pour toy.

tas, &c. id est, Tum ego socios præmissi, vt exquirerent, & explorarent, &c. SCYLLA' M Q V E] Scylla (vt scribit interpres Hom. ὀδυσ. μ.) Phorcynis, & Hecate filia: cuius latera catulis latrantibus succincta fuisse dicuntur. re vera Scylla vortex aquarū fuit, cui saxa volubilia, vagaque suberant. alij rupem, seu scopulum esse dicunt. Homerus autem libro Odyss. supra commemorato, eam describens, ait, yocem H h h

A mittere voci catuli nuper admodum nati similitudinem: ipsam monstrum esse ingens, & immane, & vel Deo immortali formidolosum, pedes habere duodecim, omneis ad ingressum ineptos: siquod autem ire velit, eod pennis volare, non pedibus ambulare: sex ei colla esse longa, & in vnoquoque eorum caput inesse horribili aspectu, in ore triplicem dentium ordinem crebrorum, & cruentorum. cerera ex Homero pete: cuius hi sunt versus, Εἴθε δ' ἐνὶ σκύλλῃ καίει, δεινὸν λελακίῃα, Τῆς ἥτοι φωνῆ μὲν ὅση σκύλακος νεογλάλις, τῆν τε αὐτῆς δ' αὐτῆς πέλαρ κακός, ἐδὲ κατῆς μὲν Γῆθησειεν ἰδὼν, ἐδ' εἰ θεὸς ἀντίσειεν, &c. M. Tull. orat. de Harusp. respōsis, *Quam scyllam tam eminentibus canibus, tamq. ieiunus poeta fingendo exprimere potuerunt, quam quibus istum videtur Gelius, Clodius, Titius rostra ipsa mandentem?* Idem Verr. de supliciis, *Hoc infestor nautis Verres, quam scyllam, quod multo se pluribus, & maioribus canibus succinxerat.* De Scylla lege Apolloniū lib. 4. Argonaut. & interpretem.

C Y M C Y C I O P H E] ὀδύσσ. i. Polyphemi, & Cycloppum fabula narratur. Homer. Εἴθε δ' ἀνήρ ἐν ἴσθμῳ πελώριος, ὃς ῥά τε μῦθα Οἴος ποιῆσθαι, ἀπὸ τῶν ἄλλων, ἐδὲ μετ' ἄλλων Πωλείτῃ, ἀλλ' ἀπαύθηεν ἐὼν ἀγεμίτια ἥδη. Καὶ γὰρ θαυμῶν ἐπέτυχοτο πελώριον, ἐδὲ ἐφίκει Ἀνδρίγῃσι σισοφάγῳ, &c.

N E C R E D I T Y M D I O M. A B I N T E R I T V] id est, nec creditum Diomedis à bello Troiano, aut aliam narrationem, nimis longè repetit. Antimachus obscure reprehendit, qui poemata suum de Diomedis casibus conscriptum, ab interitu Meleagri patris orsus est. Meleager Tydei frater fuit, OEneci filius: qui, cum aptum Calydonium interfecisset, eiusque pellem, & caput, Atalanta amicæ suæ donauisset, Thestiadæ eius auunculi utrumque illi ademerunt, & Meleagro infidias compararunt. Qua re cognita ille eos interfecit. propter quam causam Pleuronij Calydonis bellum intulerunt. Althæa Meleagri mater ob fratrum suorum eadem filio irata, cum execrata est, eoque interitum exoptavit. Cum Calydon postea à Curetibus oppugnaretur, neque iam Calydonij imperum hostium sustinerent, Meleager neque patris, neque matris iam placata rogatu opem ferre patriæ voluit. flexus tandem, & victus Cleopatras uxoris precibus, hosteis à mœnibus Calydonis propulsavit, ac profligavit, periculolque patriam liberauit. Althæa autem odio in filium pristino renouato, facit ei à Parcis donatam, qua eius vita definiebatur, inflammavit, & consumsit. quo facto ille interit. vide Homer. & Eustat. ἰλ. ε. δ. ι.

N E C C Y M I N O] Iupiter Ledæ amore captus, sub cynci specie rem cum ea habuit. ex hoc concubitu Leda ouum peperit, idque in capsam quandam condidit, ex quo postea Pollux, & Helena nati sunt. Castor autem, & Clytemnestra ex altero, quod illa à Tyndaro compressa ediderat,

extiterunt. Quamuis igitur Helenæ raptus Græcis belli Troiani causam præbuerit, non tamen Homerus ab ouo illo, ex quo exclusâ Helena est, id est, non tam ex alto, rem repetit, neque usque à capite accessit, sed ab ira Achillis egregiū illud, & immortale poemata orditur. Irasci autem cepit Achilles paullo ante vrbis Troiæ excidium.

E T I N M E D I A S R E S, &c.] in medias res ita rapit auditorem, vt is earum principium non desideret. nā quæ antecesserit vrbis Troiæ expugnationem, & iram Achillis, ea miro poetæ artificio, seu ingenio, seu utroque in libris deinceps sequentibus occasione arrepta narratur. nonnulla etiam, quæ in Iliade locum habere nō videbantur, in Odyssæa referuntur.

M E N T I T V R] verisimiliter, nam docuit alios Homerus ita falsa dicere, & mentiri, quemadmodum oportet, inquit Aristot. lib. de poet.

Q V Æ D E S P E R A T T R A C T A T A] id est, quæ videt nullum orationis nitorem, neque ornatū capere, si à se tractentur, ea prætermittit.

S I P L A V S. E G E S A V L M A N E N T I S] id est, si spectatorem cupis tibi contingere, qui tūc speret, donec aulae (quibus obtenditur, ornaturq. scena, seu theatrum potius) remoueantur: qui nō discedat à cauea antequam aulae sublata sint, &c. plauforè appellat, spectatorem plausu fauētrem. vide sup. in epist. ad Aug. lib. 2. ad illum locum, *Quattuor, aut plureis aulae premuntur in horis.*

E T V S Q V E S E S S V R I] ab hoc verbo sessorè nominavit spectatorè, ep. ad Iul. Flor. lib. 2. *In vacuo latius sessor, plausorq. theatro: & sedilia, sedes, vnde spectabant. hoc libro infra, Nondum spissa nimis complere sedilia statum.*

D O N E C C A N T O R, V O S P L A V D. D I C A T] id est, donec peracta ab histrione sit fabula. M. Tullius vsurpauit translātè in Catone. *neque enim histriōni, vt placeat, peragenda est fabula. modo in quocumque fuerit actu, probetur: neque sapienti, vsque ad plaudite veniendum: breue enim tempus ætatis satis est longum ad bene, honestèque viuendum. catorè autè pro actore, seu histriōne posuit.*

D E C O R] id est, τὸ ἄριστον, decòrum.

M O B I L I B V S] non leuib, aut inconstantibus, vt quidam putat, sed quæ variatis ætatibus immutantur.

R E D D E R E Q V I V O C E S] puer, qui scit iam ad interrogata, & ad ea, quæ audiuit, respondere. sic loquitur Virg. Æneid. i. *cur dextra iungere dextram Non datur, ac veras audire, & reddere voces?* & Catull. de Thet. & Pelci nupt. *Nec missis audire queunt, nec reddere voces.*

I R A M C O L I G. A C P O N I T E M.] temerè irascitur, & temerè placatur. Ter. in Hecyra. *Pueri inter sese quam pro leuib, noxas iras gerunt? Quapropter? quia enim, qui eos gubernat, animus, infirmum gerunt.*

C V S T O D E] pædagogus. idem sat. 4. lib. i. *Dum custodis egēs. & sat. 6. Ipse mihi custos incorruptissimus*

A m u s o m n e i s C i r c u m d o c t o r e s a d e r a t. & i n f r à. *In cufas, famulusque dei silenus alumni.*

E T A P R I C I G R. C.] & campo aprico. Apricus locus, à sole apertus, à Græco vocabulo φρίκμ, quod horrore significat, appellatur, quasi φρικος, id est, sine horrore, videlicet frigoris. Hæc fere Festus.

C E R E V S I N V I T I V M F L E C T I] cereus flecti, ex eorum genere, est, quæ annorauimus suprà ad Od. 8. lib. 4. significat autem hoc loco mollem, & flexibilem. Itaque cereus in vitium flecti, id est, flexibilis ad vitium, nihil enim mollius cera: nihil, quod facilius sequatur, quocumque ducas: nihil, quod magis arbitrio nostro fingatur. Itaque Platonis lib. 9. de repub. cum a pud eū Socrates, Glauconè, feram quandam animo depingere iussisset, variâ, & multorū, ac dissimilium capitū, ex quibus alia cicuribus bestiis, alia feris conueniant, ita respondet Glauco, δεῖνόν ἐστὶν ἄριστον τὸ ἔργον ὁμοίως δὲ ἐπειδὴ εὐπλαστότερον κέρει, καὶ τῶν ποικίλων, ὁ λόγος, πεπλαστώτα, id est, miri cuiusdam, & solertis artificis opus: *Veruntamen quoniam oratio facilius, quam cera, & cetera id genus, in quaslibet formas fingi, & flecti potest, esto tibi ficta.* quem Platonis locum videtur M. Tullius lib. 3. de oratore expressisse, his verbis, *Nihil est enim tam tenerum, neque tam flexibile, neque quod tam facile sequatur, quocumque ducas, quam oratio.* Idem eod. lib. sed verba nos cum iacencia sustulimus, sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus, & fingimus.

V T I L I V M T A R D. P R O V.] sic Aristot. ἔρητος. β. φιλοζήματα δὲ ἦκαται, διὰ τὸ μῆκω ἐνδείας πεπερασθῆαι, id est, nimium pecunie amanter, aut cupidī sunt iuuenes, propterea quod nondum egestatis incommodum experti sunt.

S V B L I M I S] elatus, & ferox. sic Aristot. ibidem, καὶ φιλότιμοι ἰδὲ εἰσι, μάλλον δὲ φιλότιμοι ὑπεροχῆς γὰρ ἑπιθυμῶσι ἢ νεότητος. ἢ δὲ νικῶν ὑπεροχῆς τις, id est, & ambitiosi quidem sunt, sed magis vincendi cupidī. præstantiam enim, excellentiamque expectat ætas florens: at victoria, excellentia quedam est.

E T A M. R E L I N Q. P H R N.] sic Aristot. eodem lib. εὐμετάβολοι δὲ, καὶ ἀβίβοροι τῶν τῶν ἑπιθυμῶν, ἢ σφόδρα ἰδὲ ἑπιθυμῶσι, ταχὺ δὲ παύονται, id est, mutabiles autem sunt, & in cupiditatibus satietate, ac fastidio citò afficiuntur, & cum vehementer concupiscunt, tūc celesiter concupiscere desinunt.

C O N V E R S I S T V D.] cū ætate conuertuntur studia, & naturæ. iccirco mobileis naturas suprà appellauit, vt dixi.

Æ T A S V I R I L I S] quæ media, & constans appellatur.

Q V Æ R I T O P E S] quærit opes, id est, quærit diuitias tum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfrendas voluptates: quod si maiore paullo sit animo, in eo pecunie cupiditas spectat ad opes, & ad gratificandi facultatem, & ad magnificos apparatus, vitæq. cultum cū elegantia & copia, vt scribit M. Tull. de offic. lib. 1.

cos apparatus, vitæq. cultum cū elegantia & copia, vt scribit M. Tull. de offic. lib. 1.

E T A M I C I T I A S] sunt enim amici optima & pulcherrima vitæ supellex, vt ait idem M. Tull. in Lælio.

I N S E R V I T H O N O R] studet ambitioni: in studio honorum occupatus est. Aristot. φιλοπυμῆται τῶν ἀλλοτρῶν, sic autem loquitur M. Tull. procemio lib. 2. de off. *postea quam honoribus inseruire capi, meque totum resp. tradidi, &c.*

Q V O D M O X M V T. I A B.] cuius mox est pœniteat. Terent. Andr. *Hand muto factum.*

V E L Q V O D Q V. E T I N V. &c.] magnum hoc in primis, & graue senectutis incommodum, & ad quærendum omni studio incurbere, & ab vrendo abhorre.

I N V E N T I S] quæsitis, partis. Terent. Heaut. *Inueniendus est Aliquis, labore inuenta meo cui dem bona.*

A C T I M E T V T I] sic Aristot. ibid. ἀνελευθεροί. ἐν γὰρ τῇ τῶν ἀναρχῶν ἡ ἕστα. ἀμὰ δὲ καὶ διὰ τὴν ἐμπειρίαν ἴσασιν ὅς χαλεπὸν τὸ κλῆσαι, καὶ ῥάδιον τὸ σποβαλεῖν, id est, anari sunt senes, atque illiberales: facultates enim in rebus ad vitium, cultūque necessarios numerantur: simulque vsu didicerunt, quàm difficile sit inuenire, quàm facile rursus amittere.

V E L Q V O D R E S O M N. T I M. G.] Aristot. ibid. κατεφυγμένοι γὰρ εἰσι. οἱ δὲ νέοι θερμοί. ὅτε τρεφῶντο τῆν τῆν γῆρας τῆν δειλίαν, καὶ γὰρ ὁ φόβος κατὰ φύσιν τις ἐστὶ, id est, frigent enim senes: iuuenes autem calent. itaque ad rimiditatem senectus quodammodo viam munit. Nam & metus ipse refrigeratio quedam est.

M I N I S T R A T] administrat, gerit.

S P E L O N G V S] longinqua sperans, exempli causa, consilia capiens, quæ in longum tempus conferantur, cum breue admodum ei vitæ spatium sit reliquum. nemo enim tam senex est, vt se annum non putet posse viuere. ita suprà *spem longam dixit, ad Sextium Od. 4. lib. 1. Vita summa brevis spem nos vetat inchoare longam.* & ad Leuconoën, Od. x. i. eiusd. *spatio breui spem longam reserces.* Arist. tamen ibid. ita de senib. *ζῶσι τῆν μνήμην μάλλον, ἢ τῆν ἐλπίδα,* id est, viuunt memoria potius, quàm spe.

I N E R S] segnis, & ad agendum ineptus, ætatis vitio. Arist. ib. ἢ παρακίνοι καὶ τῶν ἑπιθυμῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ κέρδος, nō sunt ad agendum apti ob cupiditates, sed ob lucrū. vel sic, ad agendum non impellit cum cupiditas: sed lucrum.

A V I D V S Q V E F V T V R I] Aristot. ibid. καὶ φιλόδοιοι, καὶ μάλιτα ἑπὶ τῆν τελευτῶν ἡμέρα, διὰ τὸ τὸ ἀπόντος εἶναι ἑπιθυμῶν καὶ, & δὲ ἐνδείας, τῶν μάλιτα ἑπιθυμῶν, id est, & vitæ sunt cupidī, idque maximè decurso prope modum vitæ curriculo, propterea quod eius rei, quæ abest, cupiditas est. Itaq. quo egent, id maximè concupiscunt.

D I F F I C I L I S] δύσκολος, morosus. M. Tull. H h h ij

A in Catone. at sunt morosi, & iracundi, & diffi- les senes.

Q V E R V L V S] μεμψιμοίως, Aristoteles se- nes ὀδυρπῆδες appellat, quod idem valet.

L A V D O R T E M P O R I S A C T I S E P V E R O] Aristot. ibid. διατελέσει γὰρ τὰ γε- νόμῃνα λέγοντες. ἀναμνηστικῶδῃ γὰρ ἡδον- τται, id est, res præteritas nunquam narrare inter- mittunt. Latantur enim, cum eas memoria repetunt.

C E N S O R, C A S T I G.] nonnulli libri vete- res habent conuerso ordine castigato, censorque.

M V L T A F E R V N T A N N I V E N I E N- T E S, &c.] anni venientes appellatur ab Horatio, vsque ab incunabilis ad corroboratam, & me- diam ætatem: recedentes autem vsque à media æ- tate ad roguum. commoda porro accipio, florem ætatis, velocitatem, vires corporis, pulchritudinē, hilaritatem, bonam valetudinē, sensus integros, ac vegetos: quæ omnia ferè adimit hominibus senectus, atque in eorum locum reponit rugas, & canitiem, pedum tarditatem, infirmitatem, ac de- bilitatem, deformitatem, tristitiam, morbos, cæ- citatem, furditatem, obliuionem, stuporem, & ce- tera mala. quod item elegantissimè exponit Xe- nocr. in Axiocho, his verbis, εἴτα λαθὼν ὑπει- σήληε τὸ γῆρας· εἰς δὲ πᾶν σπέρει τὸ τῆς φύσεως ἄπικνον, καὶ δυσάληθες, καὶ μὴ τις θάψον, ὡς γέρας, ἀποδιδῶ τὸ γῆρ, ὡς ὀβολοκόπις ἢ φύσις ὀπίσθια ἐνεχράζει τῆ μὲν ὄψιν, τῆ δ' ἀκονή, πολλὰκις δὲ ἀμφοῶ κἄν ἠπιμείνη τις, παρέρυ- σεν, ἐλαθῆσεν, παρήρηρσεν, id est, deinde fur- tim subit senectus, in quam, quicquid habet na- tura Acherunticum, debile, sanatu difficile, ac de- speratum, cōfluit. Quod nisi quis sat citò vitam, vt æs alienum, reddat: infans, vt fœneratrix, na- tura pigneratur ab hoc vidēdi sensum, ab illo au- ditū, sæpenumero vtrumque. Quod si quis diu- tius manserit in vita, enervat, mutilat, membra luxat, ac debilitat. sic Diphilus apud Stobæum Ἄπαντὰ τ' ἐργαζόμενος ἀσθενέστερα πολλὸς πε- χύτις ὄσιν ὁ γέροντος, ὃ ξένη· Χαίρει μέλα πλάτ- των πᾶν τὰς ἔβη τὰ χεῖρονα. id est, Omnia effi- ciens in finimiora canus artifex tempus est, o ho- spes. Gaudet conuertisse omnes homines in de- terius. Cū his congruunt illa, quæ sunt apud He- rod. Thal. νῦν γὰρ ἀπὶ καὶ ἀποδέξω ἔργον, ἕως νεὸς ἢς ἡλιμίλει· αὐξανομένη γὰρ τῷ σώματι συναύξονταί καὶ αἱ φρένες· γιγνέσκονται συγῆρά- σιμοι, καὶ ἕς τὸ φράγματα πάντα ἀπαμβλύ- νονται: id est, Nunc enim aliquod facinus edere possis, dum iuuenis es. Nam vnà cum crescente corpore crescit etiam mens: & cum senescente, senescit, & ad res omnes obrunditur. Aliter au- tem dixit sup. epist. ad August. annos recurrentes. significatur enim illo loco annorum, & aliorum temporum natura, quæ vbi occiderunt, renascun- tur: quemadmodum declarat Oda illa 7. lib. 4. Diffugere nives, redeunt iā gramina campis, &c. Im- mortalia ne speres, monet annus, & alnum que rapit hora diem: Frigora mitescunt Zephyris: ver proteris a-

stus, Interitura, simul Pomifer autumnus fruges effu- derit: & mox Bruma recurrit iners. Damnatamen, &c. Atque hæc annorū, & mensū, & dierū mo- rientium, ac renascentium ratio declarat illud ænigma: Εἰς ὃ πατήρ, παύδες δὲ δύο δέει. τὸν δὲ ἐχάστω Πάϊδες περιήκοντα διὰ δίχρα εἰδὸς ἔ- χασται. Αἱ μὲν λευκῆ εἰσὸν ἰδὲν, αἰδ' αὐτὲ μέλαινα. Ἀθάνατοι δὲ τὸ ἔσται, ἀποφθνήθουσιν ἀπασαι, id est, (vt ad verbū interpretor) vnus pater est: filij autem duodecim. horum autem vnicuiq, filia sunt triginta formis dissimiles, alia quidem aspe- ctu candida, alia verò nigra. Cum sint autem immor- tales, moriuntur omnes. Si quis autem totidem ver- sus Latinos Græcis respondentibus postulat, age, F

Bis sex sunt nati patris v- nius: & decies tres Forma dissimiles illorum à stirpe profecti, Nigri alij, albi contra alij. cum autem Libi- na Exsortes omnes sint, intereunt tamen omnes. signi- ficatur autem annus, qui constat duodecim men- sibus: quorū vniuscuiusq, dies sunt triginta, &c.

A D I V N C T I S] appositis, & accommodatis ætati.

A V T A G I T V R R E S I N S C E N I S, A V T] quædam sunt agenda in scenis: estque id, quod dicit Arist. ἄρα ἢ ὄψεως, id est, rebus in conspectu positis: quædam propterea quod sint nimis atrocia, aut horribilia, aut visu fœda, aut incredibilia, non sunt coram agenda, sed ea satis est ab histricone, quasi intus acta sint, renun- tiari: & hoc modo misericordiam commouet, aut errorem animis inferunt ἐκ συστάσεως τῶν παραγμάτων.

SEGNIVS IRRIT. ANIMOS] minus af- ficiunt animos, quæ sunt audita, quàm, quæ sunt visa, aut spectata. Lucianus in Herodoro, ex He- rod. vt proximè planū fiet, τὰ δὲ ὀμμάτων φαι- νόμῃνα, πιστότερα εἶναι τ' ἂν τὸν δουεῖ. id est, quæ oculis cernuntur, certiora videtur esse, quàm quæ audiuntur. licet hunc versum Horatianum etiam ad hanc sententiam accommodare, ea, quæ oculis cernuntur, magis nos afficere, quàm quæ audiun- tur. sic M. Tull. epistola i. lib. 6. ad Torqu. Nam ὁ σ, quocumque in loco quisque est, idem est ei sensus, & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum, & suarum, tamen oculi augent dolorem, qui ea, quæ ce H

terū audiunt, intruere coguntur, nec auertere à miseris cogitationem sinunt. Idem epistola 4. ad eundem eod. lib. Equidem nos quod Roma sumus, miserrimum esse duco, non eò solum, quod in omnibus malis existimus esse videre, quàm audire, sed etiam, &c. Sic tragicus ille: τὸν παραχθέντων τὸ μὲν ἄλγισ' ἄπειν, ἢ γὰρ ὄψις ἢ πάρα. id est, eorum, quæ acta sunt, tri- stissima & luctuosissima absunt. a spectus enim non adest. Puto tamen hanc esse Horatij senten- tiam, incertiora esse, & difficilius credi, quæ au- diuntur, quàm quæ oculis cernuntur. & contra, certiora esse, & facilius credi, quæ oculis cernun- tur, quàm quæ auditu sentiuntur. Atque, vt hæc vera sunt, ita & illud est verissimum, oculis diffi- cilius fidem fieri, quàm auribus: hoc est, oculos

minus

A minus esse facileis ad credendum, quàm aureis, & maiorē efficacitatem, quàm audiendi sensum, desiderare. Nam aspectus quidem vñ: cum iis, quæ oculis subijciuntur, concurrat, & conspirat: auditū verò facile est verbis artificiosis, & nume- rōsis attollere, suspēditus tenere, & falsis ratio- nibus capere, ac fallere. Verbi gratia. Homerus contentionem describens ita magnam facit, vt caput cælo tangat, & tamen humi vno tempore pedes ponat: atque hæc credit auditor Homerū legens: quod fictor, aut pictor consequi non pos- sit, quia tantam imaginem, aut statū oculis spe- ctatorum subijcere non possit. Hæc Dionis Chry- sostomi sunt ferè, oratione Olympica. locum indi- cabo, καὶ δὴ τὸ λεγόμενον ὅς ἐστιν ἀκοῆς πι- στότερα ὀμματα, ἀληθές ἴσως· πολὺ γὰρ μὴ δυ- σαστέον, καὶ τὸ πλεονος δόμῃνα ἐνεργείας· ἢ μὲν γὰρ ὄψις αὐτοῖς ὀραμένοις ἐμβάλλει. τὴν δ' ἀκοήν οὐκ ἀδύνατον ἀναπείρασαι, &c.

F I D E L I V S] oculos iccirco fideleis appel- lat, quia quæ cernuntur magis valent ad fidem fa- ciendam, quàm quæ audiuntur, vt scribit Hero- dotus in Clidone, ὅτι γὰρ τυχάνει ἀνθρώποι- σιν ἔοῦτα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν, id est, aures e- nim hominibus minus sunt fideles, quàm oculi. quibus hoc significatur, minus credi ab homini- bus ea, quæ audiuntur, quàm quæ cernuntur, vt paulo antè diximus. Incertis alia ratione appel- lauit epist. i. lib. 2.

N O N P R O M E S I N S C E N A M] nō pro- ducere in scenam: non constitues ante oculos spe- ctatorum.

Q V Æ M O X N A R R E T F A C. P.] quæ mox referat persona aliqua in scenam producta. præsens, id est, extrâ, & coram spectatoribus. no- men præsens opposuit illi aduerbio intus.

N E C P V E R O S C O R A M, &c.] de Me- dea supra diximus.

A V T H Y M A N A P A L A M] de Atreo, & Thyesta & supra diximus nonnulla ad Oden 16. lib. i. & res ita nota est, vt, qui hæc inculcare ve- lit, lectorum opera, & otio aburi velle videatur. Iam hæc promi in scenam, extrâ, coram, palam, à præ- sente narrari, idem valent: quibus respondent è contrario, intus narrari, tolli ex oculis.

N E F A R I V S] nefarij dicti à farre, quod ado- reum est, vt vult Varro lib. i. de vita populi Ro. quod eo scelerati vti non debeant. hoc quoque idem ad significat, quod qui indigni sunt qui vi- uant, nefarij vocantur, inquit Nonius.

P R O C N E] de Procne sup. ad Od. 12. lib. 4.

C A D M V S I N A N G.] vide, quæ supra de Peleo, & Cadmo coniunctè, leuiter attigimus. I N C R E D V L V S O D I] quia ἀπίθνα, ἀλο- γα, μοχθηρὰ, ἀδύνατα, id est, non probabilia, ra- tione carentia, improba, & nefaria, & quæ fieri nullo modo possunt. lege Arist. ὅτι ποιητικῆς.

N E V E M I N O R Q V I N T O, N O N V I D E T I T. R.] Non est dubium, quin actus, partes fabulæ fuerint: quot actus in fabula fuerint, incertum

atque obscurum. actum autē ab actu distingue- re, id verò non parum difficile est, si Donato cre- dimus: neque desunt viri docti, qui quamuis per- spicue aliter sentiat Horatius, quattuor actibus tantum constare fabulam posse dicant, modò hi quattuor actus iustam fabulæ magnitudinem ex- pleant. ego video à M. Tull. & ceteris bonis scri- ptoribus, tertium, quartum, & extremum fabulæ actum commemorari: quintum non reperi. idem scribens ad Qu. Fratrem lib. i. tertium actum, ex- tremum facere videtur his verbis: Illud te ad ex- tremum oro, & hortor, vt tamquam poeta boni, & a- ctiores industrij solent, sic tu in extrema parte, & con- clusione muneris, ac negotij tui diligētissimè sis, vt hic tertius annus, tamquam tertius actus, perfectissimus, atque ornatissimus fuisse videatur. Ego Horatio, & Donato assentior, vt putem tragædiâ, & comæ- diam quinque actibus constare debere.

R E V O N I] iterum doceri, vt lat. 10. lib. i. Nec redeant iterum, atque iterum spectanda theatra, quidā legi volunt, reposci. aliter sup. honoratum si forte reponis Achillem.

N E C D E V S I N T E R S I T, &c.] Aristot. lib. ὅτι ποιητ. scribit, vtendum esse machina, seu machinatione: id est, deum esse adhibendum à machina, ad ea, quæ sunt extra fabulam, expe- dienda: quæ vel antea facta sunt, neque hominē scire fas est, vel postea futura sunt, & prædictio- nem, ac nuntiationem desiderant. Omnium enim rerum vidēdarum facultatem Diis attribuimus. verba Aristot. sunt hæc, φανερόν οὐδ' ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μυσθῶν ἐξ αὐτῆ δέει τὸ μύθου συμβαίνειν. καὶ μὴ, ὡς περ ἐν τῇ Μηδείᾳ, ἀπὸ μι- χανῆς, καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὰ ὅτι ἀποπλῆν ἄλ- λα μηχανῆ γέγονεν ὅτι τὰ ἐξ ὧ τὸ δρόματος, ἢ ὅσα τῶς τῆ γέγονεν, ἐξ ἧ οἶον τε ἀνθρώπων ἐ- δέουσι, ἢ ὅσα ὑπερον, ἢ δέεται τῶς αἰσθησεως, καὶ ἀγγελίας. ἅπαντα γὰρ ἀποδίδωμι τοῖς θεοῖς ὄρα. Cum Aristoteles consentit hoc loco Hora- tius, qui vctat Deum ex machina adhibere, nisi nodus difficilis, & Deo dignus incidere, id est, nisi talis difficultas existerit, vt sine machina exi- tus fabulæ nō possit explicari. Exlât multa apud probatos auctores huius moris exempla, ac testi- monia. Plato in Cratylō, εἰ μὴ ἄρα δὴ, ὡς περ οἱ παραφροδοτικοί, ἐπειδὴν τὸ ἀπείριστον, ὅτι τὰς μηχανὰς ἀποφένει, ὅτι θεὸς ἀγορεύει, καὶ ἡμῶς ἕως εἰπόντες ἀπαλλαγώμεθα, ὅτι τὰ ὄρατα ὀνόματα οἱ θεοὶ ἔθεσαν, καὶ διὰ τῶν τῶ ὄρατῶν ἔχει. id est, nisi vitique, quemadmodum tragædiarum scri- ptores, posteaquam nodus aliquis incidere, ad machi- nas confugiunt, deos attollentes: nos quoque, vbi dixerim- mus deos prima nomina rebus imposuisse, atque iccirco ita rectè se habere, quasi nostrum munere defuncti, disce- damus. M. Tull. lib. i. de nat. Deorum, Quod quia quemadmodum natura efficere sine aliqua mente pos- sit, non videtur, vt tragicus poeta, cum explicare argu- menti exitū nō potestis, confugitis ad Deum. Aristot. i. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ. Ἀναξαρχῶρος τε γὰρ μι- χανῆ γένηται τῶν ἢ τῶς τῶν κοσμοποιῶν. δ-

H h h iij

A ται γάρ Σοφορίση διὰ τίνα αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ὄφει, τότε ἔλακει αὐτὸν· εἰ δὲ τοῖς ἄλλοις πάντοι μάλλον αἰτίαι τῶν μοιδοῦσων, ἢ τοῦ. id est, *Epicharmus enim veluti machina quadam, mente virtutis ad mundi fabricam. Cum enim hesitat quam ob causam necessariò sit, tunc eam advocat in ceteris, cuius rei potius, quam menti, causam earum rerum, qua oriuntur, ascribit.* Servius ad illum Virgilij locum *Aen. 1. Musa mihi causas memora, &c.* huc Horatij versum pro testimonio profert, ostendens, hoc obferuandum esse in omnibus carminibus, ne nomen aliquod inuocetur, nisi quid vltra vireis humanas, facultatemque hominis propriam requiramus.

B VINDICE DIGNVS] vindex propriè dicebatur, qui debitorem nexu obligatū, & iamiam à creditore ducendum, vel numerando, vel pro eo spondendo liberabat.

NEC QUARTA LOQ. PERS. LAB.] nec plures personæ vno, eodémque tempore in scenam prodeant locutura, quàm tres. quòd si quando quarta intercedat: vel tacita audiat, vel secum, non cum aliis loquatur, vel cum vna duntaxat sermonem conferat. huius præcepti exempla videre licet apud Terentiū: vt in Andria actu tertio, Myfis, Simo, Dausus, Lefbia, Glycerium quinque personæ eodem tempore in scenā producuntur: sed Myfis cum Lefbia duntaxat sermonem habet: Glycerium autem domi suæ est, non foris, ibidem actu 4. quattuor personæ, Myfis,

C Pamphilus, Charinus, Dausus, vno tempore in scena spectantur, sed Myfis aliunde interuenit, & cum Charino non loquitur. Apud Plautū autem & quattuor, & quinque personæ communitè inter se loquentes in introducuntur, quod item fit in tragœdiis. Ad Horatius præcepta dat suæ ætatis hominibus, nò veteribus, quorum scripta fortasse nondum ei vsquequaque perfecta videbantur. Quidam hunc locum ad numerum histrionum referri volunt, dicuntque, hoc ab Horatio significari, non plures in comœdia, aut tragœdia histriones, quàm tres, esse oportere, quorum quilibet plures personas sustineat. Nituntur autè verbis Aristotelis in libello *ὑπὸ τῷ ὀνοματικῷ*, vbi scribit, Sophoclem, cum duo ante eum duntaxat histriones in tragœdia intercederent, tres adhibuisse: Æschylum verò eo superiorem, primum omnium multitudinem histrionum ex vno ad duos deduxisse. verba Aristotelis sunt hæc,

D καὶ τὸ, τε τῶν ἑσποικριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε, καὶ τὰ τῷ Χόρου ἠλάττωσε, καὶ τὸν λόγον πρῶτον ἄγωνιστῶν παρεσέυασε· τρεῖς δὲ, καὶ σὺν ἑσποικριστῶν Σαφοκλῆς· ἐπὶ δὲ τὸ μέγιστος, &c. Idem lib. 3. *ἤσποικρι*. ait histrionū actionem (quam ἑσποικριστῶν Græci nominant) in tragœdiam, & rapsodiam serò admodum introductam esse, quia poetæ ipsi tragœdias initiò recitabant, verum ego ab illis magnopere dissentio, neque puto hoc sentire Horatium.

ACTORIS PARTEIS CHORVS]

docet quamobrem adhibeatur chorus, (quæ pars est fabulæ καὶ τὸ πρῶτον) & quibus in rebus eum operam sumere, quid loqui, & canere oporteat. personæ porro, ex quibus constabat chorus, & cantabant, & loquebantur: quamquam, quod ad locutionem pertinet, vna persona fortasse pro omnibus loquebatur, reliquis astantibus, & silentibus, siue viri essent, siue mulieres, maximè si cū altero, qui non esset à choro, sermo haberetur. Si vulgatam igitur scripturam probabimus, *Chorus parteis*, quæ reperitur in cod. Iann. & Faërn. hæc erit eius sententia, Chorus agat parteis, & fungatur munere auctoris, id est, suæ foris, & monitoris. nemo enim quicquam alteri suadet, aut præcipit, nisi, qui auctoritate valet. ex quo natū est hoc loquendi genus, *tibi auctor sum, vt illud facias*: & hoc, *te auctore feci. defendere parteis* autè positum est pro eo, quòd est, agere, & sustinere, & tutari parteis, id est, fungi munere, vt lat. 10. lib. 1. *Et sermone opus est modò tristi, sepe iocòso, Defendente vicem modò rhetoris, atque poetæ.* Quòd autem quidam sic explicant, de officio poetæ disserat chorus, & dicat, poetam officio pro sua parte nò de-fuisse, elegantè fabulā & lepidam dedidisse: nihil dicūt: & miror tam ineptam sententiā eis in mētē venire potuisse. Alij igitur, itque doctissimi viri, quibus assentior, legunt *Chorus*. & ita scriptum est in tribus libris Vat. & in Tornef. Cleric. Nicot. Ruffardino: cuius scripturæ mihi videtur hæc esse sententiā, Chorus tutetur, & agat parteis actoris, id est, chorus habeatur vnus actoris loco, vni⁹ munere fungatur, & officium virile obeat, id est, vnus personæ locū obtineat. dicimus enim Latinè *pars virilis*, & *pro mea parte virili*. est autem pars virilis, pars vniciuiusq;. M. Tull. pro Sext. Rosc. *Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt.* Idem in Verr. orat. de signis, *Est aliqua mea pars virilis, quòd eius ciuitatis sum, quam ille amplā, illustrem, clarāque reddidit.* Idem frumēt. *qui præfertim plus etiam, quàm pars virilis postulat, pro voluntate populi re-oneris, ac muneri suscipere debeim.* T. Liuius lib. 6. *annal. illius gloria pars virilis apud omnes milites sit, qui simul vicerint.* atq; hæc explicatione adiuuat, & confirmat id, quòd sequitur, *officiūque virile.* neque est, quòd quisquam mihi H dicat, chorus etiam mulierum cœtum interdū fuisse: ergo officium virile ad chorum, qui ex mulieribus constet, pertinere non posse. respondeo enim, vel virile officium dici spectata voce, *chorus*, quæ est mascula, & virilis: vel propterea quòd masculinum genus concipere, & completi solent fœmininum. Postremò sic hunc locum esse legendum, atque explicandum intelligere licet ex his paucis Aristot. verbis lib. de arte poetica, καὶ τῶν χορῶν δὲ ἕνα δὲ ἑσποικριστῶν, id est, *chorum autè accipere, seu existimare oportet tanquam vnum actorem.*

NE QUID MEDIOS INTERCINAT ACTVS] ne quid inter medios actus canat. intercinate, pro canat inter, qualia sunt illa, *siluus interceptare*

A terrepitare salubris: circumgemit vsus ouile: tanto emetiris acerno: & sexceta alia, quæ collegi ad Od. 7. lib. 2. canere igitur choro inter actum, & actū licebit: inter medios actus, seu in mediis actibus non licebit. loqui autem quouis loco, nempe in diuerbiis, cum alia persona licebit.

CONSILIE TVR AMICIB] hæc est scriptura decem librorum manuscriptorum: à qua discedere nefas mihi esse putauit. cōsiliari autem, verbum est ad cōsilio deductum, quo vsus est supra Oda 3. lib. 3. *Gratum elocuta consiliantibus Inno-me dimis.* quo quidem loco idem videtur valere, quòd consulare: hinc autem, si rectè, & emendata scriptura est, idè erit, quòd cōsiliū dare: quòd alibi nò memini me legere in hac significatione.

B quattuor alij libri manu scripti, habent, *Consilietur amicis*, vt omnes ferè vulgati, nisi quòd nōnulli habent *conclietur*. quæ scriptura non est rejicienda. placet autem mihi mirum in modum, quòd à duobus codicibus abest copulatio quæ post verbum *faueat*.

ILLE DAPES LAVDET MENS. BR.] laudet parsimoniam, frugalitatem, continentiam in victu.

SALVBREM] vtilem, salutarem, translatio est. nam salubre de iis rebus dicitur, quæ ad corporis valerudinem sunt vtilis. epist. ad Alb. Tib. *An tacitum siluus inter reptare salubris?* & lat. 7. lib. 1. *Stellæque salubres Appellat comites.* & lat. 4. lib. 2. *ille salubris Ætates peraget, qui nigris prandia moris Finiet,* &c. translatè etiam M. Tull. ad Att. lib. 8. *vt non silum gloriofis consiliis utamur, sed etiam paullo salubrioribus.*

APERTIS OTIA PORTIS] id est, pacè, aperitur enim vrbius portæ pacis tempore, vel sublatò hostium metu à bello tempore clauduntur ex quo *Panda* pacis dea dicta. Od. 5. lib. 3. *vidi ego ciuium Retorta tergo brachia libero, Portasque non clausis.*

COMMISSA] arcana fidei commissa, vt supra epist. ad Loll. lib. 1. *Prødiderit commissæ fide,*

REDEAT MISERIS, ABEAT F.] vt fortuna eos, quibus aduersata est, quòsque deseruit, placata reuisat, & complectatur: insolentis, ac superbos deserat. vide annotationè ad Od. 29. lib. 3. vbi diximus, per fortunam præsentem, & manentem, significari secundam: per abentem, aduersam.

TIBI A] tibiæ adhibentur ad cantum chori adiuuandum. pertinet autem hic locus ad *μελοποιαν*.

ORICALCHO IVNCTA] ita reperi scriptum in tribus cod. Vatic. & in Card. Rainut. & Tornef. Cleric. Nicot. Ruff. quæ scriptura eò fortasse probari potest, quia cum tibiæ veterū tuem, ac simpliciter fuisse dicat, nouam autem duobus contrariis nominibus significare velit esse illi diffimilem: *tuba amula*, tenui opponitur: *orichalco iuncta*, simplici. quòd si *vineta* legamus, non aquè contrarium contrario respondeat.

FORAMINE PAVCO ASPIRAR E] ad eam rem erat vtilis, vt paucis, id est, quattuor foraminibus sonitum redderet, & chorus adiuuaret, & theatra sonitu compleret. *utilis aspirare, adesse, complere*, genus loquendi Græcum est, vt sæpe admonuimus. in quibusdam libris scriptū reperi *foramine paruo*.

NONDVM SPISSA NIMIS] non admodum frequenta: nò nimis celebria, aut referata. epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. *Spissis indigna theatris.* & infra *spissa caterua.*

SEDI LIA] in quibus sedebant spectatores, nondum theatro adificaco.

Q V D] in quem locum, in quæ sedilia: non (vt alij) quo flatu.

SANE POPVLVS NYMERABILIS] explicatio est verborum illorum, *Nondum spissa nimis. numerabilis* autem idem valet, quòd paucus. & ita loquuntur Græci. Theocr. *ἑδ. 15.* quòd inscribitur *χαριτες. φίλων μόρον ἀγγελῶνας Τέκνοις, ἢ δ' ἀλόχριστιν, ἀριθματῶς ὄπο πολλῶν.* id est, amicorum mortem nuntiaturos liberis & vxoribus, numerabilem ex multis

COIBAT] conueniebat, congregabatur. **VINO QVE DIVRNO PLACARI GENIVS]** sic supra epist. ad August. *Siluanum lacte piabant: Floribus, & vino Genium, memorem breuius ani.*

IMPVNE] nam rebus Romanis angustis, nondumque constitutis & constabilitis, ac pacatis, non licebat de die coniuuari, & potare.

NYMERIS] pedibus, vel rythmis, numero sum est enim id in omnibus sonis, atq; vocibus, quòd habet quafdam impressiones, & quòd metiri possumus interuallis æqualibus.

MONIS QVE] cantui, ἀρμονία, vel, vt quidam, μέλει, videtur tamen μέλος latius patere. Plato lib. 3. de rep. *τὸ μέλος ἐκ τριῶν ἔστι συγκεῖμενον, λόγῳ τε, καὶ ἀρμονίας, καὶ ῥυθμοῦ.* id est, melos ex tribus constat, ratione, & harmonia, & numero.

INDOCTVS QVID ENIM, &c.] horū verborum hanc sententiam esse puto. Neque verò mirum est, hanc licentiam & luxuriam, quæ ab antiquorum seueritate tam longè abesset, & ab arte comica tantopere discreparet, fuisse à populo probatam, ac receptam. Quæ enim sapientia esset in rusticis, & indoctis, & labore solutis, & turpibus hominibus cum populo vrbano confusis: alij sic. neque verò mirum est hanc numerorum & modorum licentiam à rusticis esse probatam, aut verò toleratam. quid enim saperet rusticus, indoctus, ab opere solutus, cum vrbano, turpis cum honesto permixtus: id est, quid enim proficeret si plus sapere videri vellet, quàm vrbanus & honestus? vel quid saperet, id est, quantum saperet? quasi dicat, vt insipientes eijcerentur rusticis, si vrbano luxuriam, ac licentiā improbant, & cōdemnarent. vel quid, id est, propter quid, seu quamobrem sapere vellet, &c.

A LIBERQUE LABORVM] laboribus defunctus, laboribus solutus. sic sup. dixit Od. 17. lib. 3. Cum famulis operum solutus.

MOTVM QVE] vel quia movebatur, & saltabat tibicen, vel quia gestum agebat.

ET LVXURIAM ADD.] hoc dicit vel propterea quod aucta sint foramina, vel propterea quod numeri & modi fuerint licentiores, vel propter ipsius artificis ornatum nimis elegantem, ac funtuosum: & propter orichalcum tibiae additum, vel propter hanc omnia. affert exemplum Lucianus in lib. προς αποδυδουτοι πολλοι βιβλα ανδρμ. valde ad hunc locum accommodatum, de citharædo quodam Tarantino, cui Eueno nomen erat, his verbis, ημεν ουδ εις Δελφους πα τ' αλλα λαμπαρες, η δη η εοθητα χειροπατον ποιησιν υμνος, η προφανοι δελφους χειροποιητας ως ανη καρπη τ' δελφους σμαραγδους ειναι ισομεγεθους τω καρπω την μη κιδαν αυτω υπερφους η χειμα εις χαλλος η πολυτελειαν, &c. id est, Venit igitur Delphos cum ceteris rebus splendidis & claris, tum veste facta, auro inspersa, ac distincta, corona ex lauro aurea pulcherrima, ita ut pro fructu laurus smaragdi essent fructui magnitudine pares atque æquales, cithara ipsa, re, quod ad pulchritudinem, & sumtum attinet, naturam rerum superante, &c. nam satis est mihi locum indicasse.

TRAXIT QVE VAG.] per verbum traxit significat, eum veste usum esse longa, & ad talos demissa, quam σύμμα nominant Græci. vagū autem dixit, innuens non vno in loco constitisse, sed huc, & illuc se circumtulisse, ac circumegisse. aliud est caudā trahere, ut diximus ad sat. 3. lib. 2. ibi, caudam trahat.

PER PVLPIA] per scenam. infr. & modicis instravit pulpita tignis.

SIC ETIAM FIDIBVS VOCES] quæ admodum (inquit) tibicen tibus sibi parauit ampliores, easque inflavit vehementius, ita & citharis soni accesserunt molliores. fortasse significat, citharæ chordas additas esse. non enim vnus semper chordarum citharæ fuit numerus: sed cum initio quatuor tantum fuissent, Mercurius treis addidisse dicitur. Strabo, & alij nonnulli Terpantrum Methymnæum lyra septem chordarū primum usum esse tradunt. Itaque & Timotheum apud Lacedæmonios accusatum esse memoriam proditum est, quod pluribus, quam opus esset, chordis vteretur, & quod antiquam musicam corrumperet. Ille autem cum iam iam quidam chordas superuacuas præcidere pararet, fertur sigillū Apollinis illis ostendisse in eorum urbis quodam loco positum, lyram manu tensens, quæ toridem chordis constaret, & ita dimissus, atque absolutus esse. Plutarchus item scribit in apophthegm. Emerepen in Phrynidis cantoris organo, quod nouem fidibus constabat, duas incidisse, his verbis increpantem, μη κακέρρη τλω μουσικω: id est, ne corrumpes, aut ne lade musicam.

ET TVLIT ELOQVIVM IN SOLI TVM FAC.] & facundia celeriter fluens: vel, ut alij volunt, breui tempore comparata, genus locutionis, seu eloquentiæ protulit inauditū, atque inusitatum.

VITILIVM QVE SAGAX RERV M, &c.] i. & personarum, ex quibus chorus constabat, prudens, & rerum futurarū prouida oratio, parum ab oraculo Apollinis distitit: vel hoc modo: cæpit chorus in comædiis non minus εὐφρογως, neque minus acutè, neque minus verè res futuras ad vitam vitiles, prædicere, quam Apollo Delphicus: vel sic, sententiæ, quibus chorus in comædiis vti cæpit, quædam vitæ præcepta continentes, & ad rerum futurarum prouisionem pertinentes, sermonis ambiguitate, & verborum inuolucris, Apollinis oraculo non dissimiles fuerunt. Eurip. Μάηλις δ' Αριστερος, οτις ειχε ελ κη λωδς. M. Tull. lib. 2. de finib. inest in animo coniectura consequentium non multum a diuinatione differens.

SORTILEGIS] id est, vnde oracula petuntur. nam fortes κατα χειρωδς pro oraculo vsurpantur. notat Seruius ad illū vers. Virgil. Æneid. 7. Non patrio ex adyto fortes, &c. & Horat. infrā, dicta per carmina sortes.

CARMINE QVI TRAGICO VILEM, &c.] Eos sequitur hinc Horatius, qui tragædiam eò esse appellatam existimant, quod tragædiarū scriptoribus hircus præmij loco daretur. in quibus est & Seruius ad illū Virgilij locum Palæm. tu post carecta latebas: vbi & hunc versum profert. τειρος enim Græcorum lingua hircum valere. idè infrā videtur innuere, tragædiæ appellationem in de esse natam, quod primi illi tragædiarū auctores è plaustris tragædiæ agerēt, ore fæce peruncto. sic Horat. infrā, Ignotum Tragicæ genus inuenisse camæna dicitur, & plaustris vexisse poemata Thebspis. Athenæus autem libro 2. de comædiæ & tragædiæ inuentione sic scribit, Απο μέθης η η καμωδίας, η η τειρογωδιας ευρεσις. ει ινα ρία δε τ' Απειρος ευρεθη, ηη κατ' αυτον τον της τειρονης χαρον, αφ' η ηη τειρογωδια το σφαιρον εκληθη. quæ verba significant, post ebrietatē comædiæ & tragædiæ inuentionem existisse. In Icario autem Atticæ loco tragædiam vindemiæ tempore inuentā esse. τειρονη enim vindemia est Græcis. ad hunc locum pertinet illa Virgiliana Georg. 2. Non aliam ob causam Baccho caper omnibus aris Caditur, & veteres inuent profecia ludī, Præmiâque ingereis pagos, & compita circum Thestide posuere. At Aristot. τειρο ποιητ. scribit esse ortam ab iis, qui Dithyrambum exercebant.

AGRESTEIS SATYROS NVDAVIT] Satyrice fabulæ à Græcis inuentæ, ab Atellanis, quæ sunt Latinorum, parum admodum discrepant. nam quemadmodum in illis Satyri nudi, Fauni, Sileni inducuntur, verbis, & motibus obscænis risum mouentes: ita & in Atellanis personæ turpes intercedunt, quæ dictis liberioribus, & gestibus improbis, ac proteruis auditorū curas, & se-

ET TVLIT ELOQVIVM IN SOLI TVM FAC.] & facundia celeriter fluens: vel, ut alij volunt, breui tempore comparata, genus locutionis, seu eloquentiæ protulit inauditū, atque inusitatum.

VITILIVM QVE SAGAX RERV M, &c.] i. & personarum, ex quibus chorus constabat, prudens, & rerum futurarū prouida oratio, parum ab oraculo Apollinis distitit: vel hoc modo: cæpit chorus in comædiis non minus εὐφρογως, neque minus acutè, neque minus verè res futuras ad vitam vitiles, prædicere, quam Apollo Delphicus: vel sic, sententiæ, quibus chorus in comædiis vti cæpit, quædam vitæ præcepta continentes, & ad rerum futurarum prouisionem pertinentes, sermonis ambiguitate, & verborum inuolucris, Apollinis oraculo non dissimiles fuerunt. Eurip. Μάηλις δ' Αριστερος, οτις ειχε ελ κη λωδς. M. Tull. lib. 2. de finib. inest in animo coniectura consequentium non multum a diuinatione differens.

SORTILEGIS] id est, vnde oracula petuntur. nam fortes κατα χειρωδς pro oraculo vsurpantur. notat Seruius ad illū vers. Virgil. Æneid. 7. Non patrio ex adyto fortes, &c. & Horat. infrā, dicta per carmina sortes.

CARMINE QVI TRAGICO VILEM, &c.] Eos sequitur hinc Horatius, qui tragædiam eò esse appellatam existimant, quod tragædiarū scriptoribus hircus præmij loco daretur. in quibus est & Seruius ad illū Virgilij locum Palæm. tu post carecta latebas: vbi & hunc versum profert. τειρος enim Græcorum lingua hircum valere. idè infrā videtur innuere, tragædiæ appellationem in de esse natam, quod primi illi tragædiarū auctores è plaustris tragædiæ agerēt, ore fæce peruncto. sic Horat. infrā, Ignotum Tragicæ genus inuenisse camæna dicitur, & plaustris vexisse poemata Thebspis. Athenæus autem libro 2. de comædiæ & tragædiæ inuentione sic scribit, Απο μέθης η η καμωδίας, η η τειρογωδιας ευρεσις. ει ινα ρία δε τ' Απειρος ευρεθη, ηη κατ' αυτον τον της τειρονης χαρον, αφ' η ηη τειρογωδια το σφαιρον εκληθη. quæ verba significant, post ebrietatē comædiæ & tragædiæ inuentionem existisse. In Icario autem Atticæ loco tragædiam vindemiæ tempore inuentā esse. τειρονη enim vindemia est Græcis. ad hunc locum pertinet illa Virgiliana Georg. 2. Non aliam ob causam Baccho caper omnibus aris Caditur, & veteres inuent profecia ludī, Præmiâque ingereis pagos, & compita circum Thestide posuere. At Aristot. τειρο ποιητ. scribit esse ortam ab iis, qui Dithyrambum exercebant.

AGRESTEIS SATYROS NVDAVIT] Satyrice fabulæ à Græcis inuentæ, ab Atellanis, quæ sunt Latinorum, parum admodum discrepant. nam quemadmodum in illis Satyri nudi, Fauni, Sileni inducuntur, verbis, & motibus obscænis risum mouentes: ita & in Atellanis personæ turpes intercedunt, quæ dictis liberioribus, & gestibus improbis, ac proteruis auditorū curas, & se-

NON EST SATIS IN SATYRICIS FABVLIS NULLUM VERBORUM ORNATUM ADHIBERI, NULLUM NOMEN TRANSLATUM PONI, OMNIAQUE PROPRIÈ, & SIMPLICITER DICITUR: SED ALIA SUNT PRÆSTANDA. DOMINANTIA NOMINA ACCIPE ΤΩ ΚΕΡΙΑ, id est, propria, quibus res quantumuis licet sint obscæna, propriè appellantur, & significantur, qualia sunt mentula, &c., actionis

ET SEVERITATE MITIGENT, AC RELAXET. SATYROS NUDAVIT, id est, satyros nudos introduxit inter actus tragicædiarū, vel statim post tragicædiæ recitatas, & peractas. de Satyris vide annot. ad Od. 19. lib. 2. MORANDVS] detinendus, delectandus, vt infrā, Valdius oblectat populum, meliusque moratur. INCOLVM GRAVITATE] salua grauitate tragicædiæ. EXLEX.] solutus legibus. exlex, qui sine lege viuit, inquit Nonius. M. Tull. in Cluent. Non quod illi aut exlegem esse syllam, aut causam pecunia publicæ contemtam atque abiectam putarent, &c. ADHIBEBITVR] in satyrica. Deus, verbi gratia, Faunus, Silenus, Bacchus, heros, vt Agamemnon, Nestor, Achilles.

NYPER] paullo antè: nempe in tragicædia. MIGRET IN OBSCVRAS HVMI L I S.] ita humili, & abiecto sermone vtatur, vt tabernariorum, & opificum orationè imitari videatur. Notum est autem, & vulgatum, rogas tabernarias à tabernis esse nominatas, quæ comædiis, quasi ex altera parte respondent.

AVT, DV M VITAT HV M V M, &c.] id est, aut dum nimium se atollit, dumque nimis elato, & grandi oratione vitur, in aère versari videatur: de aère, & nubibus, & cælo, & rebus superis loquitur inania, pro eo spatio, quod intercedit inter cælum, & terras posuit ex Democriti, & Epicuri sententiâ, vt Virg. in Sileno. Namque canebat, vti magnū per inane coacta semina, terrarūque, animarū, marisque fuissent: Et liquidi simul ignis. Lucret. lib. 1. Nec tamen undique corpora stipata tenentur Omnia natura: namq; est in rebus inane. Idem ibid. Omnis, vt est igitur per se natura, duabus consistit rebus. nam corpora sunt, & inane, Hæc in quo sita sunt, & quæ diuersa mouentur. ibid. Nam diffusis suo de actu materiai Copia ferretur magnum per inane soluta.

EFFVTIRE LEVEIS INDIGNA T. V.] tragicædia, quæ indigna est, in qua versus leues, & sine pondere effundantur, intererit, &c. indigna effutire dictum, vt supra epist. ad Iul. Flor. lib. 1. indigni fraternum rumpere fœdus.

MOVERI] saltare, moueri numerosè, moueri in numerum. supra epist. ad Florum lib. 2. Nunc satyrum, nunc agrestem Cyclopam mouetur.

INTERERIT] differet aliquantulum à satyris. Verbo interest, pro differet, vitur, & M. Tullius Acad. lib. 2. qui illa visa, & quibus omnia decreta sunt nata, negant quicquid à falsis interesse. & epist. lib. 5. ad Attic. sed planè gaudeo, quoniam τὸν νεμεσῶν interest τῶ φρονέω.

NON EST SATIS IN SATYRICIS FABVLIS NULLUM VERBORUM ORNATUM ADHIBERI, NULLUM NOMEN TRANSLATUM PONI, OMNIAQUE PROPRIÈ, & SIMPLICITER DICITUR: SED ALIA SUNT PRÆSTANDA. DOMINANTIA NOMINA ACCIPE ΤΩ ΚΕΡΙΑ, id est, propria, quibus res quantumuis licet sint obscæna, propriè appellantur, & significantur, qualia sunt mentula, &c., actionis

Veneræ verbum, & alia similia, quæ me pudor enumerare vetat. nam mentulæ nomen in membro illo corporis virilis significando, dominatur: cetera, quibus interdum vtuntur poëtæ pudore adducti, neruus, penis, trabs, scula, columna, cauda, scilax, pyramis, palus, fascinus, sunt translata. solebant autè satyri illi in satyricis fabulis suo quamque rem, & actionè nomine, verbbq; appellare: neq; eius rei, quam significare vellet, turpitudinem, verborum tralatione, aut circuitione tegere: exempli causa, cum eam operam, quæ datur liberis procreandis innuebat, non alienis eâ operâ, sed suis, & propriis appellabât: quod quidè eò magis erat illis ignoscendum, quod existerent nonnulli philosophi: sed qui philosophi? in qui in virtute summum bonum, & beatitudinem locant, voluptatis inimici, omnium vitiorum correctores, & castigatores, Stoici, inquam, statuerūt suo quamque rem nomine appellare licere. Itaque ex illorū scola manauit hoc σοφὸς ὁν εὐθυρρημων εση, vt restatur M. Tull. epist. quadam ad Papirium Pætum.

NECSICENITAR TRAGICO DIFF.] id est, nec sic studebo à grauitate, & granditate verborum, quibus vtuntur tragici poëtæ, atque à tragica magniloquentia differre, vt nihil interfit vtrū loquatur Dausus, & ceteræ persone comicæ, & seruales, an Silenus Bacchi seruus. differre color, pro eo, quod est, differre à colore, Horatianum. lege annot. ad Od. 2. lib. 2.

DAVVSNE IOQVATVR, ET AVD A X] ita reperi scriptum in duobus codicibus manu scriptis, non an audax: & vt ita scribatur, ratio postulat. nō enim significat interesse vtrū Dausus loquatur, an Pythias, sed vtrū serui comici, quales sunt Dausus seruus, & Pythias ancilla, an Silenus.]

PYTHIAS S.] ancilla apud Lucillum, seu aliquem veterem comicum.

SILENVS] persona Satyrica. sunt autem Sileni, Bacchi ministri, & nutricij. Nicander Alexipharm. princip. Ως δ' ὀπὸτ' ἀργιόεσσαν ἑσπιδλίφαντες ὀπιώρην Σιληνοὶ κερασοῖο Διονύσοιο πύθοιο, Πρώτων ἐπ' ἀφρίζοντι πύθω φρένα θαρρηχθέντες, &c. id est, Quemadmodum autè Sileni Bacchi cornuti nutricij agrestibus vis calcatis, primum potu spumante mentem armati, quod valer, ebrii facti, &c.

EX NOTO FICTVM] è re nota effectum, atque expressum, non è re aliqua recondita, atq; abstrusa.

VT SIBI QVIVIS SPERET IDEM, &c.] in epistola ad Florum lib. 2. supra ad illum locum, Ludenti speciem dabit, &c. diximus nonnulla, quæ ab hoc non sunt aliena.

SVD ET MVLTV M] multum laboris sumat.

AVSVS IDEM] expertus idem, conatus idem.

DE MEDIO SVMTIS] non è longinquo

Veneræ verbum, & alia similia, quæ me pudor enumerare vetat. nam mentulæ nomen in membro illo corporis virilis significando, dominatur: cetera, quibus interdum vtuntur poëtæ pudore adducti, neruus, penis, trabs, scula, columna, cauda, scilax, pyramis, palus, fascinus, sunt translata. solebant autè satyri illi in satyricis fabulis suo quamque rem, & actionè nomine, verbbq; appellare: neq; eius rei, quam significare vellet, turpitudinem, verborum tralatione, aut circuitione tegere: exempli causa, cum eam operam, quæ datur liberis procreandis innuebat, non alienis eâ operâ, sed suis, & propriis appellabât: quod quidè eò magis erat illis ignoscendum, quod existerent nonnulli philosophi: sed qui philosophi? in qui in virtute summum bonum, & beatitudinem locant, voluptatis inimici, omnium vitiorum correctores, & castigatores, Stoici, inquam, statuerūt suo quamque rem nomine appellare licere. Itaque ex illorū scola manauit hoc σοφὸς ὁν εὐθυρρημων εση, vt restatur M. Tull. epist. quadam ad Papirium Pætum.

NECSICENITAR TRAGICO DIFF.] id est, nec sic studebo à grauitate, & granditate verborum, quibus vtuntur tragici poëtæ, atque à tragica magniloquentia differre, vt nihil interfit vtrū loquatur Dausus, & ceteræ persone comicæ, & seruales, an Silenus Bacchi seruus. differre color, pro eo, quod est, differre à colore, Horatianum. lege annot. ad Od. 2. lib. 2.

DAVVSNE IOQVATVR, ET AVD A X] ita reperi scriptum in duobus codicibus manu scriptis, non an audax: & vt ita scribatur, ratio postulat. nō enim significat interesse vtrū Dausus loquatur, an Pythias, sed vtrū serui comici, quales sunt Dausus seruus, & Pythias ancilla, an Silenus.]

PYTHIAS S.] ancilla apud Lucillum, seu aliquem veterem comicum.

SILENVS] persona Satyrica. sunt autem Sileni, Bacchi ministri, & nutricij. Nicander Alexipharm. princip. Ως δ' ὀπὸτ' ἀργιόεσσαν ἑσπιδλίφαντες ὀπιώρην Σιληνοὶ κερασοῖο Διονύσοιο πύθοιο, Πρώτων ἐπ' ἀφρίζοντι πύθω φρένα θαρρηχθέντες, &c. id est, Quemadmodum autè Sileni Bacchi cornuti nutricij agrestibus vis calcatis, primum potu spumante mentem armati, quod valer, ebrii facti, &c.

EX NOTO FICTVM] è re nota effectum, atque expressum, non è re aliqua recondita, atq; abstrusa.

VT SIBI QVIVIS SPERET IDEM, &c.] in epistola ad Florum lib. 2. supra ad illum locum, Ludenti speciem dabit, &c. diximus nonnulla, quæ ab hoc non sunt aliena.

SVD ET MVLTV M] multum laboris sumat.

AVSVS IDEM] expertus idem, conatus idem.

DE MEDIO SVMTIS] non è longinquo

A arcessitis, sed è medio sumtis. I V N C T V R A] compositio, structura.

S I L V I S D E D V C T I] siluestres Fauni in scenam è suis tabernaculis siluestribus, & nemorosis producti: personæ satyricæ.

V E L V T I N N A T I T R I V I I S] velut nati in locis celeberrimis, & panè dicam, in medio foro.

T E N E R I S] delicatis, mollibus, cultis, venustis, concinnis, comtis.

I V V E N E N T V R] verbum Græcum fortasse exprimere voluit, νεκρὸν ἐπιτύχει, quod valet, rē aliquam præclaram quidem illam, & laudabilem gerere, sed maiore animo, quàm consilio: quod iuvenes solent. Vetat igitur Horatius, ne in fabulis satyricis Fauni nimium politis, & cultis versibus iuueniliter exsultent, nè verba nimis obfœcna, & flagitiosa loquantur.

B C R E P E N T] loquatur, vt docuimus ad Oden r8. lib. 1.

Q V I B V S E S T E Q V V S , E T P A T E R , E T R E S] id est, equites, & nobiles, seu patricij, & locupletes.

N E C , S I Q V I D F R I C T I , & c .] nec, si quid probat aliquis de plebe, pauper, & egens, qui vescitur cicere, & nucibus, & c. per emtorem cicericis fricti, plebeios, & vulgares homines significat. sic enim legendum est, non fricti, vt quidam corruperunt. emebat autem frictum cicere plebecula, vt eo intereà dum agebatur fabulæ, & quouis alio tempore solaretur, ac leuaret famem.

C P l a n t . Bacch. T a m frictum ego illum reddam, quam frictum est cicere. & item alibi. Adr. Turnebus cum aliquot annis post horum commentariorum primam editionem libros aduersariorum effudisset verius, quàm edidisset, scripsit quodam loco se non dubitaturum affirmare hinc esse legendum fricti, quasi verò à me non esset ita emendatum ex auctoritate duorum librorum manu scriptorum. sic persæpe vir ille doctissimus, quasi propinquā mortem sentiens, ita proferauit aduersaria illa edere, vt quam plurimos antiquorum scriptorum locos se emendare profectus sit, qui erant multo ante à P. Victorio, à Paullo Manutio, à nobis, ab aliis emendati.

E Q V I S A C C I P I V N T A N I M I S] patienter audiunt, & probant. assume è superioribus negationem, nec.

D P E S C I T V S] Od. xi. lib. 1. & in celeres iam-bos Miste furentem.

V N D E E T I A M T R I M E T R I S A C C R . n .] id est, iambus ex eo, quòd ita citus est, iussit iambeos versus scenarios, trimetros quoq; nominati. sat. 10. lib. 1. Pollio regum Eacta canit pede ter percusso.

P R I M V S A D E X T R E M V M S I M I - L I S S I B I] qualis ille iambicus senarius apud Eurip. in Phœnissis, Εγὼ γὰρ ἔπωτ' εἰς τὸ δ' ἔμ- μ σὺ μορῶς. & ille Hippol. Μεθεῖο' ἐπ' ἀλ- λον ἐμὲ βελτίω λόγον. qui toti ex iābis cōstāt.

I N I V R A P A T E R N A] in sua iura recepit, vt spondeis locus esset in versibus iambicis.

C O M M O D V S .] facilis, sese accommodans, vt Od. 8. lib. 4. Donare pateras, gratæque commodus, & c. cōtra in commodus. epist. 18. Munere te paruo bect, aut in commodus angat.

N O N V T D E S E D E S E C V N D A C E - D E R E T , A . Q .] iambus (inquit) recepit spondeos in iura paterna, sed non vt è secunda, aut quarta sede depelli se facile pateretur: quales sunt trimetri Horatiani epod. Quando repostum Cæcubum ad festas dapes. & Pesti nihil me sicut antea iunat, & c.

H I C E T I N A T T I , & c .] quemadmodum & in Terentianis, & in Plautinis. mixtū est enim quantam sibi poetæ Latini in trimetris, & tetrametris licentiam permiserint, far habentes, si in vltima sede iambum ponant: in ceteris locis anapestum, spondæum, dactylum, tribrachium promiscuè adhibentes.

N O B I L I B V S] Petr. Victorius annot. in Cic. epist. 2. lib. 5. mauult hoc loco legi Mobilibus, propterea quòd Aristoteles ἐξελπιτικὸς, scribit τὸ ἰαμβικὸν, καὶ τετραμέτρων, κλητικῶς. Atqui nomen κλητικῶς non significat mobilia, sed vim mouendi habentia. Adiuuaret P. Victorium Aristoteles, si dixisset κλητικῶς, id est, mobilia. κλητικῶς autem, & mobilia multum inter se discrepant. præterea cum in trimetris Attij, & Ennij dicat Horatius raros iambos adhiberi, stabiles potius, quàm mobiles erant appellandi. pace igitur dixerim P. Victorij, ego vulgatam, & receptam scripturam censeo diligenter nobis esse retinendam, præsertim ab omnibus veteribus libris comprobata. cur autem nobileis dixerit Attij, & Ennij trimetros, dicerem, nisi rem esse sua spòte notissimam, atque apertissimam putarē. sic supra Pannatij libros nobileis dixit Od. 29. lib. 1.

I N S C E N A M M I S S O S , & c .] triū versusum deinceps sequentiū hac sententia est, Versus iambicos in scenam productos, nimis tardos spondeorum interuentu, iambus rarè adhibitus indicat, atque arguit, poetam vel nimium celeriter, & parum accuratè scripsisse, vel artem ignorare.

M A G N O C V M P O N D E R E] multis, & pluribus, quàm par sit, spondeis tardatos: vel (vt alij malunt) graucis quidē illos, & dignitatis plenos, sed qui suos numeros non habent.

P R E M I T] ἄπο κοινῆς iambus. Versus igitur iambici trimetri tardiores, id est, qui in secunda, & quarta sede iambos non habent, reprehenduntur vel tamquam celeriter, & negligenter scripti, vel tamquam ab indocto, & inficso facti.

N O N Q V I V I S V I D E T I M M O D . P O E T .] duo sunt, propter quæ poetæ negligenter scribant, & versus iambeos faciant nimis tardos, & dissolutos: primum, quòd confidant non omneis sua errata cognituris: alterū quia etiam si virtutes, & errata poetarum nemo non facile cognitu-

A cogniturus est, sperant tamen fore, vt sibi ignoscatur. (sed non iccirco (inquit Horat.) negligenter, & mendosè, & licenter scribere debemus: immò potius nihil peccare in scribendo, & exstimare omneis errata nostra, si qua sint in scriptis nostris), animaduerturos: (& ita demum tuti erimus): neq; sperare, nos impune peccaturos: & ita cauti erimus, cum ipsi spem omnē veniæ nobis præciderimus.

E T D A T A R O M .] & data est venia poetis Romanis, qui trimetris, & tetrametris raros iambos interposuerunt, multaque alia peccarunt: sed immeritò data.

I N D I G N A] qua indigni sunt: quam non meruerunt.

I C C I R C O N E V A G E R .] id est, iccircone scribendi licentia abatur, quia nō quiuisset ita acutus est, & perspicax, vt errata animaduertat: iccircone sine arte, & minus accuratè scribere debeo: M. Tull. in oratore perf. loquès de summisso genere dicendi, sunt enim quidam, vt scis, oratorij numeri, de quibus mox dicemus, obseruandi ratione quadam, sed alio in genere: in hoc omnino relinquendi: solum quiddam sit, nec vagum tamen, vt ingredi liberè, non vt licenter videatur errare.

A N O M N E I S] id est, an potius putare debeo, omneis mea peccata perspecturos? (hoc opponit illi: nō quiuisset videt immodulata poemata in dex.) quod si faciā, tutus ero: & item cautus ero omni spe veniæ mihi adempta, ac præcisā. hæc autē, extra spem ven. respōdent illis, Et data Romanis, & c. Qui sperat vel sua peccata occulta, & incognita futura, vel se eorum veniam impetraturū, audacius peccat: contra, qui neutrum sperat, cauet sibi, ne quid peccet. at qui non peccat, ita demum tutus est, & cautus est, mendosè in omnibus libris, legebatur intra spem veniæ cautus. quæ scriptura mirè torit eos omneis, qui in hanc epistolam commentarios scripserunt. ego autem coniectura ductus, & ab ipsius veritatis voce admonitus, locum corruptum emendauit.

E T E X T R A S P E M V E N I E C A V - T V S] sic legendum, quicquid obstrepant semidocti, seu potius indocti quidam. Nam quid peruersus lectione vulgata? Nemo enim cautus dicendus est, qui spe veniæ peccat. contra, qui sibi omnem veniæ spem præcidit, & ita non peccat, cautus est. Od. 10. lib. 2. neque dum procellas Cautus horrescis, nimium premendo Littus iniquum. & epist. 16. Cautus enim metuit foveæ lupus, & c. epist. 1. lib. 1. Olim quod vulpes agrote canis leoni respondit, referē, παθητικῶς dixit cautum Od. 13. lib. 1. Quod quisque vitet, nunquam homini satis Cautum est in horis.

V I T A V I D E N I Q V E C V L P A M] denique (inquit) non satis est non peccare, vt laudem, & præmium mereamur: sed oportet rectè facere. tria enim sunt, peccare, non peccare, rectè facere, qui peccat, pœnam meretur: qui non peccat, neque pœnam, neque præmium meretur: qui rectè facit, is solus præmio dignus est. huic loco

simile est illud Plautinum in Trinummo. si quid amicum erga bene feci, aut consului fideliter, non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror.

A T V E S T R I P R O A V I] ita reperi scriptum in omnibus libris calamo exaratis, & in aliquot impressis, & ita legendum esse probat P. Victorius hoc argumento, quòd Horatius proavos liberos, aut ingenuos habere non potuerit, quippe qui ex patre libertino natus esset.

N I M I V M P A T I E N T E R V T R V M Q V E] nimium patienter, ac, panè dicam, sultè vtrumque mirati sunt in Plauto, numeros, & sales: quia neque eius versus satis numerosè scripti sunt, & sales nonnulli sunt scurriles, alij leues, & frigidi, alij obsceni.

S I M O D O E G O , E T V O S S C I M . I N V R B .] hoc ad sales pertinet. significat autē, sales Plautinos inurbanos, & illepidos esse. sic quidam putant suprā epist. ad Augustum, Plautum reprehendi. Aspicite, Plautus Quo pacto partem tuteur amanti ephēbe, & c.

L E G I T I M V M Q V E S O N V M D I G I - T I S c .] hoc ad versus referendum, quos non satis accuratè factos, neque suis ac legitimis numeris attritos, sed dissolutos esse iudicat.

D I G I T I S .] solemus enim digitis versusum syllabas, & numeros metri: quamquam, qui sunt in hoc genere exercitati, digitos adhibere ad cognitionem, iudiciūq; huius rei necesse non habet, cum aures doctæ, & tritæ hoc facillè per se præstare possint. Nam vt seruus ille Papirij Patris faciliè dicere poterat, hic versus Plauti nō est, hic est, quòd tritas habere aureis notandis generibus poetariū (inquit M. Tull. epist. quadam ad Papirium Pærum) ita & aures callidæ statim sentiunt sine opera digitorum, quis versusum numeris constet, quis non. Itaque idem M. Tull. mali poetæ esse putat versusum peccata digitis dimetri: significans, hominem exercitatum ea solis auribus explorare posse.

T H E S P I S] Thespin alij primum tragædiæ inuentorem fuisse narrant, quod probat hic Horatius, alij ab Epigene secundum, alij decimum sextum tragicum numerant. vide Suidam. Solon (vt refert Diog. Laërtius in Solone,) vterit Thespin tragædias recitare, quòd existimaret mendacium esse inuitè.

P L A V S T R I S V E X I S S E] antequàm scena esset inuenta, Thespin in plautistris tragædiæ docebat, idēq; agebat. quod testatur Aristoteles lib. 3. de arte dicendi, ὑπερβίοντο γὰρ αὐτοὶ τοὺς τραγωδίας οἱ ποιηταὶ τὸ ἀρῶτον. & Plutarchus in vita Solonis his verbis, ἠθέλατο τῶν Θεσπιν αὐτῷ ὑπερβίοντο, ἠσπέρ ἐτος λυ τοῖς πηλοῖς. id est, spectauit Thespin ipsam agentem, quemadmodum consuetudo erat apud veteres. confirmat ipse Horatius versus proximo.

Q V A E C A N E R E N T , A G E R E N T Q V E] canebant igitur, & agebāt ipsi poetæ sua poemata, nullis aliis adhibitis histrionibus, seu actori-

A bus. Iam, quod ait eos face perunctos egisse, ex eo tragœdiæ nomen impostum esse plerique tradiderunt: quamquam alij ab hirco ductum esse malunt. quod videtur probare Horatius illo versu supra, *Carmine qui tragico vilem certavit ab hircum.*

PERVINCTI FACIBVS ORA.] ex quo *περυνκτοί* appellat poetas Aristophanes *Νεφέλ.* quoniam (inquam) face peruncti, ne agnoscerentur, sua poemata è plaustris canebant. vnde prouerbium è *πλαυστρό λογι*, quod est liberè, effrenare, atque impudenter maledicere. hoc autem faciebant poetæ comici.

POST HVNC Aristoteles in lib. *Πολιτικῆς*, (quem locum paullo post attigimus) scribit *Æschylum* histriones duos instituisse, cum antea vnus esset dumtaxat: chori personarum numerum minuisset: actorem primarum partium introduxisset. Idem ibidem paullo post negat sciri, quis personas, aut prologos, aut multitudinem actorum, & quæ sunt huius generis, inuenit. quæ videtur inter se pugnare: verba Aristotelis sunt hæc, *τίς δὲ τῶν ὁσῶν ἀπέδωκεν ἢ τῶν λόγων, ἢ τῶν πλῆθιν ἑκαστηρίων, ἢ ὅσα ποιήματα, ἢ γνῶνίαι.* sed fortasse *τῶν ὁσῶν* nominat Aristoteles, quæ alio nomine *τῶν ὁσῶν πῆλα* dicuntur: quas hic Horatius personas appellat id est, vultus fictos, & simulatos: quibus vera histrionum facies tegitur: quibus qui putant non esse vfos veteres, falluntur. Demosthen. *Περὶ τῶν ὁσῶν*. *παρρηκτότος τῆς καταστάσεως Κηρυβιῶνος, ὅς ἐστι τῶν πομπῶν ἄνευ τῆς τῶν ὁσῶν πῆλα καμάζει.* id est, cum ei assistisset sceleratus Cerybrius: qui in pompis sine persona comissatur.

ET MODICIS INSTRAVIT PVLPI.] pulpitem, pars est scenæ. itaque per pulpitem totam scenam significari puto. scenam (inquit) modicam descripsit.

SUCCESSIVVS HIS COM.] significat, etiam veterem comœdiâ tragœdia esse posteriorem. De veteri comœdia loquitur etiam sat. 10. lib. 1. *Illic scripta quibus comœdia prisca viris est.* & sat. 4. eiusd. *Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque poeta.* Atque alij, quorum comœdia prisca virorum est.

SED IN VITIUM] dicendi libertas modum superavit, & extra finis suos egressa in maledicentiam non ferendâ erupit. sic epist. ad August. *donec iam seuis apertam In rabiem verti cepit iocus, & per honestam Ire domos impune minax: dolere creuente Dente lacessiti, &c.*

LEX EST ACCEPTA] tale est illud loco supra commemorato. *quin etiam lex, Penaque lata, malo que nollet carmine quemquam Describi.*

PRÆTEXTAS] in quibus inducuntur personæ Romana publicæ, nobiles, graues, honoratæ, consulares, prætoriz, & similes.

DOCVERE] sic loquitur Græci, quos postea secuti sunt Latini: M. Tull. in Bruto. *Atque hic Livius, qui primus fabulam C. Clodio, & M. Tulliano*

cos. docuit. Idem in Catone maiore. *Vidi etiam fabulam Livium, qui cum septem annis ante, quam ego natus sum, fabulam docuisset, &c.*

TOGATAS] tabernarias, in quibus humiles, & plebeæ, & priuatæ personæ ciuium Romanorum, inducuntur: & ita cum comœdiis comparantur, eisque altera ex parte respondent. per togatas, tabernarias significat, cum tamen prætextæ æquè, vt tabernariæ, sint togatæ, quia in vtriusque personæ Romana intercedunt.

SI NON OFFENDERET] id est, nisi vnusquisque poetarum sua scripta grauatè limaret, eorumque editionem in aliud tempus differret. sic epist. ad August. *sed ut rem putat in scriptis, metuitque lituram.*

ET MORAS.] sic infra. *non inique prematur in annum.*

POMPILIVS SANGVIS] vos Pifones, qui à Numa Pompilio originem ducitis. Fuluius Ursinus, vir tum in Latinis, tum in Græcis literis admodum exercitatus, cum esset Romæ, numerum argenteum mihi ostendit: cuius in antica parte Numæ nomen erat expressum: in postica, Cn. Pifonis pro quaestore, & nomen, & caput, quod idè notandum duxi, vt quasi oculis cernat lector quamobrem Pifones Pompilius sanguis à Flacco dicantur.

ATQVE PRÆSECT. DECIES NON CASTIG.] id est, non perfectissimè, accuratissimèq; poliuuit, vel à marmorariis opificibus ducta tralatio est, vt sup. annotauimus epist. ad August. vel à fctoribus, qui primùm manu opus rudius informant, deinde vngue perpoliunt atque absoluunt. *Præsectum* autem legendum, non *persectum*: & ita scriptum se reperisse in libro quodam manu scripto Venetiis assueuauit mihi Muretus: quam scripturâ vnus liber Vaticanus postea comprobauit. præsecare vngue autem propriè dicimus, ex quo *præseggmina*. Plaut. Aulul. *Quin ipsi pridem tonsor vngues demferat: Collegit omnia, & abstulit præseggmina.*

INGENIVM MISERA QVIA FORT.] deridet eos, qui, quod poetæ natura, non arte valerè, furorèque quodam excitari putet Democritus, iecireò immunditia, illuue, squallore feritatem quandam, & inhumanitatem præ se ferunt, solitudinem sequuntur, celebritatem fugiunt. & fortasse significat, Romanos, dū ingenio suo confisi studium discendi, & artem, & philosophiam rectè scribendi fontè, contemnunt, insanire. Idè, quod Horatius, de Democrito scribit M. Tullius lib. 1. de diuinatione, his verbis, *negat enim sine furore Democritus quemquam poetam magnum esse posse.* & lib. 2. de orat. ad Qu. Frat. *sæpe audiri poetam bonum neminem (id quod à Democrito & Platone in scriptis relictum esse dicunt) sine inflammatione animorum existere posse, & sine quadam afflatu quasi furoris.* Plato in Ionæ, *παντες οι τε τῶν ἐπῶν ποιηταί οι ἀγαθοί ὅσα ἐκ τέχνης, ἀλλ' ἐπῶν ὄντες, καὶ κατεχόμενοι, πάντα ταῦτα κατὰ λέγεισιν ποιήματα,*

Α ποιήματα, ἢ οι μελοποιοί οι ἀγαθοί ὄντες, ὡσπερ οι κορυβαρτωντες, ὅσα ἐμφορες ὄντες τα καλά μέλη ταῦτα ποιῶσιν, ἀλλ' ἐπειδὴν ἐμβῶσιν εἰς τὴν ἀρμονίαν, καὶ εἰς τὸν ῥυθμόν, βακχεύσασιν, id est, omnes & poetæ epici boni non arte valentes, sed diuinitus afflati, & furore concitati hæc omnia præclara poemata pronuntiant, & carminum lyricorum effectores boni similiter, quemadmodum corybantes cum sanæ mentis non sunt, hos egregios cantus edunt. Et cum in harmoniam & numerum intrarint, tum maximè furunt. Idem in Phædro Socrate sic facit loquentem, *ὅς δ' ἂν ἴεν μανίας μεσῶν ὄντι ποιητικῆς θύρας ἀφίηται,* &c. nam hunc locum produximus supra Od. 4. lib. 3. ibi, *an me ludit amabilis Insania?* id est, qui autem sine Musarum furore ad fores poeticas accesserit, perisusum habens fore, vt arte idoneus poeta euadat: *ἢ ipse imperfectus erit, & eius poësis sanæ hominis, ab insanis, & furiosis statim obscurabitur.* Idem lib. 4. de legibus ait poetæ in Musæ tripode sedente mentis competentem non esse. Atque hanc quæstionem vtrum poetæ natura, an arte valeat, mox expedit Horatius. Pindarus autem naturam doctrinæ semper anteponit, & naturam sine doctrinâ, præsertim in poetâ, plurimum, atque ad eò omnia posse dicit, his verbis, *σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φύξι' μαθόντες δὲ λάβροι παργυλωσῶντα χορῶδες ὄντες, γὰρ βύβρον διὸς τῶν ὄντων ἴχα θεῶν, id est, sapiens est is, qui multa scit natura: qui didicerunt autem, tanquam corui lingua vobilitate, & inani strepitu cum Iouis ani voce contendunt.*

ET EXCL. SANOS HEBLICONE] id est, sanos negat, bonos poetas esse posse. BALNEA VITAT.] non lauat, immundus illuue est. alij ad celebritatem loci referunt. à quibus dissentio. PRETIVM] *γέρας*. epist. ad Scæuam lib. 1. aut virtus nomen inane est. Aut decus, & pretium rectè petit experiens vir. vbi quidam legit *recti*. SI TRIBVS ANTICYRIS, &c.] si caput nulla quantumvis multa ellebori copia sanabile, numquam tonendum curauerit, vt capillo supra modum producto, truculentiore sit aspectu, insanique speciem præ se ferat. in Anticyra insula nascitur elleborus. satyr. 3. lib. 2. *Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.*

LAVVS] stultus, *αἰχῆος*, de quo diximus supra ad epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. QVI PVRGO BILEM] secutus sum eam scripturam, quæ reperitur in quibusdam codicibus manu scriptis: quàmque Romulus Amasæus confirmauit mihi aliquando se in vno & altero libro manu scripto expressam reperisse, cum dicret, aliteram *qui purgare bilem*, sibi videri corruptam. Et certè neque Græcum, neque Latinum est hoc loquendi genus. Nam ita quidem loquuntur Græci *καθαίρωμαι τὸ σῶμα, τὴν κεφαλήν, τὴν ψυχὴν*, id est, purgare corpus, caput, animum: sed *καθαίρωμαι τὴν νόσον, ἢ τὴν χολήν* non dicunt,

sed potius *καθαίρωμαι τὴν νόσον, ἢ τὴν χολήν*, id est, purgare morbi, aut bilis: quo modo & Horat. supra locutus est sat. 3. lib. 2. *Et morbi minor purgati te illius.* vñtarius tamè dicimus Latinè *purgare morbo, vitio, atra bile*, & similia. Itaque putauit aliquando hoc loco legendum, *qui purgare bili*, seu *bilis*, &c. eamque scripturam reposuissim, nisi remeritatis, aut arrogantiz crimen reformidassim, si sine librorum veterum auctoritate lectionè vel negatam immutassim. quam tamen meam coniecturam velim consideret lector. Nunc huius lectionis, quam secutus sum, rationè, non est, quod pluribus verbis explicem. sic enim Græci loquuntur *καθαίρειν χολήν*, vt Paulus Ægineta lib. 7. *σκαμνῶν τῶν ἀπὸ τῆς ἑλλέβωρος καθαίρει, καὶ μάλλον τὴν ἐπιπέπυ χολήν.* Galen. libello τινος δὲ καθαίρειν. *ἔτι δὲ καὶ γυναικα τινά, &c.* *ἰασμῶν ἰχθυῶν κενώσας διὰ φαρμάκων καθαίροντος μελάγχω χολήν*, id est, *Ita autem & mulierem quandam, & sanauit, cum eam acriter exinanissim pharmino atram bilem purgante.*

NIL TANTI EST] id est, nihil tanti æstimo, vt eius obtinendi studio, & cupiditate incensus, insanire velim: nedum tati poemata faciam, sic loquitur boni scriptores. M. Tull. lib. 3. epist. ad Attic. *Quare, mihi crede, φιλοσοφῶμεν. iuratis tibi possum dicere, nihil esse tanti.* Idem offic. 2. est ergo vllares tanti, aut commodum vllum tam experendum, vt viri boni & splendorem, & nomen amittas? Idem pro Q. Rosc. comœdo. *sed tamen cur ipse*

est tibi M. Perperna, C. Pifo certè tanti non fuissent, vt scicium fraudaretis. Tibull. lib. 2. eleg. 3. *Haud impune licet formosus tristibus agris Abdere: non tanti sunt tua musta pater.* huius contrarium est illud æquè vñtarum, *est tanti*, id est, tanti facio, non minoris æstimo. M. Tull. de signis. *Tum iste ab equite R. splendido & gratiofo, Cn. Calidio, cuius filium sciebat senectorem populi R. iudicem esse, equileos argenteos nobiles, qui Q. Maximi fuerut, aufert. Imprudens huc incidi. emit enim, non abstulit, nollem dixisse: iactabit se, & in his equitabit equuleis. emi, pecuniâ solui. credo etiam tabula proferentur. est tanti: ceddò tabulas, cuius loci hæc sententia est: dixi Verrem equuleos illos argenteos à C. Calidio abstulisse, negat Verres, atque se emisse, pecuniam soluisse, tabulas prolaturum. est tanti, id est, tanti facio, crimen hoc abs te dissolui, & dilui, quanti facerem in te maximi valere, dummodo tabulas proferas. tã multa enim, & grauia me ex tuis tabulis, si proferantur, crimina aduersus te tracturum esse confido, vt facilè patiar, hoc crimen abs te dilui, & vt mihi sit optabile huius criminis Calidiani facere iacturam. & i. Catilinaria. *sed est tanti, dummodo ista tua priuata sit calamitas, & à reip. periculis sciungatur.* quem locum ex vetustis codicibus emendauit M. Ant. Muretus, cum vulgò legeretur *sed non est mihi tanti*, eumque eruditissimè explicauit.*

ERGO PVNGAR VICE COTIS] ego igitur locum cotis obtineo: ego cotis munus Iii

A obibo, quæ ferrum acuire potest, cum vim secãdi ipsa non habeat. hoc idem de se dicere solebat Iſocrates: & aliquando interrogatus cur cum alios artem dicendi doceret, ipse taceret, respondit, *καὶ αὐτὸν ἀκόντων αὐτῶν ἰδὼν τεμνῆν ἔδιδασκῶναι, τὸν δὲ σιδῆρον ὄρεῖν, ἢ τμητῶν ποιῆσαι.* id est, etiam cotes ipsa quidem secare non possunt: sed ferrum acutum, & ad secundum aptũ efficiunt.

OPES] opes poetica, id est, res, & facultas poetica.

FORMET] erudiat, expoliat, informent. lege annot. ad Od. 10. lib. 1. ad illum locum, *Formet masti.*

B **ERROR]** errorem videtur hic pro errato, seu peccato usurpare, quod ἀμαρτημα nominant Græci, cum erroris nomine tamen longè aliud significetur. error enim imprudentis, & ignorantis est ferè, aut certè falsa opinione ducti, sine culpa: erratum autem & scientis est, & culpa nõ caret. exemplis hoc fiet clarius. Cic. pro Murena. *non patiar te in tanto errore versari.* Idem lib. 2. de orat. *natura enim noster nos delectat error.* Idem pro Cæcina, *nonnumquam honesto, ac probabili nomine bono viro iudici error obijci solet.* Idem epistola ad Ser. Sulpiciũ, lib. 4. ep. certè similis in utroque nostrum, cum optime sentiremur, error fuit. Idem ad Q. Metellum Q. F. lib. 5. epist. *Hoc in sermone, cum à me exponeretur, quæ mea expositio fuisset orationis tuæ, quantumque in errore versatus essem, visa est oratio mea non inincunda, &c.* Horat. epist. ad Iul. Florũ lib. 2. *Et demtus per vim mæis gratissimus error.* Ego igitur existimauerim hoc loco errorem, non erratum, sed discessum quandam, & declinationẽ à virtute, & officio significare, quæ ex imprudẽtia, aut incuria nata sit. quo modo si accipiamus, seruiatur huius vocis significatio vñtata.

SOCRATICÆ CHARTÆ] per chartas Socraticas non significat libros à Socrate scriptos, cum ille nihil scripserit, sed à Platone, Æschine, Xenophonte, & ceteris eius auditoribus, ac discipulis, & qui ab eis orti sunt.

VERBA QVÆ PROVISAM REM] quidam libri vulgati habent *præuisam* mendosè. veteres quidẽ omnes *provisam*. Sic locutus est epist. ad Loll. 2. *sit bona librorum, & provisæ frugis in annum copia.* Quod autem ad huius loci sententiã attinet, similia sunt ea, quæ scribit Cicero lib. 3. de orat. his verbis, *rerum enim copia, verborum copiam gignit: & si est honestas in rebus ipsis, existit ex rerum natura quidam splendor in verbis.*

EXEMPLAR VITÆ, MORVM QVÆ] veram, & perfectam speciem vitæ humanæ, morumque intueri, quam imitando exprimere, & simulare conetur.

IMITATOREM] poetam, μιμητῶν. nihil enim aliud est poësis, quàm μιμησις, id est, imitatio: quod Plato, & Aristot. tradiderũt, vt mox dicemus. Atque eò maximè admirabilis est Homerus, quòd nihil est in huius vitæ consuetudine, moribusque communibus positum, quod nõ

aptissimè, ac præne dicam, diuinè expresserit.

ET VERAS HINC D. V.] & hinc, id est, ex vita cõmuni, & moribus hominum veras voces elicere. quidam libri habet, *et veras hinc, &c.*

INTERDVM SPECIOSA LOCIS] id est, interdum fabula, quæ aspersa, & ornata est sententiis è philosophia petitis, & locis communibus, & quæ habet ἥθος, (sic enim loquitur Aristot. lib. 2. de poetica.) id est, quæ scitè mores exprimit (mores autem personarum bonè exprimit, quæ consilium, & voluntatem cuiusque aperit, ac declarat) talis igitur fabula magis delectat populum, etiam si nõ sit admodum venusta, nec polita, nec grauis, nec artificiosa, quàm politissimi, & cultissimi versus nulla sententia subiecta, neque personarum decoro seruato, neque hominum moribus expressis. locis autem legendũ potius, quàm iocis, hanc scripturam confirmantibus vetustis codicibus omnibus, Porphyriõque, & Acrone comprobantibus. Quid sint porrò loci communes, ex M. Tullio intelligere licet, cuius hæc sunt verba in Bruto, *scripturas, fuisse, & paratas à Protogora verũ illustrũ disputationes, quæ nunc cõmunes appellantur loci.* Idẽ In orat. perf. *Nec verò dialecticis modo sit instructus, sed habeat omnis Philosophia notos, & tractatos locos. Nihil enim de religione, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de caritate patriæ, nihil de bonis rebus, aut malis, nihil de virtutibus, aut vitis, nihil de officio, &c. sine ea, quam dixi scientia grauius, amplè, copiosè dici, & explicari potest.* Idem ibid. *quàm enim indecorum est, de stillicidiis, cum apud unum iudicem dicas, amplissimis verbis, & locis vñ cõmunibus, de maiestate verò populi Ro. summis, & subtiliter?* Iam quòd Aristoteles in lib. 2. de poetica. eam fabula partem, quam ἥθος, id est, mores appellat, ait minus valere ad delectandum, quàm ἀειπετείας, & ἀναγνώσις, non pugnant illa cum his, neque ad hoc institutum pertinent.

NVLIVS VEN.] nullius venustatis, nulliusque elegantie. suprã. *Ordinis hæc virtus erit, & Venus.*

SINE PONDERE] verborum.

QVAM VERS. INOP. RER.] id est, quàm versus inanes, & sententiarum expertes, H etiam si sint cultissimi, & politissimi. Vir quidam doctus existimabat hunc versum ita legendum, *quàm versus inopes morum, nugæ, canore.* id est, quàm versus lepidissimi, & cultissimi, nullis locis communibus illustrati, & inanes.

NVGÆ QVÆ CANORÆ] versus leues, quatumuis modulati, & numerosi.

ORE ROTVNDQ] id est, rotundè, prescè, enucleatè, eleganter, suauiter: non putidè, non ineptè, non obscurè, non hiulcè, non asperè. vide annot. ad illum locum fat. 7. lib. 2. *totus teres, atq; rotundus.*

ROMANI PVERI] Romanos cum Græcis conferens ait, hos nulli rei studere, præterquam laudi: illos autem omne studium suum statim à puerili

A puerili ætate in quæstũ, & re augenda collocare: quod cum ita sit, non esse mirum, si poetæ præstantes non euadant.

ASSEM DISCVNT IN PARTEIS DI NVCRE] mirtuntur in ludum numerandi & ratiocinandi, vbi discunt artes ad quæstum comparatas. sup. fat. 6. lib. 1. *qui macro pauper agello Noluit in ludum Flaut me mittere, magni quo pueri magnis ex centurionibus orti, &c.* de alle, & eius partibus lege Varr. libro 4. de lingua Lat. & Budæum nostrum.

E V] ita legendum, non *heu*, neque *hem*, neque *oe*, vt habent mendosi codices: neque *heus*, vt olim putari. *eu* autem Græcum est eò bene, præclare, euge.

ÆRVGO] æruginem appellat per translationem, immodicum pecuniar, & lucri studiũ, propterea quòd eo, tanquam æruginẽ quadam, ingentia præclara, & ad res maiores nata, corrumpuntur, ac deprauantur. at fat. 4. lib. 1. per æruginem, insidiosam quandam, & simulatione officij inuolutam malevolentiam significat. hic (inquit) *ni gra succum lolliginis, hæc est ærugo meræ:* quoniam videlicet talis animi affectio non aliter, quàm ærugo, amittit vitium, pestis, ac venenum est. Virtruius lib. 7. cap. 12. & lib. 8. cap. 3. docet quomodo fiat ærugo.

LINENDA CEDRO] digna, quæ seruètur diuitissimè incorrupta: digna, quæ numquam consumat verustas, & quæ perpetuò viuât. nam, quæ succo, aut oleo cedrino linuntur, non putrescunt.

C lege Plin. lib. 16. cap. 39. & Dioscor. lib. 1. cap. 89. vbi ille dicit, eam vim in cedro inesse, vt corpora mortua eon seruet, viua corrumpat: atque iccirco τῶν νεκρῶν ἔων, id est, mortuorum vitam appellari. Huc pertinet illud Aufonij ad libellum, de quodam Proculo poetæ: *Huius in arbitrio est seu te iuuenescere cedro, seu inbeat duris vermibus esse cibũ.*

LÆVICVRESSO] inuolucro expolito, aut capsa ex cupressõ, de qua eadem ferè dicuntur, quæ de cedro. vide annotata ad Od. 14. lib. 2.

AVT PRODESSE VOLVNT] poemata (inquit) alia vtilia sunt dumtaxat, alia iucunda: alia & vtilia, & iucunda.

AVT SIMVL ET IVCVNDQ, &c.] profert hũc versum Seruius ad illũ Virgilij Æneid. 6. *Etic manus ob patriam pugnando vulnera passi.*

QVICQVID PRÆCIPES] hoc pertinet ad ea poemata, quæ profunt tantum.

BREVIS] ita tamen, vt tantum sit verborũ, quantum sit necesse: vt suprã, *brevis esse laboro? Obscurus sũ.*

PERCIPIAN A. D. T. Q. FID.] aptè verba suis nominibus iunxit. docileis se præbeat in percipiendo: fideleis in tenendo. aduerbium *cito* autem, coniungendum cum verbo *percipiant*, non cum voce *dicitũ*.

OMNE SVPERVACVVM] translatum à vase pleno: ex quo, quicquid superat, effluere solet.

FIGTA VOIVPTATIS C. S. P.] hoc ad eos, qui delectare student tantum, sic Aristoteles lib. 2. de ποιητικῆς, poetam sequi probabilia, quæ nec esse, nec fieri possint, aut oportere potius, quàm improbabilia, quæ fieri possint. verba Arist. sunt hæc, *αὐτῶν τε γὰρ τὴν ποιήσιν αἰσῆ τῶν τερον πρῆσαν ἀδύνατον, ἢ ἀπίθανον δύνατον.*

NEC QVODC. VOLET, &c.] nec quodcumque volet, etiam incredibile, & à fide abhorrens, nihilque veri simile præ se ferens, poscat, seu postulet sibi credi, id est, audeat spectatorũ oculis, atque auribus subijcere. quidam libri veteres habent, *Nec quodcumque velit, &c.*

NEV PRANSÆ LAMIÆ] nẽve fingat poetæ, ex alio Lamia, quæ puerum deuoravit, eundem puerum viuum extrahi. Præter ea, quæ vulgò traduntur, & narrantur de Lamia, Aristoteles lib. 7. de morib. ad Nicom. scribit mulierem quandam fuisse in Ponto, quæ mulierum grauidarum aluos aperiret, & persecaret, puerosque inde tractos deuoraret. Sed de Lamia vide Diodor. Sicul. lib. 20. & Aristophanis interpretem in Vesp.

CENTVRIÆ SENIORVM] ætate grandes, & senes poemata inutilia, & ad solam voluptatem comparata, aspernantur, ac respuunt. aludit autem ad centurias, in quas singulae tribus erant diuisa.

CELSI RHAMNES] id est, equites contra, vel iuuenes feroces, atq; elati non admodum atrentè, nec libenter poemata audiunt, quæ nulla voluptate sunt temperata: *celsi*, id est, iuuenes excelso animo, quod non displicet. T. Liuius lib. 7. *signum posunt ingenti clamore, celsi, & spe hand dubia feroces in prælium vadunt.* malo tamen per celsos, equites intelligi, qui merent adhuc equo publico. Nam & Festus celsum ex Græco κέλσος, equitem dictum esse putat. Rhamnes alij à Romulo appellatos: alij Rhamnes, & Luceres vocabula esse Tusca volunt, vt refert Varro lib. 4. de ling. Latina. Hæc Turnebus ita probauit, vt in Aduersaria sua retulerit.

OMNE TVLIT, &c.] hic versus cum tribus reliquis deinceps sequentibus, pendet è superioribus, hoc modo: Omnibus igitur omnium suffragiis præstantissimum poetæ iudicandum est, qui vtilitatem cum voluptate coniunxit. pertinet autem hæc ad illud membrũ tertium, *Aut simul & iucunda, & idon. dic. v.*

HIC MERETÆRA L.] hic liber pretium meretur: hic multos reperit emtores: hic librariorum locupletat.

SOSIS] bibliopolis, seu scriptoribus librariorum. suprã epist. ad librum, *scilicet vt prostes Sostorum pumice mundus.* Verisimile autem est, Sosios, scriptores fuisse librariorum: quibus vtebantur veteres ad libros manu describendos. in quorum locum successerunt nostri typographi, qui typis, seu formis plũbeis libros imprimunt. Sed enim scriptorum illorum facta à me mentio admonet me

A hoc loco, vt commemorare accuratissimum, & politissimum nostræ ætatis scriptorē, Camillum Spannochium, cuius Senensem, olim domi nobilem, & copiosum: nunc post res Senensium afflctas, ex rege nostro pēdentem, eiusque libertate, & munificentia se tolerantem. Hic igitur cum cenarem apud humanis. & optimum virū, Iulianum Medicum, episcop. Bliuensem a. d. septimum Kalendas Iunias anno superiore, (scribam autē hęc anno C I O C I L X V I I. idibus Ianuariis) ostēdit mihi presentibus aliquot nobilibus Florentinis, in his, Baptista Alemanus tum episcopo Matifconēsi, nunc cœnobiarcha: *** & Nicolaus Alemanus, & Alfonso Gondio, & Thoma Bonifio, & Frācisco Corfinio, Alemanorū fororis filio, iuvene erudito, & probo, P. Virgilij Maronis opera, Bucolica, Georgica, Æneidē, in membrana . litteris ita minutis & tenuibus a se descripta, vt x x v I. columnis, quarū vnaquæque 540. circiter versus contineret, comprehenderentur, cum tota membrana longitudine digitos x i x, altitudine x i i i i. non superaret.

R E M I T T I T] reddit, vt priore versu: & epist. ad Aug. sed veluti tractata notam, labemque remittunt stramenta. fat. vlt. lib. 2. Et melius muria, quā testa marina remittit.

N E C S E M P E R F E R I E T] nec semper signum sibi propositum, quod inuictur, & quod oculum dirigit, sagittarius attingit.

Q U O D C V M Q V E M I N A B I T V R] subintelligendum ferire. Quidam legunt quacumque. V E R V M V B I P L E V R A] id est, verum vbi plures virtutes, pluræque ornamenta insunt in poemate, quā macula, & errata, quæ vel imprudenti, & aliud agenti, vel humanitus exciderint, ignoscere debemus.

A V T H V M . P A R . C A V . N .] cum ea sit hominis natura, vt non possit vsquequaque peccatum effugere, quantumuis magnam diligentiam adhibeat.

Q V I D E R G O] nonnulli lib. habent, quid ergo est? ego nihil muto.

V T S C R I P T O R S I P . I . I .] hæc duo coniungenda sunt, scriptor librarius, id est, is, qui libros describit manu, hoc modo: si librarius idē perpetuo peccat, id est, si in idem erratum perpetuo incurrit, etiam si fuerit monitus, indignus est, cui ignoscatur: sic & poeta, &c. idem peccat vsitate, & propriè dictum. M. Tull. de nat. deor. lib. 1. Atque etiam Xenophon paucioribus verbis eadem ferè peccat. & pro Murena. non multa peccas eadem ratione dixit Catullus. Nimirum idem omnes fallimur. & Hor. sat. 3. lib. 1. Nec vincet ratio tantumdem vt peccet, idēque, Quis teneros cauleis, &c.

E T C I T H A R O E D V S] quidam libri ver. habent, vt citharædus, &c.

F I T C H E R I L V S I L L E] poeta malus, de quo sup. epist. ad August. Gramus Alexandro Magno regi fuit ille Chærilus. Alij scribunt Chærilus, & Græcè χερύλλος.

Q V E M B I S , T E R Q V E B O N V M C . R . E M .] id est, qui si duobus, aut tribus locis rectè, & emendatè, & laudabiliter scribat, mirari soleo, ita est malus scriptor, & ita vsitatum ci est mendosè, & ineptè scribere. huic igitur Cherilo similes sunt ij poetae, in quorum scriptis plura sunt mendosa, quā recta.

E T I D E M I N D . Q V A N D . B O N .] id est, & ego idem indignè fero, quando cumq; præstantissimus omnium poetarum Homerus incuria quadam labitur, & peccat, quod est in eodem modum rarum. scio hunc versum aliter ab alijs explicari, sed vehementer errant. nam verbū indignor non est referendum ad superiora, quod illi faciunt, sed cum his, quæ sequuntur, coniungendum, vt alibi admonui, & multo antè docuit P. Victorius. quandoque autem idē valet, quod quandoque, vt supra Od. 1. lib. 4. quandoque potentior Largis numeribus riserit amuli.

V E R V M O P E R E I N] cod. vnus Vaticanus. Faëri. Torn. Ruffardini duo, Clericanus, Nicot. vnus, habent; Verum operi longo.

V T P I C T V R A , P O E S I S .] Plato lib. 10. de rep. poetas pictorib' ait esse similes: docetq; vtroscque in animantibus, & rebus inanimis imitandis, atque exprimendis esse occupatos. Idem scribit pluribus verbis Aristot. in lib. 2. de poetica. adde illa Plutarchi lib. 2. de vit. &c. ἀκρίβειν. Epi δὲ μάλλον ὁμοίωσιν αὐτὸν ἅμα τῷ ζωοποιεῖν τοῖς ποιήμασιν ἁπογραφόντες τὴν ποιητικὴν, ὅτι μιμητικὴ τέχνη, ἢ δυναμὶς ἔστιν ἀντίστροφος τῇ ζωγραφίᾳ, καὶ μὴ μόνον ἐκείνο τὸ ἥρπυλλοῦ μὲν ἀκρίβως ἔστο. ζωγραφίαν μὲν εἶναι ὁμοίωσιν αὐτὸν τὴν ποιητικὴν ποιητικὴν δὲ στροφῶν τὴν ζωγραφίαν, &c. id est, præterea admonemus eum eo ipso temporis puncto, quo ad poemata audienda admonemus, descriptione quadam facta, poeticam altera ex parte picture respondere: neque illud solum omnium sermone vsurpatum audierit, picture esse poësim loquentem: poësim autem tacitam picture esse, &c. M. Tull. Tulc. 5. Traditum est etiam Homerum, cacum fuisse: at eius picturem, nō poësim videmus.

Scribenda autem est interpunctio nota post vocem poësis, & subintelligendum verbum est.

E R I T , Q V Æ S I P R O P I V S S T E S , T E H C . M . E T Q . S . L . A .] sic est distinguendus hic locus, vt picture poësis erit, quæ, si propius stet, &c. id est, alia reperietur (inquit) picture, quæ primis, ac rudibus lineamentis tantum constet: picture adumbrata, non expressa: quam Græci σκιαγραφίαν appellant. hæc procul spectata, laudari potest: alia, quæ suis coloribus expressa, & exquisitis, accuratisque pigmentis illustrata sit, hæc propius spectari debet. Idem de poësi sentiendum. alia est enim, quæ quassam vmbra, & recessus habet tantum, neque admodum illustrata coloribus vestita est: alia est accurata, & exquisito artificio elaborata. Videtur mihi ad hunc locum pertinere ea, quæ scribit Aristoteles lib. 3. de arte dicendi, vbi docet, dictionem (quam ille λέξις

A λέξις nominat, id est, dicendi rationem) aliā esse descriptioni accommodatam, & tamquam pictam: aliam concertatoriam, & forēsem, & gestu actoris egentem. paulo post scribit ille, conionale dicendi genus adūbrata picture simile esse, propterea quod, quanto maior sit multitudo; tanto longius spectari videtur orationis figura. Quapropter subtilitas, & limata (vt ita dicā) tenuitas, superuacanea est, & deterior videtur in vtroque. Iudicium autem subtiliorem dictionem desiderat, multoque magis, si apud vnum iudicem causa agatur. inest enim minimum in actione, & gestu. Nam facilius spectari potest id, quod rei proprium est. omne autem alienum, & contentiois studium abest. verba Aristotelis sunt hæc, ἡ δὲ ἐν δημοκρατικῇ λέξι, καὶ παντὸς τοῦ ἐοικε τῇ σκιαγραφίᾳ. ὅσα γὰρ ἀνθρώπων ἢ ὀχλοῦ, πρῶτον ἢ θεῶν. διὰ τὸ ἀκριβῆ περιεργα καὶ χεῖρα φέρονται εἰς ἀμφοτέροις. ἢ δὲ δίκην ἀκριβέστερον. ἐπὶ δὲ μάλλον ἢ ἐν ἐνὶ κριτῇ. ἐλάχιστον γὰρ ἔστιν ἐν ἁποκρισέ. εὐσύνστολον γὰρ μάλλον το οὐκ εἶναι τῆ ἀράγματος, καὶ τὸ ἀλλοτρίον, καὶ ὁ ἀγὼν ἀπειρῆ.

T E C A P I A T] sic legēdū potius, quā capiet.

H Æ C A M A T O B S C . V O L E T H Æ C S V B] alia picture dissimilitudine. amat poro ea picture locum obscurum, quæ deterior est: altera autem, quæ in luce spectari non recusat, longè scilicet melior est. R E P E T I T A] iterum, atque iterum, & sæpius preata.

F I N G E R I S] conformaris, institueris: vt supra epist. 2. lib. 1. Fingit equum. & Od. 6. lib. 3. fingitur artibus.

T O L L E] sume, vt epist. 6. lib. 1. partem, vel tolleret omnīs.

C E R T I S M E D I V M , E T T O L E R A B .] id est, certas res esse, in quibus medium locum obtinere conceditur, & in quibusdam rebus mediocritatem esse laudabilem, & ferri posse: sed mediocritatem in poeta neque esse laudabilem, neque condonari solere: quod simile est, ac si diceret, poetam vel excellere, vel ab eo studio desistere, nomēque poetæ æquo animo amittere oportere. Videtur aliter sentire M. Tullius in orat. perfecte, his verbis: Nam in poësi non Homero soli locus est (vt de Græcis loquar) aut Archilochi, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos.

T O L E R A B I L E] id est, (vt ita dicam) tolerabilitatem.

C O N S V L T V S I V R I S , E T A C T O R C A V S . M . A .] redde suum cuique, hoc modo: iuriconsultus aliquis nescit, quantum Aulus Cascelius: actor causarum quispiā abest ab eloquentia Messallæ Coruini: verque tamē in pretio est, etiam si non sit summus.

N E S C I T] quidam libri vet. habent, nec scit.

N O N D I I , N O N H O M .] alij libri habēt, Non homines, non dij.

C O L V M N Æ] ad quas profant libri, vt fat. 4.

lib. 1. Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos. nescit autem legendum. vt habent o. l. v.

V T G R A T A S I N T E R M E N S A S , &c.] probat id, quod modò dixit, tribus similibus. Nam hi versus cohærent cum superioribus. Quo modo (inquit) si quis in conuiuio symphoniam aliquam incoñditam, immodulatam, ineptam, discordē adhibeat: si vnguētū ingrati odoris, nulliusq; pretij: si papauer cum amaro, & deterrimo melle: offendat cōuiuas, quia his poterant carere, neque hæc magnopere requirebant: sic poemata, cum sit ad delectationem comparatū maximè, secundo loco ad vtilitatem, si paulum modò ab sit a perfectō, deterrimū est.

S Y M P H O N I A D I S C O R S] συμφωνία, ὁμολογία τις, (inquit Plato,) ὁμολογίαν δὲ ἐν διαφθορῶν, ἕως ἀν διαφθορῶνται, ἀδύνατον εἶναι, id est, symphonia, seu concentus, consensus est quidam. vt sit autem consensus, ex rebus discordibus, quandiu discordant, fieri non potest.

S I P A V L L V M A S V M M O D I D I S C E S S I T] duo cod. Vat. & Torn. habent decessit, nonnulli alij discedit. aliquot nō habēt prepositionē à. D V C I] traduci: vel produci, extrahi.

L V D E R E Q . N .] ludendi verba hæc omnia subiiciuntur, ludari, hastam iacere, currere, salire, & similia, quæ exercebātur in campo Martio. In ceteris artibus (inquit) & certaminibus nemo se scire profitetur, quod ignorat, ne sit ridiculus: in poetica volūt omnes videri aliquid esse.

D I S C I V E] de disco vide annot. ad Od. 8. lib. 1. T R O C H I V E] sup. Od. 24. lib. 3. trochum, Græcum nominat. quem putant nonnulli βίμωμα vocari à Græcis: sed non ita est. βίμωξ enim, turbo appellatur à Latinis. trochus Græca vox est, quæ rotam Latino nomine valet: qua se exercebant pueri in Græcia.

N E S P I S S Æ R . T . I . C .] ne spectatores frequentes, qui circūm stant, irrideant ludendi imperitum, idque impune.

T O L L A N T R I S V M] cachinnentur: vt supra, Romani tollent equites, pedirēsque cachinnum.

Q V I N E S C I T , V E R S . T . A . F .] simile est illud epist. ad August. Nauem agere ignarus nauis timet: abrotanum agro Non audeo, nisi qui didicit, dare: quod medicorum est, Promittunt medici, trahebant fabrilis fabri: scribimus indocti, doctique poemata passim.

C E N S V S E Q V E S T R E M S .] census, participium vocis, & significationis patētis. census igitur summam equestrem intelligendus, qui dū censetur, reperitur est habere in bonis quadringēta millia æris, qui census erat equestris, vt sciūt omnes, eodem participio vitur & M. Tull. pro Arch. pōta. census tantummodò indicat eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro cise: & Verr. 3. sanxit in posterum, qui post eos Censores census esset, ne quis heredem virginem, neve mulierem faceret. Aiuunt Laberium mimographum, his verbis describi, ac notari.

A T V N I H I L I N V I T A D I C E S, F.] Minerva artibus omnibus præesse existimatur, vt supra annot. ad Od. 13. lib. 3. *inuita Minerva pro- uerbium est: quod explicat M. Tull. off. lib. 1. his verbis. ex quo magis emergit, quale fit decorum illud, id est quianihil decet inuita (vt aiunt) Minerva, id est, aduersante, & repugnante natura. sed huius loci hæc sententia est. Non dubito equidem, quin tu nihil sis dicturus, aut facturus inuita Minerva: id est, ego te quidem scio omnia aptè, decore, venuste, doctè, sapienter dicturum, ac facturum. noui enim iudicium tuum, noui mentem, & prudentiam tuam. verum tamen, si quid olim scripseris, caue iudicio tuo tantopere confidas, vt Mecij, & patris tui, & meam sententiam non exquiras, aut nobis de tuis scriptis iudicandi potestatem non permittas. legendum autem facies ve: & ita habent lib. manuscripti.*

M E C I J] Sp. Mecij Tarpæ, critici: de quo sat. 10. lib. 1. *que nec in æde sonent certantia iudice Tarpæ.* & M. Tull. epist. ad Marium lib. 7. *Nobis autem erant perpetuanda, quæ sp. Mecius probauisset.*

N O N V M Q V E P R E M A T V R] supprimitur, domi contineatur. nouè annos: ne foras emânet, nève exeat ante nonum annum. sic Catullus de Smyrna Cinnæ. *Smyrna mei Cinna nonam post denique messim, quam capta est, nonamque edita post hiemem.*

E D I D E R I S] emiseris: vt epist. ad Libr. lib. 1. *Non erit emissio reditus tibi.*

S I L V E S T R E I S H O M I N E S] nondum humanitate politos, neque exultos: feros.

C A D I B V S] mutuis, vt sat. 3. lib. 1. *Quos Venerem incertam rapientes more ferarum Viribus editor cadebat, ut in grege tauris.*

V I C T V F O E D O] victu, & cultu ferino, atq; inhumano. de quo pulchrè Lucret. lib. 5. *Multaque per calum solis uoluerat lustræ Volgiago uitam tractabant more ferarum.*

O R P H E V S] de quo multa sup. ad Od. 12. lib. 1. ad quæ hunc adde Virgilij versum ex Palæm. *Orpheus in medio posuit, siluasque sequentis.* Quod autem Horatius hoc loco humaniorem vitæ cultum, iuris descriptionem, legum inuentionem, domiciliorum coniunctiones, quas vrbeis appellamus, poetis & musicis ascribit, non pugnat cum iis, quæ disputantur à M. Tull. in orat. pro Sextio: vbi hæc tanta, ac tam præclara munera prudentibus, ac sapientibus viris accepta referri ait oportere. Erant enim iidem & sapientes, & poetæ, seu musci. in Ode autem 10. lib. 1. Mercurium ait primos illos, & recentis homines oratione, & palæstra expoliuisse. Cum his Horatianis congruunt illa Aristophanis βατραχ. ὡς ἀφελίμοι τῶν ποιητῶν οἱ γενναῖοι γεννηνται. Ορφεὺς μὲν γὰρ τελετὰς ἦν κατὰ εἴδη, φόνων τ' ἀπέχεσθαι: Μεσσίος δ' ἐξαλείψει τὸ νόστον, καὶ ζῆσιμονος: ἠσίοδος δὲ τῆς ἐργασίας, καρπῶν ἄφρα, ἀρότρας. ὁ δὲ θεὸς ὁμιλῶς, & c. id est, Quam fuerunt vrbes poetarum ij, qui generosi, & clari

sunt: Orpheus enim mysteria nobis demonstrauit, simulque cædibus abstinere docuit: Musæus autem morborum remedia, & vaticinia: Hefiodus porro terræ culturam, fructuum tempora, & arationes: At diuinus Homerus, &c. Contra Diog. Laërtius in præmio lib. de vitis philosoph. eo loco, vbi negat philosophiam à barbaris inuentam esse, Græcisque adiudicari, ita de Orpheo scribit. οἱ δὲ τῶν εὐρεσιῶν διδόντες ἐκείνοις, ὡς ἄλλοι οὐκ ὄφθαλον ἴδοντες, λέγοντες φιλόσοφον γαργονέμω, καὶ εἶναι ἀρχαῖότατον. ἐγὼ δὲ εἶ τ' ὡς εἰ θεῶν ἐξ ἀγορεύσαντα τοιαῦτα, καὶ φιλόσοφον καλεῖν, ὅτι οὐδὲ τίνα δὲ ἀγορεύσαντα τ' αὖτὸν τὸ ἀγορεύσαντα πᾶσι ἀφειδωῦτα τοῖς θεοῖς ἀγορεύειν, καὶ τὸν ἀπὸ τῶν ἀπαισιῶν, &c. id est, Qui autem philosophiam inuentorem barbaris ascribunt, producunt etiam Orpheum Thracem, dicentes eum philosophum fuisse, & esse antiquissimum. Ego verò, si eum, qui de diis talia enuntiauit, philosophum decet appellare, nescio quo nomine sit is appellandus, qui omnes humanos affectus non sit veritus diis attribuire, & ea flagitia, quæ rarè ab hominibus admittuntur, vocis instrumentum exprimere atque exponere.

R A P I D O S Q V E] rapidos quidè habent libri vulg. sed rabidos duo cod. Vatic. & Vat. & Iann. & Torn. Cleric. Ruffard. Nicot. ceteri. sic sup. leonè, insanum dixit Ode 16. lib. 1. & insani leonis *Vim stomacho apposuisse nostro.* Deniq; sic legit Seruius, qui ad illum Virg. versum lib. 6. *Æn. Nec pò Threicius lōga cum veste sacerdos:* totum hūc locum profert ab illo versu, *Siluestres homines, &c.*

D I C T V S E T A M P H I O N] Zethus & Amphion, Iouis & Antiope filij fuisse dicuntur: sed Pausanias Corinth. profert treis versus cuiusdam Agidis, qui significant, Antiopeam à Ioue, & ab Epopeo, grauidam esse factam. versus sunt hi, *Αντιόπη δ' ἔτεκε Ζῆτον, καὶ Ἀμφίωνα Διὸν, Ἀσωπῶς κέρι ποταμῆς βαθυδινῆος, Ζεὺς τε κούσων μῦθον, καὶ Ἐποπέϊ ποιμῶν λαόν.* Cum Thebani urbem incolere sine manibus, ac propugnaculis non audeat, propterea quod à Phlegæis, finitimis populis sæpe, & acriter oppugnabatur, atque ideo urbem relinquere in animo haberet: Zethus & Amphion eis, vt manerent, persuaserunt, vrbeque turribus, & mœnibus firmissimis, & fossis altissimis cinxerunt. hinc nata fabula est, Amphionem, qui præstantissimus esset musicus, citharæ cantu saxa ita permulisse, vt illa sua sponte, & sine fabricorum opera ad vrbeis munitionem, & murorum structuram conuenirent. Homerus δὲ μ. Zethum, & Amphionem murorum, & propugnaculorum Thebanorum auctores, & structores fuisse narrat simpliciter: hæc de Amphione fabulam non addit. verba Homeri sunt hæc, eo, quem dixi, libro sub Ulyssis personæ. *Τὴν δὲ μέγ' Ἀντιόπην ἴδον Ἀσποπίου θυγατέρα. Ἡ δὲ καὶ διδοῦς εὐχέει ἐν ἀγκυλιῶσιν ἰαῦσαι. Καὶ ῥ' ἔχει δύο παῖδά μ' Ἀμφίωνα τε, Ζητόν τε. Οἱ ἄρα τὸν θῆβης ἔδος ἐκίλισαν ἐπιπαύλοιο, Πύρρωσάν*

ῥωσάν τ', ἐπεὶ ἔμην ἀπύρωτον γ' ἰδυῖναιτο. *Νομῶν εὐρύχορον θῆβιν, κράτερὰ περ' εὐόντε. id est, Post hæc autem, Antiopeam vidi Alope filiam: Quæ gloriabatur se in complexu Iouis dormiisse. Et vero duos filios suscepit, Amphionem & Zethum: Qui primi sedem Thebarum septem portis præditarum considerunt, & turribus muniturunt, quoniam non poterant amplius Thebas sine turribus & munimentis habitare: quamuis essent robusti & validi. Euripides eam fabulam tangit in Phœniss. φόρμυγι τε Τείχεα Θήβας Τὰς Ἀμφιονίας τε λύρας ἴππο, πύργος ἀνίστα. Διδύμων ποταμῶν πόρον ἀμφι μασόν Δίρας χλωροσρόρον. i. Thebarum munit, & turres citharæ, & Iyra Amphionia excitati sunt circa mediū*

B riuum geminorum fluuiorum Dirææ, herbo sum. Philostratus in Imaginibus hæc fabulosam, & mirabilem arcis Thebanæ structuram his verbis depingit, *τὰ δὲ τῶν λίθων πῶς ἐχθί; πάντες ἐπὶ τὴν ἀδῶν σωθῆσαι, καὶ ἀκέραι, καὶ ἴσονται τείχος, καὶ τὸ μὲν ἐξαποδομίλαι, τὸ δ' ἀνακαί- νει, τὸ δ' ἀπὸ κατέλαβε. φιλόμοι, καὶ ἠδεις λιθοὶ, καὶ θητεύοντες τῇ μούσῃ. τὸ δὲ τείχος ἐπιπάυλοιο, ὅσοι δ' λύρας οἱ τῶνοι, id est, saxorum autem ratio cuiusmodi est: concurrunt ad cantum omnia, & eum audiunt, & hūc mœnia: atque eorum pars alia ædificata est, alia in alium sensim attollitur, alia suo loco modò posita est: certantq; inter se lapides laudis studio, & se erga musicam faciles, ac suaueis præbit, eique operam dant mercenariam. mœnia porro septem portis constant, nempe totidem, quot in Iyra chordæ sunt intentæ. vide Od. 11. lib. 3. *Mouit Amphion lapides canendo.* Propert. lib. 3. *saxa Citharon Thebas agitata per artem sponte sua ad muri membra coisse ferunt.**

C T H E B. C O N D. A R C I S] quidam libri ver. habent *urbis*, pro arcis.

F V I T H A C S A P I E N T I A Q V O N D A M] erant igitur ijdem & musci, & sapientes, & eloquentes. vide Lucret. lib. 5. de primis hominibus, corumque victu, & cultu.

P V B L I C A P R I V A T I S S E C E R N.] publica à priuatis separare. Nam antequam eloquentes, & sapientes viri ferros homines & agrestes ad humanum, ciuilemque vitæ cultum traduxissent, nihil inter publicum & priuatum intererat, nihil erant commune & proprium, immò verò omnia erant publica & communia. Vide hac de re quæ annotata sunt ad illum locum *de hinc absistere bello, &c.* sat. 3. lib. 1. Non dissimulabo, in aliquot libris manuscr. esse scriptum *publica*: in nonnullis, *publica*.

D A R E I V R A M A R I T I S] quidam sic hunc locum explicant, dare iura maritis, id est, multa largiri, & condonare viris, & feminis, qui matrimonio conglutinentur, quæ non obineant cælibes: ego sic: dare leges maritis, quibus cogantur matrimonij castitate inuiolatam seruare. videtur enim hæc vis esse horum verborum apud

probatos scriptores. Virg. de Didone lib. 1. *Æn. Iura dabat, legesque viris.* Idem 3. *Iura, domosque dabam.* idem lib. 5. *Indicique forum, & paribus dat iura vocati.* T. Livius lib. 30. *Roma, an Carthago iura gentibus daret, ante crastinum nossem scituros.* Horat. Od. 3. lib. 3. *triumphatisque possit Roma feroc dare iura Medis.*

M A R I T I S] tum viris, tum feminis. nam feminam, maritam, vt virum maritum, dicimus. supra Od. 8. epod. *Nec fit marita, que rotundioribus Onusta bacis ambulet.*

L I G N O] ligneis tabulis. nondum enim arcas habebant. solebant autem leges in tabulis arcis incisas populo cognoscendas, in foro, proponere: ex quo *figere, & refrigerare leges.* Virg. *Æneid. 6.*

T Y R T A V S Q V E M A R E S A N I M O S] his cōsentanea sunt, quæ Athenæus lib. 14. de Tyrtao scribit his verbis, *πολεμικὸν δ' εἶναι οἱ Λακῶνες ὡν καὶ οἱ τοῖς ἐμπατήρια μέλλ' ἀναλαμβάνουσιν, ἀπερ καὶ εἰσὼπλια καλεῖται. καὶ αὐτοὶ δ' οἱ Λακῶνες τὰ Τυρταῖα ποιήματα ἄσπομημονεοντες ἐνρῆμον κίνησιν ποίησιν. Φιλόχορος δὲ φησὶ κρατήσαντας Λακῆδαμονίους Μεσσηνίων ὄψιν τὴν Τυρταῖα στρατηγίαν, ἐν ταῖς στρατείαις ἔθος ποιήσασθαι, ὅτ' ἐν δειπνοποιήσασθαι, καὶ παμνήσασθαι, ἔδδεν κατ' ἕνα τὰ Τυρταῖα κρῖνειν ἐν τῶν πολέμων χρόνῳ, καὶ ἄλλον δίδοναι τῶν νικῶντι, κρείας, id est, bellicos autem sunt Lacōnes: quorum etiam filij modos ad incessum numerosum accommodatos, qui & armati nominantur, vsurpare, studioseque retinere consueverunt. Atque ipsi Lacōnes Tyrtaei poemata commemorantes, numerosè mouentur. Philochorus autem ait Lacedæmonios, Messeniis Tyrtao militia duce deuictis, hoc instituisse, atque hanc consuetudinem induxisse in militiis, vt cum cenati essent, & victorie carmen cecinissent, Tyrtaei carmina singuli cantaret: iudicaret autè imperator, & victori carmè præmij loco daret. Plato lib. 1. de rep. versus aliquot Tyrtaei profert aliquantum immutatos, & decurtatos, qui hæc sententiam cōtinent: Neque meminisse velim, neq; vllam eius rationè ducere, etiam si omnium mortaliū sit abundantissimus, & ditissimus, omniaq; ei bona, quæ homini contingere possunt, superpetant, qui nō virtute bellica sit præstantissimus. Hæc verba Platonis sunt hæc, *προσησώμεθα γὰρ τύρταον τὸν φύσει μὲν Ἀθλοῦτον, τῶν δὲ πολιτῶν γενόμενον, ὅς δὲ μάλιττα ἀνθρώπων ὡς εἰ τῶν εὐσθῆδαιον εἶπεν, ὅτι ἔτ' ἐν μνησόμενοι, ἔτ' ἐν λόγῳ ἀνδραπήμιου, οὐτ' εἴτις πλεσιώτατος ἀνθρώπων εἴη, φησὶν, ἔτ' εἰ πολλὰ ἀγαθὰ κεκλήμενος (εἰσὼν χεδὲν ἅπαντα) ὅς μὴ ὡς τὸν πόλεμον ἀρίστος γίγνοι' αἰ. ταῦτα γὰρ ἀκλήσας πῶς καὶ σὺ τὰ ποιήματα. id est, producamus igitur Tyrtaum, Atheniensem quidem natum, à Lacedæmonii autem ciuitate donatum, qui omnium mortalium plurimum studij in his posuit, &c. quæ sequuntur. nam ea interpretati sumus: quæ sunt Tyrtaei. Strabo lib. 6. Iustinus tertio, & Pausanias in Messenica, quædam alia de**

A Tyrtaeo tradiderunt, quæ longum esset referre. Plutarchus autem eum sermonem, ubi disputat vtra animalia sint prudētiora: terrestria, an aquatilia, sic orditur: τὸν Τυρταῖον ὁ Λεωνίδης ἐποίησεν ἄλλοις ποιῶν πᾶσα ῥομῆσι, ἀρχαῖον ποιήσας, ἐφ' ἣν ἔβαν ψυχὰς καλλυμένους, ὡς τοῖς ἴσους διὰ τῶν ἐπιπέδων ἔμην ἐμποικίῃσι μετὰ θυμῶν, καὶ φιλοπομίας εἰ τοῖς μάχης ἀφειδύσαν ἄπῳτων, id est, Leonidas interrogavit qualem poetam existimaret Tyrtaum: respondit, vtilem ad inveniendum animos efficiendos pulchriores, tamquam impetum quemdam in eorum animis ingeniantem, ut animo præstantes, & studio gloriæ elati in præliis mortem fortiter appetant.

E X A C V I T] excitavit. Cic. de orat. ad Qu. Fratrem, ad vios exacuendos accommodavi orationem meam.

D I C T A E P E R C A R M I N A S O R T E S] edita oracula: data responsa ab Apolline. Virgil. **A**ncid. 4. Italiam Lycia insere capessere sortes. supra eadem epist. sortilegis non discrepuit sententia Delphis. M. Tull. lib. 2. de diuin. Auspicia restant, & sortes eas, quæ ducuntur, non illæ, quæ vaticinatione funduntur: quæ oracula verius dicimus, &c. Idem ibid. Nam cum fors illa edita est opulentissimo regi Asiae, Croesus Balym penetrâs magnam peruerter opum vim: hostium vim sese peruersurum putavit, peruerter autem suam.

P I E R. T E N T. M O D I S] id est, etiam homines experti sunt, ac tentarunt, possentne regū gratiam, ac benevolentiam colligere versibus, & cantibus. tentare gratiam regum pro eo, quod est, aspirare, & aggredi ad gratiam regum promerendam, mirè, & planè Horatianè dictum. V. Virg. Virg. dicunt Latini tentare fortunam, tentare rem. vt idè sup. epist. ad August. lib. 2. nec meus audeat rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.

L V D V S Q V E R E P E R T V S] remissio, & oblectatio animorū, comædiæ, tragædiæ, mimi. epist. ad August. valeat res ludicra, si me Palma negata macrum, donata reducit opimum.

M V S A L Y R A E S O L L E R S] sollers coniunctum cum patrio casu, notandum, vt nouum, & Horatianum, idem iunxit cū infinitiuo Od. 8. lib. 4. Sollers nunc hominè ponere, nunc Deum, sic sup. Od. 6. lib. 1. Imbellisque Lyra Musa potens. dictum autem musa Lyra sollers, pro musa Lyrica, vel Lyricorum modorum perita.

D N A T V R A F E R R T L A V D. C A R M.] hac de re satis multis verbis diximus ad illum locum, Ingenium misera quia fort. &c.

S I N E D I V I T B V E N A] sine naturæ bonitate, quam ἐσφύια Græci appellant, tralatio ducta à venis metallicis.

R V D E] non expolitur doctrina. alia tralatio. **Q V I D P R O S I T]** aliquot libri veteres habent quid possit.

Q V I S T V D E T O P T A T A M C. C O N T. M.] totius huius loci hæc sententia est. cursores, & tibicines omne studium suum in eam artem, in qua præstare volunt, cōferunt: summos labo-

res perferunt: bellum indicunt voluptatibus omnibus: continentissimè, ac temperantissimè viuunt. At Romani homines nullo studio adhibito, nullaque opera infumta præstanteis se poetas esse arbitrantur, idque se scire profitentur, quod nunquam didicerunt.

P V E R] cum puer esset: παῖς δὲ, vt epist. ad Loll. 2. lib. 2. denique sawam Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti. & sat. 2. lib. 2. puer hunc ego paruum Osellū Integris opibus noui non latius usum, Quam nunc accisis.

A B S T I N V I T V E N I R E E T V I N O] quidam testantur scriptum esse in nonnullis lib. vet. Ven. & Baccho, quod placet.

Q V I P Y T H I A C A N T A T, T I B I C E N] tibicen, qui adhibetur ad canēdas laudes Apollinis ludis Appollinaribus, (τυθαῖον appellat Græci: Varro ἀπέτης, Prims quam in orchestra pithaulæ insit tibias, domi sua ramices rumpit.) hic igitur tibicen didicit, & magistrū extimuit. Pythiorum certamē ob draconem ab Apolline interfectum, institutum est, Pythiæque vel à loco, & vrbe, cui Pythoni, seu Πυθοῖ nomē erat, sunt appellata, vel ex eo, quod, qui ad oraculū Apollinis proficiscebantur, ἐπιωρῶνοντο, id est, quærebant, vel quod draco interfectus, ibi putruerit, nam τυθαῖον valet σπινθηρῶν, vt alibi diximus.

O C C V P E T E X T R E M V M S C A B I E S] natum esse dicunt ex lusu quodam puerorum, in quo se mutuo ad currendum cohortāteis, ei scabiem exoptant, qui tardissimè omnium cucurrerit, quique vltimus ad calcem peruenerit.

V T P R A E C O A D M E R C E I S] diuitem poetam cum præcone comparat, merceis cōmendante, & turbam ad emendum inuitante. Nam, vt ille voce, & præconio emtores: sic poeta locuples diuitiis suis mutis, ac tacitis assentatores vocat.

C O E T] congregat, conuocat, allicit, atque aded inuitos trahit.

D I V E S A G R I S, D I V E S P.] hic versus repetitur sat. 2. lib. 1.

S I V E R O E S T, V N C T V M] modò dixerat, assentatores vltro, & nō vocatos ad poetarum diuitum carmina laudanda concurrere, & H conuolare solere: nunc dicit, eisdem conuiuuiis, & beneficiis prouocatos, aut beneficiorum spe adductos, multo cupidius poemata vel indoctissima laudatum ituros, tales igitur, iudices nō sunt integri, neq; incorrupti, neque, vt Græcè dicam, ἀδελταστοι.

V N C T V M Q V I R E C T E] si verò est, qui conuiuuium lautum, ac sumtuosum adornare, cenamque opiparam dare possit, &c. mirum erit, si blandum, ac falsum amicū à vero fecernere, atque internoscere queat. vñctum videlicet obsonium, vt Catull. vñctā patrimonia, id est, lauta, opipara.

L E V I] qui quouis impellitur emolumentū spe. **B E A T V S]** vel diues, vel, qui reuera beatus esset,

A esset, si blandum amicū à vero internoscere possent. sed illud malo, neque tamen alteram explanationem damno.

S E V Q V I D D O N. V O L. C V I] id est, seu quid eris alicui donaturus, &c. quidam lib. vet. habent vobis cui.

T I B I] abs te vt locis innumerabilibus: notauimus quoque alibi.

F A C T O S] quidam libri habent fctos.

P L E N V M L A T I T I A] læticia affectū vel ob munera abs te accepta, vel ob spem vtilitatis. Significat, eos, qui à poeta emolumentum aliquod vel sperant, vel iam consecuti sunt, non esse illius poematum iudices incorruptos, neque vnumquam castè, integrèque iudicantes. Nobis ergo ij sunt adhibendi nostrorum scriptorum auditores, ac censores, qui liberè, & ἀδωποδωκῆτως, seu incorruptè, hoc est, nullis promissis, nulla spe, nullis beneficiis obstricti, quod sentiunt, pronuntient.

P V L C H R E, B E N E, R E C T E] voces fictè approbantium assentatorum. M. Tull. lib. 2. de orat. Quare bene, & præclare quamuis sape nobis dicatur: belle, & festiue, nimium sape nolo. Pers. sat. 1. sed recti, finemque, extremumque esse recusò Eugē tuum & belle, &c.

S V P E R H I S] ἔπι τῶν τοῖς ad hæc.

S T I L L A B I T A M I C I S E X O C V L I S R.] illacrymabit, gaudere se simulans. stillare cū accusandi casu: vt illud epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. stis enim manare poetica mella.

T V N D R T P E D E T E R R A M] præ læticia saltabit, non est autè suppositio pedis intelligenda, cum sit gestus indignantis, & dolentis: vt diximus.

V T, Q V I C O N D V C T I P L.] vt præficæ mulieres, quæ mercede conducuntur, vt mortuos lugeant, & collaudent. Plaut. in Truculento, sine virtute argutum cinem mihi habeam pro præfica, Quæ alios collaudat, eas se se vlpe non potest. Lucilius, Mercede qua conductæ stent alieno in funere præficæ, Multo & capillos scindunt, & clamant magis. Næuius, Hæc quidem mehercule præfica est, qua sic mortuum collaudat. consule & Nonium.

M V L T I S V R G E R E C V L V L L I S] animorum enim, & ingeniorum lenè tormētum est vinum, eoque varis hominum naturæ, quantumuis testæ, ac reconditæ, explorantur, atque aperitur: qua de re vide, quæ annotauimus ad illum locum, Tu lenè tormētum ingenio admoues plerumque duro, qui est Od. 21. lib. 3. sunt autem, cululli patere, seu calices. Od. 31. lib. 1. dimes & aurcis Mercator exsiccet culullis Vina Syra reparata merce. in quibusdam lib. antiq. scriptum est arguere. culullis vr gere autè, siue vrquere: id est, poculis torquere, & explorare.

L A B O R E N T] studeant. quidam lib. habent, laborant.

F A L L A N T] lateant, numquā tibi sunt ignoti, vt sup. annot. Od. 10. lib. 1.

A N I M I S V B V V L P E L A T E N T E S]

animi fallaces, dolosi, duplices, recti, insidiosii. **Q V I N C T I L I O]** Quintilio Varo. hic erit auditor, & iudex scriptorum alienorum liber, & incorruptus. ad quem scripta est Od. 18. lib. 1. cuiusque mortem tristissim. carmine deflet Oda 24. eiusdem lib.

C O R R I G E, S O D E S] aiebat Varus, corrige hoc, & hoc, si audas.

M A L E T O R N A T O S] non satis teretis, neque (vt ita dicam) rotundos. tralatio à torno. καλῶς τετορνευμένα ἔστι.

I N C V D I R E D D E R E] recedere, id est, emendare. alia tralatio à priore differēs, & tamen continens.

I N S V M E B A T] sic habent duo cod. Vatic. Faëru. Iannoct. Torn. & aliquid alij. quæ scriptura mihi visa est concinnior. alij sumebat.

Q V I N S I N E R I V A L I, & c.] is amator amat sine rivali, qui deformem aliquam amat. neminem enim habet æmulum, neminem rivallem. transfertur ad eos, qui ea magni faciunt, aut magnopere expetunt, quæ nemo alius magni admodum aestimet. vtitur M. Tullius epist. quadam ad Qu. Frat. lib. 3. Hirrus auctor fore videtur. ὁ Δῖς, quam ineptus, quam se ipse amans sine rivali!

I N E R T E I S] arte carcteis, vel nō satis accuratè factos, sine arte vt vt. sine pondere, & arte.

A L I N E T A T R V M T R A N S. C A L. S.] transuerso calamo notabit, ac delebit, quod ὀβελίον dicunt Græci. M. Tull. epist. ad D. bellam lib. 9. Profert alter (vt opinor) duobus versiculis expesum Nicias. alter Aristarchus hos ὀβελίον.

A M B I T I O S A R E C I D E T O R N.] amputabit, & circūcidet nimis florida. sic sup. epist. ad Aug. luxuriantia concisiet.

F I E T A R I S T A R C H V S] id est, castigatōr, & iudex seuerus alienorum scriptorum. Fuit autè Aristarchus Grammaticus clarissimus, qui ad aliquot Homeri versus, quos non probabat, notam apposuit, iudicans eos non esse τῶ ποιητῆ, sed παρεμβελίον. M. Tull. ad Attic. lib. 1. Quid multa? totum hunc locum, quem in Aristocratia ego variè meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro, &c. valde grauitèr pertexunt. Idem in orat. in L. Pisonem, Verum tamen, quoniam non Aristarchum te, sed Phalarim grammaticum habemus, qui nō notam apponas ad malum versus, sed poetam armis persequare: scire cupio, quid tandem isto in versu reprehendas. Idem ad App. lib. 3. epist. vt enim Aristarchus Homeri versus esse negat, quem non probat: sic tu (libet enim mihi iocari) quod disertum non erit, ne putaris meum.

H A E N V G A S.] verba sunt Horatij, quorū hæc sententia est, quas nugas esse ducis, hæc poetam semel ab assentatore derisum, ab eoque malè acceptum, ac deceptum, in mala seria deducet, aut præcipitem agent. quoniam assentatorum oratione vana inductus, optimū se poetam esse sibi persuadebit, & ita magno, turpique in errore versabitur.

A OMISSA, SVO QVÆ- que loco reponenda. versus, seu li- nea numeranda sunt à littera ad oram ascripta.

Pag. 8. G. lin. 13. post, repugnans, adde, licet & hoc modo hanc repugnantia speciem concilia- re. In oda. 1. lib. 1. suo quisque studio delectatur, quia sua quisque actione, & sua arte gaudet, quæ- admodum suum quisque artifex opus vehemen- ter amat: hinc offenduntur homines διαπραξια, id est, infelici actione, seu mala negotiorum suo- rum gestione, & aduersa fortuna in rebus suis gerendis. huc pertinet illa ex epist. ad August. lib. 2. Naucm agere ignarus manus timet: abrotanum agro Non audeat, nisi qui didicit, dare: quod medicorum est, Promittunt medici, tractant fabrilis fabri.

Pag. 15. D. 2. post, afinus anis, adde & prouer- bium illud, ὄνος κέλης, id est, afinus equus ad equitem vehendum aptus: quod vsurpauit M. Tullius in epist. 17. lib. 10. epist. ad Atticum, vt qui- dem legendum censet Simeo Bosius. Nam, vbi vulgò quidem legitur Scythia ὄνον, ego autè, ob- scura quedam, & caeca scripturæ veteris vestigia secutus, reposueram εὐίλατον νοῦν, ille partim coniectura ductus, partim à vestigijs scripturæ veteris non longè recedens, legendū censet, ha- bes κέλητα ὄνον, id est, habes equum, quo veha- ris, tardū, tanquam afinum: vel habes afinū, quo vehi possis, & qui tibi sit equi ephippiati loco, quibus verbis significat fortasse, Atticū tardum esse ad discessum: vel létè de discessu deliberare: vel tardè esse discessurum: vel moras omneis, qui- bus tardetur ei? discessū, necere atq; excogitare.

Pag. 21. E. 13. post fat. 4. huius lib. adde, Seneca epist. 1. lib. 13. profert hūc dimidium versum: sed legisse videtur Ruccillus. sic enim ille. Descri- prurus infamem, & nimis notabilem delicijs Horatius Flaccus quid ait? Fastillos Ruccillum olet. Dares nunc Ruccillum.

Pag. 31. E. 12. post incedo regina, &c. adde HABEBAT SÆPE DVCENTOS, &c.) totum hunc locum profert Seneca epist. 1. lib. 22. sub extr. vbi de hominum inconstantia disserit.

Pag. 49. B. 4. post afficiatur, adde, Sed non ce- labo lectorem me in aliquot libris manuscr. scrip- tum reperisse. Candida cum verax aperit præc. lib. 18. quam scripturam videtur confirmare illud ex Od. 18. lib. 1. non ego te candidè Bassareu, Inuitum quatiām. Verūtamē ego receptam magis probo.

Pag. 52. E. 7. post satyras, adde, ludibundus.

Pag. 93. H. 9. post & mordax, adde, ΑΥΤΟΡΥΧΙΕΡΟΝ QV O'D] nonnulli libri ve- tetes habent, aut cruciet quodd, quod si quis proba- bit, subintelligendum erit, me, vt sit cruciet me, id est, doleat mihi. Omnino scriptura recepta mihi optat magis.

P. 103. H. 15. post veterū, adde, Sed non est dissi-

mulandum scriptum esse in aliquot libris manu E scr. abnormi. quod si quis probabit (mihi quidem non displicet) hic erit ordo verborum, Rusticus sapiens, abnormi, crassaque Minerua: vt abnormi cohereat cum voce Minerua.

Pag. 111. H. 9. post hora vexit. Nam vulgari habent, adduxerit.

Pag. 112. H. 12. post subleuandas. adde, vbi ta- men quidam legendum censent indigorum.

P. 124. B. 8. post dictum esse, adde Nam Mer- curiale nomen positum pro Mercurij nomen.

P. 125. D. 9. post, deuouerint, adde, & Xeno- phon in Symposio, de Philippo scurra loquens, qui cum dictis iam aliquot ridiculis risum nō mo- uisset, idque grauit ferret, capite operto finem cenandi in media cena fecit, & proicetus in lecto recubuit. verba Xenophontis sunt hæc, ὁ δὲ ὄ- δὲ τοῖς ἐγγέλαισιν ἐπὶ αὐτῶν, εἰ τῶ μεταξὺ παυ- σάμενος τῆ δειπνῆς, συγκαλυφάμενος κατέκει- το ἢ ὀδύνην, ἢ καλλίασ, ἢ τὸ τῆ ἐφ' ἡ φιλίππει, ἄρα ἢ ὀδύνην τε εἰληψε, ἢ ὄς ἀνασπάζεας, &c. id est, posteaquam autem ne tunc quidem vt riderent, eius verbis ridiculis adducti sunt, intermissa cena capite operto decubebat. At Callias, Quid istuc est, inquit, Philippe? Tene dolor aliquis subitò corripuit? Tum ille, cum grauiter ingemisset, Corripuit verò, & quidem maximus, cum videā res & rationes meas funditus euersas esse, si qui- dem risus ex hominum vita exlinctus est.

P. 143. E. 5. post stultos, scribe, significari putat. G

P. 153. E. 2. post niuem, adde, Sed Carisus Sopi- pater videtur velle scribi allex lib. 1. institut. grā- mat. Sic enim ille, hoc allex, ἀλλ' ἐξ ἰχθῶς τε πα- ριχουμένος, id est, allex piscis sale maceratus & conditus.

P. 154. C. 12. post potiore cenis, adde vbi

P. 181. A. 6. post esse comparatos, adde, Quod autem hinc annellis, & annulus, &c. duobus nn. im- pressum est, in eo conseruetur vulgi fecutus sum. Nam si libros veteres sequi, & ratione au- dire volumus, anulus, & anellus scribi debet vno n. anus, ani, enim, ex quo anellus, dicebant vete- res pro annus, ni. r.

P. ead. D. 13. post dicitur & fritillus, adde, Sed non celabo lectorem, me reperisse scriptum in aliquot libris manu scr. partim, mitteret in sinum: partim, mitteret in phinum. Est autem phimus vox Græca φημιός, quæ vsurpauit Æschines in oratione χτ' ημιερχου, octaua ferè pagina orationis, cūm ea oratio in exemplo meo Akindo viginti quat- tuor paginas compleat. Ex quo loco licet intelli- gere, φημιόν, vas lusorium fuisse, in quo alatores cubos conijciebant. Verba Æschinis subiiciam, vt huius vocis significatio fiat planior, μεθύοντες γὰρ ποτε ἔσ' αὐτοί, ἔσ' ἢ συγκυβευτῶν πινέας, ἔσ' ἄλλοι, ὅν ἔβ' ἄλομυ τὰ ὀνόματα λέγειν, εἰ- σπηδύσαντες νύκτωρ εἰς τὴν οἰκίαν, ἔσ' ἄκει ὁ Πιθαλακός, ὁρῶτων ἰδὴ σωετέβον τὰ σκευα- ρία, καὶ διεπρίπθω εἰς τὴν ὄδον ἄσ' παρὰ λυγρὰ τῆ πινέας διασείσους, καὶ φημιός, καὶ κυβερτηξέ ἔπερα ὄργανα,

ὄργανα, &c. id est, ebriij enim facti aliquando et- iam ipsi, & nonnulli ex collusoribus, & alij, quo- rum nominibus parco, noctu in adcis, in quibus Pitralacus habitabat, impetū factò, primūm qui- dem vascula contriuerunt, & talos quosdam so- noros, & phimos, & alia instrumenta aleatoria in viam disiecerunt. Ex quibus verbis licet intelli- gere, phimum alucolum fuisse, in quem cubos, seu talos potius, conijcere solebat: quem alio no- mine etiam camum nominant Græci, vt testan- tur Hesychius, & Suidas, & Harpocration. Nunc si quis ex me querat, vtram scripturā magis pro- bem, dubitantes & timidè respondeam, fortasse phimum verum & rectum esse: loco autè esse mo- tum in quibusdā libris, ab iis, qui eius vocis vim non intellexerint, & in eius locum pygum esse substitutum. verumtamen iudicent doctiores.

P. 188. B. 15. post, illisq; adde, Nam per illifos pedes nihil aliud significari possit, quàm pedes, qui offenderunt, vel offensi sunt in quippiam durum: quod solet ferè iis accidere, qui in tene- bris ambulant, etiam siccis, aut certè non cbris. at qui nimio cibo, & immoderato vini potu vtū- tur, & etiam si pedes non illiferant rei vlli solidæ: etiam si luce claro iter facere velint, à pedibus nihil iuuantur, quia totum corpus intemperato & immodico victu debilitatum ac vitiatum pe- des quoq; ipsos, qui sunt veluti corporis colum- næ ac bases, debilitat & corrumpit. Ventriculus enim cibo & vino obrutus nihil concoquit ita alimentum crudum, neque à calore interno con- sectum & cōmutatum, didi nō potest in singulas partes corporis. Fraudantur igitur ac destituunt- & manus & pedes & cetera corporis partes eo, quo egēt, alimētū, hoc est, quod Horatius per translationem dixit, illudūtur. Conrà illifis pe- des, & ex offensione aliqua faucij ac debiles, cor- pus ferè non possunt, etiam integerrimū, & va- lentissimum. At hinc corpus vitiatū & corruptū, epulis & vino scilicet, pedes, ad quos vitiatū cor- poris contagio peruēnit, ferè non possunt. Atq; vt hoc totum planius intelligatur, Seneca verba in epist. 1. lib. 15. ad scribam, Medicina quondam p. u. carum fuit scientia herbarum, quibus sifteretur fluens sanguis, vulnera cōrent paulatim. Deinde in hac peruēnit tam multiplicem varietatem. Nec est mirum tum illam minus negotij habuisse firmis adhuc solidisq; cor- poribus, & facili cibo, neque per artem voluptatēq; corruptū. Qui postquam cœpit non ad tollendam, sed ad irritandam famem, quari, & inuentæ sunt mille condi- turæ, quibus auiditas excitaretur: quæ desiderantibus a- limenta erant, onera sunt plenis. Inde pallor, & neru- rum vino madentium tremor, & miserabilior ex cru- ditatibus, quàm ex fame, macies. Inde incerti labantium pedes, & semper qualis in ipsa ebrietate, titubatio. Inde in totam cutem humor admissus, distentisq; venter dum male assuescit plus capere, quam poterat. Inde sus- fusio lurida bilis & decolor vultus, tabesq; in se pu- trescentium, & retorti digiti articulis obrigescentibus, neruorum sine sensu iacentium torpor, palpitatio

membrorum sine intermissione vibrantium, &c. Iam quod ad verbum illudo attrinet, nunc quasi absolutum cum dandi casu iungitur, vt Orat. pro Rosc. Amer. Pinge aliquid saltem commode, vt ne plane videaris id facere, quod aperte facis, huius miseri fortunis & horum virorum talium dignitati illudere. & Virg. Æn. 2. certantque illudere capto. & Horat. sat. 4. lib. 1. Illudo chartis. nunc est ἐνεργητικόν, & iungitur cum quarto casu, vt Terent. Andr. Dum studeo obsequi tibi, p. ene illusi, vitam filia. Idè Heau- tont. dignam me putas, quam illudas? Idem Phorn. satim superbe illuditis me? & M. Tull. lib. 1. de orat. ad Q. fr. Cum & illud nimium acumen illuderes, & admirare ingenium scauule, &c. idem ibid. Rhetorū præcepta solebat illudere Carneades. Virg. Æn. 10. i. verbis virtutem illude superbis. Ex quo participium illusus. M. Tull. pro Quintio, multis vadimonis de- fertis: sape illusi ac destituti. Iteu Horat. sat. 5. lib. 2. Illususque dabit visus Nasica Corano. Sic igitur hæc interpretor. Illusi pedes, id est, fraudati & desti- tuti necessario alimento propter incontinentiam in victu scilicet, & edacitate & remulentiam, vitio- sum corpus, id est, corruptum & morbosum, ferè non possunt. Omnino, vt sæpius eadem ire- rem, illusi pedes conueniunt illifis pedes, quod va- let impacti aut offensi pedes in aliquod durum ac solidum, non conuenit. Atque hanc meam in- terpretationem tres viri doctissimi, quorum iudi- cium plaris facio, quæ omnium μελαγχρόν, συ- κοφαντών, καὶ βασιλείων æruginem, pus ac ve- nenum, vno ore consentientes comprobant.

P. 191. A. 1. post Plin. lib. 19. adde, Sospiter autè lib. 1. instit. grammat. sifer, inquit, ἔργον σέλινον, id est, agrete apium.

P. 192. D. 11. scribe, in secundo, seu medio Mac.

P. 200. C. 15. post administrare remp, adde, Quidam hinc legi volunt, Virtutis verè custos. Non desunt qui hoc modo, Virtutis verus custos.

P. 203. A. 13. post incundissimus? adde, quia nihil est victoria dulcius.

P. 205. A. 12. post cerum caput, adde, astutam ap- pellat Sat. 3. lib. 2. Astuta ingenium vulpes imitatur leonem.

P. 211. A. 9. post procorum, adde, Penelopes.

P. 217. C. 3. post quattuor sestertios continet, adde, Quod & Sospiter confirmat lib. 1. instit. gramm. his verbis, sestertius autem unde appellerit, solet queri: quod manifestum erit, si sciamus, apud an- tiquos denarium decem asseis habuisse. Ideoque in ratio- nibus faciendis denarium decem. X. induntū notamus. Cuius quarta pars dipondius semis, sestertius dicitur, quod de tribus asibus semis deficiat. Denique & nota nihil aliud, quam dipondium & semissem ostendit L. S.

P. 225. E. 13. post oratio, adde, Atqui negat Ari- storeles, virtutis nimum esse posse, cūm sit me- diocritas, quia sit quodammodo summū, inquit.

P. 226. F. 2. post, ex nescio quo pœtra, adde, Sic epist. 17. huius libri, aut virtus nomen inane est, Aut decus & pretium veltè petit experiens vir.

P. 237. H. 8. scribe, quique tuus in me amor, K k k

P. 238. H. 5. post videor, scribe inquit Pheraula. P. 243. B. 9. post è lapide. adde, Sosipater lib. 1. inffit. gramm. hic muscus herba, que in parietibus, vel corticibus arborum nascitur, vel haeret.

P. 267. B. 5. scribe, si contendat, id est, si obfirmatè, &c.

P. 289. E. 9. post tyranni. adde, Lucret. lib. 1. tum portas propter abena signa mianus dextras ostendit attenuari saepe salutantum tactu praterque meaniù, nam etiam signorum ad portas virbium positorù manus tangebant, & osculabatur & qui ex vrbe exibant, & qui peregre in vrbem redibant.

P. 291. G. 1. post infirmiores. adde, Itaque Bias Prienensis interrogatus qua re facienda delectetur homo, lucro faciendo, inquit, Ερωτηθεὶς τί παίων ἀνθρώπος τέρπεται, κερδάνων, ἔφη.

Pag. 306. F. 2. post odio esse. adde, Idem oratione ἐπὶ τῷ Διοκλεῶσι. καὶ μὴ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἔμέτεσι τοῖς τεχνέωσιν· οἱ δὲ ἔπι τοῖς χαλῶς παραχθείσιν ἔπαυσι. τῶν οὐτῶ τετελευτηκότων ἴδιον κλίμα εἶσιν· ἔδὲ γὰρ ὁ φθόγος αὐτοῖς ἔπι τῆνικαὼτα εἰναῖται. id est, Atqui aliorum quidem

bonorum nullius mortui sunt participes. Laudes verò ob actiones honestas ac praeclaras tributa, eorum, qui ita mortui sunt, propria possessio est. Nam neque invidia tum eis amplius aduersatur.

P. 322. C. 9. post Α Μ Ι C Ι Τ Υ Ρ] adde, id est, inuoluitur, induitur.

P. 332. A. 2. postquam acui. adde, prouerbij speciem gerit. Itaque supra sat. 5. lib. 2. Ἰψαντεῖς στύτους dixit.

P. 338. E. 10. post dona Quiritis. adde, Quòd igitur dicit Horatius, plura datis, eo significat, ea omnia, quae habeat, sibi esse data, non à patre relicta: nò quòd à patre nihil acceperit, sed quòd à patre accepta, belli ciuili calamitate, Bruto & Cassio deuictis, quos secutus erat, amiserit. datis autem subintellige, à Mæcenate. datis enim dixit, vt intelligamus contrarium ab eo negari, nempe his verbis, non à patre relictis. nam nisi paternum fundum amississet, dixisset, quod non plura relictis inuenerit, aut tale quiddam, quemadmodum scilicet lex carminis tulisset.

Errata operarum sic corrigito. prior numerus paginam, posterior versum, seu lineam paginæ à littera ascripta numerandam, indicat.

- 6. B. 8. amittit in ead. F. 2. seruareque am. 8. G. 12. discrepans, neque r. 10. G. 17. οἶός τε ἦς κ. 13. C. 2. prius, m. ead. G. 10. Tantulus, q. vel Tantalus, q. hic ibidem scribe G. pro C. 14. D. 1. Σποτρὸν, ab. Σποτρὸν. 16. H. 7. cum diuitioribus? 18. B. 1. negabat. 20. E. 11. vnus codicis Vatic. 24. H. 3. sint ornate, magn. 26. H. 6. edidissim quattuor abh. 28. A. 5. post paululum. hic scribe litteram A. ommissam, è regione primi versus. ead. p. B. 11. αὐτὴν, ὠ Σώα παῖδες, ead. p. C. 2. ὠ γυῖοι, 34. E. 6. χαλεόντι τὸ π. 35. C. 2. caulive bibetur. 36. F. 6. seu bilancis partes: 40. B. 3. & paricidas. 41. G. 2. Stoicum alloquitur hic scribe G. pro C. 44. F. 11. tolle. benignic. 47. H. 11. & imanes homines l. 48. D. 12. bibitur vsque eò, dum 50. H. 6. quasi pueris, qui 53. A. inferis. ohe, ead. p. D. 6. Murena præb. & ita semper scribe sine disp. h. b.

- 56. A. 8. ad lippitudinē depellendū 58. E. 12. Cyclopa imitari 59. A. 15. omnes ferè lib. vet. ead. G. 7. oppidum est in finib. 63. G. 1. quas tibi Tulli, 69. A. 14. quid multa? 72. C. 5. pro Murena, & ita semper scribe. 81. B. 11. seu γέλυτον, seu γέλυτρα. ead. D. 2. num quid vis? 82. A. 1. ferre secundas, 89. D. 15. QVOD SALE N. 90. E. 13. Pedius Poplicola, 93. B. 9. ac si dicat, demus, 96. C. 14. ad aliarum odarū libros. 97. B. 14. ταυτὰ γὰρ π. 103. B. 4. Das aliquid fama, que 109. E. 10. τὴ δειπνίζοντος 111. B. 9. in contione attulisses: ead. p. F. 3. sed de eo, & ex eo f. 114. C. 3. qui peccat, poculo m. ead. H. 15. aut bello, vt qui victoria potiti sunt, 116. G. 8. Auersus mercaturis: 123. B. 8. καὶ οἱ Σειρῆνες δὲ 125. H. 1. Citiens stoica disc. 129. B. 9. πλείονα δ' εἰδείης 131. H. 3. pessimū denique, à Venent. 134. C. 13. curram septem codicum ead. p. E. 12. aliquem, seu plebeum, & Ag. hic scribe litterā E. ad

- primum versum. ead. p. H. 1. ἐχθίω φρυγῶν, & cet. 1. M. ead. p. ead. litt. 14. Latinus est. 135. F. 10. conuectire mihi corp. seq. versu. lacrymæ ead. p. H. 3. ἀριμαῖοί τε π. 136. A. 14. oraculum quoddam pr. ead. p. E. 10. Ἀΐων οἶδ' ἀτ. ead. p. G. 10. Eletra inscrib. 137. C. 10. Ἰλιε πύργος, & seq. versu. Χάλλας λέγ. ead. F. 9. aliud vero, 138. D. 4. ac Cicrone uixerint, de ead. F. 12. ὃς ἀσφρηλον 140. B. 7. inf. à epist. ad Mæcen. ead. H. 15. τοὺς ἀλλοῦς, 141. D. 10. plexum amicam si videas, agn. 143. E. 5. significari putant. alij st. 152. E. 10. lati gutturis ὁ Cyclops, aperit l. 154. C. 11. Festus. Horat. seq. versu. cenis, ubi superbum nos Porpb. 156. B. 8. Tempore, quo iuu. ead. p. ead. litt. 11. Magnus erit, 160. C. 1. Sicut sulca leuis, 162. H. 10. qui è nimis prop. 163. H. 10. conduci potest: 167. C. 9. Maia nate, nisi 168. A. 6. tunc me, 171. C. 1. nere, & aut.

- 177. F. 4. qui rus iuerat, dom. 182. A. 2. plerosque bene sent. 183. F. 2. vt problem. ead. p. ead. litt. 8. autem salacem intell. 185. C. 1. conijcias. doctus autem, periculo scil. 186. G. 6. Aitionis tabula test. 187. H. 1. homo nihili audio. 189. C. 9. expers. 190. B. 9. δύναι; Ridetur fict. 192. B. 7. qui cum habeat F. d. ead. C. 5. CVM SEVILIO B. ead. D. 11. in secido, seu medio Mæcenatem m. 193. F. 12. quod de murena tr. 194. E. 3. GRAVEIS AV- IAEA 208. H. 8. ἄμ' αὐτῇ Δόοιδν 209. C. 1. pellabat, nomine trans. 211. A. 9. Procorum autē Penelopes viui. ead. D. 6. Alcinoi autē πατρὶς cas. 212. B. 7. neminē sibi aureis admouisse, animūmque attēdisse, neq; se san. tradidisse, ne si &c. ead. C. 11. ἀνθρώπων ἀλλείων. 217. F. vincula Darius conijci 218. D. 3. siluas interpretere sal. ead. F. 5. & cui Gratia, fama, val. 220. E. 4. coniuuuarum numerum ead. G. 3. iig. apti, & comm.

- 227. F. 10. que sunt in promtu, 230. B. 7. eas laferis, tum t. ead. F. 7. H. C. MÆCENATEM Cilnium. 231. H. 4. morbo pericre cap. 233. D. 3. & pretiosa munera d. 235. A. 10. TONSORIS IN VMBRA] in officina, in pergula, 237. H. 8. quiq; tuus in me amor, 238. H. 5. videor, inquit Pheraula, 241. G. 4. quòd ἔλεγον 245. G. 8. volebat ita legi, ead. H. 3. ὑπερέβη γὰρ 247. H. 12. mihi propitium sis. 248. H. 4. εὐθυμῶν Graci 250. A. 12. semota, metiq; 251. D. 5. ad effundendum patef. 254. H. 6. Quæ tu pulcra putas. 260. C. 6. inest frenum, quò ead. G. 7. licet lib. 261. A. 4. Ad mare cū veni, non est, 267. B. 5. si contendat, id est, si obfirmate, & pert. 268. E. 6. ἐπ' αὐτοφώρῳ & seq. versu. εἰς τρυπὸν ἰόντα 270. D. 7. ἱερὸς ὁ πλάχεμος. 274. A. 3. esse miseriorem. Ar. 276. A. 1. simulati ac falsa, 280. C. 14. dubium, quin ex hoc loco reponendum sit ap. 290. B. 14. καὶ σκεψάμεν,

- 292. G. 4. mouere tumultus. 293. D. 7. Vina fere dulces 302. A. 5. balhūmq; p. 306. D. 8. τῶν ἀγρόων 315. D. 7. ἰδέαι, 319. C. 6. ἴππων δαψά τρεῖσιν & versu superiore, Αὐχμαλέοι 329. F. 3. cum Graci dicant, & 333. A. 1. cum idem ad me redij, 337. A. 7. Ὅταν δὲ γεν- 338. B. 11. visam ei esse speciē, & c. paullo post, cubabat ille, 344. B. 9. iusta diebus, 348. A. 6. naufragio, quem: vel, naufragio, quod 349. C. 13. bellis quidem oculis 351. F. 10. Ζεῦδος ἀρετα, 353. E. 6. Telephum Mysum 358. E. 1. intactū volunt esse, & paullo post, fidum interpr. 363. H. 7. non impellit eos cup. 364. B. 14. ἄριος, ἀποδ. 369. F. 4. schola manauit & passis versib. post, quales sunt Diuus seruis, 375. G. 7. ex Græco γέλιος, 378. D. 14. Μουσαῖος δ' 379. F. 9. δεῖπνοποιήσαν- τας, 381. E. 5. tristissimo carm. 384. C. 10. Pastillos Rucc. ead. H. 16. καὶ Φιμεύος, καὶ

κκκ j

INDEX RERVM, ET VERBORVM OB-
servatione digniorum, quæ his commentariis continentur:
cuius numerus paginam, littera, seu litteræ colum-
nam, & versum indicat, à littera, ad oram libri ad-
scripta numerandum. sed numeros aliquot
paginarum prius, quàm quicquã quæ-
ras, corrigito.

ab uno usque ad mala.	31.B	adoptare.	229.F	adulterum filiam suam immola- re instituit.	136.F. 137.A.B
Abderitarum morbus.	334.F	ador.	176.F	agere, qui loquitur, agit.	86.F
ab dita rerum, & simil.	350.D	adverse res virtutem afferunt.	309.C	agere, qui loquitur, agit.	141.G
abnormis.	103.H	adulterorum deprehensorum pena.		Agamemnon	
abrotenum.	311.D	advocati ab actoribus & patronis dif- ferunt.	172.A	adulescentia	
abstemius postorum.	250.A.B	adulescentia de edilibus.	134.B	adulterium editum.	326.C.D
Abydi, alias Argis insanus quidam fuit, qui, &c.	334.E	adulterium editum.	318.H	aditum.	318.H
Academia veteris princeps Plato, sen Socrates.	327.G	aditum.	318.H	aditum.	318.H
Academici philosophi, qui cum Ari- stotele erant, dicti Peripatetici.	327.G	aditum.	318.H	aditum.	318.H
Academicorum novorum, de omni quaestione disputare in utramque partem.	327.G	aditum.	318.H	aditum.	318.H
Academicorum veterum sententia de sine honorum.	243.G.H	aditum.	318.H	aditum.	318.H
acceptum referre: acceptilatio.	319.D	aditum.	318.H	aditum.	318.H
accipere hospitio.	54.D	aditum.	318.H	aditum.	318.H
acclinis.	104.B	aditum.	318.H	aditum.	318.H
accumbent, aut veteres inter cenantem.	150.D	aditum.	318.H	aditum.	318.H
acervialis.	306.F.G	aditum.	318.H	aditum.	318.H
acetum Italum.	76.D	aditum.	318.H	aditum.	318.H
aceto dilutas bacas Caligula denora- vit.	140.C	aditum.	318.H	aditum.	318.H
Achilles, cur dicatur ab Horatio ho- noratus.	356.A	aditum.	318.H	aditum.	318.H
Achilles, qualis describitur ab Ho- mero.	356.B.C	aditum.	318.H	aditum.	318.H
Achilles acerbitas.	356.D	aditum.	318.H	aditum.	318.H
acipenser.	107.F.G	aditum.	318.H	aditum.	318.H
acroama incandissimum.	112.C	aditum.	318.H	aditum.	318.H
Aethiaca pugna.	283.D.E	aditum.	318.H	aditum.	318.H
actus fabulae quot sint, quotque esse debeat.	365.D.E	aditum.	318.H	aditum.	318.H
ad unguem factus.	56.B	aditum.	318.H	aditum.	318.H
ad usque & simil.	84.D	aditum.	318.H	aditum.	318.H
ad agnitos.	139.A	aditum.	318.H	aditum.	318.H
adhibere.	214.G	aditum.	318.H	aditum.	318.H
addicti.	200.A	aditum.	318.H	aditum.	318.H
à δειφός.	242.H	aditum.	318.H	aditum.	318.H
adducere febreis.	232.E	aditum.	318.H	aditum.	318.H
adjuvor, συμπεράσιος, σωπεργός, 85.A		aditum.	318.H	aditum.	318.H
admirari, nil admirari.	224.F	aditum.	318.H	aditum.	318.H
admirari, qui cupit, & qui timet admirantur, &c.	225.B	aditum.	318.H	aditum.	318.H

alec.	191.A	Amphion & Zethus Thebæi condi- derunt.	378.G.H. 379.A.B	animus hominū talis est, qualis for- tuna.	354.E.F.
Alexander magnus non satis intel- ligens, iudex de arte pingendi.	320.E	amphora.	348.C	animus bona, omnibus bonis prestabi- liora.	175.C.D
Alexandri magni editum.	319.H	ampulla.	216.D	animus morbi nulla medicina depelli possunt.	201.H
Alfenus Cremonens.	81.C	ampulla.	353.F.G	animus laborans.	255.H
alienationū quatuor genera.	336.F	ampullari.	210.D	animorum morbi.	211.G
alienus vero, à vero, veri.	138.B	ἀναπαύειν τοὺς ὀφθαλμοὺς.	285.E	animos esse immortales.	F.G
ἀλλοῖς ὄφθαλμοῖς.	265.D	ἀνατομία.	152.D	anima humana, ἀνάστασμα τῆς τῆ πάντος ψυχῆς.	III.F
alius sapiente, &c.	265.H	Anaxagoras vititur machina in ex- plicanda mundi natura, & fa- brica.	365.H. 366.A	anima dicta à voce Græca ἀνεμος, 176.F	
aliud vero, seu à vero, &c.	137.F.	ἀναζωπυροῦ.	201.G	anima homines.	56.H
		angulus per translationem.	156.F.G	animalia sua se queque armis tuantur.	98.F.G
		angusticlavus.	66.B	annus rediens.	111.G
		angustus clavus.	66.A.B	anni venientes, & recedentes.	394.B
		Aricia.	54.D	anni recurrentes.	364.D
		ἀνιδρωτοί.	104.D	anni, mensis, dies renascuntur, ubi occiderunt.	364.D
		animus æquus.	248.H	annonæ amicorū quādo vilis.	252.G
		animus divina aura particula.	III.D	annuere.	286.C
		animus hominū talis est, qualis for- tuna.	354.E.F.	annulus equestris.	183.H
		animi bona, omnibus bonis prestabi- liora.	175.C.D	annuli initio ferrei fuerunt.	181.A
		animus morbi nulla medicina depelli possunt.	201.H	annuli vitæ manu gestari soliti, & in quibus digitis.	180.H
		animus laborans.	255.H	antecegens, vox una, aut plures inter antecegens & pronomen relatiivū interpositæ.	60.H
		animorum morbi.	211.G	Antenoris consilium.	208.H
		animos esse immortales.	F.G	antelestari.	87.B
		anima humana, ἀνάστασμα τῆς τῆ πάντος ψυχῆς.	III.F	Anticyra.	128.C
		anima dicta à voce Græca ἀνεμος, 176.F		Anticyra, insula, in qua nascitur elleborus.	373.C
		anima homines.	56.H	Antimachus.	358.H
		animalia sua se queque armis tuantur.	98.F.G	Antimachus bellum Thebanū scri- psit.	359.A
		annus rediens.	111.G	Antimachus reprehensus.	362.C
		anni venientes, & recedentes.	394.B		
		anni recurrentes.	364.D		
		anni, mensis, dies renascuntur, ubi occiderunt.	364.D		
		annonæ amicorū quādo vilis.	252.G		
		annuere.	286.C		
		annulus equestris.	183.H		
		annuli initio ferrei fuerunt.	181.A		
		annuli vitæ manu gestari soliti, & in quibus digitis.	180.H		
		antecegens, vox una, aut plures inter antecegens & pronomen relatiivū interpositæ.	60.H		
		Antenoris consilium.	208.H		
		antelestari.	87.B		
		Anticyra.	128.C		
		Anticyra, insula, in qua nascitur elleborus.	373.C		
		Antimachus.	358.H		
		Antimachus bellum Thebanū scri- psit.	359.A		
		Antimachus reprehensus.	362.C		

arena. 199. A
 ἀρεστος. 278. D
 ἀρετή λέξεως. 349. E
 Aristarchus. 381. G
 Aristides iustitia nomine inuidio-
 sus. 120. G
 Aristippus pecuniam in mare deie-
 cit. 229. D
 Aristippus Cyrenaeica disciplina au-
 flor. 200. D. 273. A
 Aristippus Socratis discipulus quo Cy-
 renaeici dicti. 273. A
 Aristippus res sibi subiungebat, non
 se rebus. 200. D
 arma cuique animanti data à natu-
 ra, quibus iniuriam sibi illatā re-
 pellant, & salutem suam tuten-
 tur. 98. F. G
 τὰ ἀρμότιστα, quae nobis accom-
 modata sunt, bona nobis sunt. 225.
 A
 arguatus. 382. A
 arreperere ad spem, ad amicitiam. 161. A
 ars omnis incerta & in coniectura
 posita est. 159. A
 artem, quam non didiceris, non esse
 tentandam, neque exercendam.
 311. C.
 ἀρροπίτις. 181. C
 articulorum dolores. 260. B
 arx Tarpeia. 66. F. G
 as, nummus libralis. 132. D
 as quid valeat. 327. B. 227. A. B
 asellum docere currere in cāpo. 15. D
 asinus avis. 15. D. 384. B
 asino fabulam narrare. 316. H
 asinorum ingenium. 83. E
 asinorum tarditas. 254. A
 aspectus inimicus fascinat. 257. H
 aspergere. 48. E
 assentator & amicus quid inter se
 differant. 278. A
 assinatoris, χαρὰ κίβη. 165. D
 assuescere. 113. D
 ἀσύνδετος locutio. 241. C. D
 ἀσύνδετος. 37. C. 66. F. 74. C
 Astabulus. 59. E
 Atellane. 368. H
 Athamas furiosus. 357. A
 atque pro atque. 186. H. 187. A
 atra Esquilie cur? 171. G. H
 atra omnia, quae ad mortem, & in-
 feros pertinent. 99. D
 atrox, vitiosus pedibus, &c. 308. H
 Atta, Quintius Atta, poeta rogata-
 rum. 308. H
 Attus, ab Accius. 307. E
 auaritia, & profusio, duo vitia inter
 se maxime contraria. 16. D
 auarus semper querit. 11. E
 auarus querit semper, utitur num-
 quam. 226. A
 auarus cum seruo comparatur. 270.
 A. B
 auaro semper aliquid deest. 213. F
 auarorum optata. 169. F
 auaris tam desunt ea, quae non ha-
 bent, quam qua habent. 328. F
 auarissimi, omnium, qui morbo labo-
 rant, insanissimi. 128. C
 auctoratus. 184. B
 audisti rex. 234. F
 audire bene & male. 224. G. H
 audire. 265. F
 auditum facile est verbis artificiosis
 suspensum tenere, & fallere. 364.
 A
 audita minus afficiunt, quam visa.
 364. G. H
 Auentinus collis. 330. H
 aues pabulum natae, laetitiam suam
 cantu significant. 275. F
 Auidius. 12. D
 Augustales. 142. F
 Augusto imperium obtinenti Par-
 thi signa victoria iure ablata remi-
 serunt. 162. D
 Auidienus, canis dictus. 108. H
 aulaea. 194. E
 aurea mediocritas, aurea copia.
 253. C
 aures auditores. 299. C
 aures minus sunt fideles hominibus,
 quam oculi. 365. B
 aurum comicum. 233. H
 auspicia. 205. G
 Auster insalubris, cur plumbens, cur
 δυσάδης. 170. C
 Austro leniter flante carnes efficiuntur
 teneriores. 190. H
 Austri, venti insalubres. 107. C
 αὐτεπαγγελία. 163. B
 αὐτέματα, αὐτοκλήνητα. 185. H
 autumnare. 125. H
 αὐτίος λόγος. 120. D

B

baca. 140. C
 Bacchus veritatis amator. 49. A
 Bacchus cur Liber pater dictus. 304.
 B. C
 Baiae vrbs Campaniae. 205. E
 Baiae & Baiarum aquae. 259. G
 βαλακροπτομος. 327. E
 balatrones. 19. H
 barathrum. 133. D. 262. D
 barba longior indicium lutiis. 125.
 A
 barbaria. 208. G
 Baria, ab Varia. 255. D. E
 Barium. 61. D
 Barrus. 50. D. 66. E
 βαρσχηειν. 257. H
 batillum. 56. F
 beatus. 190. F
 beatus. 333. B
 beate viuere non est in terris longin-
 quis procul à patria, sed domi, &
 in patria. 248. G
 Bellerophon. 74. H
 Bellona Martis soror. 139. C
 βέμβηξ. 377. G
 bene dicere. 313. A
 bene est. 113. G
 bene & male audire. 214. G. H
 bene viuere. 263. G
 Beneuentum. 59. C
 benignus vini, & somni. 120. C
 benigne. 233. A
 benigne respondere pro honeste, &
 pudenter recusare. 228. C
 benigne respondere, pro liberaliter re-
 spondere. 226. C. 233. A. B
 βήξ τυβίς. 84. C
 bibulus. 257. E. F
 bidental. 383. C
 bilinguis. 90. F
 bilis atra. 131. F. 335. A
 Bionii sermones. 330. E
 Bithus, & Bacchius. 75. C
 blatta. 130. B
 blaterare. 182. E. F
 Baci, seu Baci, pingues & crassi.
 320. F.
 Bollanus. 83. A
 βορμολόχος. 46. A. 262. A
 278. B
 bona existimatio. 112. D
 bona existimatio non pendet ex ora-
 tione, aut iudicio vulgi. 266. F. G
 bonus, fugi. 183. C
 bonus, sapiens. 218. C
 bonus vicinus. 334. G
 boni viri recte faciunt sua sponte, &
 amore virtutis, non metu poenae.
 268. B. C
 bonum quid. 175. F
 bonum virum omni ex parte esse ne-
 minem. 36. D
 Bonum, quo fruimur, seu bonum pra-
 sens contemnimus. 155. A. B
 bonum humanum, nullo & periculo
 proximum. 245. A. B
 bona & mala esse natura. 39. G
 bona sua comedere. 188. C
 bona comesse. 263. C
 bona fortuna non adimunt morbos,
 neque curas. 212. G
 bona opinata duo. 225. D
 bona

bona externa, non sunt verè bona.
 270. F
 bona verba. 269. F
 bos arator, βῆξ ἀροτήρ. 228. H
 bos deuinctus. 257. A
 bos piger, bos arator. 258. F
 bonum terga ad omnes accipiendum non
 sunt figurata. 258. D. E
 βοουλυτον. 257. A
 breuitas, quaedam hic de breuitate.
 349. F
 Bruti. 76. D
 buccas inflare. 288. E

C

cadere. 315. A
 C. Numonius Pala. 259. E
 Caecilius, malus auctor Latinitatis.
 307. H
 caecus, dux viae. 272. C
 Caesari facilitas. 109. E
 Calaber hostes. 232. H
 calceus maior, minor pede. 245. H
 calceum pede maiorem gestare, rusti-
 citatis argumentum. 33. C. D
 calere. 128. B
 calere, calidus. 331. B. C
 calices. 55. B
 calices maiores poscit. 193. B
 Caligula pretiosissimas margaritas
 aceto liquefactas oborbuit. 140. C
 calidrum. 81. B
 calones. 258. C
 Calydon à Curetibus oppugnatum.
 362. C.
 camelopardalis. 316. F
 camera. 141. H
 camera non facile pulueri colligunt.
 194. F
 camerata tricliniu non erat opus au-
 lais. 194. F
 Camillus Spannochius Senensis. 376.
 A
 caminus. 248. D
 Campana suppellex. 71. H
 Campanus morbus. 58. D. E
 campestris. 248. C. D
 campus Martius. 226. B
 candens vestis coccinea. 177. A
 candidati ciuicis Ro. in suis tribubus
 gratiosos nominatim salutabant.
 228. C. D
 candidati solebant eorum, quibus sup-
 plicabant, manus prehendere. 229.
 B. C
 candidus, a. um. 56. H
 candidi dies. 87. A
 canephora virgines. 191. C
 canidia mutato nomine Gradiua
 est. 80. H
 canis, Canicula. 75. D
 canis latrans lemures fugat. 80. E
 canis, animal immundum. 108. H
 canis, animal rabie infestum. 331. E
 canes, & serpentes Hecate comites.
 80. D
 Canicula rubra. 160. A
 Canicula. 244. A
 canities praematura. 299. E
 Cantabri. 252. H
 Cantabrica bella. 282. H
 cantare in balneis. 47. H
 cantor. 362. G
 cantiones, ἐπωδαί. 201. B. C. D
 Canusini bilingues. 90. F
 Canusium à Diomede conditum. 60. G
 caper, capra. 223. B
 capere. 313. B
 capere bonum consilium non est cu-
 inslibet. 51. H
 capillus intonsus, maroris & luctus
 indicium. 229. A. B
 capillum vellere. 285. H
 capilli arrecti. 288. B
 capilli nigri. 349. C. D
 capitalis ira. 74. G
 Cappadoces, barbari & serui vel na-
 tura, vel lege. 227. C
 Cappadocum rex. 227. C
 caprae. 150. H
 captator cum piscatore comparatus.
 160. D
 captator instituitur, & docetur.
 captatores. 205. B. C (159. C
 caput mouere, minantis gestus. 58. B
 caput mouere. 286. A. B
 caput Rheni. 91. A
 caput operire, seu velare. 125. D
 caput percutere. 285. H
 caput puluere aut cinere conspergere.
 286. A
 caput scabere. 33. E
 capite velato se pro republ. deuouere.
 125. D
 cardiacus. 124. D
 carento magis, quam fruendo, rerum
 voluptatem intelligimus. 155. B
 carina, locus Romae. 225. D
 carmen non licitum esse fieri in alte-
 rius iniuriam. 101. C
 carmen nouis veteri melius. 306. A
 carmen, proprie Heroicum intelligen-
 tur. 330. E. & 331. B
 carmina & cantiones. 201. B. C. D
 carmina mala turri destinabantur.
 322. B. C
 carnes durae quo modo tenere fiant.
 148. F
 carpere iter, &c. 61. B
 carpere lamam. 318. F

carys patria, carnis sibi. 217. B
 carum caput. 165. C. D
 carius oculis. 159. E
 casta nux, castus, a. um. 159. F
 Cassius Etruscus: & eius versus a-
 liquot. 92. H. & 93. A
 Cassius Nomentanus. 16. A. 78. C.
 133. E. 192. F.
 Castor & Docilis, par gladiatorum.
 280. B
 Castor & Chytemestra, Pollux &
 Helena ex ouis nati. 362. D
 casus sextus nominum neutrorum 3.
 declination, in e. 191. A. B
 catella. 275. H
 catillo, i. lupus. 106. F
 Catus, Philosophus Epicureus. 147.
 E
 Cato Censorius nullam sui statuum
 esse voluit. 321. C
 Catulli locus emendatus. 176. E
 catus. 228. D
 cauda equina. 306. C
 cauda salax. 21. H
 caudam trabere. 126. B. C
 caue postrema syllaba correpta.
 163. B
 cauere. 310. F. G
 caupones perfidi, maligni. 11. A.
 54. F
 cautus & tutus ille est, qui omni spe
 non venie sibi praecisa, non pec-
 cat, & qui non putat sua peccata
 fore occultata, si peccet. 371. B. C
 cautus non est dicendus, qui spe ve-
 nia peccat. 371. C. D
 cauius. 177. H. 234. C
 cedro linenda carmina. 375. B. G
 celsus à Graeco κέλεις. 375. G
 Celsi Rhomans. 375. G
 cenabant albatii veteres, non purpu-
 rati. 154. E
 cenare omisi patinas, &c. 262. F. G
 cena dubia. 110. D
 cena sine sanguine. 252. F
 cena terrestris. 252. F
 cena veterum noctu agitantur.
 144. F
 cenacula. 206. B
 census. 225. H
 census participium. 377. H
 Cephalus apud Platonem. 133. F
 cera, mollis & ad fingendum faci-
 lis. 363. B
 cerata tabula. 161. D. E
 cerebrosus. 55. E
 Cereris ἑτυμολογ. 114. F
 Cereri primitias dabant. 312. B. C
 ceruus flocti. 363. A
 Cerites, Cerites tabula. 229. H

certa nomina. al. recta nomina. 310. E
 certabitur res passiva. 159. B
 Corvius. 142. D. E
 cervi & equi pugna, & fabula, seu
 ἀπὸ λόγῳ. 245. D
 cervix equi ardua. 25. C. D
 cetera de genere hic. 10. B
 cetera, τὰ ἄλλα. 246. F. G
 χαρπύτη, χαρπύτων ἰδέου. 315. D
 χαρπύτη ἡδὲ ἡδὲ ἡδὲ. 240. B
 χαλὰ ζοροτία. 240. C
 χαμαιγενεὶ ἀδὲς σῦες. 210. F
 χυροβοσχοί. 195. G
 Chervilus. 319. A. B
 chiroagra & podagra morbi articu-
 lorum. 181. C
 Chios. 247. C
 Chius adiect. prima syllaba producta.
 191. F
 Chium vinum maris expers. 191. F
 chorus, unus persona parte agit.
 366. E. F. G
 chori personarum numerum minuit
 Ἀσχόλυος. 372. B
 choro inter actum, & actum canere
 licet, in medio actu non licet. 367.
 A
 χερμαῖα, non esse χερμαῖα ei,
 qui viti nesciat. 129. G
 χερμαῖα. 272. B
 χερμαῖα, χερμαῖος. 183. C
 Chryseppus fulcure putatur porticum
 stoeorum. 208. D. ibidem mul-
 ta de Chryseppo.
 cibi copia nimia. 110. E
 cicadam ala comprehendisti. 98. E
 ciccer frictum. 370. B
 cicuta. 329. C
 cimex. 93. H
 cinctus alit. 191. A
 cinctus, cincti. 350. E. F
 cingi, pro armari, instrui, ornari.
 350. E
 cimifones. 26. C
 Circe. multa hic de Circe. 209. H
 Circe voluptatem significat. 210. B
 circuli exteriores, interiores. 158. E
 circuli interiores, sunt breviores, seu
 minores. 171. A
 circuli, quos sol cali motu quotidie ef-
 ficat, sint ne hieme breviores, quam
 aestate. 171. B. C
 Circus fallax cur dicatur ab Hora-
 tio. 70. F
 cithara chordarum non vnus semper
 fuit numerus. 368. C
 citharædus quidam Tarætinus. 368.
 A. B
 Cūberis. 23. A. B
 clamat. 275. D

clamare longum. 382. D
 clatri. 383. C
 Claudiani senex. 355. F
 clivus latus, angustus. 181. A
 Clazomene. 34. A
 Clemens Teuennius. 49. C
 cliens & patronus. 223. D
 clivella boni sunt imposta. 258. D
 cliellas impingere. 353. H
 Clodius Asopus Asopi tragædi fil.
 nepos luxuriosus. 140. B
 clivus generis feminin. 25. C
 Clytemnestra ab Electra filia accu-
 sat a quod viri interfecerit. 136. G
 Clytemnestra quid impulerit ad vi-
 rum necandum. 166. G. H
 Cn. Aufidius cæcus. 56. C
 coactores. 69. C
 Cna vestes. al. Cna. 26. D
 coccum. 177. A
 cochlearum genera. 152. A
 calum, non animum mutare. 248. F
 capit fieri, vel ceptū est fieri. 348. C
 cepta est institui amphora, &c.
 348. C
 cognitor quid a procuratore differat.
 159. H
 cognominibus salutare, aut appella-
 re, familiaribus. 159. D
 coire. 222. H
 Colophon. 247. E
 color vitæ. 99. E
 color. 273. E
 colores operum, color vitæ. 353. A
 colum lincum vinarium. 151. E
 columborum amor, oscula. 243. A
 columna, ad columnas libri erant ve-
 nales. 47. F
 columna. 377. E
 colyria. 56. A
 comam alere, Lacedæmonis pulchritu-
 229. B
 comam scindere. 285. H. & 286. A
 comedere, seu comesse bona. 263. B. C
 comes i. & comedo nis. 263. C
 comes, amicus inferior. 240. B
 comi. orum. 91. E
 comis. 49. C. 91. C
 comis, ἐὶ τὴν ἀπὸ πλοῦτος. 195. C
 comica oratio merus est sermo. 46. G
 comica personæ, quales. 314. B
 committi, & comparari. 75. C
 commissu. 48. B. 281. D
 commodus. 370. E
 commoda. que commoda adimat se-
 nectus, asserat iuventutem. 364. B
 commune duobus modis dicitur.
 358. B
 commune, & proprium, opponuntur.
 358. C

commune sepulcrum. 78. B. C
 comædia vetus. 44. A. 372. C
 comædia vitæ poemata. 45. F
 comædia veteris poetæ notabant etiā
 viros bonos & integros: ne populo
 quidem parcerant. 44. A. B
 comædiarum argumenta, humilia,
 & plebeia, &c. 314. B
 comædiarum calamitas. 315. F
 comparare se cum inferioribus, aut
 infelicitioribus, ad animi tranquil-
 litatem confert. 9. D
 compilo. as. 14. E
 Compitalia. 142. G
 compono. 130. A
 composui. 83. H
 componere. 16. B
 componi gladiatores. 75. C
 concedere. 52. C
 concentus debet ex disparibus sonis
 proportionem coniunctis & concor-
 diis constare. 207. C
 conceptiva ferie. 226. H
 concha. 149. C
 conchyliis cur lubrica dicta sint ab
 Horatio. 149. D. E
 concinnus. 34. H
 concordia discors. 251. D. E
 condolere. 14. G
 conducere publica. 205. A. B
 conducti nummi. 20. E
 congruenter, seu convenienter nature
 vivere. 243. G. H
 consiliari. 367. A
 consilium bonum capere non est cu-
 iuslibet. 51. H
 constare. 257. C. D
 constanter pro pertinaciter. 180. E
 consuetudo mala. 33. E
 consuetudo peccandi. 35. F
 consulere. 135. C
 consultor. 10. A
 contagium lucri. 251. A. B
 contendere oculos, 200. G
 contendere cum dandi casu. 280. H
 continentia in victu quid efficiat.
 110. A
 continentia in victu commoda.
 109. H
 continui montes. 265. A
 contentione dicendi genus adumbrat a
 pictura simile. 377. A
 contristatio. 11. D
 contumelia nobis iram commouent.
 112. D
 continue pares. 222. H
 conuiuarum situs in lectis. 150. D
 conuiuarum discurruntium ordo.
 192. D. E. F
 conuiuarum numerus aptus, & con-

uius ipsius cultus. 220. E
 conuinas nec loquacis esse oportere,
 nec mutos. 220. E
 conuinuator balneum calfaciebat.
 47. F. G
 conuinuatorum quorundam inscitia.
 195. A
 conuiuium ex rebus quattuor constare
 debet. 220. E
 conuiuij dominus qualis esse debeat.
 220. F
 conuiuiorum sermones quales, &
 quibus de rebus haberi debeant.
 220. F
 copia cornu plenior. 12. D
 copia nimia meritas. 107. D
 copia & luxuria vireis naturalibus
 opprimunt. 110. A
 copia auaricia. 253. C
 cor pro mente. 210. E
 cor in se sedes est. 288. C
 cordis latratus. 288. C
 Coranus, Naxice sacer. 162. D
 Corinbiorum deliciae, & luxus.
 274. D
 cornu bilibre. 108. D
 cornua tauris recte & prouide à na-
 tura in capite posita. 99. A. B
 corone. 141. D
 corone murales, &c. 327. C. D
 coronari Olympiæ. 202. H
 corpus sine pectore. 218. D
 corpus, animi carcer. 270. H
 corporis firma constitutione vitam
 beatam contineri ex Metrodori sen-
 tentia. 249. F. G. H
 corporis tremor. 289. H
 corrugare narces. 222. E
 Coryceus, corycæi. 153. A
 cothurni. 352. F
 cotis vice fungi. 373. H. 374. A
 Crantor Academicus. 208. E
 Crassus fennum habere in cornu di-
 ctus. 45. H
 crassus Minerva, pingui Minerva.
 104. A
 Craterus, & eius seruus. 132. G
 Cratinus. 43. H
 Cratinus, poeta Θιδοπότης. 294. F
 credere alii de se, magis, quam sibi.
 265. F. G
 Crispinus. 17. D
 critici. 306. H
 crocum & flores perambulabat fabula.
 308. G
 Cræsus, Lydia rex. 247. D
 crudi. 57. E
 cruentare, est inquinare. 60. F
 cruentus. 158. D
 cruentum, impium. 60. F

crusta genere feminino quid a crusto
 differat genere neutro. 10. F
 cristula. 10. E. 151. C
 cristati pisces. 151. H
 cubital, seu cubitale. 141. C
 cuculli. 76. B
 cucurbita. 329. D
 cui placet, obliuiscitur: cui dolet, me-
 mini. 321. H
 cultus, us. 109. B
 cultus vitæ politus & humanus,
 poetis fertur acceptus. 378. D
 cumeria. 12. B
 cumeria frumenti. 234. C
 cuminum. 295. D
 Cumina dea. 122. D
 cupiditates beluonum & luxuriosorum
 non esse naturales. 106. G
 cupiditas inanis quæ. 27. D
 cupiditates necessariae. 14. D
 cupiditates non necessariae. 27. E
 cupiditatum partitio ex Epicuri sen-
 tentia. 14. D
 cupiditatum modus. 27. D
 Cypido. 12. F
 cupido impus. 290. B
 cuppa magistra potare. 114. A
 cupressus. 375. C
 cur. 240. D. E
 cura depellit somnum, al. diuellit.
 244. A. B
 cura laudabilis, cura vituperabilis.
 244. B
 curas & molestias huius vitæ obli-
 uisci. 174. A. B
 curare pelliculam. 159. H
 curator datur puberibus & minori-
 bus viginti quinque annis, & su-
 rioris: sed dissimili modo. 158. H
 curiose homines. 12. E
 currere pro nauigare. 11. A
 currere, cursus ad nauigationem per-
 tinent. 200. C
 currus gloria. 65. E. F. 315. A
 currus solis. 265. B
 curtatus capillos. 206. D
 curti Iudei. 86. F. G
 curuum pro prauo, & malo. 327. F
 custos. 50. E. 362. H
 custodes puerorum. 68. H
 cyclicus scriptor. 358. H
 Cyclopes. 362. B
 Cyrenaica disciplina auctor. 200. D
 Cyrenaicorum opinio de aegritudine.
 225. C. D

D

da, pro dic. 190. G
 dare verba. 32. A

dare iura. 379. D. E
 dandi casus pro ablatiuo cum prepo-
 sitione. 71. C
 δαίμων γαρήλατος. 337. H
 δαίμων θεός. 267. C. D
 Dama, nomen seruale. 166. F
 Damaspippus. 120. A
 Darius comicus. 164. G
 Darius, nomen seruale à patria. 354. H
 Dauri, serui nequam. 355. E
 de, auget vim verbi interdum. 145. B
 de in compositione interdum auget.
 10. C. 216. C
 de media nocte, de medio die, &c.
 229. A
 decedere. 339. F
 decipio. 33. H
 decurrere. 226. G
 decurrere aliud. 97. F
 deducere lunam. 318. F
 deductum pro tenui. 318. F. G
 deesse sibi. 52. B. C. 85. F
 deficio cum accusandi casu. 348. H
 defixis oculis. 225. F
 defudere, defossus, a. um. 11. F
 defundere. 108. C
 deycere è saxo. 66. F. G
 deycere praesidium. 327. B
 δὲ δεινὰ. 182. G
 δεινὰ δεινὰ via. 143. D. & 144. A
 deligitare. 353. B
 delphini Libera appingebatur. 191. H
 delphini in vndis. 349. A
 Demadis de Draconis legibus dictus.
 40. B
 demissus, a. um. 35. D
 demitto auriculas. 83. D
 demo, adimo quid inter se differant.
 306. E
 deme supercilio nubem. 285. B
 Democritus. 316. D. E
 Democritus putat, natura, non arte
 patras valere. 372. H. 373. A
 Democriti agelli à pecudibus depasti.
 250. E. F
 demouere. 11. E
 denarius. 227. C
 denarrare. 145. B
 denormare. 169. F
 dentium crepitus, & stridor. 288. F
 depelli somnum cura. 244. A. B
 depygis. 25. G
 δειπνῶν θεός. 32. F
 descurire. 216. C
 deserere locum. 269. H
 designare. 221. H
 designatores. 232. C. D
 despuere ter in sinum. 122. D
 desurgere. 110. D
 deus non debet interesse in tragædiis,

nisi nodus vindice dignus incidit. 365. F. G
 Dij bene fecerunt. 45. A
 dij omnes. 173. F. G
 Dij penates. 229. D
 Dij ex hominibus. 304. C. D
 Diis consecrabant in signo suorum prae-
 teritorum malorum, qui eis erant
 defuncti. 58. G
 diis inimicus. 130. C
 diis maribus mascula vitima im-
 molabantur, feminis feminae.
 312. E
 Deos non natura, sed hominum in-
 stitutus esse introductos. 39. B
 deos securum agere aenum. 61. F. G
 Deos non curare res humanas. 61.
 F. G
 Diis iratis. 120. F
 diini in comediis non introducuntur
 loquentes: raro in tragediis. 355. B
 diuini, diuinatores. 70. G
 diuinos ambigua loqui. 162. A
 δεξιόσπαστα. 229. C
 dexter. 125. E
 dextro tempore. 96. H
 Diana iracunda. 382. B
 diarium. 258. B
 διαπραγματού. 141. D
 dicenda, tacenda. 226. F
 dictare. 246. E. creditoris est. 128. B
 dictata. 203. D. 278. H
 dido. is. it. 109. F
 dies in xij. horas inaequalis diuide-
 batur a re. 123. D
 dies apud Rom. in duodecim horas in
 aequalis diuidebatur. 84. E. 235. D
 dies ater, nefastus, inauspicatus.
 86. H
 diem vitae quem nobis largiuntur dij,
 potestonum esse habendum. 219.
 A. B
 differre colori. 369. F
 differtus. a. um. 54. E. F
 dissimulare. 101. A. B
 diffusa vina Tauro iterum consule.
 220. H. & 221. A. B. C
 Digentia. 265. E. 291. H
 digitis metiri versus. 371. F. G
 dignus sermone. 120. D
 digna dictu praelia. 120. D. E
 diludia. 297. F
 dimidium facti qui cepit, habet.
 212. D
 Diogenes mordax. 273. B
 Diog. Cynicus instituit primum pal-
 lum duplicare. 273. F
 Diogenis Cynici dictum. 139. E
 Diogenis Cyn. & Aristippi, δια-
 λογισμός. 272. H

Diomedis reditus. 362. C
 δῖον χοῦ. 308. E
 Dionysus in mare mergendus. 191. H
 dirumpi. 145. D
 dirupime dirumpi. 295. B
 discesit superior. 245. F
 distinctus a. um. 28. H. 100. F. G
 distincta vestis, distinctus animus.
 28. H
 discipere. 352. H. 353. A
 disflora vesica, nubes. 80. H
 dissimilia esse hominum ingenia.
 337. E
 dissimulatio opis propria. 241. G
 diues, ut metiatur nummos. 15. F
 diues cum patrio casu iunctus. 327. C
 diuites non semper, neq. omnes beati.
 272. E
 diuites existimant sibi omnia licere.
 280. H
 diuitia ad quas res conferenda sint.
 112. H
 diuitia honestis rationibus parta.
 169. C. D
 diuitia ad usum corporis compara-
 ta. 175. C. D
 diuitie stultae sunt. 280. H
 diuitiarum usus. 112. H
 diuitiarum incommoda. 228. G
 diuitias, & pecuniam pluris fieri, q̄
 virtutem. 129. B
 diuitias a diis immortalibus dari,
 itaque paupertatem, & cetera
 incommoda. 169. E
 diuuisse. 133. D
 docere fabulam. 372. D
 docendi verbum attributum rei inmi-
 ma. 257. D
 dolo. as. at. 55. E
 dominantia nomina. 369. D
 dominium transferri quattuor modis.
 336. F. G
 dominiorum, seu dominorum commu-
 tatio. 326. H
 dominus quattuor rebus mutatur.
 115. A
 dominis in seruos vite, necisq. fuit
 potestas. 180. A
 domus potentium quibus malis sint
 opportuna, & exposita. 85. C. D
 donare volentes, interdum vendi-
 tionem simulabant. 167. A
 donec. 100. C
 dormire in lucem. 281. C
 dormire ventre supino soli homini
 licere. 60. E
 Dorsennus. al. Dossennus. 314. F
 dotem amittebant marita, seu nupta
 mulieres deprehensa in adulterio.
 28. G

Draconis leges. 40. A
 dracones, serpentes, oculatiss. 32. F
 dubiae res, dubia tempora. 113. C
 ducere epas. 91. H
 ducere illa. 199. C
 ducere as. 320. C
 duellum. 208. G. ibid. diuis. bis.
 dulce bellum in expertis. 284. G
 ducere obliuia vite. 174. A. B
 duo, pro duos. 74. G
 duonum bonum. 208. G
 duplex pannus. 273. F
 durare. 50. E. F. G
 durus. 229. B. C. 270. B
 durus homo. 74. A. B
 δυσερις, δυσκολος. 278. D
 δυστροφος, δυσχερες. 164. E

E

Ebrietas effecta. 221. H. & 222.
 A. B
 ebrius cur omnia gemina videantur.
 97. B
 echinus. 71. E. F
 echinus piscis. 194. D
 ecbini. Echinozum quot genera.
 149. F. G
 ecloga. 8. B
 edera cur poete coronentur. 217. A
 edere, seu esse, bibere, ludere. 339. G
 edicere. 139. D. 294. F
 edictorum praetoris formula. 293. H
 esse. 164. C
 esse. 243. D
 esse. 61. D
 Egnatia, Gnatia. 169. F
 εἰργαστο, optantis. 241. F. G
 εἶρων. 241. F. G
 εἰς πολλῶν al. εἰς τῶν πολλῶν.
 86. H
 εὐφροσύνη. 164. C
 εὐπρίστων. 315. A
 εὐλαβείν. 320. C
 εὐλαβέσθαι. 92. A
 Elektra, Agamemnonis filia. 136. G
 elegi, versus impariter iuncti, ibidem
 miserabiles. 352. D
 elephas albus. 316. G
 elidere. 260. A
 eliminare. 222. F. G
 elleborus. 329. C
 ελλοψ. 171. G
 eloquentes gaudent corona. 225. G
 eludere. 273. C
 εὐβρογῆτης. 139. C
 Empedocles sententia de principii
 rerum. 251. G
 Empedocles mors. 382. E. F
 Empedocle laudat Lucretium. 252. A
 emuncta naris. 44. D
 Ennia.

Ennianus versus. 47. C. D
 Ennius cur pater? 293. G
 Ennij somnia. 306. H. 307. A. B
 enuntiare quae dicantur libere in co-
 nuiuio libero. 222. G
 ἐπιχειρῶ. 327. G
 ἐπεισοδία. 347. H
 ephippium. 258. C. D
 ἐπιβουλεύειν. 311. E
 Epicharmus. 307. G
 epici poetae. 91. G
 Epicurus de Diis immortalib. non
 valde pugnat. 62. A
 Epicuri de grege porcus. 219. E
 Epicurei a reip. administratione se re-
 mouebant, &c. 218. B
 ἑπιπολιῶν, ἐπιπολιῶν. 180.
 F. G
 ἑπιπολιῶνα. 180. G
 epistola ad Pisonem. 339. G
 Epistola ad Lyricis versibus, & saty-
 ris coniuncta. 7. E. F
 epistola omnes Horatii, quotidiano
 sermone conscriptae sunt. 8. A
 epistola satyra, quid intersit inter sa-
 tyra & epistolas Hor. 8. B. C
 epistola & satyra sunt sermones.
 46. B
 epistola in tabulis, seu chartis con-
 scribentur, aliisque charta inte-
 gebatur, &c. 299. A
 epistola quaedam veterum, longissi-
 ma. 339. G
 epithetum perpetuum. 79. A. 99.
 C. D. 125. G
 ἐπιφωτιστικόν. 201. B. C. D
 epos. 91. F. G
 Equotutium. 60. F
 equus non aure, sed freno audit.
 260. C
 equus pulcher quomodo describatur.
 25. C
 equum apertum inspicere vile est ei
 qui emere cogitat. 25. B
 equi in equis emendis pedum praeci-
 pua cura esse debet. 24. G. H
 equis albis praecurrere. 74. C
 expendere. 331. C
 Ερμύγιον, lucrum insperatum. 124.
 A
 Eros scriptum cum aspiratione in li-
 bris antiquis, mendose. 355. F
 Eros, seruos frugi. 355. E
 errant omnes, qui a recta & vera
 via aberrant. 125. H
 error animi, mentis. 311. D. 335. B
 error, erratum differunt. 374. H
 eruum, hordei genus. 177. H
 ἐχάδα, muliebrius. 22. C
 Esquilie, in Esquilis quinam &

quales homines humaretur. 78. A
 effeda. 316. B. C
 est tanti. 373. G. H
 est, absumit, consumit. 212. D
 esto. 268. H
 est ubi. 308. A. est ut. 249. D
 esse ab edo es, est. 176. E
 esse in suo are, seu in suis nummis.
 326. A. B
 eu, euge. eu. 375. A
 Euander. 37. E
 εὐχαῖ, εὐχεῖς ὁμοία. 292. A
 εὐχεσθαι. 169. D
 εὐδελία. 112. D
 euerriculum. 140. A. B
 εὐετηρία. 312. A
 Eupolis. 43. A
 εὐφημία. 269. E. F
 εὐσεβεία, pietas. 144. A
 Eutrapelus. 281. A
 εὐχωνος. 191. A
 εὐχωνοί. 54. G
 exalta, dicuntur a Latinis, quae sunt
 probata, & spectata. 308. D
 examen. 36. F
 examinare. 51. D. 315. B
 exanimem dici mortuum, exanima-
 tum, perturbatum. 117. F
 excidere histriones dicebantur.
 315. A
 excipio. 52. B
 excipere. 182. E
 excipere, & exceptare. 205. C
 exemplum non debet esse dubium.
 129. E. F
 exercitationis genera quattuor ab
 Horat. enumerata. 104. E
 exigere ad perpendicularium, &c.
 308. C. D
 exilis domus, quae. 227. H
 existimari, seu haberi. 267. G
 existimationem viri boni ex virtu-
 te, & ex recta conscientia pendē-
 re, non ex opinione vulgi. 266. D
 exlex. 369. A
 εὐνοειπας μῦθος. 60. A. B
 expellere furca. 244. F
 expendere. 310. F. G
 experiens vir. 275. A
 experta virtus. 357. F. G
 explore. 257. B
 explicare frontem. 286. C. D
 exponere liberos. 160. G
 exponi è nauis. 55. F
 exporrigere frontem. 286. C
 exhibilare. 12. H
 exstructa mensa, exstructa canistra.
 177. A
 extra numerum. 283. B. C
 extundere. 105. A

F

Faba Pythagora cognata cur ab Ho-
 ratio dicatur. 174. C. D
 faba in vasculo aereo seruata, certo
 temporis spatio in sanguine ver-
 titur. 174. E
 fabam nec tangere, nec nominare fla-
 mini Diali licuisse. 174. D
 Fabia tribus. 229. D
 Fabius, loquax. 10. C
 fabula fias. 254. B
 facere cum. 326. H
 facies. 25. B
 facti versus. 92. F
 face peruncti poetae tragici, &c.
 372. A
 fallere. 268. D
 fallens vitia. 291. G
 fama popularis. 266. D
 familia eorum, quorum idem nomen
 sit. 158. C
 familia multa a vniuerso gētis. 158. B. C
 familia eiusdem qui sunt, eiusdem
 sunt nominis. 199. H
 familia philosophorum cur appella-
 ta. 199. H
 famulus. 44. B. C
 famosa mors. 383. A
 fanatici. 382. A
 Fannius. 45. B. C
 fartor. 139. G
 Fasces. 69. G. 266. E
 fasciarum usus molitiem declarat,
 aut morbum, aut infirmitatem.
 141. B. C.
 fascinare. 257. H
 fascinatio quomodo fiat. 257. H
 fasciola. 141. A
 Fasti. 39. G. 306. G
 fastidium voluptatibus maximis fi-
 nitimum est. 310. A
 Fausta Faustis Sylla filia, Milonis
 uxor. 23. E
 felix cerebri. 83. A. B
 felices. 83. E
 feminis, seu femoris percussio. 288. C
 Ferentinum. 272. E
 Feronia. 55. F. G
 ferre secundas. 85. A
 ferre, auferre. 216. H
 ferre personam. 273. H
 feruidi iuuenes. 355. H
 ferus. 313. B. C
 Fescenini versus. 312. F
 festinare, & properare. 17. A
 festinare. 205. F. 270. A
 festinare, cum accusandi casu. 214. C
 fit, & fit in imperatino. 159. H. &
 160. A

ficulna homo. 77.C
ficulna sententia. 77.D
ficulnum auxilium. 77.C
ficus lignum inutile. 77.C
ficus duplex. 114.A
ficus prima. 232.C
fide pro fidei. 37.F
Fidena. 247.G
finus, al. phimus. 384.H
finger. 214.E
finis bonorum ex sententia veterum Acad. 243.G.H
forma corporis constitutio. 249.G.H
flagrare rumore malo, infamia, &c. 51.C
 flere debet qui alterum vult flere. 353.H
fodere latus. 122.H.229.A
fodere armos. 228.H
fodera cum Gabiis ista. 305.E
fomenta curarum. 217.A
fontes Clusini. 260.A
foris, in. 23.G.H
fores foras aperiebantur apud Romanos. 23.H
forma in materia delitescere videtur. 348.D
formere. 50.G
formare, pro erudire & expolire. 374.A
Formia. 56.F
formica. 11.B
formula verborum, quibus testatores significabant, se certum loci spatium, &c. 78.D
fornix. 21.H.256.D
foris. 8.H
forst. 67.D
fortioris viri est mala improvisa fortis animo ferre, q. prouisa. 225.D
fortitudo versatur in rebus terribilibus, non in pecunia. 261.F.G
fortuna abiens fortuna rediens. 267.
fortuna bona. 290.B (C.D)
fortuna filius. 173.E
forum vestertinum. 70.F
Francias Ronsardi, Poëma Gallicum. 359.F
fraternum fœdus, si aterna amicitia. 217.F
friski cicervis emtor. 370.B
frigida quartana. 143.F
frigus. 14.G
frigus, frigida mors. 99.H. & 100.
fronti contractio. 114.G
frontem exporrigere, explicare. 286.C.D
frontem contrahere. 286.D
frontem ferire. 286.D
frugi. 179.H
frumentum etiam pendere solitus veteres. 59.C
Fufius, tragœdiarum actor. 126.F
fugitivus. 158.D. & E. 243.F
fumus lacrymosus. 59.G
Fundi vrbs in Appia via. 56.C
fungi munere propioris amici. 241.E
furca expellere, seu extrudere. 244.F
furciferi serui. 184.H
Furiarum tadis ardentibus impios perterveri. 131.B
furibus profant copia. 227.H
furiosus non est dominus rerum suarum ex xij. tab. 138.H
Furius Bibaculus, & quidam eius versus. 160.B.C

G

Gabij. 247.G.325.D
Gabij, fœdera cū Gabiis ista. 305.E
Gallionus. 107.E
γαλλος. 107.F
Gallus, Gallina, gladiator. 112.H
gallorum cantus. 10.A
Garganus, mons. 317.A
Gargilius. 229.F
garum ex scombris laudatissimum. 193.H
Gaudeat Priamus. 135.H
gemellum. 140.D
gemelli. 242.G
geminorum fratrum diuersa studia. 97.D
Genius, unde sit dictus, & multa alia de Genio. 337.G
Genius die natali colebatur, idem dicebatur natura deus. 338.A
Genius Bruti. 338.B
Genius bonus, & malus. 338.C
Genium floribus & vino placabant. 312.E
gens & familia quid inter se differant. 158.B
gens, & gentiles. 158.B
gens quorum fuerit. 158.C
genus soluta. 288.H
genus firmitas & viriditas. 289.A
genus tangere. 289.A.B
genibus minor. 253.B
genus Valerij, id est filius. 64.G
Getulica purpura. 337.D
gladiatores quo membrorum situ depugnant. 187.D
gladiatores liberati rude donabantur. 198.F.G
gladiatorium pactum. 184.A
glans, primorum hominum vitium. 38.A
glanem, cur frugem appellari Horatium, queritur. 265.D
Glaucus, Lycius cur dicatur. 74.H
Glauci & Diomedis permutatio. 75.A
Glauco pugil. 201.A
glomus lana. 254.D
gloria curru. 65.E.F
Gnatia, & Egnatia. 61.D
γνώσι σεωντων, & σωφρονιδεμ valent. 240.B
γουαοδου. 289.C
Gracchus. 332.B
Græcari. 104.F.G
Græcia pueri liberi quas artes discerent. 325.F
Græci ludj. 104.G
Græcorum mos salutandi. 240.B
grammaticam, & similes artes discabant etiam serui, ut cariores essent. 325.E.F
grassari. 164.H.165.A
gratia, χάρις. 352.C
grauis terra. 256.H
Grundules Romæ publicè constituti. 133.C
γρῦτης, & γρῦτοπαλνῆς. 226.E
gulam dignis oblidere. 267.B
Gygis fabula. 268.F

H

Habena, quibus serui verberantur. 326.C
habere quod desit, & contrâ, habere quod non desit. 328.F
habere fidem. 350.G
hamus prorsus, vel voratus. 158.H
Harpyia. 107.A
Hecate comitatus. 80.D
Hecate. 80.B
Hecator, & Achilles inter se inimici. 74.E
Helena. 28.H
Helicon. 318.C
hellenismus. 206.D
ηρεσιον βαδιδεω. 31.E
Hercules rem familiarem eorum fortinabat, qui bonorū suorū decimas ad eum detulissent. 169.G
Hercules thesauris præest. 169.H
here, heri. 190.F
heredij stertus, sub persona iurij est. 166.G
heredibus diuites, non sibi. 130.C
herodes, rex Syriæ. 337.F
heros, pro senescalio. 354.H.355.A
heros, id est, homo antiquus, seu antiquorum morum. 355.A
Hæroës in castris, & in bello ter die cibum

cibam capiebant. 72.G
heroës. 112.A
hiatus oris. 359.C
hircus. 223.B
hirtum ingenium. 216.H
hirundo prima. 232.H
hirudo. 383.C.D.F
historia lex prima. 227.G
histriones primarum partium, secundarum, &c. 279.A
histriones duo ab Æschylō instituti. 372.B
histrionum numerus. 366.C.D
Hoc monum. hered. no sequitur. 78.D
hoc age. 122.A.226.D.284.G.H
Homerus interdum dormitat. 92.E
Homerus arguitur vinosus fuisse ex crebris vini laudibus. 293.E.F
Homerus, tragœdia dux, & magister. 357.H
Homerus qua in re maxime sit admirabilis. 374.D.E
homo, solus supinus dormit. 60.E
homo, vir. 382.H
hominum ortus cum foliorū ortu comparatus. 351.E
honestus, a. sum. 65.E
honesti alia natura, alia lege valere. 79.B
honor in iis est, qui honorem deserunt. 266.E
honoris studium. 291.C
honor falso delectari. 267.E
Horatius. 71.A.B
Horatius primus Latinorum, versus lyricos scripsit. 7.D.296.A
Horatius iam natu grandis scripsit epistolas. 198.B
Horatius, tribunus mil. fuit sub Bruto. 327.H
Horatius à Mæcenate diues factus. 338.E
Horatius patrimonio spoliatus est propterea quod partes Brutinas secutus fuerat. 338.E
horti C. Cæsaris. 83.C
hornus a. um. 176.D
hospites, qui crebro nos inuisant, minus grati sunt. 113.F.G
humana natura non potest esse, quæ effugere peccatum. 376.C
hum repentes sermones. 321.D
hybrida. 75.E.F
Hypseæ cæcor. 25.F

I

I nunc. 225.F.391.F
iacere crimen. 48.A
iambus, sermonibus alternis aptus. 352.F
iambus, iambæi versus. 370.D.E
ianua. 28.E
Ianus, bissons, dici dominus. 170.E
Ianus summus, medius, imus. 123.D
Ianus, cur pater dicatur. 269.B.C.D
Iani duo, al. tres. 123.D
Iani portæ clausæ. 321.E
Iason à Medæa recoctus. 280.A
idem facit occidenti, & simil. 382.H
idibus vsura exigebantur. 68.F
iecur urebat bilis. 86.C
iecur anferis. 195.G
iecur anferis quomodo augetur. 195.G.H
iciunium. 143.G
ientaculum. 72.G
ignara puella mariti. 311.H
ignis à nascendo dictus. 100.A
ignem gladio scrutari. 142.C
ignorare se, aut aliquem aliū. 31.H
ιουτεπος. 382.A
Ilias Homeri, publica materis. 110.A.126.H
ille, o d'èira. 182.F
ilotis manibus Ioui libare vetat Hesiodus. 142.G
imagines. 65.B
imagines lænea, cretacea, cerea. 79.H
imagines corporis relinquere. 321.A
imagines animorū potius, quam corporū, relinquende sunt. 321.A.B
imitandi studium stultum in quibusdam. 294.F.G
imitatio, præcepta de imitatione. 358.E.F
imitatores stulti. 295.F.
peccata: ibidem. 209.D
immersibilis. 257.E
immunis. 36.A
impellere. 195.B
imperatoris ingenii res aduersæ aperiant, secunda celant. 166.A.229.E
importunus. 176.D
importuna argenti sitis. 78.A
importune aues. 226.H
impositus equis, mannis. 104.C
impransus. 245.G
improbus. 266.G.H. & 267.A
impudicus. 278.F
imus lectus. 82.H
in aurem dicere. 152.C
in morsu resciri. 283.B
in numerum. 349.E
in præsens tempus. 369.B.C
inane. 47.H
inanes homines. 250.D
inaurare. 284.F
incensum. 153.E
incogitare. 311.E
incontinens. 240.G
increbresco. 165.B
incruffare vasū. 35.C
incutere desiderū alicuius rei, timorem, dolorem, pudorem, amorem, &c. 256.E
incutere pudorem. 284.B
indicta Latina. 226.H
infectus. 34.G
infamia ex populi leuitate nascens, non est perimefcenda. 266.G
infamia false metus. 267.E
infinitius, pro imperfecto. 81.A
inflare buccas. 10.D
ingenium pingue. 170.A
ingenius. 64.F
ingrata ingluuius. 20.D
ingrati quam obrem tam multi existant. 233.E
inimici ne gaudeant, cauendum. 136.A.B
inimici esse ridiculū, intolerabile est. 113.B
inimici voluptatem ne afferamus, operam dare debemus. 135.H
innuere. 286.B.C
Ino. 357.A
inscitia, pro inscientia. 101.C.115.C
inscriptio epistola ad Pisones de arte poetica. 339.G
inseuit mihi pater. 49.H
instillare. 240.H
instita. 21.F
insueti, verbum absol. 49.H
Intaphernis vxor. 217.F
intercepta littera. 147.H
intererit, differet. 369.D
interpellare. 72.E.F
intestabilis. 133.H.134.A
intus domi, εἰδδν. 23.H
invertere vinaria, cados, &c. 193.D
invidio eum patrio casu Græcorum exemplo. 176.A.B
inuidere, pro denegare. 176.C
inuideor, inuideo, inuidendus. 351.C
inuidia, eius, qui inuidia laborat, morte exstinguitur. 304.E
inuidia locū habet in rebus alterius secundis, & fortuitis, digni. 67.D
inuidia locum habet sæpius in fortuna, ne bonis, quam in animi. 121.G
inuidia miseratione melior. 121.H
inuidia quot & quibus modis placari possit. 122.B
inuidia, grauissimum tormentū, multa de inuidia. 213.H

L l l

invidiam constant res secunda. 121. F
invidia laborant viri prestantes &
excellentes. 121. G
invidius rebus alterius secundis ma-
crescit. 213. G. H
inuita Minerva. 378. A
inula. 107. E
io, vox letitiam animi significans.
&c. 31. C
Io, vaga. 357. E
Io, Auratus poeta regius. 359. F
Io, Casa Florent. 256. A
Iolaus. 279. H
Iphigenia, a Diana liberata, &c.
137. D
Iphigeniam cur Agamemnon im-
molarit. 136. F. G. H. 137. A
ira in auribus hominum habitat.
112. D
ira cum dolore coniuncta est. 214. B
ira furor brevis. 214. D
iracundi homines facile placantur.
299. F. G
iratus tandiu dolore afficitur, dum
inultus est. 214. C
iratus diis. 120. F
ire viam. 214. F
irrideri ab inimicis intolerabile est.
113. B
irritare, geminato r. scribendum. 317. E
Irus mendicis Homericus. 355. B
ιχθυοφωγία, & ιχθυοφάγοι. 67. G
ιχθυοφάγος, & ιχθυοφάγοι. 67. G
ιχθυοφάγος, & ιχθυοφάγοι. 67. G
ιχθυοφάγος, & ιχθυοφάγοι. 67. G
ισορροπία. 36. F
ita, Dau. ita Cato: & sim. 179. F. G
Iudaeus apella, vel Apella. 61. D. E
Iudaeorum sacrificia. 61. E
iudex omnis corruptus male verum
examinat. 104. C
iudiciale dicendi genus subtiliorem
locutionem, seu dictionem deside-
rat, quam contionale. 377. A
iugum. 36. F
Iulius Florus. 325. D
Iulius Caesar paludes siccare voluit.
357. A
iuncta verba. 349. H. 350. A. B
Iunonis sacra ferre. 31. E
Iuno mater deorum, quae Terra dici-
tur: cui porca sacrificabatur. 312. D
Iupiter Anxurus. 55. H
iurare in verba. 200. B
iurandi formula. 173. F
iurare ad aram. 305. A
ius vaftrum, callidum, versutum.
115. A
ius stirpis & familiae iure gentis, &
gentilitatis interius & melius est.
158. C

ius anceps, varium, controuersum.
159. E
ius ex oleo Venast. garo, &c. 193. G
iuris genera duo. 152. F. G.
iuris consultus mediocri, non ite poi-
ta, probatur. 377. D
iura nata esse ex utilitate. 39. A. B
iura valere natura. 39. E
iustus participium a verbo iubeor.
222. C
iustitia vulgaris. 268. D. E. F
iustitia non facile in egere reperitur.
328. B
iustitia, virginem esse, Iouis fil. 39.
F. G
iustum, seu ius nullum esse natura.
37. H
iusta chiragra. 181. C
iustissimum id esse, quod quis vi ob-
tinerit, quodque potentiori sit
utile. 39. C. D
iuuenari. 370. A
iuuenes, feruidi, οὐζοῖ. 355. H
iuuenes, minime auari. 363. C
Ixion, perfidus. 357. B. C
Ixion rotae alligatus. 357. E
Κ
καίροφουλακτεῖν. 85. G
Kalendis pecunia collocabatur in
questu. 37. D
kalendis pecunia ponebatur. 68. F
καλιπυροί. 25. G
καλῶς ποίων. 274. H
κακήφοροι. 31. E
καραδικῶν. 85. G
καρδίαν veteres stomachum appel-
labant. 124. D
καρίδες. 151. H
καθαίρειν χρῶλιν. 373. E
καθαίρουσι τὸ σῶμα. 373. E
καθαίρουσι τὸ νόσου. 373. E
καθάρματα. 201. F
καταφαγεῖν τιλὸν ἕσται. 263. C
καταπερθεῖν. 86. F
κατασποδῶν. 263. A. B
κατῆδεν τὰ πατῶα. 263. C
κέλης ὄνος. 83. E
κενὸδδζοι. 47. H
κερτομῆν. 267. D
κνίθεσσαι. 267. D
κόγχων unde dicta. 149. C
κοιμῆζεν φροντίδας. 211. F
κῶμοι. 91. E
κωμωδῆν. 91. D. 312. G
κονιορτός. 45. F
κονίσταλος. 45. F
κώωπες. 55. B
κρυψίγες. 290. A

κυλιχῆ. 358. H
κύβηλος, poema quoddam. 359. A
κυμνοσπίτης. 295. D
κυψέλη, camera. 134. C
κυψέλει. 12. B
κυρῶα. 207. C
L
Laberius, mimorum scriptor. 89. F
labor, nihil sine labore. 85. G
labor cibum antecedit. 104. D
labor & exercitatio quemvis cibum
& potum faciunt suauē. 105. B. C
labore aliquo aut periculo defuncti
diis consecrabant suorum malorū
preteritorum insigne. 58. G
labore nobis vendunt bona dñj. 85. G
laborare suo vitio, aut vitio rerum.
24. B. C
labra mordere. 288. E
labris ridere. 288. E
λαβραξ. 106. E
laccerna. 184. A
lachanum. 71. A
lacrymas tum dolor, tum gaudij ex-
primit. 287. D. E. F. G
lacrymosus a. sum. 59. G
lactuca post epulas & largiore po-
tium stomacho innat. 152. B
lucis. 46. B. C. 205. F. 283. F
Lentius. 65. A
leuus. 125. E
leuus, stultus, σχηδός. 373. D
leuo tempore. 96. H
leue, leuus. 225. G
lucenas, perituri & impij. 139. F
lentus spectator: leti ignes, &c. 315. B
lentissima brachia. 86. B
leonis et vulpīs dissimilitudo. 134. D
leopis astrum. 244. A
lepus cur sacundus dicatur. 151. B
leporis armi. 151. B
Lesbos. 247. C
lethargicus. 124. D
ληθαργός. 124. F
lethargus, lethargici. 240. F
lex venditionis. 326. F
lex xij. tabularum, ne liceret male-
dico carmine quenquam ledere.
372. D
lege xij. tab. pena constituta est in eis
qui quempiam maledico crimine le-
sisset. 312. H
Lege xij. tabularum rei venditae do-
minium non transfertur in emtore,
nisi soluto pretio. 325. E. & 326. D
leges xij. tab. a decemuiris conscri-
pta. 305. B. C
Leges bonae ex malis moribus natae
laudari, iucundissimum. 112. D
laudare ab sentem. 162. G
laudare praesentem, assentatori magis
conuenit. 162. G
laudare praesentem non debet, qui ve-
rum amicum parare studet, sed ab-
sentem potius. 162. H
laudare pro aliis relinquere, & sibi
non sumere. 248. E
laus, hanc ad capiendum amicum,
& benevolentia conciliandam ef-
ficacissimum. 162. G. H
laudem corruerunt assentatores.
162. G. H
laudem meretur, qui recte facit, non
qui non peccat. 371. D
laude modice utendum, ut vino.
162. H
Lauerna, Lauerniones. 269. F. G
Laurentum. 150. H
Lebedus. 247. F
lectus Genialis. 288. H
lecti discubitorij. 48. D. 150. D
lecti discubitorij, & in quib. dor-
miebat, stragulis vestibus textilib.
& purpureis insternebantur.
154. E. F
lecti ires in triclinio. 192. D
Leda a Ioue compressa. 362. D
λέπειν τὸ ζῶν. 269. H
λειποπώλης. 269. H
λειποπώλειν. 269. H
λειποπώλια. 269. H
ληνύθια μύσση. 216. F
ληνύθιοι. 216. D
Lemures. 339. D
lenones, perituri & impij. 139. F
lentus spectator: leti ignes, &c. 315. B
lentissima brachia. 86. B
leonis et vulpīs dissimilitudo. 134. D
leopis astrum. 244. A
lepus cur sacundus dicatur. 151. B
leporis armi. 151. B
Lesbos. 247. C
lethargicus. 124. D
ληθαργός. 124. F
lethargus, lethargici. 240. F
lex venditionis. 326. F
lex xij. tabularum, ne liceret male-
dico carmine quenquam ledere.
372. D
lege xij. tab. pena constituta est in eis
qui quempiam maledico crimine le-
sisset. 312. H
Lege xij. tabularum rei venditae do-
minium non transfertur in emtore,
nisi soluto pretio. 325. E. & 326. D
leges xij. tab. a decemuiris conscri-
pta. 305. B. C
Leges bonae ex malis moribus natae

laudari, iucundissimum. 112. D
laudare ab sentem. 162. G
laudare praesentem, assentatori magis
conuenit. 162. G
laudare praesentem non debet, qui ve-
rum amicum parare studet, sed ab-
sentem potius. 162. H
laudare pro aliis relinquere, & sibi
non sumere. 248. E
laus, hanc ad capiendum amicum,
& benevolentia conciliandam ef-
ficacissimum. 162. G. H
laudem corruerunt assentatores.
162. G. H
laudem meretur, qui recte facit, non
qui non peccat. 371. D
laude modice utendum, ut vino.
162. H
Lauerna, Lauerniones. 269. F. G
Laurentum. 150. H
Lebedus. 247. F
lectus Genialis. 288. H
lecti discubitorij. 48. D. 150. D
lecti discubitorij, & in quib. dor-
miebat, stragulis vestibus textilib.
& purpureis insternebantur.
154. E. F
lecti ires in triclinio. 192. D
Leda a Ioue compressa. 362. D
λέπειν τὸ ζῶν. 269. H
λειποπώλης. 269. H
λειποπώλειν. 269. H
λειποπώλια. 269. H
ληνύθια μύσση. 216. F
ληνύθιοι. 216. D
Lemures. 339. D
lenones, perituri & impij. 139. F
lentus spectator: leti ignes, &c. 315. B
lentissima brachia. 86. B
leonis et vulpīs dissimilitudo. 134. D
leopis astrum. 244. A
lepus cur sacundus dicatur. 151. B
leporis armi. 151. B
Lesbos. 247. C
lethargicus. 124. D
ληθαργός. 124. F
lethargus, lethargici. 240. F
lex venditionis. 326. F
lex xij. tabularum, ne liceret male-
dico carmine quenquam ledere.
372. D
lege xij. tab. pena constituta est in eis
qui quempiam maledico crimine le-
sisset. 312. H
Lege xij. tabularum rei venditae do-
minium non transfertur in emtore,
nisi soluto pretio. 325. E. & 326. D
leges xij. tab. a decemuiris conscri-
pta. 305. B. C
Leges bonae ex malis moribus natae

sunt. 304. A
leges ex utilitate natae. 78. G
lex Julia de adulteriis. 184. F
lex sumptuaria. 252. D
lex venditionis. 326. F
legum metu plerisque a maleficio se
abstinere. 267. H
λέξις, duplex. 377. A
Liber, Castor, Pollux, ceteri similes
post mortem denique ab hominibus
honorati sunt. 304. A
liber amicus. 51. F
liberals suam rem familiarem non
negligit. 233. D
liberalis sua bona plurimi aestimat,
nihil minus tamen ea dat dignis.
233. E
libertis. 143. C. a libertis differunt,
64. F
Libitina, dea funerum. 170. D
libidens. 23. F. G
libitinarij. 172. B
Libonis tribunal. 36. F
libra partes. 335. H
libripens. 243. F. G.
libum. 64. H
liceo. 154. E. F
licet consilere, iuriconsultorum fori-
bus inscriptum. 310. D
ligurare. 37. A
limare unde ductum. 257. H
limare caput. 258. A
limare obliquo oculo. 257. G. H
limare, limo conspuere. 258. A
linea vltima. 271. A
lippus & tonsores, loquaces. 73. F. H
lippus & tonsoribus notum. 73. F
litterae, signa verum. 147. G
Liuus Andronicus. 307. H
Liuiane fabula, non satis dignae, quae
iterum leguntur. 308. A
locupletes. 227. D
locus Aristot. restitutus. 38. C
locus Aristot. restit. problem. 67. H
Locus Catulli restitutus. 9. A
Luna ad incantationes σὺνερτος.
79. B
Lupini ex lupino nummi fiebant.
233. H
lupus. 106. E
lupus Tiberinus. 106. F
lupus, animal edaciss. ac voraciss.
108. H
lupi, magni & proceri sunt. 106. G
lustra, lustrari. 68. B
luti tenacitas. 182. B
luta pro vira. 304. G
luxuriosorum cupiditates, non esse na-
turales. 106. C
Lycium. 327. G
Lydi. 64. B

locus Ciceronis emendatus or. pro
Plancio. 100. E
locus Ennij restitutus. 9. B
locus Epicharmi restitutus apud Xe-
nophont. 86. A
Locus Liuij restitutus. 9. B
Locus Platonis restitutus. 38. C
locus Sallustij restitutus. 9. B
locus Tibulli emendatus. 77. G
locus Virgilij restitutus. 9. A
loci commutatio non tollit animi mor-
bum. 255. H
locum mutat, non ingenij. 248. F
loci communes. 374. E. F
locorum differentia inter se. 320. F
locorum inter se specie pugnantium
conciliatio. 8. D. E. F
λόρον εἶναι. 274. G
λόρον. 274. A. G
lolliginis succus. 49. E
Longaricus. 23. F. G
loquacis descriptio. 82. D. E
Lucenses aquae. 259. H
Lucilius sityrae inventor. 7. D. E.
Lucilius. 44. C. (8. C. 92. B)
Lucilius Graeca verba Latinis admi-
scerat. 90. A
Lucilius ex familia equestris. 100. A
Lucilij versus incompositi. 89. A
Lucilij versus emendati. 90. C
L. Sylla viribus & dolis usus.
134. E
L. Philippus orator. 225. C
Lucretij locus. 200. H
lucrum cur dulce dictum sit. 291. E. F
Lucullus multo plura possidebat,
quam se possidere putabat. 227. D
Luculli clamydes. 227. G
lucus omnis, Diana facer. 347. H
ludere, luctari, hastam iucere, & sim.
377. F
ludere. 257. F. G. 339. G
lumina lucernarum. 332. G
Luna cur vaga dicatur. 79. B
Luna ad incantationes σὺνερτος.
79. B
lupini ex lupino nummi fiebant.
233. H
lupus. 106. E
lupus Tiberinus. 106. F
lupus, animal edaciss. ac voraciss.
108. H
lupi, magni & proceri sunt. 106. G
lustra, lustrari. 68. B
luti tenacitas. 182. B
luta pro vira. 304. G
luxuriosorum cupiditates, non esse na-
turales. 106. C
Lycium. 327. G
Lydi. 64. B

lymphis iratis. 61.D
 Lynceus. 25.D. 201.A
 Lysippus. à Lysippo solo se fingi voluit Alexander magnus. 319.H
 M
 M, non elisum ante vocalem. 106.D
 Macellum. 139.G.H
 macie virtute. 21.H
 mactus mactio. as. 21.H
 machina torquet tignum. 331.D
 Mæcenus. 8.H
 Mæcenus equestri dignitate contentus vixit. 69.H
 Mæcenus ab Etruria regibus orundus. 64.D
 Mæniana ædificia, & Mæniana columnna. 261.D
 Mænius. al. Manius. 31.H
 Manius Pantolabus. 261.C.D.E
 magister conuiuij. 175.A
 magister. ἡγεμὸν ποδοῦ. 214.F
 magistra cippa potare. al. culpa. 317.E.F
 magnus. 317.E.F
 maior, minor, sagana. 79.D
 μακροσπίτης. 83.H
 mala nomina fugiebāt Romani omnis causa. 59.C
 mala nec opinata. 225.C.D
 mala opinata duo. ibidem.
 mala repetita & impronisa. 225.D
 mala stultitia. 125.G
 malorum hominū duo generā. 181.H
 malis alienis ridere. 127.G. 288.F
 male. 33.B.C
 μαλακόσραχε. 151.H
 maligne. 317.C
 maligni cappones. 54.F
 μάλθη. 21.C
 Malibinus. 21.B.C
 Mamuræ. 56.G
 mancipare. 335.H
 mancus. 186.E
 mancus officio. 326.F
 mandare honorem. 65.D
 manē seræ, vesperti homines. 262.C
 Manes, animæ à corporibus sciunt. 29.H
 Manes quibus rebus eliciantur. 99.E
 mangones. 326.B
 Mania Larum mater. 133.B
 manica. 270.F
 manica. 70.A.B
 manus lauabant oraturi. 142.G
 manus tollere. 288.F
 manus tangere. 289.E
 manus ad os apponere. 288.B.C
 manibus dimissis fugiendos esse loquacis. 82.G
 mappa. 222.D
 M. Antistius Labeo. 37.C
 M. Cato Censorius. 151.A
 M. Cato Censorius nullum sui simulacrum esse passus est. 321.C
 Marcij carmina, seu vaticinia. 305.C
 Marcellorum & Claudiorum cōtro- uersa. 158.C
 mare quibus causis compressum non fundatur latius, neque crescat tot fluiuis in id influentibus. 251.B
 mares Curij. 204.C.D
 maritima. ora maritima alii sunt inferiores. 232.G
 maritus, marita. 379.E
 marita vitium, vltimus. 265.A
 Marius cuiusmodi tela excogitavit. 169.B
 marmora varij coloris. 154.B
 Μαρτυρας, & Μαρτυρα status. 71.H
 matricida. 131.B
 matrimonium. qui matrimonio iunguntur, quinque diis egent. 227.B
 matrimony incommoda. 205.H
 matrone, que. 24.A
 matrone, abbatæ incedebant. 22.C
 maturare cū accusandi casu. 214.C
 mature. 309.H
 maturus senex. 355.G
 Matutinus, Ianus. 170.E
 mazonomus. 195.G
 μη γένεομαι τῶν μελαούρων. 48.B
 Mecius Tarpæ. 91.B
 Medea habuit suas ἐρωιδες. 201.E
 Medea, qualis describitur. 356.G.H
 Medea, de Medea que scribat Pausanias. 356.H
 Medeam non fuisse veneficam. 161.F.G
 mediastinus. 256.A
 medicorum pharmaca nemo sibi com- parat, nisi egrotet. 211.H
 mediocritas inter profusionē, & auaritiā, seu immunditiā. 16.E
 Megarenses nullo numero. 210.G
 μέγαρα. 177.G
 meiere. 183.G
 meiere in patriis cineres. 383.B
 μελάμυρρος. 48.C
 Meleager, Tydei frater, &c. 362.C
 μέλος. 367.G
 μιλιόβοτοι agri. 250.G
 Memno, & Hemathio, fratres. 91.A
 memoria adiuuatur imaginibus. 147.G
 Menander. 121.D
 Menedemus Termtianus. 21.B
 Menenius. 143.D
 Menius. al. Manius. 16.A
 mens & animus. 255.F
 mens animi. 255.F
 mens una cum corpore crescit, & cū eodem senescit ac decrevit. 364.D
 mensura. 169.A
 mentula, à mente dicta. 60.A
 mercator. ἐμπορος. 202.C
 mercatores, πώλεως διάκονοι, id est, ciuitatis serui. 270.B
 mercatores à negotiatoribus differūt. 226.F
 Mercurius treis chordas cithara ad- didit. 368.C
 Mercurius Phylsem monet, & docet quomodo socios suos à Circe recu- peret. 210.D
 Mercurius lucris præest. 124.A
 169.B
 Mercurius Maia natus. 169.A.B
 Mercurij ex quo ligno fieret. 123.H
 merenda. 72.G
 merere nolim alterā etatem. 279.F
 meretrices breuioribus vestibus ute- bantur. 26.B
 meretrices nobiles atate Ciceronis tres. 23.A.B
 meretrices tres nobiles, vno tempore Roma fuerunt. 93.H
 meretrices nominibus ingenuarū pu- ellarum, seu mulierum non appel- labantur. 223.A
 meretricum omnium commune, siue mala & vitia clare amatores suos. 24.F
 meretricius amor. 210.E
 meridies à meridiē potare. 257.F
 μεσούλιοι. 256.B
 metatus ager. 115.E
 metiri nummos. 15.F
 Metrodorus. 249.F.G
 metuere, φυλάττειν. 162.E
 metuit lituram. 313.H
 metu legum plerique se à maleficio abstinēt. 267.H
 metu pæne à peccando abstinens, ni- hilominus malus & improbus est. 268.C
 Milesia vestes. 273.H
 Milesius. 273.H
 milites, qui flagitium aliquod milita- re admiserant, discincti sibi iugo transire cogebantur. 28.A
 mille pedes in fronte. 78.D
 mille ouium, mille hominum, &c. 136.B.C
 mimarum amores. 23.C.D
 Mimermus. 230.E
 mimus, histrio, & fabula obscena. 279.C
 minari,

minari, promittere. 240.C
 Minerva artibus omnib. præst. 378.
 Minerva vitula nondum taurū ex- perta, immolabatur. 207.A
 minor foete, & similia. 207.A
 Minturna. 221.D
 mirari miramur bona. 225.B
 Mirrillo. 172.H
 Misenum. 149.G
 miserum. 82.G
 missilia. 134.C
 mitulus. 149.A
 mituli non sunt ydem, atque muscu- li. 149.G
 modus agri. 108.H
 modus ad cantum, numerus ad me- trum pertinet. 283.D
 modi. 367.G
 μοιχογρογία. 22.E
 molesti, qui. 74.D
 moliri. 332.C
 monere, admonere. 72.D
 monumenta marmorea. 78.D
 monumenta, vnde dicta. 78.H
 morari. 254.D
 mora principij prandij & cena ap- ponenda. 148.G
 moris nigri prandium claudere. 148.G
 morbus animi. 58.D. E. 66.D. E.
 124.C
 morbus Campanus. 58.D. E
 morbus acutus. 132.H
 morbus animi non tollitur loci com- mutatione. 255.H. 256.A
 morbus regius. 382.A
 mordax Cynicus. 283.B
 mordere. 240.D
 mordere maledicto, &c. 267.C
 moriemur inulti. 193.A
 moriendam æque omnibus. 226.C.
 176.G. H
 moror, nihil moror. 44.H
 moror, nihil moror vina illius ora. 260.H.
 morosus, δυσποσος. 164.E
 mors vltima linea verum est, mors omnium rerum extremum. 270.H
 morti alæ afficere ab Hor. 99.D
 mortem sibi conciscere non est viri fortis. 125.F
 mortem sibi conciscere in rebus aduer- sis non licet. 271.B
 mortē supra modū horrere. 142.A
 mortem non esse malum. 271.A
 mortui, corporis vinculis soluti. 270.H
 moueri in numerum. 383.B
 moueri, moueri numerosē. 369.C.D
 Mucius Scauila. 332.A.B
 mulier quantum mali afferat. 205.H
 muliere deprehefam in adulterio, vi- ro eius interficere non licebat, patri licebat. 38.H
 mulieres alie, præter Helenam, belli causa. 38.H
 mulieres ingenue non intererant in conuiuiis, nisi cū viris suis. 222.H
 mulieres omnes, muneribus capi. 164.B
 mulsum ex Falerno vino. 148.G
 nulli trilibres. 106.G
 multum vidit, plus vidit. 128.G
 mundus. 109.A
 mundus victus. 218.H
 munda mulier. 28.B
 mundi fuisse originem. 112.B
 munere amici propioris fungi. 241.E
 muranā cum serpente commisce- ri. 193.E
 Murtia Venus. 260.A
 muria ex Thyrimo Byzantio. 153.A
 murus abeneus. 203.H
 musij pedestris. 170.B
 mutare. 45.E
 mutare strigilem vna. 188.D
 murus. 58.C
 mutū, id est, ἀλογον. 38.A. 139.A
 muscus, muscosus. 243.B
 musici chordæ in hyra vt sint concor- des, curant: vt mores habeant com- positos, & concordis, nō laborant. 335.C
 μουσική. 64.E. 297.E
 μύλλειν. 22.B
 myrteta, seu murteta. 260.A
 N
 Nenia. 204.B
 Nanius homo inepte sumtuosus. 109.D
 Nauiscripta. 307.C
 naves acute. naves obse. 32.G. ob- tusa. 297.E
 narium inflexio. 297.E
 narrare fabulam surdo. 316.H
 Nastica Corani sacer. 162.D
 Nafidienus, eques, Ro. 190.E
 natus nimium longus in femina. 25.H
 natales. 339.E
 natavæ, translātæ. 180.F.G
 Natta. 72.B.C
 naturæ sine sit. 39.A. B. C. D
 natura præstat arti ex sententia Pind. 290.G.H
 natura conueniēter viuere. 243.G.H
 naturam semper antepōnit doctrinā Pindarus. 373.B
 naturā iura valere. 39.E
 naturalia artificialibus antepōnen- da. 244.D.E
 naufragium rei familiaris. 122.C.D
 ne, conuinctio, neque dubitans, neque interrogans. 90.D
 ne, ornatus causa additum. 113.C
 129.D
 ne, abundat interdum, & ornatus causa ponitur. 144.A. B. 145.C
 ne, vt non. 202.F
 νεανεισθεῖαι. 370.A
 necessaria cupiditates. 14.D
 netus, necatus. 228.H
 nedum. 352.B
 nefarij. 365.D
 negare non temere negabant Rom. ne male ominarentur. 226.D
 negotiator. 202.D
 negotiatores. 226.F
 negotiorum multitudo illustri subie- ctione expressa. 171.H
 neminem sine vitii nasci. 36.D
 νεφέλη ὀφρούων. 285.D
 nepos. 46.H
 nequam homines. 140.D
 nequam homo. 179.H
 nequitias. 115.A
 nequitia. 140.C
 Nestoris verba apud Hom. 209.B
 νευροσπασα. 185.H. 186.A
 νευροσπασα. 185.H
 Nicias Atheniensis. 228.E
 nidus. 243.B
 niger. 48.B
 nigra debet esse, que ad Deos mancis adhibetur. 79.D
 nihil peccare, deorum est. 36.D
 nihil, nil. nihili homo. 187.F
 nihil esse tam insperatum, quod non possit euenire. 349.A
 nil admirari. 224.F.G
 nil tanti est. 373.F.G
 nitidus. 219.D
 nitidus ex rustico. 228.D
 nitidi capilli. 257.E
 nitida velle. 263.G
 nitor corporis. 114.H
 nitor domus, nitor corporis. 158.A
 nobiles trimetri. 370.E. F. G
 nomen verbi significationem adiu- uans. 48.A
 nomen adiecti. verbi significationem, vimque adiuuans. 65.B
 nomen adiectiuum cōgruens cum co, quod intelligitur, nō cum eo, quod di- citur. 100.F
 nomē adiecti. verbi adiuuans. 327.A

nomen verbum adiuvans. 124. A
oculibus. 132. C
oculi nimis arguti. 286. H
oculi pudoris sedes. 287. A
oculi in terram defixi. 287. B. C
oculi incerti. 315. H
oculi nigri. 349. C. D
oculi quia oculis cernuntur, certiora videntur esse, quam quae audiuntur. 364. G. H
oculi fideles. 365. B
oculorum ardor. 286. H. nictus. ibid.
oculus nimio splendore praestringui. 304. F
oculus carior. 159. E
oculissimum. 159. E
odium. 74. B
odorari. 44. D
odoratus a. um. odore imbutus. 184. A
Odyssea vitae humanae speculum. 209. B
οἰμωζέω. 94. E. 162. F
oleris nomine tenuem victum significari. 71. A. B
oleum lucernarium. 72. B
oleum pingue. 152. G
oleum Venasianum. 153. B. 193. G. H
olim. 175. G. H. 69. B. 246. A
olim. pro posthac. 159. B
olium dulce. 152. H
olus apparatus tenuiorum hominum. 220. D
olusculus tenuis apparatus significatur. 174. F
Olympicorum certaminum victoria Graecis gloriosior, quam Romanis triumphus. 202. H
Olympionica. 202. H
omasum. 262. F
omasum bubulum. 160. C. D
omnis, pro totus. 199. F
ομοίος θάνατος. 337. C
ομοιωσις. 257. D
ομιλιότης. 38. B. C
ονομαστικὸς. 38. B. C
ονος κέλης. 384. B
onustus. a. um. 69. E
operae pretium. 22. C. D
operari. 211. D
opes sollicitae. 175. G
opisthographa. 299. A
οπισθοεστῆς. 285. B
oppedere. 86. F
oppida unde dicta. 38. F
οπισμαθῆς. 90. C. & 214. H
operta, ευχαῖα. 169. D
opulenti. 265. A
Orbilinus. 308. C
Orca. 153. A
Orcus, inexorabilis. ibid. Orcus, ab antiquis Purgus dicitur, & summa

nus. 337. C
ordinarius servus. 185. F. G
ordini a media oratione. 157. A
Orestes matrem Clytemnestram occidit. 139. H
Orestes. de Oreste quaedam recondita. 131. A
Orestes tristis. 357. F
οργίζω. 183. F
Origo, mima. 23. A
oro te hac prece, multis precibus. 170.
orare multis precibus. 254. D
oratio praecisa in comminationibus. conquestionibus. obivrgationibus. &c. 166. F
oratio & actio, & gestus debet personae, & fortuna congruere. 354. C
oraturi manus lauabant. 142. G
Orpheus. 378. C. D. E
os durum, os ferreum, os perficere. 286. E. F
os, manus, caput osculabantur veteres & inferiorum superiores, & superiorum inferiores. 289. C. D
ore rotundo loqui. 374. H
Orphi populi Campani. 58. A
osculari os, manus, caput. 289. C. D
osi, optantis, & simili. 169. F
Ostris. 276. C
ostrica ubi, & quo tempore optima. 105. H
ota. apponebant veteres ova in prima mensa: etiam in secunda. 31. B
ota longa, ova rotunda. 148. B
ὄσκη ἔστι ὄστος. 249. D
ὄσπιθάνος. 187. F
ὄσθια ἰόστος. 132. H
ὄστροχος, ὄστρομας. 53. E
ὄστροχεῖς. 32. E
P
Pacis tempore aperitur porta. 367. C
Pacuvius. 307. D
pati. 34. F
παρομοιωθῆς. 90. C. & 214. H
παιδοτροφία. 108. F
palatum quibus sapiebat, non cor, eos in consuetudinem victus recipere volebat Cato. 151. A
παλιγγενήσιοι. 139. F
palla. 26. C. D
pallere pro timere. 232. D
pallor non naturalis & repentinus. 287. H. & 288. A
palma. 154. B
palmae natura. 203. B
palmetum, & similia. 337. E. F
paludem Pontinam ficcare voluit Iul. Caesar. 352. A
παναγῶν

παναγῶν. 338. G
Panda, pacis dea. 367. C
pangere versus. 281. F
panis & sal pauperum obsonium. 31. F
panis secundus. 311. F
Pantolabus. 78. C
par gladiatorum. 75. B
pariter vetulis columbis. 243. A
παρῆχεν ὕδωρ, cet. 48. G. H
parentibus licebat liberos vel tollere, vel exponere, atque adeo necare. 160. H
παρῆρα. 348. A
pariter cerati. 120. F
Paris quid responderit Antenori. 209. A
parochus. 48. H. 57. B. C. 193. C
pars virilis obscena, quibus nominibus translatae appelletur. 369. E
Parthi ex equis pugnabant. 96. C
Parthi Augusto imperium obtinente, signa remiservunt. 162. D
Parthi signa Crassus erepta, ad Caesarem Augustum. ultro remiservunt. 321. E
Parthi mendacior. 311. A
pascere nummos alienos. 281. C
passer piscis. 192. H
passo capillo, passis manibus. 79. C
patilli. 21. D
patella. 220. C
paterae. 71. G
pateris sapiens vocari. 266. C
patinarii piscis. 150. C
patronus & cliens. 223. D
patruus. 112. D
paucorum hominum. 84. H
paucimenta marmorea. 154. C
paucimenta pœnica. 154. C
paucius pennae. 106. B
pauperare. 159. G
pauperes habitabant in cenaculis. 206. B. C
pauperios, seu paupertas non est vitio vertenda, quae culpa nostra nobis non accidit. 128. H
paupertas avaritiae. 328. B
paupertas bonorum virorum animos excuscat: eadem artium magistras, &c. 328. E
paupertatis pudor. 280. E
paupertatem esse fugiendam. 202. D
Pausias. 186. G
peccat idem, peccat tantumdem. 40. A
peccare idem. 376. D
peccare, non peccare, recte facere. 371. D
peccata non esse paria. 39. H

Petines pisces. 199. G. H
petines cur patuli dicti. 149. H
pectus. 33. D
pectus pro animo. 311. G. 317. D
pectus animi sedes. iccirco pro animo ponitur. 339. C
pectoris percussio. 288. H
pecunia regina. 226. G
pecunia debet seruire, &c. 246. D
pecunia cupiditas infinita. 213. F
pecunia & lucri studium, scabies & contagium. 251. A
pecunia nimium studium, fugiendam. 335. D
pedestris mensa. 170. B
Pediata. 80. F
πεδῶ. 227. A
Pelus. 353. B. C
Pelias a Medea recoctus, & huius fabula interpretatio ex Diog. Cyn. 161. F. G.
Pelias fabula de Pelia. 279. H. & Peloris Lucrina. 149. E (280. A)
Penates. 229. D
pendebant argentum veteres. 155. A
Penelopa, & eius proci. 211. A
Penelopa pudicitia. 163. C
Penelopa tela. 120. C
Penelopam Ulyssae ex Troia reuerso filium peperisse nomine Pioliporthum, & ab Ulyssae domo ecastam, ut impudicam. 163. E
Pentheum diripuerunt Thebae mures. 144. E
penula. penula. 248. C
penus oris & penus. us. 270. C
πεπρωμένοι τῶν ἀπετῶν. 326. G
percellere & affligere quid inter se differant. 111. C
perdispsit. 22. B
perduci, perductores. 163. B. C
peremnis, perennia. 260. D
perenne auspicari. 260. D
perficere os. 286. E
Pericles dicitur a Cratino λεφάλη γὰρ τῆς. 43. H
Peripateticorum disciplina. 200. B
periphrasis. 22. A. 100. E
περὶ λόμους ἐνιωτός. 111. G
persicelis. 275. H
perurare. 130. F
permolere. 22. B
personae comicae. 355. E
personae quot debeant uno tempore in scenam prodire. 366. B
personas actorum, & prologos quis inuenerit, incertum. 372. B
personis, ad tegendam faciem vsi sunt & veteres. 372. B. C

personare. 199. B
pertinaces, qui. 74. D
perturbationes animi quattuor. 225. D
peruidere. 32. C
pes calcei modulus. 245. H
pedem supplodere. 289. E. F
pedibus trahere. 289. F
pedibus terram percutere. 289. F
Petillus Capitolinus. 49. C
petoriturum. 316. C
petorritus. 70. A
Pet. Ronsardi poema Gall. Francias. 359. F
pexati. 206. E
pexum trito opponitur. 206. E. pexae vestes ibidem.
περὶ δὲ λόγος. 170. B
Phaax. 261. B
Phaon fabula de Phaeone. 279. H
pharmacopola. 19. G
Pheraulas a Cyro diues ex paupere factus. 228. F. G
Φιλωνός. 229. D
Φίλη μίττιρ. 126. E
philippi, nummi aurei. 319. F
Philippi, urbs Thraciae. 328. A
Philodamus seu Philodemus. 27. H
philosophia animi cultura. 201. H
philosophia studium, sacrum est. 201. G
philosophi, barba magna & longo capillo utebantur. 125. A
philosophi corpus solum in urbe situm esse, animum peregrinari. 250. H
philosophi mens alii praedita. 250. H
philosophorum familia. 199. G
phimus, al. finius. 384. H
Phineus. 107. A
Phanices oratio ad Achillem. 356. C
Phraates, rex Parthorum. 253. A
Φρονῶ σοὶ ἢ εὐτυχῶ. 176. A. B
Φρονῶ, Φρονοῦμαι. 351. C
Φυσῶν γυνάξεις. 10. D
piane, piculum. 312. E
pictura duo genera. 376. H
πιπρός. 74. B
pila reddere bona paterna. 20. B. C
plenium. 316. C
pingue. 322. A
pinguitudo in vino, vitium est. 152. G
Pinna, piscis. 151. H
pinnae, & paruae squille societas. 151. H
pinnarum custodes. 151. H
πινοφύλαξι. 152. A
piper aliud album, aliud nigrum. 153. E
piscis carnis lautiores. 113. H
piscis, pro obsonio sumuntur. 252. E
III uij

Pisones à Pompiliis orti. 372.F
pituita. 207.B
placenta. 243.F.G
plānus. 276.A
plausor. 362.F
Plautus cum Epicharmo compara-
tus. 307.F
Plautus ab Horatio laudatus. 314.D
Plautus ab Horatio reprehensus.
314.D.E
Plauti locus restitutus. 127.B
Plauti locus emend. 191.B
Plautini sales. 371.F
plebs urbana. 100.D
plectuntur, iument pœnas. 209.B
pleuriticus. 124.D
πλευριτικός. 84.B.C
plorare. 94.E.162.F
plures sumus. 52.F
πνὴν τραγῳδῶν & συμπ. 313.G
pocula antiqui artificij. 153.H
podagra nodosa. 201.A
podagra tarda. 84.C
podagram utrumque iument fomenta.
212.H
podagram que lenare, aut tollere pos-
sunt. 212.H. 213.A
ποδῆρες ἑοδῆτες, ποδῆρες.
21.D
pœma debet constare ex convenienti-
bus, aptis, propriis, accommodatis
partib. 347.E
panitet. 69.D
pœsis, ut pictura. 376.F.G.H
pœta naturā ipsa valet. 46.F
pœta debet suas vireis explorare.
96.C
pœta rem aliquam gestam, aut præ-
teritam narrans, eam vel amplifi-
cat, vel minuit verbis. 227.G
pœta debet fugere à τῆδρα, & in-
credibilia sequi verisimilia. 375.F
pœta imitator. 374.D
pœta non recipit mediocritatem.
377.C
pœta suorum versuum recitator mo-
lestus cum hirudine comparatur.
383.E
pœta cum Iudeis conferuntur. 52.F
pœta rem aliquam magnam narra-
turi musas invocant. 57.F.G
pœta veteris comœdia. 89.H
pœta sub Mercuri tutela sūt. 170.A
pœta à Baccho in ordinem Satyrorū
& Faunorū ascripti sunt. 294.C
pœta indocti, cœni, & fideiustioni-
bus, & muneribus assensum vul-
gi emebant. 296.H
pœta, deorum interpretes. 354.A
pœta negligenter scribunt propter

divas causas. 370.H. 371.A
pœta tragici canebant, & agebant
ip̄i suas tragœdias. 371.H
pœta natura, nō arte valet. 372.H
pœta nō sunt mentis cōpotes. 373.A
pœtarum peccata. 318.D.E.F.G
pœtis non omnia sunt permitenda.
347.G
pœtis ascripta legum inuentio & ci-
uitatum origo, &c. 378.D
pœtas non esse offendēdos. 98.A.B.C
ποιηλλεύ. 349.A
Polemo. 140.H
politicos esse πολυτάλαμονας &
φιλοσπαργμονας. 123.F
91.F
Polycrates annulū, quo maxime de-
lectabatur in mare abiecit. 122.D
Polyeratis Samij annulum quā fece-
rit. 123.H
Polydorus à Polymnestore interfectus.
126.G
Polyphemus & Cyclopium fabula.
362.B
πομπεύειν. 308.E
Pompilij. 372.F
Pomponius Silvanus. 161.H
Pomtina palus. 351.H
pondora. 229.A
ponere. 26.F. 245.C
ponere, facere, πῆνευ. 349.C
ponere leges. 38.G
posito capite. 194.G
pons Fabricius. 125.D
popina, popino, nonis. 256.D.E
popinones popina. 183.A
populus tributus. 100.D
popul, bellua multorū capitū, multa
alia de populo hic ibidem. 205.A
porcus ab insanis immolabatur. 133.
A.B
porcus cur potissimum Laribus im-
molaretur. 133.C
porca prædanea. 312.D
porrigo, ginis. 130.D
porrigere dextram. 229.A.B.C
porretus. 130.A.B. 176.D
porretta loca. 225.A
porrum, & cepe pro tenui & vili
apparatu. 252.C
porta urbium paci tempore patent.
367.C
portus Iulius. 351.H
positi calices maiores. 193.B
possessio, modulus, corpus est. 245.H
posticum. 223.C
postis, templum. 198.G.H
postes. 47.D
potentium & diuitum amici inter
se amulantes. 85.B.C

præbere aquam, &c. 48.F.G
præbere speciem scurrantis, &c.
278.A
præcans. 299.E
præceptum utilissimum, vide qualē
commendes. 284.A
præcisā locutio. 154.A.B
præcincti alius. 54.G
præconis munus. 225.H
præcurvere. 245.D
prædia sua vendere, eorūque præ-
tium in cenas sumtuosas infumere.
188.C
præfeca. 381.C
prælucere. 205.F
prænomen, nomē, cognomen. 159.C.D
prænomena sunt ingeniorum. 159.D
præpositio in verbis compositis non
repetebant veteres. 279.D
præsectus vnguis, & præsegmina vi-
guini. 372.G
præfens deus. 304.H
præfidium descendere. 327.B
præfidium. 327.C
præfinguis. 304.G.H
præfilius erat funem, seu restim du-
ctare. 246.D
præsumere. 111.H
præteriti temporis verba una syllā-
ba media minuta promissa, surrexe-
re, p̄semus, &c. 59.E.F
prætexta. 56.E
prætexta. 372.D
Prætoris erat furiosis curatores dare,
si deessent agnati. 206.H
præverti. 33.G
præstantia Romana. 72.F
præcari alteri, que sint illi optasti-
ma. 135.B
præcari optare, εὐχεσθαι. 169.D
291.H & 292.A
præcari volebant Pythagorei voce
clara. 269.D.E
præces cum condicione concipi sole-
bant. 169.C
præces amicorum & virorum bono-
rum cogens vim habent. 241.D
præces, iustus esse oportere. 269.E
præcedere crines. 166.A
pretium pro premio. 274.H
pretium, non nisi pretio soluto res ve-
dita sit emtoris. 326.D
Priapus, Dionysij, & Naidis Nym-
phæ filij. 77.E.F
Priapus cur hortis præsit. 77.G
Priapi fingebantur olim fere ex ficu.
77.D. etiam ex quercu & popu-
lo. F.G
Priapi telā. 77.H
prima cera, secunda cera, &c. 161.D
prima-

primarum partium actor, seu histrio.
279.A.B
primi heredes scribebantur in prima
cera. 161.C
primi homines more ferarum vivē-
tes quomodo ad civilem, & man-
suetum vitam cultum traducti sint.
38.D
primi homines, antiqui. 112.A
principium, dimidium totius. 212.D
privatum & publicum opponitur.
358.A
primus a. um. 157.H & 206.C
pro in compositione. 112.D. 75.D
procales. 174.G
proci Penelopa pecora Phylis abstim-
serunt. 157.G
Proci Penelopa parū liberales. 163.F
Procorum prædium, cena, & compo-
sitiones. 163.H. 164.A
prodigus herba. 225.B
prodigus & stultus. 233.C
prodigos & nepotes ficibus in loco e-
dito natis esse similes. 139.E
prodocere. 203.D
prodictores. 246.C
professus dies. 113.E
profusio seminis nocturna. 60.E
profusio propria que sunt, ea non
admodum una coherere posse. 112.F
prognati. 68.G
proscere. 353.C.D
promissio, is, it: & prolutus. a. um. 55.C
promittere, pro minari. 121.B
promittere, barbam & capillū. 125.
B.C
pronus. 105.D
proprium quid. 336.C
propter viam. 262.B
propugnare nugis, et similia. 279.D
Proserpina. 167.B
προσωπα, προσωπεια. 372.B
prostibulū, prostibula mulier. 298.C
προστέθειν χεῖρας. 229.C
Protes. 127.F. 206.A
protinus, & protenus. 250.C
protinus, & protenus significat.
283.G
prouerbia, ab oio usque ad m. 31.B
prouerb. ad vnguem factus. 56.B
prouerb. ad vnguem præfectum ca-
stigare. 372.G
prouerb. ἄλλος δουλος. 38.A
prouerb. amare sine rivali. 381.F
prouerbiū, ἀφ' ἐτίας ἀρχεσθαι.
333.D
prouerb. asinum male parentem in
rupis protrudendum. 299.B
prouerb. auxilium scilicet. 77.C
prouerb. cane peius & angue dis-

se. 274.A
prouerb. crassa Minerva. 104.A
prouerb. fenam habet in cornu.
45.G
prouerb. è plaustris loqui. 372.A
prouerbiū Gracum ἐσγῶα, πα-
ρὰ δ' ἄτω. 170.G
prouerb. equis albis præcurrere,
74.C
prouerbiū equus me portat, &c.
273.D
prouerb. ἐρῶδι πῆ. 258.G
prouerb. Glauci & Diomedis per-
mutatio. 75.A
prouerb. γλυκὺς πόλεμος ἀ-
πειροίς. 284.G
prouerb. hac urget lupus, hac ca-
nis. 108.H
prouerb. hinc illa lacryma. 297.C
prouerb. in oculis, esse pudorem.
287.A
prouerb. inuita Minerva. 378.A
prouerb. τὰ χαλὰ τῶ ὄρει χα-
λεσά. 85.A
prouerb. κέλις, θῖος. 83.E
prouerb. lippus & tonsoribus notū.
73.F
prouerbiū, μαθῆσαι κῶων σκῶ-
τοτε ἀγῶν: id est, canis que di-
dicerit corium rodere. 164.B.C
prouerb. metiri se quemque suo mo-
dulo ac pede verum est. 229.G
prouerbiū, nare sine cortice. 50.H
prouerb. naso suspendere adunco.
64.E. 297.E
prouerb. nil intra est oleam, nil ex-
tra est in nucē duri. 305.G
prouerbiū, nō ignorat quid distet
ars lupinis. 333.H
prouerb. non cuius homini contin-
git, &c. 274.D
prouerb. oleum adde camino. 145.
E.F
prouerb. optat ephippia bos piger,
&c. 258.C
prouerb. parturiunt montes. 359.E
prouerb. per ignem, seu per ignem.
202.E
prouerb. plures sumus. 52.F
prouerb. simulare cupressū. 347.H
prouerb. sine puluere. 203.A
prouerb. sub cultra liquit: in acie
nouacula. 87.B
prouerb. vellere barbam. 41.D
prouerbiū, τὸν ἀπὸν perdere. 327.F
prouerb. pugna fugis copia. 292.B
prouerb. prouidere. 226.F
prouerb. prudētis esse rebus & rationibus suis
consulere. 123.G
πῶλλεν, psallere. 305.H

πυρρῶν. 223.C
πῶρα ἀγῶν. 382.A
πριζανα, & prisanarium. 132.B.C
publicani. 205.A
publicum, & commune differunt.
357.H. 358.A.B
publico priuatum opponitur. 358.A
P. Decius Mus. 65.D
pudicus. 266.G.H. 267.A
pudor malus, pudor vitiosus. 265.H
puer, filius. 232.D & 266.A
puer, pro famulo, & ministro. 235.F
puerij, serui. 55.A
puerij quare captos sectantur. 41.E
puerij quare maxime nascuntur.
257.H
puerorum lusus. 140.E.F
pueros alliciendos ut disere velint.
10.F
puerilis ætas ad quamlibet artē apta
est. 325.G
puerilis ætas cum vda argilla compa-
rata. 325.H
pugnare, pugnam, bellum. 266.A
pulehrum, dulce differunt. 353.G
pulumantum. 105.G
pulpamenta. 282.G
pulpamentum. ibidem.
pulpitum. 372.C
puls. 105.G
pumicare. 298.D
pumice expolietantur pelles, quibus
libri integebantur. 298.D
pungere. 267.D
pupus, pupulus, pupillus. 138.G
pura manus. 47.E
pura vice, pura loca. 331.A.B
purgare cum patrio casu. 124.C
purgor corpus, & similia. 373.D
purgor morbo, bile, & similia. 373.E
purgata auris. 199.A
purpuram veram cum falsa & fi-
mulata comparare. 244.H
pus, ac venenatum. 73.E
Puteal. 172.A.B.F
Puteoli. 78.B
putida. 181.F
putrescit Aiax. 135.F
πυγα. 25.H. 28.H
πυγῶν. 28.H
pyrgus, al. finius. 181.D
Pythagoras quid suos discipulos fa-
cere iuberet vesperi. 52.A
Pythagoras cur à fabis abstineret.
174.C
Pythagoras sibi hoc ex philosophia
quæsitum esse dicebat, nil admira-
ri. 224.F.G
Pythagoras vetabat imperatoris, id
est, dei iniussu de vitæ præsidio de-

cedere. 271.B
 Pythagorei volebant diis immortalibus clara voce supplicari, & vota fieri. 269.D.E
 Pythagoricum symbolum. 48.B
 πυθαγορικόν. 380.F
 Pythia unde dicta. 380.F

Q

Quadra. 275.E.F
 quadrare, absol. & actiuum. 226.G
 quadrante lauare. 41.F
 quæ tua virtus, & simil. 85.F
 quærît anarus, sed non utitur. 226.

quærendi tempus, utendi tempus. 15.D
 quandoque pro quandocumq;. 376.F
 quartana depellenda ratio. 143.F.G
 quatinus. 151.F
 quatio. is. it. 245.C
 quattuor elementorum concordia discors. 251.D.E
 quid distent era lupinis. 233.H
 quid enim? 9.F
 quid multa? 68.H
 quid queris? 243.B.C
 Quinctilius Varus. 381.E
 Quinquaginta. 338.G
 quinque diis egent qui matrimonio copulantur. 227.B
 Quintus Arta, poetæ togatum. 308.H
 Q. Catulus dilexit Roscium comædum. 34.D.E
 quoad, vnius syllabæ. 128.H
 quod, propter quod. 229.D

R

rabiosa canis. 331.E
 rapacia scorta. 257.E
 rapere in us. 87.D.128.A
 ραπιδωσις. 22.F
 raptim. 338.H
 recitator molestus suorum versuum cum hirudine comparatur. 383.E
 recitantes alienorum poematum, sunt interpretum interpretes. 354.A
 recollus. 161.E.F.G.H
 recte pro non, seu nihil. 226.D
 rectum, τὸ ὀρθόν. 16.G
 rectum animi. 137.B
 recto ralo stare. 314.H
 recte nominare. 310.E
 reddere. 195.E
 reddere curam breuiem poetæ. 317.H
 reddere dictata. 278.H
 reddere voces. 362.H

reddens me mihi ager. 255.C
 redemptor. 334.C
 redhibere. 326.C
 rediens annus. 111.G
 redire dicuntur litteræ, ubi quis rescribit. 326.H
 referre acceptum. 319.D.E
 referre pedem. 358.G
 refici in mosius. 152.C
 regia Roma. 225.B
 Regia persona descriptio. 135.A
 regnum offerit pueri ludentes ei, qui recte luserit. 204.B.C
 regno, viuo & regno. 243.C
 remiges & socij Phisitis. 230.A
 remittere supercilium. 285.F
 reperi. 55.H
 reptoria. 108.B
 representare. 295.A
 reptare. 218.C
 repulsa turpis. 202.B
 repulsi qui verè dicantur. 202.B
 res, reus. 84.B
 res aduersæ misericordiam commouent. 121.F
 res secunda inuidiam constant. 121.F
 res suas agere, & alienas non curare, insititia est. 123.E
 res : ouicia. 228.A
 rescribere. 127.E
 resignare accepta. 234.D
 respondere ius. 310.C
 respondere. 148.E
 restim ductare. 246.D
 retexere scripta sua. 120.C
 reticulum. 12.A
 retinere amicos. 15.C
 rex. 273.D
 rex sum, rex eris. 203.H.204.B
 rex, potens amicus. 275.A
 reges ob speciem gloria multa quotidie peccare. 134.F
 Regum mos in equis emendis. 24.G
 regum voluptates priuatorum voluptatibus minores. 111.G
 Rhannus. 375.G
 ρητὰ, ἡ ἀρρητὰ. 226.F
 ridiculum acri firmiter. 10.E.84.G
 ridiculo fascinum, & inuidia auertitur. 122.C
 ridicula inuidiam & fascinum depellunt. 258.A
 ringi dicuntur canes. 334.D
 risus οὐ σαρκωτός. 332.A
 rodere. 48.B.67.C.255.B.284.A
 Romani seruos nomenclatores habebant. 228.C
 Romanorum tres appellationes, præ nomen, nomen, cognomen. 159.C.D
 Roscius. 309.A

Roscium comædum dilexit Catulus. 34.E
 348.C
 rota figuraris. 186.C
 rotunda figura. 226.F
 rotundare. 61.B
 Rubi. 382.C
 rutilatur versus. 222.F
 rugare, absolutum. 243.E
 rumore secundo. 145.D
 rumpi. 73.D
 Rupilus, cognomen Rex rus, ruris pleni annales. 313.E
 Rutilius lupus. 100.C

S
 Sabbata tricesima. 86.D
 sacrabantur artis instrumenta deo eius artis præfidi. 198.G
 sacra Cereis. 191.C
 sacra omnia debent tractari à puris. 201.G
 sacrificia & conuiuia hilariora antiqua, instituta collectis & conditis iam fugibus. 312.A.B
 sentire. 46.H
 seius, ἡ ἀετιός. 326.H
 seius dominus. 109.H
 sage mulieres. 339.C
 sal cur purus ab Horatio dicatur. 31.F
 sal, pro urbanitate. 89.E
 sal, pauperum condimentum. 105.D
 salis puri concha. 31.F
 sales Italici. 76.D
 salij. 309.C.D
 saliare carmen. 309.C
 salivaria carmina multis locis obferunt. 309.E
 salinum. 31.F
 saltare Cyclopa. 58.E.F
 saltare satyrum. 334.B
 saltus. 337.B
 salubris. 367.B
 salutare homines nominatim valet ad beneuolentiam conciliandam. 228.D.E
 salutatior Grecorum. 240.B
 Sannites. 332.E.F.G
 Samos. 247.D
 sanctæ leges cur dicantur. 101.C.D
 sanus ad corpus, & animus. 207.B
 sanus, ad corpus pertinens. 232.B
 sapiens, cui palatum sapit. 151.A
 sapiens, cui palatum sapit, &c. 194.G
 sapiens. 185.D
 sapiens & bonus. 218.C
 sapiens semper diues, semper liber &c. 207.C
 sapiens

sapientis descriptio ex opin. Stoic. 41.B
 sapientis esse in rebus secundis aduersas timere. 113.D
 sapientum octauus. 144.B
 sapientissimus, qui per se sibi constitit secundum gradum sapientia obtinet, qui bene suadenti obtemperat, &c. 271.A.B
 Sappho cur mascula dicta ab Horatio. 296.D
 Sardis Cræsi regia. 247.D
 satiaria plures perdidit, quam famas. 110.A
 Satyria. 67.A
 Saturnij versus. 313.D
 Saturnalia. 180.C
 satyra veteris comædia locum occupauit. 8.C
 satyra tota est Latinorum. 8.C
 satyra tota Latinorum est, Græcis intacta. 93.C.D
 satyra lex. 95.G
 satyra ne epistolis, an epistola satyris præponi debeant. 7.B.C.D
 satyra alio orationis filo contexta, quæ epistola. 7.F
 satyra, & epistola sermones sunt. 46.E
 satyra. in satyris dicitur Horatius, res serias agit. 199.D
 satyra in numero scriptorum ludicrorum numerandæ ne sint. 199.D
 satyricarum locutio, sermo merus est. 199.D
 satyra. in satyricis fabulis suo quamque rem nomine appellabunt. 360.E
 satyrica fabula. 368.H
 scabies. 251.A
 scabies mala. 382.A
 scapra. 129.H
 scarus. 105.F
 seauri. 34.F
 scelus eadem semper aliquam, aut impietate continet, ac declarat. 138.E
 scena a scena se remouere. 100.E
 scena. quædam sunt agenda in scena, quædam sunt ex oculis spectatorum remouenda. 364.F.G
 Σκηνότομος. 74.B
 Scipides. 100.E
 scobs. 153.H. & 154.A
 scombrus. 193.H
 Scopas Thessalus. 227.H
 scribere dicebatur debitor, qui pecuniam mutuam accipiebat. 127.E
 scriba. 240.B
 scribarum munus. 172.C
 scriptor quidam Senensis, mirabilis. 376.A

scriptores. 316.G
 scyria. 226.D
 scyria quid ab urbano differat. 46.
 Scyria. 262.A.B.278.A.B
 scyria, Βοιωτικὸν. 139.G
 scyria, erant etiam interdum scyriophanta. 262.F
 scyrica. 40.C
 Scylla. 361.H. & 362.A
 secare. 267.F
 secum pugnare. 205.D
 secundo Balatrone. 195.F
 secundo rumore. 243.E
 secundus heres. 161.B
 secundi heredes scribebantur in secunda cera. 161.C
 secunda res, inerte efficiunt. 309.G
 secundis rebus insolescere atque efferris, contrahi aduersis. 245.B
 secures. 266.E
 securus pæna, & simil. 326.E
 sed tamen. 10.H
 sedere. nõ sedisse veteres inter cenandum. 150.D
 sedulitas eum, quem stulte diligit, vrget. 321.G
 sedulus, sedulitas. 253.F
 seges. 233.D.E.F.G
 selecti iudices. 51.A
 σελευδωντοί. 382.B
 seminis eruptio nocturna. 60.A.B
 semina malorum in camera expressa. 141.H.142.A
 Sempronius Rufus. 107.H
 senectus, mala at. 282.F
 senectutis incommodum maximum. 363.E
 senectutis mala. 364.B
 senes illiberales, & auari. 363.F
 senes memoria viuunt potius, quam spe. 363.G.H
 senes vita cupidi. 363.H
 senium. 282.F
 senescere, senium. 228.F
 sensus fallaces. 315.H
 Sicilia Trigueta dicta. 173.G
 septem sapientes. 144.B
 sepulcrorum alia familiaria, alia hereditaria. 78.G
 serere verba. 349.H
 seri studiorum, ἡ ἀμαρτία. 90.C
 sermonis nomen generale est. 7.H
 sermones conuiuiorum quales esse debent. 175.B.C
 sermones humi repententes. 321.D
 sermonum appellatione epistolæ & satyras contineri. 218.B
 serpentes Epidaurius. 32.F
 serpentes. à serpētibus afflata. 196.E

seruare amicos. 35.C
 seruus à seruo differt. 355.D
 serui discabant grammatica & musicam, & similes artes, ut carius venderentur. 325.F
 serui non licebat discere ingenus artes. 183.D
 serui dominis meliores. 280.G
 serui morbofi & vitiosi redhibebantur. 326.C
 serui nomenclatores. 228.C
 serui ordinarij, vicarij. 185.F
 serui prænominibus carebant. 159.D
 seruorum libertas saturnalibus. 180.D
 seruos accipere solitos quaternos frumenti modios in singulos menses. 59.B
 sesquipedalia verba. 353.G
 sessor. 362.G
 sestertius. 132.D
 sestertius & sestertium. quid inter hæc duo interstiti? quomodo sestertium notant veteres. 237.A.B.C.D.E.F. & 238.A.B.C
 sestertius duos asses, & semissem continebat. 327.A
 sestus, & Abydus. 215.H
 sex Pompeij iocus in M. Anton. 225.D
 sex septem. 203.E.F
 si male dixeris, peius audies. 144.B.C
 si pro an. 217.C
 si pro cum. 232.F
 sibilare. 12.H
 sic, bene precantis. 144.D
 sic, deuotio postum. 145.C
 sicci ad poeticam inepti, ad res forensis aptiores. 294.A
 sicus, vel sicuia. 329.B.C.D.E.F
 silenus, Sileni. 369.G
 siliqua. 311.F
 simile ab agris. 51.D
 simile ab equis ad mulieres. 24.G
 simile ab expugnatione oppidorum. 163.A
 simile & dissimile à formica. 11.B
 simile ab oculis. 200.C
 simile à pueris. 338.C
 simile à regibus. 24.G.H
 simile à torrente hiberno. 75.E.F
 simile à venatore. 26.G
 similitudo fastidium parit. 176.D
 similitudo ducta ab amantibus. 100.E
 similia à musica incoadita, ab unguento ingrati odoris, à melle amaro. 377.E
 similitudo ab hirudinibus. 383.F

sumtum facere bonis parem optimum esse. 16.C.D
 simus. 89.H
 simplex. 34.H
 simulacra urbium captarum portabantur in triumphis. 316.D
 simulare capressum. 348.A
 sine vitis neminem nasci. 36.D
 singulim loqui. 67.G
 Siren, desidia. 122.E
 Sirenes, multa de sirenib. 209.D
 Sirenium cantibus, discendi studium significari ab Homero. 122.E.F
 Sirenium cantus ad eorum, qui nauigarent, ingenium fuisse accommodatos. 122.G
 Sirenium cantus, qualis, & quid significet. 209.F.G
 sifer. 190.H
 Sisyphus abortivum. 34.F
 Sisyphi machina. 123.G
 siue non geminatum. 157.H
 σιμαγαγία. 376.H
 σιμαγαγία boves. 217.E
 Smyrna. 247.E
 Smyrna, Cinna poemata. 378.B
 socii comediae. 352.F
 Socrates continentiss. 170.D
 Socratici libri. 374.C
 sodes. 84.G
 sodes, si audes. 233.A
 sol niger. 86.H
 solis boves. 230.A.B.C
 soles candidi. 87.A
 soles vtebantur in triclinio veteres, non calceis, neque soccis, & morbo affecti, & minus firmi. 195.C
 soles ponebant coniuuare accubaturi. 195.D
 sollemis.e. 206.F.G
 solenne, usitatum fixum. 310.B
 solers cum gignendi casu. 380.C
 sollicita opes. 175.G
 sollicitare. 107.E
 somniamus quae magnopere optamus. 166.C.D
 somnia cogitationibus & curis diurnis esse consentanea. 60.C.D
 somnia, quo tempore sint vera. 90.G
 somnus, animi est vacatio ab opere, quae ratione bonis dicitur, & malis. 60.C
 somnus a labore, cibo, vinoque dulcissimus. 95.H
 somnus altus. 96.A
 sonabit magna sonare pingue, &c. 67.A
 σοφράνευ, vult vsurpari Plato pro χάρει. 240.B
 sordere. 247.E

sortes. 306.F.G
 fors. 8.H.246.B
 fors effectus fortune. 67.F
 fortes. 368.F
 fortes, vaticinia, seu oracula. 380.B
 fortiri, λαγχαδεν. 67.F
 fossi. 375.H
 species. 228.B.339.A
 species alia a veris. 137.E.F
 spectatus. 198.F
 speculi splendor. 222.F
 spes venia sibi praevidere in peccatis, tutum, & cautum est. 371.B.C.
 σπευδεν cum quarto casu. 214.C.D
 σπευδεν ποιησαι τιλω εσταυ. 20.B
 σπευδεν. 272.D
 spinae. 339.F
 spinae agri, & animi. 255.E
 spirat tragicum, & simil. 313.G
 spondere pro altero, onus graue. 170.G
 spondere, sponsor. 330.G
 sponso sponsari damnosus. 171.D
 sp. Mecius Tarpia. 378.B
 squille. 151.H
 stans pede in vno. 44.E.F
 stant histriones. 315.A
 stare. 89.H
 stare fabulam quid sit. 315.A
 staturus taciturnior. 331.H
 staturus vnde fierent, antequam ex ere fieri cepta essent. 123.H
 staturum stictores ex ere primi, qui. 87.A
 στεφανιδου δλωμωια. 201.H
 στερος. 74.B
 stertere. 55.D
 Stertinius, philosophus Stoicus. 124.H
 Stertinius, & Stertinius acumen. 252.C
 Stesichorus, apologi de ceruo & equo auctor. 245.D
 stillare cum accisandi casu. 38.B
 stinguo, & eius composita. 304.G
 Stoici a sto. i. peritico. 125.G.H
 stoici. disputatio aduersus Stoicos. 37.F.G.H
 Stoici virtutis verae custodes. 200.C
 Stoicorum parad. 37.G
 Stoicorum sententia de fine bonorum. 243.G.H
 stola. 26.C
 stola, & palla. 21.F
 stolas habere solis matronis licebat. 24.A.B
 strepitus tibiae, citharae. 256.H
 stringere. 20.C.D
 stringere frondeis, &c. 257.B
 στρομωδην. 152.A

stulticia duo genera. 126.D
 stultorum infinita genera. 126.A
 suada, & suadela. 226.H. & 227.A
 suada & necessitas, magni dij. 227.A.B
 suada cur cum Venere coniungatur ab Horatio. 227.B
 suaue e terra alterius labore in mari spectare. 247.H
 subiicere alteri manus. 229.A
 subiungere. 200.D
 sublati mambus. 166.B
 substringere aurem alicui. 165.E
 subtilis iudex, tralatio a silo. 187.E
 subuertere. 315.C
 succinere. 275.E
 succinctus a. um. 177.B.C
 succinta. 79.B
 sudandum prius quam comedendū. 105.F
 sudor ad imos talos manans. 82.H
 sudor abortus sine fatigatione corporis. 287.H
 sueta trisyllabum. 79.B
 sulfura aque sulfurate. 260.B
 summamus, summanare. 337.C
 superat. 112.G.H
 supercilio tum innuimus, tum annuimus. 285.G
 supernè peccare. 184.G.H
 supernacanis rebus fortunati & beati sunt, diuites. 227.H
 suprior nasum. 182.H
 supplicantis est genua inflectere, & genua eius, cui supplicat, tangere. 253.B
 supponere semur viro. 28.D
 supremus, ultimus. 219.D
 surdo narrare fabulam. 316.H
 surrentium, seu suuentium. 275.G
 sus amica luto. 210.F
 sus Baeotia. 320.G
 suspendere naso. 194.H
 sustinere negotium. 304.A
 syllaba breuis a duabus consonantibus excepta, nihilominus breuis manens. 21.G
 syllaba versus ultima ad sequentem pertimens. 70.A
 σύμβολα, σημεία, verba. 350.D
 σύμφωνία, seu concentus. 257.C
 symphonia. 377.F
 synerefs duarum vocalium. 140.D
 συνάγειν τας οφρυσ. 285.E
 συννεφης. 285.D
 συωφρυσωιδιον μεθωστων. 285.B.C
 σύμμα. 368.C
 Tabu-

testatores permittunt quaedam arbitrio heredis, &c. 166.H
 θαλασσομοιως. 337.C
 Themistocles omnium Atheniesium nomina perceperat. 228.E
 Themistocles dictum. 112.C
 Theon. 284.D
 Theopompus, vir clarus Atheniesis. Laudabat cenas Platonicas. 110.D.E
 θηπιον παλωπεδαλον. 205.A
 thesaurus quid. 169.H
 thesapi, primus tragediae inuentor. 371.G
 Thracia. 215.H.265.E
 Thrasylaus atra bile affectus. 334.F
 Thrax, gladiator. 172.H.173.A
 thynnus. 160.D.E
 Tib. Claudius Nero. 215.G
 Tib. & C. Gracchi. 267.E
 tibia, ad quam rem adhiberentur. 367.D
 tibicen, & τοδωδης. 380.F
 tibicines adhibebantur in comediis. 309.H
 Tigellius Hermogenus. 19.E. & H. & 20.A
 Timagenes. 295.A.B.C
 Timo misanthropus. 12.H
 Timotheus apud Lacedaemonios accutus, quod pluribus chordis in lyra, quam par esset, vteretur. 368.D
 Tiresius ab Phylse consulitur apud inferos quibus modis discescat. 156.H
 Tiresius numquam labitur, nunquam errat. 157.B
 Tiresius nulli vniq̄ mentitus. 157.F
 Tisiphone. 80.D
 titillet vos gloria. 133.H
 T. Statilius Taurus. 220.H
 toga pura, virilis. 56.E
 togis laxioribus & amplioribus vtebantur diuites, quam pauperes. 281.A
 togata. 23.D.E
 togata tabernaria. 369.B
 togata tabernaria. 372.E
 tollere. 44.F.276.C
 tollere pro sumere. 12.B
 tollere, relinquere, oppon. 92.D
 tollere in rbedam. 172.G.H
 tollere ad astra. 182.C
 tolli pueri quando dicantur, & quomodo intelligantur. 160.F.G
 tonitru. 139.C
 tonsores, loquaces. 206.D
 tonsores, loquaces. 73.G
 tonsonum officinae. 235.E
 τῶτων, οὐ τῶτων μετέβαλε. 248.F
 toras pro togate. 222.D
 torqueri vino, & ira. 281.E
 torrens similitudo. 75.E.F
 tradere. 241.D
 tragica persona, quales. 314.B
 tragediae vnde dicta. 368.C
 tragicarum argumenta. 314.B
 τραγοσ, hircus. 368.G
 trahere vessem. 368.B.C
 tralatio ab expugnatio ne oppidorū. 163.A
 tralatio perpetua. 182.B
 tralatio perpetua in princip epistole prima. 198.B.C
 tralatio ab iis, qui restim ducunt, &c. 246.D
 tralatio perpetua a nauigantibus dueta. 200.B.339.A
 translationes dua inter se non respondent. 201.H
 tranquillare. 291.B
 tranquillitas animi, quid plurimum ad animi tranquillitatem valeat. 9.D
 transfuerso calamo confodere. 381.F
 Trebatius, clarus iuricons. 95.A
 tremor corporis. 289.H
 tria, quae vniuersisque nostrum vitia minuire, aut corrigere possunt. 51.E.F
 tria in verbo simplicis, quae exornant orationem. 350.A
 tria sunt, peccare, non peccare, rectè facere. 371.D
 tribuachus pro dactylo. 83.F
 tribus urbanae. 100.D
 triclinia camerata. 194.F
 trimetri. 370.D
 trichius. 377.G
 Troiani Achille pugnare extra sua praesidia prodire non audebant. 356.A
 truces inimicitiae. 297.G
 trucidare porcum & cepe. 252.E
 trulla. 131.H
 trullina. 36.F
 τρωοδωμωτες. 372.A
 τρωτηνη. 36.F
 Tullius Pompeianus. 65.G
 tumidum. 138.F
 tumultus. 295.H
 tunica palmata. 66.C
 tunica demissa. 21.D
 tunicatus popellus. 226.D
 turbo, qui scutica impellitur. 185.G
 turdus. 263.D
 turgens cauda. 183.F
 turri mala carmina destinabantur. 322.B.C
 turricula. 181.D

ius sine aspirationis nota scribendum. 322.C.
Tusci ubi turba impia. 139.F
tusis. 345.
tusis periculosa. 166.A
tutor datur pupillis. 138.H
tutis à. 98.A
tutus ab insidiis. 177.H
Tyndaride. 15.H
Tyndaridarum fortissima. 15.H
τεφλος ὀδύνη. 272.C
tyrannorum & regum voluptates primatarum voluptatibus minores. III.G
Tyrrhenus. 64.C
Tyrrhenis seu *Tusci*. 64.B.C
Tyræus poeta. 379.F.G

verba. 274.F
verba composita seu iuncta. 349.H
verba volatilia pennigera. 283.G
verba cum foliis comparantur. 351.E
verba suam habent atatem. 351.E
vereor ne. 40.D.E
vereor ut, non *vereor* ut. 40.C.D.E
verna. 174.G
vernabiter seu *vernilater*. 177.C
vertere stilum. 93.E.F
vertere in fumum & cinerem. 263.
 A.B
vertebantur cadi. 193.D
versus syllaba ultima ad sequentem versperimens. 70.A
versus alieni Horatio attributi. 89.
 A.B.C
versus cur ire dicantur. 92.F
versus male nati. 319.D
versum sex pedibus claudere. 46.D
versum facere puris verbis non est satis ut sis poeta. 47.A
Vertumnus. 298.B.C
Vertumnus cuiusdam iratus. 181.B
Vertumno irato natus. 181.B
verum est. *verum* pro iusto. 144.H
 220.G
veri & *falsi* nota, obscura. 245.A
 348.E
Vers sacri voto obligati. 125.D
vesperna. 72.G
Vesta templum. 333.D
vestis demissa & talaris, feminarii honestarum propria. 26.B
veteris comediae poeta. 89.H
veteres non cenabant purpurati. 154.E
veterus, & *veterosus*. 124.F.G
 240.F
via Numicia. al. Minucia. al. Minicia. 280.C
via sacra. 82.E
vicarius servus. 185.F.G
vices descriptae, seu descriptae. 352.H
vicinus bonus vicinus. 334.G
vicisitudines dierum & noctium, &c. 251.D
victoria dulcis. 203.A
victoria, velox cur dicatur. 283.E.F
victus tenuis commoda. 109.H
victus intemperantia. 188.B
vicius. 244.C. 337.B
videri seu existimari. 267.G
vigilans certum, ὑπαρ. 166.C.D
vilis verum. 273.D
vincam, illo, vel illo indice. 29.A
vindex. 366.B
vindicta. 185.E.F
vineta. 228.E
vineta sua cadere. 318.G

vinum Albanum. 191.H
vinum Caecubum. 191.F
vinum consilia regegit. 222.A
vinum dulce, *vinum pingue*. 152.G
vinum Falernum austerum. 90.D.
 146.A
vinum Falernum aliquanto austeriorum, melle admisto leniebatur. 105.
 C.D
vinum ingeniorum & animorum le ne tormentum est. 381.D
vinum pingue. 152.G.H
vinum quomodo in animum manare possit. 261.A
vinum Veientanum. 131.H
vinum vetus, carmen novum. 306.A
vino ingenii cuiusque indicari & declarari. 49.A.B
vino ingenia hominum explorari. 281.E
vina aquam marinam in vina infundere solebant veteres. 191.F.G
vina crassiora celo nocturno supponenda. 151.D
vina Graeca. 191.G
vina Massica. 151.C.D
vina Surrentina. 151.F
violens. 245.F
vir bonus & sapiens stulto & prodigo opponitur. 233.G.H
viri boni descriptio. 186.E
virilis aetas, media. 363.D
Virgili poemata, tenera ac faceta. 92.A
Virgili opera omnia una membrana non ita magna, descripta. 376.A
virgines canephore. 191.C
virgines sacraferentes. 31.E
virtus aut nomen inane est, aut relictum pretium aliquid petit. 274.F
virtus est vitium fugere. 201.H
virtus colenda post rem quae sit, seu paratam. 203.B.C
virtus, verba. 226.E.F
virtus honorem petit pro mercede. 274.H
virtus utrum sit διδασκίδω, necne 290.B.C.D.E
virtus ordinis. 349.E
virtutis definitio. 202.A
virtutes omnes, sunt mediocritates. 278.F
Viscus. 83.F
vita humana cum consensu comparata. 17.D
vita fallens. 291.G
vitam beatam in virtute esse positam ex sententia Zenonis. 175.C
vitalis. 99.F.G.H
vitellus

vitellus columbinus. 151.F
vitia aliena acriter observare, sua negligere. 32.B
vitia duo maxime inter se contraria. 16.B
vitrea fama. 139.B
viuaria. 205.C
vino & regno. 243.C
vine ut hodie moriturus. 219.A.C
vinere in diem. 219.B
vinere natura convenienter. 243.G.H
vinos laudare, & encomiis ornare, honoribusque afficere non esse tutum. 305.A
vinosus, vitium marita. 265.A
 228.E
vitro. 159.C. 163.B. 252.F
vlua. 150.H
vlubra. 248.G
Vlysses ne Sirenum cantibus caperetur, vinciri se iussit. 122.G
Vlysses, patriam suam ut videret, immortalitatem spernit, ac repudiavit. 157.F
Vlysses quo modo sibi à cantu Sirenum cauerit. 209.E
Vlysses Circa pocula bibit sine fraudes, seu impune. 210.E
Vlysses patiens. 224.H
Vlyssis ad inferos descensus. 157.A
Vlyssis damnorum grauisimum. 157.C
Vlyssis doli. 157.C.D
Vlyssis socij à Circa vinga percussit, & in bestias versi. 210.A
Vlyssis veniges. 230.A
umbra tonforis. 235.E
umbra. 192.C. 223.A
unctus, unctum. 263.E
unctum ponere. 380.A
unctam aquam conuiuii praeberet. 109.D
unde, à quo. 64.H
unde domo? 225.H
ungebantur palestrite. 305.H
ungere, al. ungere. 129.H
unguis praefectus. 372.G

unguis rodere. 93.E
unguentum pro oleo infusum. 109.E
unus multorum. 86.H
una hirundo ver non efficit. 232.H
vocabula, indicia, seu nota sunt rerum. 350.D
vocalis brevis sequentibus consonantibus duabus aut tribus nibilo minus manens brevis. 41.G. & 56.E
vocalis longa non elisa, & correpta. 84.E
Volumnius Etrapelus. 281.B
voluptas una infirmioribus via, quae potentiores superare queant. 213.B
voluptas omnis corporis dolore subsequente emittitur. 213.C
voluptas & dolor colligata, & connexa. 213.D
voluptatis comes maior. 213.E
voluptati labor anteponendus. 213.D
voluptates aliae turpes, aliae honestae. 122.G
voluptatibus maximis fastidium finitimum est. 310.A
voluptates esse spernendas. 213.B
Voranus fur. 80.G
uotina tabula. 97.F
vox una, aut plures inter antecessores & relatiuum intorietta. 60.H
vox debet affectibus cognoscere. 354.D
urbani. 262.A
urbani, perfectioris oris sunt, quam rustici. 241.H
urbani homines, rustici fere nitidiores. 228.D
urbium simulacra portabantur in triumphis. 316.D
urceus. 348.C
uri. 268.A
urna diuina. 84.B
uscipere. 336.A
usura semisses, &c. 20.F
usus bonorum partorum. 14.B
usus diuitiarum in quo consistat. 129.H
usum diuitiarum semper requirit Horatius. 337.E
usum bonorum partorum semper co-

mendat Horatius. 338.C
usus verborum arbiter. 352.C
usus vocabulorum genitor. 333.F
ut melius. 194.C.D. *ut* sumamus. *ut* ne. 158.F (193.H)
uti maioribus, &c. 272.B
Utica, urbs in Africa. 298.H
utilitatem esse originem iuris. 37.H
utroque pollice. 283.F
Utrique, Pompeij dissyllaba. 229.C
una Pennacula. 123.C
vulpes bis laqueo non capitur. 185.C
vulpes Archilochi. 267.H
vultu inuito ridere. 127.G
vulua suilla. 263.D
vxor pudica, & commoda, & contra impudica, & pernicax. 205.A
vxor vitium ferendum, aut tollendum. 206.A

X
Xenocrates. 141.E
Xerxes Darij filius. 26.F

Y
ἕδωρ γλυκὺ. 152.H
ἕδωρ γλυκὺ. 260.E.F.G
ὕργον. 12.B
ὑπαρ. 166.D
ὑπανος ἠδύμος. 96.A

Z
Zeno Stoice discipl. auctor, Polemonis auditor. 37.G
Zeno Criticus. 125.H
Zethus & *Amphion*, gemini fratres. 287.G.H. & 282.A.B.C.D
Zethus & *Amphion* muros Thebanos exstruxerunt. 378.H. 379.
 A.B
ζώνουσα. 350.E
ζώσης φωνῆς μέγιστον ἐπέργειαν εἶναι. 155.A